MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMVS III.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMIV—VI.

CONSTITVTIONES
ET
ACTA PVBLICA
IMPERATORVM ET REGVM.

TOMVS III.

INDE AB A. MCCLXXIII. VSQVE AD A. MCCXCVIII.

EDIDIT

IACOBVS SCHWALM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMIV—VI.

Ex officina aulae Vimariensis typographica.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Quamvis in prooemio tomi II. ante hos decem annos editi Constitutiones et Acta publica inde ab anno 1273. usque ad annum 1313. uno tomo absolvi posse scripserimus, tamen propter materiae copiam tantum Rudolfi et Adolfi regum documenta hoc tomo III. proponimus, Alberti et Heinrici VII. Constitutionibus in tomum sequentem reiectis.

Omnibus eis, qui diplomata vel codices conferentes laborem nostrum adiuverunt, multum nos debere grato animo profitemur; quos cum longum sit hic nominatim enumerare, infra suo quemque loco libenter commemorabimus.

Praeter hos vir cl. Karolus Zeumer, cuius curationi hoc opus commissum est, tam plagulas corrigendo quam sagacissimum suum consilium operi praebendo adnotationesque pretiosas passim addendo de hoc tomo optime meruit. Cui laetamur quod denuo gratias possumus agere sinceras. Itemque

viro d. Edmundo Stengel, qui in plagulis partis posterioris corrigendis nos adiuvit atque Indicem rerum composuit, gratias referimus quam maximas.

Prior huius tomi pars complectens paginas 1—454 iam a. 1904. prodiit.

Dabam Romae die 1. m. Martii a. 1904.

Dabam Hamburgi die 24. m. Aprilis a. 1906.

HOC TOMO CONTINENTUR:

Adolfi regis Constitutiones. 455—553

Appendix III.

Acta quae ad pontifices Romanos spectant.

Appendix IV. Scripta Pacis.

Appendix V. Scripta varia.

Supplementum ad Rudolfi regis Constitutiones.

Supplementum ad Appendicem actorum vicariorum generalium.

Supplementum ad Appendicem scriptorum variorum.

In editione nostra frusta quaeres nonnulla, quae leguntur in editione Pertziana:

LL. II, pag. 384—392 Ordo coronationis (Aquisgranensis). *De quo v. ea quae scripsimus supra in prooemio tom. II pag. VI.* *Pag. 402* Curia Augustae. *Litterae, quae incipiunt:* Pacem generalem tocius, *prodibunt tom. IV pag. 191 not. 1.*

Tabula, quae Notitiae de precariis imaginem photographicam exhibet, inserta est huic tomo ad pag. 6.

SUPPLEMENTUM AD FRIDERICI II. ET CONRADI IV. CONSTITUTIONES.

NOTITIA DE PRECARIIS CIVITATUM ET VILLARUM.

(1241.)

Singulare hoc monumentum a. 1896 a nobis in tabulario generali regni Bawarici 'Bayerns Verhältnisse zum Deutschen Reiche' fasc. 1 inventum, quo ex tabulario Oenipontano a. 1813 delatum est[1], *primum edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 519—553 commentario ampliori adiecto, ad quem huius editionis lectores semel volumus delegatos. Deinceps vir cl. Karolus Zeumer, ut est harum rerum peritissimus, de eo sagacissime disseruit 'Historische Zeitschrift' LXXXI, 24—45. Vide etiam ea quae exposuit Al. Schulte 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins'. Neue Folge XIII, 425—440.*

Membrana est longa 36, 2 cm. in margine sinistro, lata circiter 15, 2 cm. Scriptura sapit usum cancellariae Heinrici VII. regis.[2] *Lineae omnes 52 praeter pauca verba lineae 14 eadem manu exaratae sunt, neque vero eodem tempore; sed per ductum scribentis et colorem atramenti quattuor partes distinguere licet in autographo, quae in imagine photographica editioni nostrae addita minus certe distinguuntur:*

prima latiori ductu scripta usque ad lineam 15 'Lvtera',

secunda stilo acutiori scripta usque ad lineam 33 'est',

tertia etiam acutius scripta usque ad lineam 37, posteriori parte lineae 33 et spatio unius lineae post lineam 37 relictis,

quarta denique eodem ductu ac secunda usque ad finem ideoque, ni fallor, ante tertiam partem scripta est.

Cum hiis quattuor scripturae generibus consentit fere dispositio geographica.

Textum originali denuo inspecto in minutiis quibusdam meliorem exhibemus. Quaecumque in autographo primitus quidem scripta, postea autem deleta aut mutata sunt, cum ea paene omnia maximi sint momenti, praeter morem nostrum non variae lectioni inseruimus, sed in textu posuimus uncis ⟨ ⟩ inclusa.

Capitum distinctionem, quam olim dederamus, nunc mutavimus. Cum autem prioribus numeris propter commentarium l. c. 526—545 datum ne nunc quidem careri possit, eos quoque indiculo geographico (infra p. 6) inseri visum est, sed uncis inclusos.

1) *Quomodo haec membrana ad primos reges stirpis Habsburgicae delata sit, nescimus. Vide opinionem nostram l. c. 551 sq. et K. Zeumer l. c. 26 n. 2.* 2) *V. 'Neues Archiv' XXIII, 520.*

Ea, quae in dorso leguntur, cum Notitia coniungenda esse paene certum est; quomodo cohaereant, adhuc ignoratur. V. infra p. 5 et l. c. 551.

Notitiam a. 1241 assignandam esse statuimus nosmet ipsi l. c. 545 sq. Quod ita probavit K. Zeumer l. c. 26, ut de anni computatione dubitari posse moneret. Opinionem nostram l. c. 546 n. 2 cum dubitatione prolatam stare non posse interim ipsi cognovimus. — Böhmer, Reg. imp. V deest. *(P. deest.)*

Hic incipiunt precarie civitatum et villarum.

C. De Frankenfurt CC et L mr.

2. Item de Geilhusen[a] CC mr.

3. Item de Wetflaria[b] C et LXX mr.

4. Item de Fridebere C et XX mr., de quibus cedet dimidietas domino imperatori et dimidietas ad edificia eorum.

5. Item de Wisebaden LX mr., ille cedent ad edificia eorum.[1]

6. Item de Seligenstat C et XX mr., ille cedent ad edificia eorum.

7. Idem Iudei de Weitterebia C et L mr.

8. Item de Oppenhem C et XX mr. Iudei ibidem XV mr.

9. Item de Nerstein X mr.

10. Item de duabus villis Ingelhem LXX mr., de quibus frater Sebastianus[2] debet perficere opus curtis.

11. Item Wesela libera est ad quatuor annos propter hoc, quod redemit advocaciam pro CCC marcis. Iudei ibidem XX mr.

12. Item de Bopardia LXXX mr. Iudei ibidem XXV mr.

13. Item de Sintzehe LXX mr. Iudei ibidem XXV mr., de quibus solvent quatuor marcas pro expensa domini de Smidevelt.[3]

14. Item de Durvn XL mr., quarum medietas cedit imperatori et medietas ad edificia eorum. Iudei ibidem X mr.

15. Item Iudei de Aquis XV mr.

16. Item de Werda XX mr. Iudei ibidem XX mr.

17. Item de Duzburc[c] L mr. Iudei ibidem XV mr.

18. Item de Numege XL mr.

19. Item de quatuor curtis circa Dritmvnden[4] XV mr. Iudei ibidem XV mr.

20. Item cives de Dritmvnden ⟨CCC⟩[d] C[e] mr. Col.[f]

21. Item Iudei Wormacienses CXXX[g] mr.[h]

22. Item Iudei de Spira Hart.[5] LXXX.[h]

a) *sic or.; cf. 'Neues Archiv' XXIII, 552 n. b.* b) *per ductum* Wetflaria *legere liceret or.* c) *praecedit* Dux *in linea scriptum, sed deletum or.* d) *in linea scriptum, sed deletum or.* e) *supra lineam scriptum or.* f) *supra lineam additum or.* g) *tertia* X *aut maculata aut deleta or.* h) CXXX mr. *et* Hart. LXXX *postea acutiori stilo, pallidiori atramento, mutato ductu ab alia manu add. or.*

1) *V. ea quae F. Otto disseruit 'Wiesbaden eine königliche Stadt im Jahre 1241' in 'Annalen des Vereins für Nassauische Altertumskunde und Geschichtsforschung' XXIX, 222 sq., ubi etiam diploma eiusdem anni notatur, quo de pecunia* propter necessitatem et emendacionem civitatis in Wisebaden *a monasterio quodam solvenda agitur.* 2) *Hoc nomen cum saeculo XIII. in Germania rarissimum esse videatur, hunc clericum hominem Italum fuisse non improbabiliter coniecit Al. Schulte l. c. 440.* 3) *Conradus de Smidefeld, v. 'Neues Archiv' XXIII, 530 sq. Cf. infra p. 5 n. 3.* 4) *Cf. ea quae K. Rübel 'Reichshöfe im Lippe-, Ruhr- und Diemel-Gebiete' ('Beiträge zur Geschichte Dortmunds' X) p. 120—127 excursus a titulis Notitiae de bonis imperii Tremoniensibus non omnia satis considerate exposuit.* 5) Hartmudo *vel similiter supplendum; cf. commentarium nostrum ad num. (20) l. c. 533.*

23. ⟨Item Iudei de[i] Lvtera⟩[k]
24. Item[l] de officio in Lvtere C et XX mr.
25. Item de advocatia in Wizenbvrc LXXX mr.
26. Item de Hagenowia CC mr.
27. Item de officio in Drivels[m] C et L mr.
28. Item de Erstein XL mr.
29. Item de Hofelden ⟨XX⟩[n] XV[o] mr.
30. Item de Grumat[p] XV mr.
31. Item de Govderthem VI mr.
32. Item de Cronenberc C et L mr.
33. Item de Einhem C et L mr.
34. Item de Sclistat C et L mr.
35. Item Columbaria C et LX mr.
36. Item de Mvlhusen LXXX mr.
37. Item de Kersberc et Vallis sancti Gregorii[q] LXX mr.
38. Item de Basila CC mr.
39. Item de Rinvelden XL mr.[r]
40. Item de Nvenberc C mr.
41. Item de Brisach C mr.
42. Item de Malberc ⟨XV⟩[s] X[t] mr.
43. Item de Ortenberc XX mr.
44. Item de Haselach XL mr.
45. Item de Vffvnbvrc[u] LX mr., de hiis dimidietas cedet imperatori et dimidietas ad edificia eorum.
46. Item Iudei de Argentina CC mr.
47. Item Iudei de Basila XL mr.
48. Item Iudei de Hagenowia XV mr.[v]

49. Heiliebrvn libera est propter edificium.
50. Item de Winsberc LX mr.
51. Item de Wimpina XL mr.
52. Item de Mosebach XXV[w] mr.
53. Item de Scheflinze XV mr., de hiis recepit advocatus quinque.
54. Item de Otenhem VI mr., de hiis recipit[x] abbas[y] III mr.
55. Item de Eberbach XX mr. ad edificium.
56. Item de Gamvndia XX mr., et hec cedent ad edificium.
57. Item de Heidolfhem[z] C lb. hall. ad edificium.
58. Item Weibestat conbusta est.
59. Item de Wila lb. C hal. ad edificium.
60. Item de Hallis ⟨CC mr.⟩[a] C et LXX mr.
61. Item de Rotenburc LXXXX mr. ⟨Iudei ibidem X mr.⟩[a]
62. Item Iudei de Hallis VIII mr.
63. Item de Dinckelspvel[b] XL mr.
64. Item de Fvhtwangen XX mr.

i) *linea 15.* k) *in linea scripta, sed deleta or.* l) *ab hoc verbo eadem manu, sed stilo acutiori continuo scriptum est usque ad lin. 33.* m) v *super* w *deleta or.* n) *in linea scriptum, sed deletum or.* o) *supra lineam additum or.* p) *sic pro* Brumat *or.* q) et vallis sci GG *eadem manu supra lineam addita or.* r) XL mr. *eadem manu, sed pallidiori atramento additum or.* s) *in linea scriptum, sed deletum or.* t) *supra lineam additum or.* u) v *secunda super* o *deleta or.* v) *sequitur interstitium breve or.* w) V *supra lineam eadem manu add. or.* x) recip *or.* y) albas *or.* z) l *corr. super* ſ *or.* a) *in linea scripta, sed deleta or.* b) p *corr. super* b *or.*

65. Item[c] Vfkirchen nichil, quia[d] conbusta est.
66. Item de Wizenburc XL mr.
67. Item de Gamvndia CLX mr. Iudei[e] ibidem XII mr.
68. Item[f] Augusta nichil, quia[d] conbusta[g] est. Et[h] Iudei ibidem nichil, quia[d] conbusti sunt.
69. ⟨Item Schongǎwe⟩[i]

70. Item ⟨de Werda⟩[k] cives de Nordelingen[k] ⟨C⟩C[1] mr. pro enormitate commissa.[l]
71. Item de Werda LX mr. ⟨et quod exusti, liberi sint⟩[m]; qui non sunt[n] exusti.
72. Item de[o] Horburc, eo[p] quod conbusta est, nichil datur.
73. Item de Bophingen L mr.
74. Item de Gienge ⟨XXX⟩ XXV[q] mr.
75. Item de Lǒgingen ⟨LXXXX⟩ LXXX[r] mr.[s]
76. Item de Stovfe X mr.[t]
77. Item de Essingen[u] V mr.
78. Item de Ezelingen C et[v] XX et solvent pro expensis domini regis CLII mr.
79. Cives de Vlma LXXX mr.[w]

80. Item cives de Bibera[x] LXX mr.[y]
81. Item cives[z] de Schongov XXX mr.[a]

82. Cives[b] de Bvrvn LXXXX mr.
83. Cives de Memmingen LXX mr.
84. Cives de Altdorf et de Ravinsburc L mr.
85. Item[c] de Phullendorf pro expensis domini regis XXX mr.
86. Item de Wangen X mr.
87. Item de Buchorn X mr.
88. Item de Lindov C mr.
89. Item Constancia libera est ad unum annum propter incendium; que solvere consuevit LX mr., medietatem imperatori et medietatem episcopo.
90. Item de Vberlingen ⟨C et X⟩[d] L mr., et solvent pro expensis regis ⟨LII⟩ LXXXII[e] mr. et dim.

c) *sequitur* de *in linea, sed subpunctum or.* d) nichil quia *supra lineam addita or.* e) *corr. ex* Iudeis *or.* f) de *sequitur in linea, sed deletum or.* g) *linea 33.* h) *ab hoc verbo eadem manu, sed stilo etiam magis acuto mutatoque ductu usque ad verba* Cives de Vlma LXXX mr. i) *in linea scripta, sed deleta. Quae restat lineae dimidia pars vacat or.* k) de Werda *in linea scriptum, sed deletum;* cives de Nordelingen *supra lineam add. or.* l) *prior* C *erasa, sed in imagine photographica magis visibilis, quam in originali.* m) et quod *et* liberi sint *prius scripta, sed deleta or.* n) qui non sunt *supra lineam add. or.* o) *praecedit* Ro *in linea scriptum, sed deletum;* de *supra lineam scriptum or.* p) *praecedit* ex e *in linea scriptum, sed deletum;* eo quod *supra lineam scriptum or.* q) XXX *in linea scriptum, sed deletum;* XXV *supra lineam scriptum or.* r) LXXX *erasum ex* LXXXX *or.* s) *sequitur interstitium breve or.* t) *hoc caput fortasse postliminio stilo acutiori in spatio relicto scriptum est or.* u) *sic pro* Ellingen *or.* v) *linea 37.* w) *post hoc verbum quae restabat lineae pars atque etiam sequens linea vacant.* x) *corr. ex* Biberach *or.* y) *sequitur interstitium or.* z) civos *or.* a) *hoc caput ut et superius ductum paulum mutatum exhibentia fieri potest, ut non ante scripta sint, quam sequens linea esset exarata. Quocum concordat, quod inter utrumque caput in linea interstitium relictum est et verba capitis 81 iam prius in capite 69 incepta, sed ibi deleta sunt.* b) *extrema pars Notitiae a capite 82 incipiens rursus latiorem ductum exhibet.* c) *sequitur* Ad, *sed deletum or.* d) *numerus imperfectus, sed deletus;* X *iam scriptam alia* X *incepta sequi videtur or.* e) LII *in linea scriptum, sed deletum; supra lineam* LXXXII *scriptum or.*

1) *V. commentarium ad (64) l. c. 540 et ea quae monuit Zeumer l. c. 34.*

91. Item de advocatia in Cemton L mr., que date sunt[f] Heinrico marscalko de Altmanshofen[1] pro palefrido et dextrariis emptis apud ipsum.

92. Item de advocacia Sancti Galli C mr.

93. ⟨Item de Rotwilre LXXXX⟩[g]

94. Item de Vilingen pro expensis regis XLII mr.[h]

95. Item de Rotwilre ⟨LX, XL⟩[i] mr. LX[k] et sibi in edificio XL mr.

96. Item Scafhusen solvit pro[k] expensis[l] regis CCXXVII mr.

97. Item ⟨de Zvrich assignaverunt nuper domino pincerne[2]⟩ Duregvn modo non dat, quia nuper dederunt[m] CL mr., quas assignaverunt domino pincerne[2] ex mandato regis.

98. Item Iudei de Ezzelingen XXX mr.

99. Item Iudei de Vlma VI mr.

100. Item Iudei de Constancia XX mr.

101. Item Iudei de Werda et de Bopphingen II mr.

102. Item Iudei de Vberlingen II mr.

103. Item Iudei de Lindov II mr.

104. Item cives de Bernen XL mr.

In dorso leguntur[n]:

Sunt in denr. Colon. mr. MCCCCLXXXVIII.[o]

Pincerne[2] adhuc dande sunt CCXXXIIII mr. et dim. et dapifero[3] ⟨CLXV⟩ CL[p] mr.

et W. notar.[4] VII mr. et dim.[5]

f) *supra lineam add. or.* g) *caput 93 deletum; sequitur interstitium breve or.* h) *caput 94 fortasse non ante scriptum est, quam sequens linea.* i) LX *et supra* XL *scripta, sed deleta or.* k) *supra lineam add. or.* l) i *ex* a *corr. or.* m) de — pincerne *in linea scripta, sed deleta;* Duregvn — dederunt *supra lineam add. or.* n) *In dorsi margine superiori alia ut videtur manu, quaeque recentior primo obtutu existimatur, sed tamen sine dubio eiusdem temporis est, sequentia scripta, sed omnia rursus deleta sunt atque evanida, ita ut in imagine photographica nimis distincta legerentur.* o) *ultimus* I *evanidus aut erasus or.* p) CLXV *in linea scriptum, sed deletum;* CL *supra lineam scriptum or.*


1) *Marescalcus de Altmanshofen nomine Heinricus praeter annos 1240—1241 in diplomatis non occurrit, v. commentarium ad num. (86) l. c. 543.* 2) *Conradus de Winterstetten, idem qui et in dorso commemoratur, v. 'Neues Archiv' XXIII, 530 sq.* 3) *Dubitari potest utrum Conradus de Smidefeld, ut nos opinati sumus l. c. 531, an Otto Bertholdus de Waldburg intelligendus sit, ut maluit Zeumer l. c. 25. V. supra p. 2 n. 3.* 4) *Waltero notario puto, l. c. 531 n. 7.* 5) *Quae manus recentiores subscripserunt, v. l. c. 526.*


INDICULUS GEOGRAPHICUS.

Numeri capita indicant. De numeris uncis inclusis v. praefationem.


Notitia de precariis civitatum et villarum.

E tabulario regni Bawarici Monacensi.





In dorso leguntur:



Lichtdruck von Albert Frisch, Berlin.

RUDOLFI REGIS CONSTITUTIONES.

1—11. TRACTATUS DE ELECTIONE.

1273. Ian. 6. — Oct. 11.

Cum de eis, quae post mortem Richardi regis interregni terminandi causa de statu imperii inter principes electores tractata sunt, plura acta eaque partim graviora supersint, quae quidem post Pertzii editionem ex amplissimis tabulariis Monacensibus in lucem protracta sunt, universa ea hic proponere visum est. De omnibus illis rebus cf. Böhmer-Redlich, Regesta imperii VI p. 1 sqq., praesertim p. 4.

1. *COMPOSITIO INTER ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM ET COMITEM PALATINUM PER MOGUNTINUM FACTA.* *Ian. 6.*

Dedit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' I (= 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' V) 262 nr. 108 ex autographo tabularii secreti reipublicae Bawaricae; loro membranaceo pendet sigillum tela consutum. Contulit Ludewicus Weiland b. m. — Regesten der Pfalzgrafen I, 878. *(P. deest.)*

Wernherus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius.

Quia composicio inter venerabilem patrem dominum E(ngelbertum) Coloniensem archiepiscopum et illustrem principem Lud(ewicum) comitem palatinum Reni ducem Bawarie olim inita non extitit consummata, nos pro bono pacis et concordie interposuimus partes nostras et sic tandem coram nobis in hunc modum hinc inde a partibus est tractatum. (2) Dominus dux tam possessionem bonorum in vallibus Diepach et Bacheraco quam ea que recepit de bonis eisdem, postquam dominum . . archiepiscopum Coloniensem a possessione dictorum bonorum eiecit post composicionem inter ipsos ordinatam primitus et conscriptam[1], sibi et ecclesiis suis restituet, data super hoc fideiussoria caucione, que nobis videbitur expedire. (3) Super eo vero, quod cives Maguntini receperunt in bonis eisdem, eligentur duo viri fidedigni, qui iuramento super hoc prestito corporali diffinient, utrum idem dominus archiepiscopus ad ipsum ducem vel ad cives eosdem respectum habere debeat de recepto. (4) Hec quidem terminari debent ante omnem tractatum apud villam Rense feria secunda post octavam Ian. 16.

1) *V. unionem a. 1262. Iul. 1. compositam Wittmann l. c. I, 186 nr. 77 et ea quae disseruit von der Ropp 'Erzbischof Werner von Mainz' p. 64. Reliquorum diplomatum textus desideratur.*

epiphanie Domini nunc proxima, loco ad hoc et termino constitutis, quibus peractis tam dominus Coloniensis quam dominus dux mutuam caucionem prestabunt, quod composicionem inter ipsos primitus initam et conscriptam in termino tunc statuendo a nobis sine ulterioris more dispendio fideliter consummabunt. Quod si aliqui arbitrorum in litteris in priori composicione expressi decisioni questionum inter eos versancium non potuerint interesse, dominus, cuius arbiter absens fuerit, alium substituet loco sui. (5) Si autem illi sex arbitri dominorum ipsorum non potuerint concordare, nobiles viri Philippus de Hohenvels senior et Gerhardus de Landescrone iuramento super hoc prestito eligent mediatorem cum plenitudine potestatis, qui omnia, super quibus arbitri concordare non potuerint, in animam suam sub debito sacramenti discuciet et decidet, ita tamen quod si nobis videbitur, quod idem Philippus de Hohenvels propter debilitatem seu alium modum quemcumque decisioni huiusmodi vel tractatui non potuerit interesse, nos alium subrogabimus loco sui, qui potestatem eandem super premissis habebit, quam idem Philippus habere deberet, si personaliter interesset. (6) Quod si dominus . . Coloniensis, quod absit, ad terminum predictum causa legitima prepeditus venire non poterit, ipse nuncios mittet sollempnes cum mandato ac plenitudine potestatis, qui tam omnia supradicta quam ea, que de statu imperii sunt tractanda, suo nomine fideliter exequantur, tamquam si personaliter presens esset. (7) Demum si ipse omnia prenotata non curaverit adimplere, fideiussores per ipsum dominum ducem dati extunc super premissis sunt penitus absoluti.

Acta sunt hec apud Sprendelingen, presentibus Eberwino preposito Pinguensi canonico Maguntino, Alberto preposito Ilmunstrensi et nobilibus viris Frid(erico) burgravio de Nurenberc, Emmichone comite Silvestri, Reinh(ardo) de Hagenowe, Gerhardo de Landescrone, Winrico de Bacheim, Philippo marscalco nostro de Vrowenstein, Willehelmo de Winterowe, Billungo de Ingelnheim, Hermanno de Hegeneberc et Winhardo de Rorbach militibus, anno Domini millesimo CCLXXIII in festo epiphanie Domini.

2. *TRACTATUS INTER ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM ET COMITEM PALATINUM DE AUXILIO INVICEM PRAESTANDO. Ian. 17.*

Post 'Acta Palatina' VI, 322 dedit Wittmann l. c. I, 264 nr. 109 ex autographo eiusdem tabularii; pendent sigilla partim laesa loris membranaceis. Contulit L. Weiland b. m. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 103. *(P. deest.)*

Noverint universi presencium inspectores, quod nos Wernherus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius et Ludewicus comes palatinus Reni dux Bawarie in castro Loynstein existentes, ut amicicia et vera composicio inter nos[a] prius litteris expressa necnon concepta[1] magis solidaretur, fide data pure ac amice alternatim promisimus temporibus vite nostre invicem contra quoslibet iniuriatores nostros prestare auxilium, consilium efficax et iuvamen. Hec pro dominis . . Wormaciensi et . . Spirensi episcopis ac aliis nostris fidelibus, consanguineis similiter promisimus et amicis, includentes, quod si forsitan aliquis ipsorum ab altero nostrum contra ipsum movens actionem iusticiam vel amorem noluerit acceptare, eundem neuter nostrum in preiudicium alterius tenebitur defensare. Privilegia eciam inter nos antea data rata et firma servabimus super universis articulis et questionibus olim inter nos et nostros subortis, sicut in ipsis lucidius est expressum,

2. a) inter nos *supra lineam add. eadem manu or.*

1) *V. etiam Pacem generalem a. 1264. Iun. 21. inter eos initam, 'Constitutiones' II, 609 nr. 442.*

volentes de utriusque nostrorum consensu, ut viri nobiles Fridericus burgravius de Nurenberc et Reinhardus de Hagenowe plenariam habeant potestatem universos articulos terminandi, qui per predicta instrumenta non poterunt consummari, ratam et firmam utrimque tenentes, quamcumque formam iidem nobiles pro confirmanda inter nos maiori et firmiori amicicia ac etiam consilio et auxilio invicem prestando poterunt invenire. Et si unus ipsorum, quod absit, decesserit vel interesse non potuerit eisdem tractatibus, alter ad complendum predicta substituatur loco sui. Nos etiam Ludewicus comes palatinus Reni dux Bawarie reverendi in Christo patris domini nostri W(ernheri) archiepiscopi Maguntini submittimus arbitrio, ut idem pro bono pacis et concordie potestatem habeat universas questiones inter nos et venerabiles dominos . . Coloniensem et . . Treverensem archiepiscopos subortas et que adhuc suboriri potuerunt decidendi secundum iusticiam vel amorem. In huius rei memoriam presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum.

Act. et dat. apud Loynstein, anno Domini MCCLXXIII, XVI. Kal. Febr.

3. *COMPROMISSUM CIVITATUM RHENANARUM ET WETTERAVIENSIUM DE REGIS ELECTIONE. Febr. 5.*

Exemplar autographum asservatur in tabulario civitatis Wetzlariensis, cui appendent septem sigilla plus minusve laesa. Ediderunt tum Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1, 344 nr. 466 cum Böhmer-Lau 'Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus' I², 154 nr. 312, cuius editionem repetimus. Pauca verba, quae hodie legi non possunt, supplenda sunt ex copiario Francofurtano II f. 45' saec. XIV, non ex Moguntino, ut male asserit Pertz in Addendis LL. tomi II partis II. Exstat praeterea in copiario tabularii regii Wirzburgensis signato 'Mainzer Bücher verschiedenen Inhalts' nr. 75 saec. XIV—XV p. 210, manu saec. XV exaratum, quod contulit b. m. Weiland; cuius lectionibus autographo interim invento facile carebimus. Gudenusii quoque lectiones in 'Codice diplomatico' I, 744 nr. 336 omnes fere male discrepantes negleximus, quamvis autographo se usum esse profiteatur. Cf. etiam foedus civitatum eodem die initum Böhmer-Lau l. c. 155 nr. 313. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 104. (P. 382).

Nos Moguntini, Wormatienses, Oppinheimenses, Frankinf(ordenses), Vridebergenses, Wetflarienses et Geylinhusenses officiati, milites, consules, scabini ceterique cives universi recognoscimus hiis litteris publice protestando, quod ad honorem Dei precipue et totius nobis adiacentis provincie utilitatem fide et iuramento prestito conventione perpetui conpromissi concordavimus et ad invicem nos astrinximus in hunc modum, ut cum sede inperii ut nunc vacante, si domini principes regum Romanorum electores concorditer [unum pre|sentaverint nobis regem, [nos eidem singuli pro iure] nostro debita subiectione ac reverentia intendere debeamus. Si autem dicti principes circa electionem unius regis, quod Deus avertat, discordaverint et plures nobis reges presentare voluerint, nos huiusmodi reges nequaquam recipiamus in predictis civitatibus nostris nec ipsis alicuius nostri consilii vel auxilii amminiculum prebeamus, quousque a dictis electoribus rex concorditer electus nobis fuerit presentatus.[1] Et hoc nostrum conpromissum non mutabimus ullo modo, nisi hoc pro statu temporis ex provida deliberacione communis consilii unanimiter faciamus. Ut autem huius nostri conpromissi fedus inter nos stabiliori robore solidetur, in hoc eciam sub predicte fidei ac iuramenti sacramento coniuncti esse volumus ad invicem perpetuo et astricti, quod contra quoslibet iniuriatores nostros, qui occasione supradicte nostre conpromissionis

[1]) *Cf. ea quae a. 1256. ab eisdem civitatibus in Conventu Moguntino tertio c. 4 'Constitutiones' II, 591 itemque in Conventu Herbipolensi c. 7 l. c. 589 statuta sunt.*

aut alia quacumque ex causa nos omnes seu aliquem ex nobis inpugnare aut indebite aggravare attemptaverint, prestacione fidelis consilii et auxilii alterutrum assistere perpetuo teneamur. In quorum omnium testimonium et debitam firmitatem presentibus litteris sigilla nostra dignum duximus appendenda.

Actum Moguntie, anno Domini MCCLXXIII, die Agathe virginis.

4. *UNIO ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS ET COMITIS PALATINI DE AUXILIO PRAESTANDO. Iul. 10.*

Dedit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' I, 265 nr. 110 ex autographo tabularii secreti reipublicae Bawaricae, cuius sigillum iam periit. Contulit b. m. Weiland. — Regesten der Pfalzgrafen I, 893. (P. deest.)

Nos Engelbertus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius tenore presencium protestando publice profitemur, universorum presencium et futurorum noticie declarantes, quod cum illustri principe domino Ludewico comite palatino Reni duce Bawarie consanguineo nostro super omnibus causis et questionibus, que inter nos et ecclesiam nostram ac antecessores nostros ex una parte et ipsum ducem ac progenitores suos ex altera hactenus movebantur, dato alternatim pacis osculo in pleni favoris et amicicie convenimus unionem, ita videlicet quod pro parte nostra venerabilis pater dominus Symon Paderburnensis episcopus, Gerardus de Wldenberg, ex parte vero ducis Otto prepositus Sancti Widonis Spirensis et Fridericus burgravius de Nurenberg arbitri sunt electi, quibus consanguineus et fidelis noster Emecho comes Silvester pro mediatore est adiunctus de nostro et dicti domini . . ducis consanguinei nostri consensu ac eciam voluntate, quibus plenam dedimus potestatem, predictas questiones et causas conplanandi per amicabilem composicionem vel iusticia mediante. (2) Si vero predicti quatuor arbitri cum mediatore predicto nos per amorem non poterunt concordare, extunc pars, cui Wildegravius antedictus in dicendo et pronunciando iure adheserit, prevalebit et tam nos quam predictus dux consanguineus noster pronunciacionem eiusdem partis inviolabiliter tenebimur observare. Caucionem eciam, si quam predicti quinque vel duo cum mediatore antedicto faciendam statuerint super observandis omnibus, que pronunciata sive dicta fuerint, prestabimus et eciam faciemus. Si autem de predictis quatuor arbitris unus absens fuerit vel quod absit decesserit, antequam dictum arbitrium promulgetur, dominus absentis alium sine capcione qualibet subrogabit. (3) Porro ut inter nos deinceps sincere dileccionis constancia perseveret, promisimus predictum nostrum consanguineum contra quoslibet invasores iurium et honoris sui in terminis comitatus Palacii sui defendere et fovere consilio, auxilio et favore, et id ipsum prefatus consanguineus noster nobis faciet vice versa, hiis dumtaxat exceptis, qui ante composicionem presentem nobiscum confederacionis vinculo fuerant colligati. (4) Si autem aliquem consanguineorum vel fidelium nostrorum cum predicto duce contigerit discordare, eundem gracie sue reformabimus per iusticiam vel amorem. Et si aliquis in hoc nostris contrairet consiliis et mandatis, extunc dictum ducem contra eundem tenebimur adiuvare, ad observacionem omnium predictorum nos obligantes fide prestita corporali. Ad huius itaque rei memoriam et predictorum omnium firmitatem presens scriptum dicto domino duci sigillo nostro dedimus communitum.

Actum et datum apud Rense, anno Domini MCCLXX tercio, XIII. Kal. Aug.

5. *TRACTATUS INTER ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM ET COMITEM PALATINUM DE ELECTIONE REGIS.* Sept. 1.

Dedit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' I, 267 nr. 112 ex eiusdem tabularii autographo, cuius sigillum valde laesum pendet loro membranaceo; unde etiam editiones antiquiores sumptae sunt. Contulit b. m. Weiland. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 108. (P. deest.)

Nos Wernherus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius tenore presencium notum facimus universis intuentibus seriem huius scripti, quod cum illustri principe domino Ludewico comite palatino Reni duce Bawarie taliter uniti sumus, quod fide data vice sacramenti ad hoc nos astrinximus, quod in electione Rom(anorum) regis, quam proxime celebrare intendimus et debemus, si in personam suam non poterimus concordare, ad quod tamen tenemur et promisimus omni fide et diligencia laborare, cum eodem Palatino vel in personam viri nobilis Sifridi comitis de Anehald vel Rudolfi comitis de Habespurg promisimus et tenebimur concordare, ita quod predictum dominum Palatinum et comitem Rudolfum plene primitus concordemus et tollamus de medio, si quid inter ipsos odii fuerit seu rancoris. Promisimus eciam dominum . . archiepiscopum Treverensem prefate includere unioni, quod si facere non poterimus, nos duo nichilominus cum domino Engelberto Coloniensi archiepiscopo in predicta electione erimus sub fide prestita et pretacta unanimes et concordes. Si vero de altero predictorum comitum processum nostrum propositum non haberet, nichilominus vota nostra in alium, quem expedire viderimus, unanimiter vel quo maior inter nos numerus declinaverit convertemus, hoc tamen incluso, quod si quem elegerimus, graciosum, favorabilem et conformem ei, cui inter nos contrarius et molestus extiterit, primitus faciamus. In cuius rei testimonium presentem litteram dicto domino Palatino dedimus nostri sigilli robore communitam.

Act. et datum Maguntie, anno Domini MCCLXXIII, Kal. Septembr.

6. *UNIO PRINCIPUM ELECTORUM DE ROMANORUM REGIS ELECTIONE.* Sept. 11.

Dedit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' I, 268 nr. 112 ex eiusdem tabularii autographo, cuius sigillum valde laesum pendet loro membranaceo; unde etiam editiones antiquiores derivatae sunt. Contulit b. m. Weiland. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 109. (P. deest.)

Nos Eng(elbertus) Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii [per Y]taliam archicancellarius universorum noticie presentibus declaramus, quod cum reverendis patribus domino . . Moguntino et domino . . Treverense archiepiscopis nunc presidentibus et cum domino . . duce Bawarie comite palatino Reni taliter uniti sumus fide data vice sacramenti, ad hoc nos nichilominus astringentes, quod in electione Romanorum regis, quam proxime celebrare intendimus et debemus, sine capcione qualibet erimus unanimes et concordes, ita tamen quod in quemcunque tres ex nobis concordaverint, quartus sine contradictione qualibet sequetur eosdem, cuius utique commodum et honorem tanquam proprium apud eum quem elegerimus tenebimur procurare et indempnitati sue, secundum quod nostre fidei congruit et honori, sicut nostre fideliter precavere. Dominus eciam Moguntinus archiepiscopus pro domino Treverense promisit, quod in societate predicte unionis debeat remanere, quod si facere recusaverit, nos cum predictis duobus, videlicet domino Moguntino et . . comite palatino

Reni duce Bawarie concordes secundum formam remanebimus prenotatam. In cuius rei testimonium et roboris firmitatem presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus communiri.

Dat. Bopardie, III. Idus Septembr., anno Domini MCCLXX tercio.

7. *PROMISSIO REGIS DE PECUNIA ARCHIEPISCOPO TREVERENSI SOLVENDA. Oct. 7.*

Exemplar autographum a regio Berolinensi in tabularium Confluentinum nuper remissum, in Güntheri 'Codice diplomatico Rheno-Mosellano' II, 381 iam olim publicatum, nunc iterum descripsimus. In dorso legitur manu coaeva scriptum: R^a^. h. debita R. regis de M V et XLV marcis *et iterum:* debita Rud. regis de M V^c^ LV marcis Aquensium et Holand(ie).

De sigillis non recte relatum est in Regestis imperii. Superest sigillum regis sed solutum; cetera pendent praeter sigillum comitis Palatini, quod omnino desideratur. Cf. ea quae a. 1274. Mart. 9. de pecunia soluta aut solvenda inter regem et archiepiscopum Trevirensem statuta sunt, Reg. imp. VI, 121. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2. (P. deest.)

Nos Rudelfus[a] Dei gracia in Romanorum regem electus promittimus et promisisse nos publice protestamur per presentes, venerabili principi nostro Heinrico Trevirorum archiepiscopo mille quingentas et quinquaginta quinque marchas bonorum et legalium Aquensium et Hollen(sium)[a] denariorum secundum pagamentum oppidi Frankenvordensis pro expensis, quas idem apud Frankenvort pro felici nostra electione fecisse dinoscitur, Nov. 11. nos infra festum beati Martini proximo nunc venturum plenarie soluturos. Et si contingeret dictum dominum archiepiscopum Treverensem in propria persona vel aliquos fideiussores suos in Frankenvort obsides iacere, expensas quas ipse vel ipsi fecerint plenarie persolvemus. Pro quibus mille quingentis et quinquaginta quinque marchis et expensis quas ipsum vel suos facere contingeret, ut est pretactum, eidem domino Treverensi fideiussores constituimus in solidum venerabiles principes nostros dominum Wernerum archiepiscopum Maguntinum et Ludewicum comitem palatinum Reni nec non nobiles viros . . burgravium de Norenberg, E. de Lynengen, H. de Vurstenberg, . . de Wilenauwe, D. de Kazceneleboge comites, . . dominum de Eppenstein iuniorem, . . dominum de Hainauwe, Wer. et Ph. dominos de Bolanden; qui fideiussores, si predicta pecunia in termino antedicto non fuerit persoluta, Frankenvort more obsidum intrabunt, ab inde non recessuri, donec dicta pecunia fuerit integraliter persoluta. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro una cum sigillis fideiussorum predictorum predicto domino Treverensi archiepiscopo tradimus communitam.

Nos Wernerus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, L. comes palatinus Reni, . . burgravius de Norenberg, E. de Lynengen, H. de Vurstenberg, . . de Wilenauwe, D. de Kazceneleboge comites, . . de Eppenstein iunior, . . dominus de Hainauwe, Wer. et Ph. domini de Bolanden recognoscimus et publice protestamur pro serenissimo domino nostro R. Dei gracia in Romanorum regem electo nos fideiussisse et fideiubemus in solidum modo predicto apud dominum Treverensem archiepiscopum prenotatum et ad premissa omnia, ut superius sunt narrata, nos sollempniter obligamus, renunciantes omni auxilio iuris canonici et civilis et omnibus exceptionibus, per quod vel quas iuvari possemus contra presens factum vel eciam instrumentum, et super huiusmodi facto stabimus simplici verbo dicti domini Treverensis. Et si fideiussorio nomine nos Wernerum Dei gracia archiepiscopum Maguntinum et nos L. comitem palatinum apud Frankenvort presentare contigerit, quilibet nostrum quatuor milites

7. a) *sic or.*

honestos ponere poterit loco sui et si aliquem de hiis ante solutionem factam mori continget, alius vel alii substituentur eque boni. Protestatus est eciam dictus dominus archiepiscopus Treverensis salvum sibi fore ius super expensis factis in veniendo Frankenvort et redeundo et super aliis, que sibi promiserat venerabilis pater dominus archiepiscopus Maguntinus, nec absolvit dictum dominum Maguntinum nec fideiussores suos a promissionibus, quas sibi prius fecerant, nisi tantum super mille quingentis et quinquaginta quinque marchis, que sunt in presenti littera superius nominate. In quorum omnium evidenciam et plenam probationem nos fideiussores prenominati universi et singuli ad petitionem serenissimi domini nostri R. in regem Romanorum electi sigilla nostra una cum sigillo ipsius domini electi presentibus duximus appendenda.

Act. et dat. Frankenvort, anno Domini MCCLXX tercio, sabbato post festum beati Remigii.

8. 9. *CONSENSUS ELECTORUM ECCLESIASTICORUM DE DEBITIS REGIS MORTUI ABSOLVENDIS.* *Oct. 8.*

Autographa Moguntinum et Trevirense, quae fere omnino concordantia coniungimus, exstant in tabulario generali regni Bawarici signata 'Mainz Erzstift 2. Nachtrag' fasc. 1 et 'Mainz Erzstift' fasc. 21; quorum sigilla perierunt. Moguntinum exemplar iam edidit Schunk 'Beyträge zur Mainzer Geschichte' II, 325, Trevirensis initio in adnotatione dato. Denuo contulit illud b. m. Weiland, huius autographon a nobis detectum descripsimus. Cf. exemplar electorum saecularium magis discrepans nr. 10. — Böhmer, Reg. imp. VI, 3 et 4. (P. deest.)

W(ernherus) Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum[a].

Cum propter eleccionem Romanorum regis Frankenfort celebrandam una cum nostris coelectoribus expensas fecerimus et adhuc alie restent in coronacione regis[b] faciende et deceat principes ab illis expensis regalem munificenciam relevare, ipse dominus noster electus rex serenissimus Romanorum, cum pre manibus pecuniam non habeat, mutuum contrahendo fideiussores pro solvendis debitis obligavit. Nos itaque volentes precavere, ne contingat fideiussores vexari, si aliquid quod absit domino nostro regi humanitus[c] eveniret, presentibus protestamur, quod de nostra et coelectorum nostrorum procedit optima voluntate, ut si debitis non solutis dominus noster prefatus de medio subducatur, ipsi fideiussores de bonis imperii se absolvant, et successor, quicunque in regno[d] fuerit, teneatur fideiussores ab omni obligacione et dampnis quibuslibet reddere absolutos. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Dat. Frankenfort, anno Domini millesimo CCLXXIII, VIII. Idus Octobr.[e]

10. *CONSENSUS ELECTORUM SAECULARIUM DE EODEM.* *Oct. 8.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIII, 671 ex autographo eiusdem tabularii prolatam, quod signatum est 'Hochstift Würzburg Reichssachen' fasc. 1. Sigilla laesa adhuc servantur. V. supra nr. 8. 9. — Böhmer, Reg. imp. VI, pag. 561 ad 3 et 4. (P. deest.)

8. 9. a) *protocollum in T:* Henr(icus) Dei gracia Treverensis archiepiscopus universis presentem paginam inspecturis votive prosperitatis successus. b) regis *T.* c) -tus *in rasura T.* d) regno *T.* e) *eschatocollum in T:* Dat. Frankenvort, anno Domini MCCLXXIII, octavo Ydus Octobris, indiccione secunda.

Iohannes Dei gracia Brandenburgensis marchio et Iohannes Dei gracia dux Saxonie omnibus presentem paginam inspecturis votive prosperitatis successus.

Cum propter electionem Rom(anorum) regis apud Frankenfvrt celebrandam una cum nostris coelectoribus expensas fecerimus et adhuc restent alie in coronacione regia faciende et deceat principes ab illis expensis regalem magnificentiam relevare, ipse dominus noster electus rex serenissimus Romanorum, cum pre manibus pecuniam non habeat, mutuum contrahendo fideiussores pro solvendis debitis obligavit. Nos itaque volentes precavere, ne contingat fideiussores vexari, si aliquid quod absit nostro domino humanitus eveniret, presentibus protestamur, quod de nostra et coelectorum nostrorum procedit optima voluntate, ut si debitis non solutis dominus noster prefatus de medio educatur, ipsi fideiussores de bonis imperii se absolvant, et successor in regno, quicumque fuerit, teneatur fideiussores ab omni obligatione et dampnis quibuslibet reddere absolutos. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine communiri.

Dat. et actum Frankenvort, anno Domini MCCLXXIII, octavo Ydus Octobris.

11. *PROMISSIO DOMINI DE HOHENECK DE INSIGNIBUS REGALIBUS REDDENDIS. Oct. 11.*

Exemplar autographum asservatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae; cui appendent tria sigilla partim laesa. Ediderunt Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 237 nr. 3 et Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 592 nr. 751. Nos autographon iterum contulimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 4a. (P. deest.)

Ego Reynhardus de Hoheneke notum facio presentem litteram inspecturis, quod domino meo Ludowico illustri comiti palatino Rheny duci Bauwarie, recepta ab
Dec. 25. eodem caucione de mille marcis argenti, quas michi in festo nativitatis Domini et ante persolvet, sicut in privilegio super hoc confecto plenius continetur, promisi fide data, quandocunque super hoc litteras domini mei regis recepero, sine mora et captione qualibet insignia imperialia assignare sic integre et conplete, sicut michi sunt a domino Ritschardo rege recolende memorie assignata.[1] Si autem dominum meum regem, antequam sibi predicta insignya fuerint assignata, contingat quod absit decedere, si quit de predicta recepi peccunia, domino meo duci restituere teneor et promisi et fideiussores michi dati ab eodem a sua fideiussione sunt liberi et soluti. Si vero peccuniam michi datam reservare volo, prefatus dominus meus michi remanebit ad solutionem partis residue obligatus, et extunc sepedicto domino meo duci predicta insignya et totam procurationem meam, videlicet castrum et opidum Lutern, castrum Trivels cum omnibus attinenciis eorundem necnon omnia, que ex procuracione michi commissa possideo, teneor sine impedimento et contradiccione qualibet assignare. Et quod hec omnia sine dolo et captione qualibet perducam ad effectum, dominos meos Heinricum Geminipontis et Symonem filium suum de Obersteyn comites, Iohannem de Methis, Wilhalmum, Reynoldum et Heinricum patruum meum de Hoheneke fideiussores in solidum constitui, qui si predicta contra fidem meam veniens neglexero adimplere, moniti a predicto domino meo duce vel eius nunciis, in Wormacia more fideiussorio se recipient, ab inde nullatenus recessuri, donec quicquit pretactum est per me et heredes meos fideliter compleatur. In cuius rei testimonium et maioris

1) *Insignia regalia a Philippo de Falkenstein sibi reddita testatur Richardus rex a. 1269. m. Apr., Reg. imp. V, 5455. Ceterum cf. Epistolam Urbani IV. de negotio imperii 'Constitutiones' II, 525 c. 6 et ea quae exposuit Frensdorff 'Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften' 1897 p. 50.*

roboris firmitatem presentem litteram sigillis dominorum meorum predictorum, videlicet de Zweynbruken et de Obersteyn comitum, et sigillo meo dicto domino meo duci tradidi sigillatam.

Actum et datum Haidelberch, anno Domini millesimo CCLXXIII, V. Ydus Octobr.

---

12. 13. PROTESTATIO DE DISCIDIO INTER ARCHIEPISCOPOS ORTO.

1273. Oct. 24.

12. *PROTESTATIO REGIS ET REGINAE.*

Autographon asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Mainz Erzstift 2. Nachtrag' fasc. 1, cuius editionem a nobis 'Neues Archiv' XXIII, 30 iam paratam hic repetimus. Sigillum valde laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 5. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Gertrudis regina collateralis ipsius omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Cum nos ad oppidum Aquense [a] cum principibus nostris dilectis ad recipiendum coronacionis nostre insignia venissemus et coronacione nostra felici cum debita celebritate peracta sedes principum eorundem una cum sedibus nostris hinc inde in regia domo nostra ibidem, prout moris existit, pro sollempnitate prandii locarentur, inter venerabiles principes nostros . . Maguntinum et . . Coloniensem archiepiscopos super sessione a dextris est orta materia questionis. Tandem Maguntinus predictus, ne tante festivitatis nostre iocunditas in aliquo turbaretur, quin pocius in omnibus ad nostrum desiderium ageretur, ad magnam nostrarum ceterorumque principum precum instanciam questioni huiusmodi non inhesit. Immo recognoscimus per presentes et aperta facie protestamur, quod pro celsitudinis nostre honore, ut in eo plene sinceritatis affectum, quem ad nos habere dinoscitur, ostenderet per effectum, illa vice sub dissimulacione quadam commendabili pertransivit, publice nichilominus protestando, quod possessioni sessionis huiusmodi iuris vel facti quod habet per dissimulacionem eandem non valeat inposterum derogari, nec sibi et sue ecclesie Maguntine per hoc debeat in aliqua parte preiudicium generari.

Acta sunt hec apud Aquisgrani, VIIII. Kal. Novembr., regni nostri anno primo.

13. *CHARTA COMITIS PALATINI.*

Superest in copiario tabularii regii Wirzburgensis signato 'Mainzer Bücher verschiedenen Inhalts' nr. 20 p. 55 manu saec. XIV exarata, quem iam adhibuit Gudenus in 'Codice diplomatico' I, 753 nr. 343. Contulit vir cl. Göbl eidem tabulario praefectus. Eiusdem fere tenoris est ac nr. 12. — Böhmer, Reg. imp. VI, 6. (P. deest.)

Omnibus presentes litteras inspecturis Ludowicus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bavarie salutem in Domino.

12. a) Aquen *or.*

Cum serenissimus dominus noster Rudolfus Romanorum rex semper augustus et inclita domina Gertrudis regina collateralis regia ipsius cum principibus suis dilectis ad recipiendum coronacionis sue insignia ad opidum Aquense venissent et coronacione ipsorum felici cum debita celebritate peracta sedes principum eorumdem una cum sedibus suis hinc inde in regia domo ibidem, prout moris existit, pro sollempnitate prandii locarentur, inter venerabiles patres dominos Wernherum Maguntinum et Engelbertum Coloniensem archiepiscopos super sessione a dextris est orta materia questionis. Tandem dominus Maguntinus predictus, ne tante festivitatis iocunditas in aliquo turbaretur, quin pocius ad ipsius domini regis desiderium ageretur, ad magnam eiusdem ceterorumque principum presencium instanciam questioni huiusmodi non inhesit. Immo recognoscimus per presentes et aperta facie protestamur, quod pro regie maiestatis honore, ut in eo plene sinceritatis affectum, quem ad ipsum dominum regem habere dinoscitur, ostenderet per effectum, illa vice sub dissimulacione quadam commendabili pertransivit, publice nichilominus protestando, quod possessioni sessionis huiusmodi iuris vel facti quod habet per dissimulacionem eandem non valeat in posterum derogari, nec sibi et sue ecclesie Maguntine per hoc debeat in aliqua parte preiudicium generari.

Acta sunt hec Aquisgrani, anno Domini MCCLXXIII, VIIII. Kal. Novembris.

14—16. PROMULGATIO ELECTIONIS.

(1273. post Oct. 24.)

Nonnulla nostri tomi documenta in formularum solummodo libris servata sunt, qui e cancellaria Rudolfina prodierunt; de quibus v. Regesta imperii VI p. 15 sq., J. Kretzschmar 'Die Formularbücher aus der Canzlei Rudolfs von Habsburg' 1889, O. Redlich 'Eine Wiener Briefsammlung' praef. p. XXIV sqq. Non adhibuimus nisi optimos codices, sed ii omnes denuo accuratissime collati sunt; editiones vero neglEximus, quamquam Pertzii editio textus praebens parum accuratos eis potissimum utitur, utpote quae omnes aut e nostris codicibus sumptae sint aut lectionem nullius pretii praebeant. Ceterum quae formularum natura est in ea cancellaria collectarum, ex qua antea ipsa diplomata prodierant, saepe de lectione recipienda satis difficile iudicatur. Itemque consentaneum est, ubi accedit autographon, ne ibi quidem lectionibus formularum careri posse, quantum quidem de diplomatis ex ipsa regis cancellaria emissis agitur, cum haec in libros formularum ita recepta esse certum sit, ut compilatores ingrossata primaria adhiberent, uti etiam vir d. Heinricus Otto argutissime probavit 'Neues Archiv' XXVI, 217—228.

Longe optimi ad edenda nostra documenta erant codices:

T *Trevirensis 1875, quem maximam partem a. 1806 publici iuris fecit Bodmann 'Codex epistolaris Rudolfi I.'; quo codice editionis fundamento praecipue usi sumus.*

E *Erlangensis 563 Summam curiae regis continens, quam edidit O. Stobbe 'Archiv für oesterr. Geschichtsquellen' XIV, 305—385.*

O *Ottobonianus 2115 bibliothecae Vaticanae, quem a. 1894 edidit O. Redlich 'Eine Wiener Briefsammlung u. s. w.' (= 'Mittheilungen aus dem Vaticanischen Archive' II).*

Inspeximus etiam V codicem Vindobonensem 409 (Philol. 61), quem a. 1866 adhibuit Bärwald 'Das Baumgartenberger Formelbuch' (Fontes rerum Austriacarum Ser. II tom. XXV); sed eius lectionum auctoritatem paene nullam esse inter omnes constat, quia compilator 'de parvitate sui ingenioli', ut ipse fatetur, 'utcumque potuit correxit'.

14. *DECRETUM PRINCIPUM PAPAE DIRECTUM.*

Superest in his codicibus: T *nr. 298, ubi lemma* Pape principes electores; E *in duas partes dissectum, quarum prior usque ad verba* expiacionis exercicium *(desunt enim sequentia usque ad* claritatis *et per errorem librarii iungitur alia formula* Fluctivagi iam dudum—molestari *infra nr. 45 edenda) fol. 133' nr. 187 exarata est cum lemmate* Littere de creacione regis Romanorum e[t] edictione curie generalis et requisicione subsidii pro eadem, *altera a verbis* Vacante iam pridem *fol. 135 nr. 193, cui inscribitur* Decretum electionis regis Rom(anorum) in futurum imperatorem promovendi; O *fol. 74 nr. 254;* V *fol. 48 v. editionem p. 311. — Böhmer, Reg. imp. VI, 7.* *(P. 393.)*

(1) Luxit hactenus et elanguit[a] terra, confusus erat Lybanus et sordebat.[1] Set ecce verna temperies et de terre visceribus bone spei[b] gramina revirescunt[c]. In sanguinem[d] etenim priscis[e] luna versa[2] temporibus vigilare pastores et super greges suos nocturnas servare vigilias commode nequiverunt[f]. Nunc autem hoc tempore precedenti[g] velut emortua tenebrarum densata caligine facta fuit nox periculosorum plena discriminum, in qua catervatim[h] terribiles silve bestie transierunt, leonum catuli rugientes[3], ut raperent innocentes, ad devorandum ut escam panis[4] pauperes, Dei et hominum reverencia ultroiecta, parati. Hoste[i] siquidem pacis[k], antiquo serpente[5], qui morsu pestifero dulces ubique molitur[l] amaricare delicias paradisi, Romani statum imperii olim tranquillitate pacifica floridum diu diris inquietudinum malleis impetente, status ipse corrupcionis diutine vulnera pertulit, et accensis in cordibus hominum ignibus odiorum pax inibi periit, bellicus horror invaluit, et non solum contigit, illum civilibus bellis, sed eciam intestinis quasi letaliter sauciari. Verum miserator et misericors Dominus super omnia tenens in excelsis[m] imperium, cui parcere promptum est et proprium misereri, licet ad expiacionis exercicium paciatur[n] interdum affligi fideles, nesciens tamen in indignacione[o] clemenciam continere, ut super sortem[p] hereditatis sue virgam iniquitatis[6] non[p] usque ad interitum derelinquat[7], set cum percusserit, mox propicius consolator exurgit, ex alti sui iam ineffabilitate consilii summis ima concilians[q] dies malos abbreviasse videtur, irradiantibus celitus splendidis[r] lucis nove lampadibus claritatis[r, n]. (2) Vacante profecto[s] iam pridem imperio, ne diucius sic oberraremus[t] acephali, apud[u] Frankenvort[v], die ad hoc ab omnibus nobis indicta et acceptata[w] concorditer, ad providendum eidem imperio convenientes in unum, tandem post aliquantulum de futuri regis substitucione[x] tractatum in[s] inclitum virum dominum R. de t(ali) lo(co), invocata primitus sancti Spiritus[y] gracia, cum sollempnitatibus debitis et consuetis, servato[z] in omnibus modo[a] et ordine congruo, tamquam in magis utilem ad id et

14. a) languit *E.* b) fidei *E.* c) evirescunt *E.* d) sanguine *O.* e) priffis *E.* f) requieverunt *E.* g) precedente *E.* h) caterva *E.* i) hosti *E.* k) pr *E.* l) molliter *E.* m) *loco* tenens in excelsis *E*: et excelsus. n) paciatur — claritatis *des. E.* o) dignacione *O.* p) *deest T.* q) consilians *T.* r) *sic T. O.* s) *deest E.* t) oberremus *E.* u) q *E.* v) Frankenfort *E*; N. locum *O.* w) accepta *E.* x) sublimacione *E.* y) spir. s. *O.* z) servatis *E.* a) more *O.*

1) *Is. 33, 9.* 2) *Ioel 2, 31.* 3) *Is. 5, 29.* 4) *Ps. 13, 4.* 5) *Apoc. 12, 9.* 6) *Ps. 88, 33.* 7) *Ps. 93, 14.*

magis idoneum, quem agnovimus[b], habito ad Deum precipue et ad[c] reipublice causam respectu potissimo, de communi consensu omnes et singuli pariter oculos nostros iniecimus, eum in regem Romanorum imperatorem futurum, auctore Altissimo, una voce votoque unanimi[d] unanimiter eligentes. (3) Qua quidem electione canonice, immo divinitus procul dubio celebrata, eundem cum inenarrabilis[e] immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium necnon populi comitiva letante ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, apud Aquisgranum utpote sedem, que primum sublimacionis et glorie regie gradum ponit, magnifice duximus, ubi t(ali) die[f] a nobis Col(oniensi) archiepiscopo[g], cuius interest regibus ab antiquo beneficium consecracionis impendere, fuit in sede magnifici Karoli coronatus et unctionis sacerrime oleo delibutus. (4) Et ut de[d] regis electi sic et coronati persona sacrosancte Romane ecclesie matri nostre piissime nova congaudia cumulentur[h], idem rex est fide catholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, pollens consilio, fulgens pietate, propriis potens viribus et multorum potentum[i] affinitate connixus[k], Deo ut firmiter opinamur amabilis et humanis aspectibus[l] graciosus ac insuper corpore strennuus et in rebus bellicis contra[m] perfidos fortunatus. Propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, quod sub[n] eius principatu pacifico[o] quies regno proveniet[p], pax ecclesiis, concordia plebibus et moribus disciplina, ita quod gladii conflabuntur in vomeres, cornu christi sui a rege regum magnifice[q] sublimato. (5) Vos itaque quesumus[r], pater sancte, benigne suscipite filium singularem, quem procul dubio sencietis[r] intrepidum matris ecclesie pugilem et invictum catholice fidei defensorem. Processum vero tam rite tam[s] provide tam[t] mature de ipso sic habitum graciose[u] approbacionis applausu benivolo prosequentes ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis opus Dei perficientes[v] in ipso, eundem cum vestre sanctitati placuerit et videritis[w] oportunum[x], ad imperialis fastigii diadema dignemini misericorditer evocare, ut sciant et intelligant[x] universi, quod posuerit vos in lucem gencium[r] Dominus et per vestre discrecionis arbitrium orbi terre post nubilum exoptata serenitas illucescat.

15. *LITTERAE ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI AD PAPAM.*

Servatae sunt in codicibus T *nr. 12 et* E *fol. 102 nr. 3, ubi lemma* Forma decreti electionis reg. Rom. domino pape directa, in qua petunt principes electores, ipsum regem imperiali dyademate insigniri. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 7.*

(P. 393 not. 6.)

Sanctissimo etc. W(ernherus)[a] Maguntinus archiepiscopus etc.[b]

Cum ex vacacione diutina Romani imperii in diversis mundi partibus multa[c] personarum pericula, corporum strages et[d] gravia rerum dispendia provenirent[e], nos[f] et alii nostri[g] conprincipes ius in[h] Rom(anorum) reg(is) electione[h] habentes, conpaciendo miseriis afflictorum, die et loco[i] congruo[c] deputatis cum omnes convenissemus in unum qui voluimus et potuimus interesse, unanimi[k] voluntate pariter et consensu omnium qui affuimus nobilem virum R(udolfum) comitem de Havesburg[l], virum utique provi-

14. b) cognovimus *O.* c) *deest T.* d) *deest E.* e) inenarrabili *O.* f) *loco* tali die *V male*: in die apostolorum. g) episcopo *E.* h) congratulentur *E.* i) potentium *O.* k) conixus *E*; connexus *O.* l) affectibus *E.* m) circa *E.* n) super *E.* o) pacifice *O.* p) proveniat *E.* q) regum rege magnifico *E.* r) *deest E.* s) quam *E.* t) et *E.* u) gloriose *E.* v) perf. Dei *O.* w) viderint *E.* x) oportunum — intelligant *des. E.*

15. a) M. *T.* b) Sanctissimo etc. E. archiepiscopus Coloniensis *male E.* c) *deest E.* d) ac *E.* e) pvenerint *E.* f) ego *T.* g) mei *T.* h) *deest T.* i) die locoque *E.* k) una *E.* l) Hafburg *E.*

dum et discretum, consilio et serenitate pollentem, morum probitate conspicuum et fidelem, regali magnificencie, prout omnibus videbatur, aptum et habilem[m], in regem elegimus Rom(anorum), ducentes eundem omnes pariter sic electum secundum morem et consuetudinem Aquisgranum sollempniter consecrandum. Ibique per manus venerabilis patris domini E(ngelberti)[n] Coloniensis archiepiscopi sacri imperii per Ytaliam archicancellarii inunctum et consecratum regalique dyademate coronatum in sede sublimavimus regie maiestatis. Sperantes firmiter, quod vobis et vestris beneplacitis se per omnia debeat coaptare, ecclesias, viduas, pupillos et orphanos protegere idemque regnum[o] multipliciter demenbratum in statum iusticie reformare. Pro quo sanctitati vestre piissime duximus humilime[p] supplicandum, quatinus ipsum pro bono statu tocius reipublice christiane imperii[q] diademate dignemini[r] insignire[s].

16. *LITTERAE REGIS BOHEMIAE AD PAPAM.*

Adiungimus epistolam Ottokari regis, quae superest in collectione formularum quae dicitur Henrici de Isernia. Cod. Klagenfurtanum (K) *Ms. XXXIb 12 saec. XIV. fol. 66 nr. 145 contulit A. de Iaksch. Cod. Vindobonensem* (V) *3143 (Philos. 179) saec. XV. fol. 140 nr. 149 contulit vir d. Novák. Codicem* (P) *universitatis Pragensis XII B. 12 saec. XV. fol. 140' nr. 159 nos ipsi Berolini contulimus. Epistolam genuinam esse certissimis argumentis comprobavit O. Redlich 'Mittheilungen des Instituts' X, 353 sqq., ubi rhetoricos colores, qui primo obtutu spuriae originis indicium videri possint, Henrici de Isernia proprios esse exponitur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 42 d. (P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri etc. O. Dei gracia etc.

Cum cadentis[a] mundi miseratus angustias a dextris patris descenderit filius et regio procedens tramite docuerit sequi rectum, revera postquam ei placuit ad patrem unde venerat remeare, sibi Petrum et vos per consequens fieri voluit successores, ut prefulgentes antisticii dignitate sic orbis regatis et dirigatis orbitam, quod racionis bonitas malum proscribat stulticie, abusus corrigat equitas, temperancie[b] frenis lima[c] castigetur excessuum et fortitudinis perseverancia pugnax devincatur exercitus viciorum. Quocirca si quando respublica premitur vel nobis infertur iniuria, nec admittit racio nec favet possibilitas vel voluntas, ut recurramus ad alium nisi ad vos tantummodo, qui generali[d] residentes in solio, prout apostolici mandati norma requirit, ex officii sumpti debito in recti statera iudicii decernentes singula et figurantes iura provideque toto sparsim promulgantes[e] in orbe, prava tenemini linea rectitudinis exequare. Unde cum principes[f] Alemanie, quibus potestas est cesares eligendi, qui — livoris veneno nolumus plura dicere nec more regio detraccio[g] locum habet — concorditer in quendam comitem minus ydoneum, solempnibus nostris nunciis, quos Vrankenvurt[h], ubi celebrari debebat eleccio, nostros procuratores miseramus, contradicentibus et reclamantibus evidenter, vota sua direxerunt et eundem in gravamen imperii nostrumque preiudicium, postquam solempniter appellavimus ad sedem apostolicam[1], sacri dyadematis insigniverunt maiestate, ad vos velud inexhaustum scaturientis iusticie fontem et intermine pietatis asilum una cum imperio recurrimus irracionabiliter pregravati, s(anctitatem) v(estram) suppliciter exorantes, quatinus nos non permittatis in iure nostro, quod prefati principes manifestis deprimere conantur iniuriis et infestis, aliquatenus conculcari paternumque[i] sancte mentis intuitum flectere dignemini ad imperii statum flebilem,

15. m) abilem *T.* n) *loco* venerabilis — E. *E*: fratris *C.* o) membrum *E.* p) devotissime *E.* q) imperiali *E.* r) *post* christiane *E.* r) insiguiri *E.*

16. a) candentis *K.* b) temperancia *V. P.* c) *λῆμα i. q. audacia.* d) generalis *K. V. P.* e) promulgetis *K. V.* f) princeps *V. P.* g) detraclo *V. P.* h) wranewrt *K.* wrauenwrt *V. P.* i) piumque *V. P.*

1) *V. Regesta imperii VI, 4 c.*

eique[k] misericordie viscera reserantes compaciatur sibi matris ecclesie beata benignitas, dum illud imperium, a quo mundus contremuit universus, quod dignitatibus omnibus monarchie prelatum fastigio excellentissimis conferebatur tantummodo gerendum feliciter et regendum, nunc illis contingit personis, quas fame recondit obscuritas, que virium destituuntur potencia et penuriose gravantur sarcina paupertatis, quorum quidem contrariis divos augustos oportet necessario redimiri. Misericordia moveamini, pater sanctissime, quin pocius vobis, quod sic deprimitur, indignissimum videatur, cum si sedes apostolica permiserit, si mundus tolleraverit, ut deiectis et humilibus conferri debeat culminis tantus apex, redigetur in nichilum et cui Arabs famulabatur, serviebat Indus, obsequebatur Ytalus, Hispanus obtemperabat, obsecundabat[l] cum reverencia totus mundus, cunctis reddetur despicabilis et abiectus. Quem senatus populusque Romanus statuit, quem lex virtusque statuit, quem Deus ipse statuit, contempnent singuli frenis agi pauperis respuentes, sicque iusticia suffocabitur et exulabit concordia et pax regnantibus criminibus expirabit, impunes[m] dissulcabunt iniurie, proximus insurget in proximum tantaque calamitas[m] tantaque miseria proch dolor imminebit, quod exosa viventibus vita fiet. Aperiatis, quesumus, imperio clemencie vestre ianuam, intendatis in ipsum humanitatis affectibus mansuete, quod ea semper in subditos fuit usum clemencia illaque semper humanitate relanguit, ut parcere dignius reputaverit quam punire. Non permittat amplius vestra pietas angi miseriis, cuius ope consueverunt ab orbe miserie relegari. Vos enim in protectorem[n] suum suscipit[o], vos[p] in tantis requirit angustiis, vestreque[q] potestati se subiciens vociferatur et clamitat: pater clementissime[r] miserere.

17—19. INFEUDATIO BURCGRAVIATUS NORIMBERGENSIS.

1273. Oct. 25.

17. *PRIVILEGIUM REGIS.*

Ex autographo tabularii generalis regni Bawarici signato 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 62½, quod negligenter scriptum est, dedit vir d. Hermannus Herre Monacensis. Quae supersunt sigilli fragmenta pendent filis sericis rosei coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 8. (P. decst.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentem paginam inspecturis salutem et credere subnotatis.

Regalis preeminencie requirit honestas, ut singulos et universos devote nobis et fideliter famulantes condignis debeamus premiorum retribucionibus prevenire, ut spe remuneracionis ceteri ad nostram et imperii obsequiorum[a] confidencius animentur. Notum igitur esse volumus et presentibus publice protestamur, quod nos advertentes devocionem et fidelitatem dilecti nobis Friderici burcgravii in Nurenberch universa bona infrascripta, videlicet comiciam burcgravie in Nurenberch, castrum quod tenet ibidem, custodiam porte site prope idem castrum, iudicium provinciale in Nurenberch, cui eciam vice imperatoris omne iudicium iudicans presidebit, — officialis eiusdem burcgravii una cum sculteto nostro in civitate Nurenberch iudicio presidebit et quicquid emolumenti de ipso iudicio vel per homicidium vel quemcumque casum

16. k) cui *V. P.* l) obsecundat *V.* m) impunes — calamitas *exciderunt K.* n) proteccione *V.* o) suscepit *V. P.* p) nos *V.* q) vestre *V. P.* r) clemencie *K.*

17. a) *sic or.*; nostra et imperii obsequia *privilegium Alberti regis.*

alium provenerit, idem officialis duas partes eiusdem lucri[b] per se tollet. Dicto quoque burcgravio queq[ue fabrica][c] in Nurenberch solvet unum solidum annuatim, censumque tollet ab omnibus areis ab altera parte pontis et de qualibet tempore messis unum messorem, terciam feram, terciam arborem de foresto ac omnia ligna iacencia in eodem, — officium de foresto ab ista parte pontis cum suis [atti]nenciis[c], villam Werde, villam Buch, opidum Swant, castrum Chrusen, advocatiam cenobii in Steina, decem libras denariorum de officio sculteti in Nurenberch et decem libras de theloneo ibidem cum reliquis feodis, que idem et sui progenitores a nostris antecessoribus[d] habuisse dinoscuntur, titulo feodali concessimus in feodo non solum sibi, sed eciam[e] ex liberalitate et gracia speciali Marie filie sue uxori Lodwici iunioris comitis de Otinga et ceteris filiabus eiusdem burcgravii, sic tamen, si eandem Mariam liberos sive masculini sive feminini sexus habere contingat et decedere ipsum burcgravium sine liberis virilis[f] sexus, quod eadem feoda remaneant aput Mariam et liberos suos, exclusis ceteris filiabus burcgravii memorati. Set si ipsa Maria liberos[g] non habuerit, dicta feoda ad reliquas filias burcgravii ipso mortuo devolventur. Si vero dictum burcgravium temporis processu filium habere contigerit vel filios, volumus, quod cessante gracia facta suis filiabus filius vel filii sui succedant in universum ius, quod dictus burcgravius pater eorundem habuit in feodis memoratis. Ad maiorem itaque observanciam premissorum et roboris firmitatem scripta presencia nostri sigilli karactere iussimus roborari.

Datum Aquisgrani, anno Domini MCCLXXIII, VIII. Kalen. Novembr., indiccione tercia.

18. *CONSENSUS ELECTORUM ECCLESIASTICORUM.*

Exemplaria tria autographa, Moguntinum, Coloniense, Trevirense, quae in eodem tabulario 'Archiv Bamberg, Burggrafthum Nürnberg' fasc. 2 servantur, in usum nostrum vertit Herre. Sigilla parum laesa pendent filis sericis rosei coloris. Exemplar Moguntinum eadem manu scriptum est qua et Trevirense. — Böhmer, Reg. imp. VI, 8.

(P. deest.)

Nos Wernherus Dei gracia archyepiscopus Moguntinus sacri imperii per Germaniam archycancellarius. Notum esse volumus universis et presentibus publice profitemur[a], quod Rudolfus[b] divina[c] providencia inclitus dominus noster Romanorum rex nobis presentibus et videntibus concessit Friderico burcgravio de Norenberch[d] in feodo omnia bona, que pater ipsius ac alii progenitores[e] sui recipere et habere consueverunt a regia magestate[f], et ex liberalitate consueta et gracia speciali indulsit, quod filia ipsius burcgravii[g] Maria uxor Lodwici[h] comitis iunioris[i] de Ötinga[k] et alie sue filie[l] succedere possint et valeant[m] in eisdem secundum tenorem et modum expressum in litteris domini nostri regis memorati, nostro consensu et voluntate ad hoc per omnia accedente. In cuius rei evidens testimonium[n] et roboris firmitatem presentes sigilli nostri munimine iussimus roborari[o].

Datum Aquisgrani, anno Domini MCCLXXIII, VIII.[p] Kalendas Novembris, indictione tercia[q].

17. b) *sic privilegia posteriora; scriptum videtur* luclus *or.* c) *uncis inclusa evanuerunt.* d) *sequitur* a nobis, *sed deletum or.* e) eeciam *or.* f) virili *or.* g) *bis scriptum or.*

18. a) *protocollum in C:* Engelbertus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius. Notum facimus universis et presentibus publice protestamur; *in T:* Heinricus Dei gracia archiepiscopus Treverensis. Notum esse volumus et presentibus publice protestamur. b) Rudolphus *C*; Rodolfus *T.* c) *in corr. M.* d) Nurenberg *C*; Nvrenberch *T.* e) sui progenitores *C. T.* f) maiestate *C.* g) borgravii *C.* h) Ludewici *C.* i) *deest T.* k) Otinga *C. T*; iunioris *add. T.* l) filie sue *C. T.* m) debeant *C. T.* n) testimonium evidens *T.* o) *loco* munimine — roborari *T:* robore duximus muniendas. p) octavo *T.* q) MCCLXX tercio, indictione tercia, octavo Kal. Novembris *C.*

19. *CONSENSUS ELECTORUM SAECULARIUM.*

Imaginem photographicam autographi ibidem servati, quam praebent 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII. tab. 18d. descripsimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 8.

(P. deest.)

Nos Lodwicus Dei gracia palatinus Rheni dux Bawarie, Iohannes dux Saxonie et Iohannes marchio Brandenburgensis. Notum esse volumus et presentibus publice protestamur, quod Rudolfus divina providencia inclitus dominus noster Romanorum rex nobis presentibus et videntibus concessit Friderico nobili viro burcgravio de Norenberch in pheodo omnia bona, que pater ipsius et alii sui progenitores recipere et habere consueverunt a regia magestate, et ex liberalitate consueta et gracia speciali indulsit, quod filia ipsius burcgravii Maria uxor Lodwici comitis iunioris de Ötinga succedere possit et debeat in eisdem secundum tenorem et modum expressum in litteris domini nostri regis memorati, nostro consensu et voluntate ad hoc per omnia accedente. In cuius rei testimonium evidens et roboris firmitatem presentes sigillorum nostrorum karacteribus fecimus roborari.

Datum Aquisgrani, anno Domini MCCLXXIII, VIII. Kal.[a] Novembr., indictione tercia.

---

20. MANDATUM GENERALE DE PACIS REFORMATIONE.

(c. 1273.)

Mandatum regis, cui in E *inscriptum est* Littera ad captandam benivolenciam, *cum Regestis imperii hic ponendum duximus*[1]. *De formularum codicibus v. supra praefationem ad nr. 14—16. Servatum est mandatum in* T *nr. 73;* E *fol. 115' nr. 89;* O *f. 122' nr. 451, quem contulit vir d. Heinricus Pogatscher Romanus;* V *fol. 53, v. editionem p. 356. — Böhmer, Reg. imp. VI, 22.* *(P. 394.)*

Ad Romani regni gubernacula vocati illius vocatione, qui fastidiosam[a] superborum elidens superbiam[b] devotam humilitatem humilium collocat in sublimi, in[c] mente disponimus et iugi meditacione revolvere non cessamus, qualiter in excelso per excelsum et[d] sublimem regem regum maiestatis solio constituti in[d] reformacione[e] pacis iam dudum deperdite[f] reipublice consulamus, oppressorum[g] hactenus et subiectorum[g*]

19. a) *in linea post additum or.*

20. a) fastigiosam *O*; studiosam *E.* b) superbiam elidens *O.* c) commutabili *add. E.* d) *deest E.* e) reformacionem *E.* f) disperdite *O.* g) *loco* oppressorum—subiectorum *E*: oppressis subiectis hactenus et. g*) subiectis *T*; in subiectis *O.*

1) *Mirari certe licet, arengam huius mandati obviam esse in mandato a. 1290. Febr. 25. monasteriis Saxonicis misso (Reg. imp. VI, 2280), ut animadvertit Bärwald, ubi verba sunt haec:* Ad Romani regni dirigenda molimina evocati vocacione illius, qui fastidiosam superborum elidens superbiam devotam humilitatem humilium collocat in sublimi, in mente disponimus et iugi meditacione revolvere non cessamus, qualiter a supremo rege regum in maiestatis solio constituti in instauracione pacis et tranquillitatis reipublice officii nostri debitum exequamur et opressos tirampnorum tirampnide nostre tuicionis presidio consolemur.

tirannorum tirannidi[h] dispendiosis[i] periculis caucius caveamus. Sperantes nobis ex hoc et in talis agone certaminis, que[k] mentem affligit interius et quietem sensibus exterioribus non concedit, supernum nobis pervenire[l] subsidium et humani favoris incremento[m] proficere nos[n] debere. Hinc est quod[o], cum in supreme[p] dignitatis specula[q] ad hoc simus[r] positi, quod universa sacro Romano imperio subdita et ad nos per devota servicia fidem gerencia claris obtutibus et sinceris affectibus nostram[s] serenitatem[t] deceat contemplari, universos vos et singulos[u] omni benignitate, que maiestatem[v] decet regiam, complectimur animo gracioso, credentes et absque ullius dubitacionis scrupulo vehemencius presumentes, quod affectus, quem ex impendenda vobis nostre[w] serenitatis[x] gracia poteritis[y] experiri[z], per devotum[a] vestre fidelitatis obsequium oportunam[b] suis vicibus recipere debeat reconpensam.

21—25. LEGATIO AD PONTIFICEM.

1273. Dec. 22. — (1274. Ian.)

21. *LITTERAE REGIS.* *(1273. Dec. 22.)*

Litteras has, quae cum scripto cardinalibus misso nr. 22 saepius concordant, legationi primae ad Gregorium X. papam delegandas neque vero iam electionis tempore missas esse, evicit vir d. H. Otto 'Die Beziehungen Rudolfs von Habsburg zu Papst Gregor X.' p. 23. De codicibus formularum v. praefationem ad nr. 14—16. Damus ope codicum T *nr. 10;* E *f. 101 nr. 1;* V *f. 40, v. editionem p. 235. Inscriptionem praebent* T *et* E. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 58.* *(P. 383.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo G(regorio)[a] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici R(udolfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus cum omnimoda filialis obediencie promptitudine devotissima pedum oscula beatorum[a*].

(1) Romano vacante iam pridem[b] imperio principes electores, quibus in Rom(anorum) electione regis[c] ius competit ab antiquo, die locoque prefixis ab omnibus convenientes in unum post multos et varios de futuri regis creacione[d] tractatus tandem sub deliberacionis prolixe consilio, quam[e] negocii qualitas exigebat, licet potuerint in nonnullos alios longe clariorum virtutum titulis insignitos longeque maioris meriti claritate conspicuos consensisse, nos tamen ad tam honorabilis oneris et tam[f] onerosi honoris fastigium nullo prorsus ambitu aspirantes ad imperii regimen erexerunt, accepcione nostra nichilominus importuna satis instancia postulata. (2) Nos itaque licet[f] animo trepido revolventes, que et qualis esset huiusmodi disposicionis[g] divine vocacio, utpote nostre multiplicis insufficiencie non ignari[h] formidaverimus[i] tante speculam conscendere dignitatis, quodam nimirum tremore pariter et[a] stupore demissi, in eo[k] tamen, qui alto et[f] ineffabili sue consilio deitatis condiciones et status terrestrium prout vult

20. h) tyrannidem *E.* i) dissipacionis *E.* k) *sic T. E. O.* l) provenire *T. E.* m) incrementum *E. O.* n) nō *O.* o) *deest E.* p) superne *E*; supremo *O.* q) speculo *E. O.* r) sumus ad hoc *O.* s) vestram *E. O.* t) sinceritatem *T. E.* u) univ. et sing. vos *O.* v) serenitatem *O.* w) gre *E.* x) sinceritatis *E.* y) poteris *E.* z) expediri *E.* a) devotam *O.* b) oportunum *O.*

21. a) *deest T.* a*) Sanctissimo — beatorum *dcs. V.* b) iam pridem vacante *E.* c) ecclie reg. *T*; regem electionis *E.* d) electione *V.* e) qd *E.* f) *deest E.* g) dispensacionis *E.* h) *loco* non ignari *E*: conscii. i) formidavimus *E.* k) eū *E.*

alternat et variat, quique robur multiplicat et balbucientibus eloquenciam tribuit, confidentes et spiritum fortitudinis assumentes, ad laudem et gloriam regis regum ob reverenciam sancte matris ecclesie et catholice fidei fulcimentum tam laboriose sollicitudinis exercicio et tam onerosi cure regiminis[l], ne quod superni consilii altitudo decreverat[m], scissionis aut rupture dispendio contingeret infirmari, subiecimus humeros inbecilles, sperantes quod nobis causam[n] Dei et[o] sacrosancte matris ecclesie[p] animose gerentibus non adesse non debeat paterni favoris et apostolice gracie plenitudo. (3) Iactatis igitur cogitacionibus nostris in illo cuius gracia[q] vivimus et in vobis post Deum precipue anchora spei nostre totaliter collocata, piissimam[r] sanctitatis vestre clemenciam humili precum instancia deprecamur, quatenus nobis[s] in assumpto negocio de benignitate consueta favorabiliter aspirantes auxiliatricibus apud Altissimum hostiis adiuvare dignemini causam nostram, immo tocius reipublice specialem, ut in suo beneplacito dirigens gressus nostros per suorum dignetur nos ducere semitam[t] mandatorum[1]. (4) Et ut salubrius et felicius ea que sibi sint[u] placita et ecclesie sue sancte sint grata iugiter prosequi valeamus, placeat quesumus[s] sanctitati vestre piissime, nos imperialis fastigii dyademate graciosius insigniri. Nos enim potentis animi armatura precingimur ad quecunque, que nobis vos et alma mater ecclesia duxeritis imponenda.

22. *SCRIPTUM CARDINALIBUS MISSUM.* *1273. Dec. 22.*

Ediderunt a. 1859 Huillard-Bréholles 'Chronicon Placentinum' p. 346 et a. 1863 minus accurate Pertzius in SS. tomo XVIII, 559 ex unico codice Parisino lat. 4931 saec. XIII. f. 74', quorum editiones secuti sumus. Orthographiae Italicae vestigia servanda non esse duximus. Partim verba congruunt cum nr. 21. — Böhmer, Reg. imp. VI, 59. (P. deest.)

Venerabilibus in Christo patribus universis divina providencia sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus Rodulfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus promptam et paratam eorum beneplacitis voluntatem.

(1) Principes in Romanorum[a] electione regis, ad quos de iure et approbata consuetudine ius eligendi [competit][b] ab antiquo, per multa tempora desides et discordes, non multis diebus elapsis, die locoque prefixis[c] ab omnibus, qui debuerunt, potuerunt et voluerunt interesse, convenientes in unum post varios de futuri regis electione tractatus tandem sub deliberationis prolixe consilio, que negocii magnitudinem condecebat, licet potuerint[d] in quamplures alios claritatis meriti dotibus redimitos et amplioris prestancie luminositate conspicuos consensisse, in nos tamen ad tam precelse dignitatis fastigium nullo prorsus ambitu aspirantes[e] oculos suos concorditer direxerunt, nos ad imperii regimen erigentes. (2) Nos itaque, [licet][b] tanquam stupidi trepido revolverimus in animo, que et qualis esset huiusmodi dispositionis divine vocatio, nostre insufficiencie non ignari et inspecta deorsum subiacentis abissi facie timuerimus[f] adeo preeminentis adscendere speculam dignitatis, in eo tamen, qui indagabili dispensationis sue consilio conditiones statusque terrestrium prout vult alternat et variat, quique ponit humiles in sublimi et infirma corroborat, spiritum fortitudinis assumentes, ad laudem et gloriam regis regum ob reverentiam sancte matris ecclesie et exaltationem catholice fidei, sub illius fiducia qui dat omnia[g] per gratiam forcia que sunt fragilia per

21. l) onerose cure regimini *E.* m) *loco* altitudo decreverat *E*: clemencia decreverat altitudo. n) tam *E.* o) quam *E.* p) spe *add. E.* q) imperio *T. V.* r) piissima *E.* s) *deest E.* t) semita *E.* u) sūt *E.*

22. a) Romani *H. P.* b) *deest c.* c) die noctuque profusis? *H.* d) poterint *H. P.* e) aspirantis *H. P.* f) renuerimus *H.* g) *sic H.*

1) *Ps. 118, 35.*

naturam, tam inportabile onus in humeris nostris assumpsimus et tam formidabilis curam regiminis, ne contingeret infirmari rupture dispendio[h], quod[i] divine sapientie altitudo decreverat, nostro ministerio duximus alligandam; sperantes, immo pro firmo tenentes, quod vos, qui estis ecclesie cardines et columpne mundique lumen et speculum sine ruga, nobis fideliter[k] causam Dei et ecclesie sue sancte gerentibus exoptatis aspirare favoribus et benivolencie graciose dulcoribus[l] nostro processui debeatis adesse. (3) Quocirca paternitatem vestram piissimam omni qua possimus precum instancia duximus exorandam, quatenus provida consideratione pensantes, quantum quietis et tranquillitatis et pacis ex nostra sublimatione universali catholice fidei poterit provenire, altissimo creatori hostias placabiles afferentes tam debitas quam congruas persolvatis, quod sacrum imperium, ob peccata et transgressiones hominum per multa tempora debiti rectoris solacio destitutum in fidei catholice obprobrium, in exultationem et gaudium gentilium et quorumdam perfidorum, in nostra persona licet immerita duxerit misericorditer reformandum; certo certius habentes, quod sacrosanctam Romanam ecclesiam semper intendimus honorare veluti filius devotissimus piam matrem, universum clerum protegere, viduas et orfanos et pupillos et alias personas miserabiles defensare pacemque disponere cunctis subiacentibus Romano imperio, hostibus fidei nos murum opponere et in omnibus per omnia sanctissimi in Christo patris ac domini Gregorii divina providencia summi pontificis iussionibus vobisque universis et singulis complacere. (4) Precipiat igitur pater sanctissimus nobis filio suo devotissimo vestrique cetus reverenda universitas nobis iniungat aliquid horum facere, que vestrum commodum et honorem [respiciant][b]: ecce enim parati sumus iugum suave Domini et onus[m] nobis levissimum licet in se difficilimum sustinere. (5) Super hiis itaque honorabilem virum O(ttonem) Sancti Guidonis Spirensis prepositum nostrum secretarium et conscium mentis nostre, cancellarium nostre curie, vobis duximus destinandum, cui in omnibus que vobis ex nostra parte retulerit adhibere dignemini plenam fidem.

Dat. Hagan(owe)[n], XI. Kalendas Ianuarii, regni nostri anno primo.

23. *EPISTOLA CARDINALI EPISCOPO SABINENSI MISSA.*

Adiungimus nr. 23. 24 epistolas eodem certe tempore emissas, quarum priorem episcopo Sabinensi directam praebent tum codices T *nr. 11 et* E *fol. 101' nr. 2, cum* B *Berolinensis lat. Qu. 300, fragmentum cuiusdam libri formularum continens, quod satis negligenter edidit Kaltenbrunner 'Archiv für oesterr. Geschichtsquellen' LV, 249—263; quod l. c. 261 textum in fine variatum praebet. De codicibus v. supra ad nr. 14—16. Lemma codicis* E *v. in editione, quam paravit Stobbe l. c. 318; in codice Berolinensi inscribitur* Deprecatoria pro promocione. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 61.* *(P. deest.)*

Venerabili[a] in Christo patri ac[b] domino . .[c] divina providencia Sabinensi[d] episcopo amico suo dilecto Rudolfus Dei gracia[e] etc. salutem et sincere semper dilectionis augmentum.

Licet ad cuncta, que maiestati divine conplaceant et contineant equitatem, credamini graciosis semper aspirare favoribus et intendere studiis oportunis, quia tamen plerumque[c] non obfuit vigiles mentes[f] in pocioris[g] vigilancie studium excitari, de vestre rectitudinis zelo fiducie plenitudinem obtinentes paternitatem vestram rogamus affectu quo possumus ampliori[h], quatenus diligenti consideracione pensantes, qualiter

22. h) ruptura dispositionis *H. P.* i) que *P*; quam *H.* k) fidelem *H. P.* l) *sic P*; dilectionibus *H.* m) cuius *H.* n) hagañ c.

23. a) Reverendo *E.* b) *deest T.* c) *deest E.* d) Sabiensi *T.* e) Dei gracia *des. T.* f) aios *in marg. B.* g) põns *E.* h) af. q̊ p. a. ro *B.*

in sublimacionis nostre[i] principiis operata sit gracia deitatis quantaque[k] quies ecclesiis, quanta eciam toti[l] reipublice et catholice fidei christiane tranquillitas ex prosperitatis nostre progressibus[m-n] expectetur, divine disposicionis in nobis cooperator[o] officiosus adesse dignemini[p]

T. E.

et sanctissimum patrem[q] dominum nostrum summum pontificem, ut ad debitum nobis diadema nos evocet, allectivis inductionibus[s] efficaciter exhortari, ut proinde nos in vestris et vestrorum agendis experiamini semper ultroneos et benivolos senciatis.

B.

nec pigeat eum qui exaltator est humilium congruis laudibus exhortari, ut qui nos in sede humili residere disposuit[r] pre mundi principibus in solio principali, cordis nostri firmum propositum ad honorandam et extollendam sacrosanctam matrem ecclesiam subiugandamque fidei katholice omnem gentis[t] barbarice nacionem dignetur perducere misericorditer ad effectum. Ad hec in vestris et vestrorum agendis nos vobis offerimus ultroneos atque promptos.

24. *EPISTOLA ALII CARDINALI MISSA.*

Dedit Redlich 'Eine Wiener Briefsammlung' p. 27 nr. 28 ex O *fol. 125 nr. 463, cuius editionem repetimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 62.* *(P. deest.)*

Cum post Deum in solo domino papa patre nostro sanctissimo sibique familiaribus atque per quos ipse regitur reverendis patribus cardinalibus consistit anchora spei nostre, ad illorum consilium duximus potissime recurrendum, quos tam sermone quam opere cognovimus potenciores. Hinc est quod de vestra sinceritate, perfectione et honestate plenam fiduciam obtinentes vestre discrecioni, qua cuncta discrete discernitis quaque Deus vos fecit in sua ecclesia precellentem, in totum nos committimus supplicantes, quod nostrum immo et ecclesie negocium apud sanctissimum nostrum dominum papam curetis tam celeriter, tam efficaciter promovere, quod universalis mater ecclesia in diversis regni partibus adversis miserabiliter cum bellorum tumultibus onerata, tum pravorum errorum sordibus inquinata per nostre[a] subvencionis auxilium, quod utique ad sanguinem extendere nos delectat, valeat respirare.

25. *RESPONSUM PONTIFICIS. (1274. Ian.).*

Responsum integrum in solis codicibus dictaminum Berardi Neapolitani nobis servatum est. De tempore v. Regesta imperii. Formam breviorem, quam Cronica S. Petri Erfordensis moderna a. 1274 praebet (Monum. Erphesfurtensia ed. Holder-Egger p. 264), non est dubium, quin auctor ex ampliori textu paraverit. Sed ibi adduntur quae apud Berardum desunt verba: Datum Lugduni.

Editionem instruximus ope codicum: 1) *tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29A saec. XIII nr. 52, ubi rubrum* Comendatur in regem Romanorum electus ex eo quod offert se ad negocium Terre Sancte et ad ecclesiam; 2) *bibliothecae Vaticanae lat. 3977 f. 18' ep. 37, quos accuratissime contulit vir d. Pogatscher. Editio Böhmeri in Actis imperii selectis p. 694 nr. 992 sumpta est ex* 2. — *Potthast nr. 20857. Böhmer, Reg. imp. VI, 97.* *(P. deest.)*

23. i) nostre subl. *E.* k) quanta qd *B.* l) i *ex* o *corr. T.* m) processibus *E.* n) *loco* ex — progressibus *B*: de provectionis nostre gradibus. o) coop. in nobis *B.* p) dignetur *E.* q) et *add. E.* r) disponit *B.* s) et monitis *E.* t) *corr. ex* gentes *B.*

24. a) vestre *O.*

Gregorius episcopus etc. carissimo in Christo filio[a] Radulpho in Roman(orum) regem electo.

Dilectus filius magister O(tto)[b] prepositus Sancti Guidonis Spirensis[c] cancellarius tuus et nunctius, quem contemplatione mittentis et[d] sue probitatis obtentu benigne recepimus, in nostra et fratrum nostrorum presentia constitutus litteris, in quibus adhiberi fidem hiis que pro parte tua proponeret petiisti, nobis et eisdem fratribus presentatis devotionem tuam prudenter exposuit et offerens[e] te in propositi soliditate dispositum et paratum ad honorem Dei et ecclesie Romane conatibus totis intendere, ceteras ecclesias et personas ecclesiasticas favoris continuatione fovere, ipsis favorabiliter in immunitatibus suis assistere[f], illarum propulsare iniurias et iura pro viribus augmentare, ad universalem orbis pacem efficaci laborare studio, sicque[g] te ad illam voluntarium, sic totis desideriis suspirantem, quod et si quibus esset de te ipso qualiscunque suspicio, te super illa sedanda beneplacitis apostolice sedis exponis prosecuturum remedia, que sedes eadem ad huius sedationem duxerit providenda. Demum in oblationis nomine tuo proposite[h] calce supposuit, te ab olim ad terram illam, quam unigenitus Dei filius perneccessaria humano generi ortus sui extulit gratia, decoravit presentia, passionis beneficio et aspersione sui sanguinis consecravit, illum concepisse devotionis ardorem, ut[i] affectu semper desidereris[k] intenso et huius cotidie desiderium intendatur, quod patris eterni eiusdem humani generis redemptoris et naturalis genitoris tui, cuius ut asseritur inibi ossa quiescunt, possis visitare sepulcra[l] et ipsius terre neccessitatibus, prout nunc maxime miserabilis eius exposcit conditio, subvenire. Profecto, fili, talia de te gratanter audivimus, quia in prosecutione illorum sic ori dextera concurrente quod verba comitetur effectus, ea Deo novimus esse grata, quia nobis acceptam admodum tue salutem anime, si constanter in illis perstiteris, repromittunt, quia nostris desideriis et totius christianitatis utilitatibus tam in promotione pacis toti mundo perutilis quam in terre prefate subventione[m] concurrunt[n]. Ideoque magnificentiam tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino, sano tibi consilio suadentes, quatenus illi te gratum reddens, qui tibi talis et tante gratie spiritum[o] inspiravit, eidem in humiliatione cordis vitulum[p] labiorum exsolvas et apud eum devoti animi persistas instantia, ut sic in suis semitis perficiat gressus tuos, quod ab illis nequaquam tua vestigia moveantur, set que in verborum offers dulcedine, in operis gratitudine prosequaris. Hec et alia, que idem prepositus plenius intellexit, excellentie tue ipsius fidelis relatio exponere poterit[q] ministerio vive vocis.

26. SENTENTIA DE FEUDIS IMPERII NON ALIENANDIS.

1274. Febr. 19.

Ex cartulario Leodiensi saec. XIV. Leodii in archivio regio asservato ediderunt a. 1895. Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liège' II, 226. — Böhmer, Reg. imp. VI, 100. *(P. deest.)*

25. a) Gregorius—filio *dcs.* 2. b) C. 2. c) Spren 2. d) ac 2. e) efferent 2. f) insistere *in rasura* 2. g) sic 2. h) posite 2. i) et 2. k) desideraris 1. 2. l) sepuchra 1. m) subvecione 2. n) concurrant 2. o) *in margine add.* 1. p) vitulu 2. q) potuit 2.

Rudolfus[a] Dei gracia Romanorum[b] rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ad regie celsitudinis aures nuper vulgari quodam clamore pervenit, quod quidam nostri et imperii principes tam ecclesiastici quam mundani feoda quedam, que a Romano imperio ab antiquo tenebant, alienaverint iuxta proprie libitum voluntatis, quod utique absque nostro consensu et conveniencia[c] fieri sibi non licuit aliquatinus, ut videtur. Volentes igitur ob honorem et reformationem collapsi status imperii principum nostrorum et hominum super hec audire sentenciam, apud Hagenogiam pro tribunali presedimus et assedentibus ibi nobis quam pluribus nostris principibus fuit ibi sentencialiter iudicatum, quod nullus principum aliqua feoda, que tenentur a nobis et regno, alienare possit aut debeat nisi nostro interveniente consensu. Cuius quidem sentencie sive iudicii hii fuere sequaces: venerabiles Wernerus archiepiscopus Maguntinus, Henricus Leodiensis episcopus, Lodewicus comes palatinus[d] Reni Bawarie dux et Albertus Saxonie dux necnon nobiles viri Wilhelmus Iuliacensis, Godefridus Seinensis, H. de Hirzenberch et D. [de][e] Catzennellenboche comites ac nobiles viri burgravius de Nouremberch, dominus de Nife, R. dominus de Hanowe, W. et Ph. de Bolandia et quamplures alii nostri fideles. Cum igitur venerabilis Henricus Leodiensis episcopus princeps noster dilectus feodum venalium civitatis Leodiensis, prout est nobis notoria facta fides, alienaverit sine nobis, eidem damus tenore presentium in mandatis, quatinus feodum prenotatum venalium, quod nullatinus proprio motu alienare sic potuit, regia sibi auctoritate resasiat illudque teneat et possideat, prout sui predecessores Leodienses episcopi ipsum feodum usque alienationis tempora possederunt.

Datum [Hagenogie][e], XVIIII. die Februarii, indictione secunda, regni nostri anno primo.

27. SENTENTIA DE ALTA IUSTITIA AB IMPERIO TENENDA.

1274. Febr. 19.

Ex L *eodem cartulario edita est l. c. II, 227. Exstat etiam in* V *cod. Vaticano lat. 3881 I saec. XVI. fol. 32', quem iussu Alcandri nuntii scriptum esse docuit I. Paquier 'I. Alcander et la principauté de Liège' Paris 1896 p. XVI sq. Cod. Vaticanum exemplavimus a. 1894. — Böhmer, Reg. imp. VI, 101.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus graciam suam et omne bonum.

Cum nuper apud Hagenogiam[a] quam plures de nostris principibus essent in nostra presentia constituti, a nobis postulaverunt humiliter, sibi sentencialiter in iudicio diffiniri, si aliquis altam iusticiam infra limites regni nostri tenere licite valeat vel habere, qui ipsam iusticiam vel a nobis non teneat[b] vel ab alio eam a nostra serenitate tenente. Nos igitur eorundem supplicationibus inclinati pro tribunali presedimus et assidentibus ibi nobis quam pluribus nostris principibus fuit ibi sentencialiter iudicatum, quod nulli altam tenere vel exercere iusticiam liceat infra ambitum regni nostri, qui

26. a) Roudolfus *ed.* b) Romanensis *ed.* c) continencia *ed.* d) palatini *ed.* e) *deest ed.*
27. a) Hageñ *V.* b) moveat *V.*

eam a nobis aut ab alio ipsam a nobis tenente iusticiam non teneat memoratam. Cuius quidem sentencie sive iudicii hii fuere sequaces: venerabiles W. archiepiscopus Maguntinus, H. Leodiensis episcopus, L. comes palatinus Reni Bawarie[c] dux et A. dux Saxonie necnon nobiles viri W. Iuliacensis, G. Seynensis, H. de Hirzemberg et D. de Katzenellenboghen comites et nobiles viri burgravius de Nuremberg[d] et dominus de Nive, R. dominus de Hanow, W. et Ph. domini de Bolanden et quamplures alii nostri fideles. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Haghen(ogie)[e], XIX. die Februarii, indictione secunda, regni nostri anno primo.

28—33. MANDATA DE RECUPERATIONE BONORUM IMPERIALIUM.

1274. Febr. 21—1275. Sept. 2.

28. *MANDATUM ADVOCATIS, OFFICIALIBUS ET PROCURATORIBUS DIRECTUM. 1274. Febr. 21.*

Supersunt duo autographa: 1) *Stuttgardiae in archivio regio, cui appendent loro membranaceo sigilli fragmenta; ipse descripsi;* 2) *in archivio centrali ordinis Hospitalis Vindobonensi, cuius copiam benivole praebuerunt socii nostri Vindobonenses Mühlbacher et Lechner. Sigillum olim loro membranaceo annexum laesum nunc iuxta servatur. In Böhmeri Actis imperii selectis p. 318 nr. 395 minus accurate legitur editum ex copiario eiusdem ordinis saec. XV. Berolini in archivio regio asservato. — Böhmer, Reg. imp. VI, 105. (P. deest.)*

Růdolphus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Omnibus advocatis, officialibus ac procuratoribus dilectis fidelibus suis graciam suam et omne bonum.

Ad noxam vergere nonnunquam cernitur quod salubriter ad remedium providetur. Proclivis enim est cursus ad malum ac imitatricem natura se indicat viciorum, dum sub pietatis specie committitur inpietas ac veritati commoditas racionique prerogat se voluntas. Cupientes itaque sic bona et iura sacri imperii iam multis dimenbrata[b] temporibus ad debite integritatis formam reducere, quod alios non oporteat iniurias, iacturam et dispendia tolerare[c], presertim autem viros religiosos quibus mundane conversacionis homines plerumque infesti sunt opido et nacta materia malignandi de exercenda in ipsos malicia gratulantur, presentibus duximus declarandum, quod occasione[d] generalis commissionis vobis facte de bonis imperialibus a quibuscunque detentis hactenus ad nostre dicionis dominium revocandis dilectis in Christo fratribus Hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum[e] per regnum Allemanie et totum nostrum imperium constitutis[f] nullam volumus turbacionis materiam generari. Set bona que possident, licet sint vel asserantur imperialia, in ipsorum placitum nobis est potestate consistere, donec specialiter[g] per speciale mandatum aliud vel aliter duxerimus disponendum. In mente etenim revolvimus ac revolvendo liquido[h] congnovimus[i], quod racione bonorum

27. c) Bavarie *V.* d) Neurenberg *L*; Niremberg *V.* e) Hagheinogie *L*; Haghem *V.*

28. a) Rudolfus 2. b) dimembrata 2. c) tollerare 2. d) ocasione 2. e) Ierusalem *add.* 2. f) per regnum—constitutis *des.* 2. g) personaliter 2. h) liquido *deest* 2. i) cognovimus 2.

imperialium iidem fratres in propriis bonis[k] possent recipere detrimentum. Eapropter revocacionem eorum que imperialia detinent nobis specialiter providimus reservandam.

Dat.[l] Hagen(owe), IX. Kal. Marcii, regni nostri anno primo.

29. *ALIUD MANDATUM.*

Proponimus alia tria mandata, quae signo chronologico carent, sumpta e libris formularum, de quorum codicibus v. ad nr. 14—16. Primum praebent T *nr. 61, ubi lemma* Pro bonis recuperandis imperio, *et* E *fol. 112' nr. 69. — Böhmer, Reg. imp. VI, 72.* *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia etc.[a].

Inter cetera que nobis parere possunt[b] augmenta leticie, illud quasi potissime[c] placidum votis nostris accideret[d], quod vulgaris[e] teneret opinio et ad noticiam multitudinis perveniret, quod bona imperii pridem[f] in illis distracta confiniis ad ius nostrum et imperii strennuitas regia[g] revocasset[h]. Cum igitur de tue fidei puritate fiduciam plenissimam habeamus, quod hec[i] et alia honori nostro[k] congruencia debeas exequi toto posse, rogamus attencius te hortantes[l], quatenus invocato super hoc consilio et auxilio[m] talium ad eorundem bonorum distractorum et alienatorum recuperacionem efficaciter[n] elabores.

30. *ALIUD MANDATUM.*

Servatur in solo codice O *fol. 127 nr. 477, quod edidit Redlich 'Wiener Briefsammlung' p. 16 nr. 19. — Böhmer, Reg. imp. VI, 73.* *(P. deest.)*

Gerentes de tue fidei puritate fiduciam pleniorem tibi committimus et mandamus, quatenus omnia bona imperii tam ab N. quam ab aliis quibuscunque in illis finibus occupata, alienata illicite vel distracta necnon proventus quoslibet venalium[1] [et] terrarum cultarum imperio attinencium a diebus clare recordacionis N. imperatoris[2], que iuri nostro competere dinoscuntur, in potestatem nostram et proprietatem imperii cum integritate reducere non obmittas.

31. *ALIUD MANDATUM.*

Proponimus ex fragmento Berolinensi ad nr. 23 laudato, e quo iam edidit Kaltenbrunner l. c. 262, ubi rubrum: Commendacio restitucionis cum iuramento fidelitatis faciendo. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 74.* *(P. deest.)*

Cum illius nobis favente clemencia, qui ad superne dignitatis apicem nos vocavit, tam felicibus auspiciis vota nostra in recuperacione bonorum imperialium dirigantur, quod eciam principes sacri imperii membra omnia per ipsos occupata hactenus ultronea voluntate nobis restituant libera et soluta, gaudemus et fidelitatis vestre devocioni non modicum commendamus, quod vos exemplo illustrium principum ac aliorum fidelium nostrorum fidem ac devocionem, qua nobis et sacro Romano imperio tenemini, recognoscitis et ad faciendum nobis fidelitatis debitum servicium vos offertis. Hinc

28. k) bonis propriis 2. l) Datum 2.

29. a) Rudolfus—etc. *des. T.* b) possent *T.* c) *loco* quasi potissime *E*: quam potissimum. d) accederet *E.* e) vulgariter *E.* f) pridem imperii *E.* g) *corr. ex* regna *E.* h) *loco* strennuitas regia revocasset *T*: strennue revocasses. i) hoc *E.* k) nostro honori *E.* l) *loco* te hortantes *E*: et hortamur. m) et auxilio *des. E.* n) efficacius *E.*

1) *De feudo venalium cf. supra nr. 26.* 2) *Scil. Friderici II.*

est quod fidelitatem vestram in hac parte laudantes et nostre memorie inprimentes rogamus et mandamus, quatinus tali sculteto nostro nostro nomine presentetis fidelitatis debite publicum iuramentum, nulli alii quam nobis in aliquo servicio intendentes, set omnia, que diversis hactenus inpendistis, nostre magestatis beneplacitis reservantes. Ad hec sciat vestra fidelitas, quod ad omnia protectioni et commoditati vestre utilia nostre serenitatis graciam invenire debetis benivolam et paratam.

32. *INDULGENTIA DE SERVITIIS VEL BONIS IMPERII. (1274.)*

Dedit vir d. Pogatscher ex O *fol. 122 nr. 448. Superest etiam in* B *codicis Berolinensis fragmento, de quo v. supra ad nr. 23, editum l. c. p. 262 et in* V *fol. 42 v. editionem p. 252. — Böhmer, Reg. imp. VI, 305.* *(P. deest.)*

Dignum iudicat nostra serenitas et decrevit, quod sicut personarum est distinctio et locorum, sic et meritorum quorumlibet dispar respectus et dissimilis retribucionis qualitas habeatur, tantumque unicuique augeatur gracie et favoris, quantum sua obsequiosa fidelitas ceteris noscitur prepollere. Cum itaque vos Io. et H.[a] tam devotos tamque fideles sacro Romano imperio semper exhibueritis, quod de similibus nobis[b] sit non modica certitudo, nos proinde cupientes vobis impendere munus et munificenciam gracie specialis omnia servicia, que tempore vacantis imperii usque ad nostram creacionem cuiquam imperatori vel regi debuistis impendere, quicquid etiam de bonis imperii medio tempore occasione bellorum vos opprimencium recepistis, hec nos omnia de benignitate regia vobis misericorditer atque liberaliter indulgemus, nullam vobis pro culpa penam vel pene comminacionem aliquatenus inferendo[c], set vos pocius in omni favore et gracia uberrime consolacionis et protectionis beneficio consolando.

33. *NOTITIA LANTGRAVII SUPERIORIS SUEVIAE SUPER BONIS IMPERII. 1275. Sept. 2.*

Mandatis regiis adiungimus notitiam lantgravii superioris Sueviae, qua intelligi licet, quomodo bona imperii distracta de novo distincta sint. Superest autographon Stuttgardiae in tabulario regio, quod denuo contulimus; cui appendet sigillum filis linteis. Editum est 'Wirtembergisches Urkundenbuch' VII, 384 nr. 2525. V. Böhmer, Reg. imp. VI, 492, ubi documentum hoc ex insufficienti fonte sine dato notatur. *(P. deest.)*

Universis presentium inspectoribus H(ugo) comes de Werdenberc superioris Suevie lantgravius salutem et noticiam rei geste.

Ne temporis diuturnitas ex oblivione, quam generat, iterato materiam questionis aut litigandi debeat suscitare, presentem etatem simul et futuram nosce volumus, quod cum nos de mandato domini nostri R(udolfi) Dei gratia Romanorum regis revocare distracta imperii teneremur, conventum monialium de Biwende in causam traximus, quod de nemore Altorfensi plantationes novellas in curia de Sulbach possiderent. Set idem conventus vocatis conversis Augie Minoris Ypelino, Hermanno et quodam alio converso eiusdem conventus nec non senioribus vicinie, quibus constabat de limitibus, et recepta cautione ab eisdem iuratoria, quod limites ostenderent, possessiones curie per certa signa interposita a nemore distinxerunt. Huius rei testes sunt Her(mannus) venerabilis abbas de Wingarton, . . capellanus eiusdem, Conradus viceplebanus in Biwende, Fr(idericus) Zûzelo, Fr(idericus) Hellarius, . . Huntbize et alii cives in Altdorf,

32. a) *loco* Io. et H. *B*: tales et cetera. b) vobis *O*. c) inferendo *O*.

Os(waldus) Gerstarius minister de Ravensburc, H(einricus) thelonarius ibidem et alii quam plures. Pro cuius facti testimonio presens scriptum sigillo nostro communitum nominato conventui, ut futura cesset questio, ad evidens inditium conferimus et cautelam.

Actum anno Domini millesimo CCLXXV, IIII. Non. Septembr., III. indict.

---

34. 35. LEGATIO ALTERA AD PONTIFICEM.

1274. Febr. 27.—Mart. 25.

34. *LITTERAE REGIS. Febr. 27.*

Autographon litterarum, quibus Rudolfus rex respondit epistolae papae supra nr. 25, asservatur in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea'; descripsit vir cl. Paulus Kehr[1]. *Quod iam edidit Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' III, 1 p. 290 nr. 1. In margine sinistro laceratum est. In dorso inscribitur hoc modo:* Sanctissimo in Christo patri ac domino domino G. divina providencia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici. — *Supersunt etiam in libris formularum, de quorum codicibus v. praefationem ad nr. 14—16. Praebent* O *fol. 123' nr. 454;* V *fol. 42 v. editionem p. 253. Quorum codicum ope lacunas supplevimus, sed paucissimas lectiones adnotavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 112.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino G. divina providencia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici R. Dei gracia Romanorum rex semper augustus cum [omnimoda rev]erencia se obnoxium ad devota pedum oscula beatorum.

Pater patrum amantissime et[a] cunctis filiis hominum super omnia que sub nostre vivunt mortalitatis ha[bitu reverende], in vestre assurgentes laudis preconium non quas tenemur, sed quas possumus acciones referimus uberes graciarum, pro eo quod sincere devocionis nostre [promptitudinem] per virum utique commendabilem O(ttonem) prepositum Sancti Widonis Spirensis cancellarium nostrum dilectum et nunccium in vestre sanctitatis fratrumque vestrorum presencia exp[ositam et obla]tam audistis clemencius et propositis benignius intendi[s]tis solite gracia pietatis. In[b] soliditate persistentes propositi corde puro, non ficta consciencia, ad honorem Dei et exaltacionem Romane ecclesie semper ultronei totis conatibus inveniri, omnes ecclesias ac personas ecclesiasticas favoris continuacione fovere, in exhibenda iusticia ipsis fore faciles et in conferenda gracia prout honorem decet regium liberales, ad universalem orbis pacem omni nisu oriture radicem discordie medullitus evellere in cavendaque dissensionis materia sedis apostolice placitis et mandatis filialiter obedire, gerentes fervente Spiritu in mentis desiderio, illi terre, vestre sanctitatis consilio nobis et auxilio suffragante, quam unigenitus Dei filius multiplici beneficio omnibus mundi partibus pretulit ipsamque consecrando aspersione sui sacratissimi sanguinis rubricavit, [ta]m potenter quam patenter succurrere, quod Dei populus per multa tempora ab hostibus crucis Christi afflictus[c] pariter et attritus ad Christi gloriam sepulcrum dominicum intrepide [va]leat visitare. Ad quod ardor desiderii in nobis eo[c] vehemencius incenditur, quo naturalis

34. a) *subpunctum esse videtur or.*; a *O. V.* b) *praecedit in V:* Propter quod nos. c) *in rasura or.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 356 nr. 28.*

genitoris nostri ossa ob Crucifixi gloriam sub crucis signaculo[d] e[xtra] natale [so]lum peregrine[e] inibi quiescencia sollicicius cottidie in nostris cogitacionibus revolvuntur. Et quis prohibere poterit filium ex cordis intimis concupiscere, in paterno tumulo subterrari[f], exulem pro eo fieri, qui exilio miserie se tradidit deliciis affluens paradisi. Inter cetera vero desiderancius concupita desiderium gerimus indefessum, una vobiscum habere colloquium et tractatum, qualiter pax iam diu deperdita inter christicolas reformetur, super omnibus tractatibus per vestre melliflue pietatis dulcedinem cum predicto nostro cancellario habitis offerentes animam, corpus, honorem, res et omnia nobis attinencia ad vestre be[ne]placita sanctitatis. Et ut verbo consonet operis gratitudo, beatitudinis vestre pedes osculis devotis, cum vobis placuerit, volumus contingere ac facie ad faciem persone vestre sanctissime perfrui visione. Ad hec super controversia, que inter nos ex parte una et clarissimum comitem Sabaudie fidelem nostrum ex altera vertitur, amicabiliter vel iusticia mediante sine strepitu sopienda taliter ambo convenimus[1], quod nos unum et ipse comes alterum viros idoneos ad vestram curiam transmittemus, qui nos concordandi ad[g] invicem habebunt plenariam potestatem; ipsis vero non valentibus in unam concordare sentenciam, ambo promittimus bona fide verbo arbitrii vestri stare, certam habentes in Domino fiduciam, quod ex quo post Deum ad nullum alium quam ad vos ac sacrosanctam Romanam ecclesiam habere volumus refugium seu respectum, quod omnia nostra negocia tamquam devotissimi filii semper habeatis paternaliter commendata. Et ut prosperorum successuum nostrorum auspicia vos non lateant vobis presentibus notum fiat, quod principes, barones, civitates, castra et alia bona sacri imperii per Alemmaniam unanimiter nostre obediunt dicioni. Supplicamus itaque vestre piissime sanctitati, quatenus religiosi viri fratris Cunradi provincialis fratrum Minorum per superiorem Alemmaniam credentes ministerio vive vocis nobis dignemini patefacere vestre beneplacita voluntatis. Vivite incolumis, pater sanctissime, Dei filius vos conservet ecclesie sancte sue[h].

Datum Hagen(owe), tercio Kalen. Marcii, regni nostri anno primo.

35. *RESPONSUM PONTIFICIS.* *Mart. 25.*

Servatum est in solis codicibus dictaminum Berardi Neapolitani. Editionem instruximus ope codicum: 1) *tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII nr. 53, ubi rubrum* Confirmat devotionem quam habet ut s̄; 2) *bibliothecae Vaticanae lat. 3977 f. 18' ep. 38; quos contulit vir d. Pogatscher. Editio Böhmeri in Actis imperii selectis p. 694 nr. 991 sumpta est ex 2. — Potthast nr. 20809. Böhmer, Reg. imp. VI, 97.* *(P. deest.)*

Gregorius episcopus etc. carissimo in Christo filio[a] R. in Roman(orum) regem electo.

Grata nec immerito per tue magnitudinis litteras nostris presentatas conspectibus tue devotionis oblatio eo nimirum venit acceptior[b], quo iterata frequentius maioris firmitatis inditia sua iteratione presentat. Illius itaque omnipotentiam, in cuius manu principum corda consistunt, humiliter implorantes, ut te cunctosque principes et magnates in sinceritate fidei et devotionis ad se ac suam ecclesiam eorumque ministros ardore conservet, magnificentie tue[c] sincero suademus affectu, quatenus creatoris tui beneplacitis[d] per continuationem devotionis huiusmodi[e] et per omnes alias vias et modos,

34. d) sub—signaculo *des. V.* e) peregre *V.* f) *deest V.* g) ad *corr. ex* in *or.* h) Vivite—sue *des. V.*

35. a) Gregorius — filio *des.* 2. b) actencior 2. c) manificenciam tuam 2. d) beneplacita 2. e) huius 2.

1) *Cf. Reg. imp. VI, 107. 281. 436.*

quos videre in[g] lumine poteris[h] vultus eius, pro viribus te coaptans invariabili[i] proposito in eorum prosecutione persistas. Per hoc enim et anime tue salus a te constanter[k] omnibus referenda ipso auctore[l] proveniet[m] et que prosequi eo inspirante decreveris, felicius ipso dirigente procedent[n].

Dat. Lug(duni), VIII. Kal. Aprelis.

36—43. MANDATA DE PRECIBUS PRIMARIIS.

1274. Febr. 27. Apr. 30. — 1275.

Mandatis a. 1274 Febr. 27. abbati monasterii Altahensis inferioris et Apr. 30. monasterio Minfeldensi directis adiungimus nonnullas formulas ad eandem rem spectantes, quae certe in primordiis regni a Rudolfo rege emissae sunt. Quae omnes servantur in libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. Alias formulas, quarum textus utpote minoris momenti proponere supersedemus, v. in Regestis imperii nr. 42. 239. 306—307. 310—311. 313—316. 487. 488. 491.

36. *MANDATUM ABBATI ALTAHENSI MISSUM. Febr. 27.*

Cum neque autographon neque copiarius vetus in tabulario generali regni Bawarici nobis petentibus reperiri possit, repetimus editionem in 'Monumentis Boicis' XI, 249 olim paratam. Formulae mandato nostro persimiles servatae sunt in codicibus E *fol. 120 nr. 7 et* V *fol. 41' v. editionem p. 247, atque in formulario Petri de Hallis 'Summa de litteris missilibus' inscripto nr. 119, v. editionem a viro d. Firnhaber paratam 'Fontes rerum Austriacarum' Ser. II tom. VI, 73. V. etiam Reg. imperii VI, 306. — Böhmer, Reg. imp. VI, 113. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus dilecto principi suo abbati in Cideraltach gratiam suam et omne bonum.

Cum in nostre sublimacionis exordio quodlibet monasterium sub nostro Romano imperio constitutum super provisione unius persone primicias precum nostrarum ex antiqua et approbata consuetudine admittere teneatur, primarias tibi offerimus preces nostras, devocionem tuam attencius exhortantes ac regia tibi auctoritate mandantes, quatenus Sifrido de March clerico, nobis de bona conversacione et sufficienti sciencia commendato, de beneficio ecclesiastico ad collationem tuam spectante, si quod vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, cures liberaliter providere ob nostram et sacri imperii reverentiam specialem, ita quod te et tuum monasterium speciali prosequamur gratia et favore condignisque teneamur honoribus ampliare.

Datum Hagnaugie, anno Domini MCCLXXIIII, indictione secunda, III. Kalendas Marcii, regni nostri anno primo.

35. g) ipsius *sequitur deletum* 1. h) poteris in lumine 2. i) in mirabili 1. k) costanter 1. l) actore 1. m) *corr. ex* perveniet 1. n) procedere 2.

37. *MANDATUM DECANO ET CAPITULO MINFELDENSI DIRECTUM.*
Apr. 30.

Servatur in solo codice O *fol. 28' nr. 20, ubi inscribitur* Rex Romanorum decano totique capitulo Minveldensi. *Edidit Redlich l. c. 17 nr. 20, cuius editionem repetimus. Similis forma superest in* E *fol. 140 nr. 218, ubi lemma* Tercia littera super primariis precibus. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 153.* *(P. deest.)*

Rud(olfus) etc. dilectis in Christo decano . . totique capitulo monasterii Minveldensis graciam suam et omne bonum[a].

Cum primo primarias et secundo secundarias pro Heinrico clerico filio H(einrici) Bawari[b] vobis fiducialiter obtulerimus preces nostras, ut eundem in vestra ecclesia iuxta antiquam et approbatam sacri imperii consuetudinem reciperetis ut decuit in canonicum et in fratrem, mirari compellimur vehementer, qua fronte[c] tam frivolas causas et racione carentes producere potuistis in medium, quibus huiusmodi preces nostras, que iuris et consuetudinis tramite fulciuntur, prout antiquitas statuit et modernitas approbavit[d], adhuc a prompte exaudicionis promptuario adeo impudenter et pertinaciter seclusistis in nostrum et imperii[e] non leve dispendium et iacturam, quibusdam statutis non tam iustis quam voluntariis insistentes. Cum igitur omnes constitutiones et leges legum conditori subiaceant et reprehensibile videatur a subditis iura presidencium quibuscumque calliditatibus enervari, prudenciam vestram nunc tercio omni quo possumus studio[f] duximus deposcendam, quatenus iuxta divine preceptionis edictum, quo Deo que Dei et cesari que cesaris sunt reddere quisque debet, predictum H(einricum)[g] saltem hac vice in vestrum canonicum[h] liberaliter admittatis, ut proinde vos et vestram ecclesiam dignis debeamus perpetuo prevenire favoribus et fecundis honoribus ampliare. Si enim quod absit secus evenire contingeret[i] et in spiritum contradictionis assumeremini, iuxta proprie libitum voluntatis non inconveniens arbitrari poteritis, si tuicionem ceptrigere[k] dextre vobis in vestris opportunitatibus vice reciproca subtrahamus.

Datum Hagen(owe), II. Kal. Maii, regni nostri anno primo[l].

38. *ALIUD MANDATUM.*

Superest in E *fol. 102' nr. 8 et textu plus minusve corrupto apud Petrum de Hallis nr. 120 l. c. 73, cuius lectiones reiecimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 308.* *(P. deest.)*

Inclite recordacionis divorum imperatorum et regum Romanorum illustrium predecessorum nostrorum, qui secundum antiquam et approbatam sacri imperii consuetudinem super provisione unius persone a quolibet prelato imperii habebant petere et sine difficultate qualibet exaudiri, vestigiis inherentes pro tali preces primarias tibi duximus porrigendas, sinceritatem tuam rogantes benivolo ex affectu, quatenus eidem tali pro divina nostraque et imperii reverencia de competenti beneficio vel prebenda ad tuam collacionem seu provisionem spectante, quam primum ad id se facultas obtulerit, studeas tam libenter ac liberaliter providere, quod obinde te et tuam ecclesiam condignis semper debeamus prevenire favoribus et honoribus prosequi graciosis.

37. a) Rud(olfus)—bonum *des. E.* b) *loco* Heinrico—Bawari *E:* t. c) sorte *E.* d) et *add. E.* e) Romani *add. E.* f) *deest O.* g) clericum *E.* h) concanonicum *E.* i) contigerit *O.* k) sceptrigere *E.* l) Datum—primo *des. E.*

39. *ALIUD MANDATUM.*

Proponimus ex E *fol. 114' nr. 81. Similem formam praebet* V *fol. 40', v. editionem p. 240, cuius lectiones praecipuas annotamus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 309. (P. deest.)*

Regie maiestatis splendescens serenitas sic aliorum iura et consuetudines protegit et tuetur, quod unicuique quod suum est tribuit et conservat. Quanto magis ipsa regia magnificencia propria iura tenetur defendere, que aliis[a] nititur conservare. Cum itaque antiqua et approbata tale ius nostris antecessoribus divis imperatoribus et regibus Rom(anorum) contulerit consuetudo, quod singule persone in singulis kathedralibus et collegiatis ecclesiis ad primarias preces regis recipi debeant in can(onicos) et in fratres, prebendam cum se facultas obtulerit adepturi, nos ipsorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes pro tali vobis dirigimus preces nostras, rogantes cum omni instancia et affectu, regia nichilominus auctoritate mandantes, quatenus ydoneam personam[b] nostri amore[c] vestro collegio in canonicatus honore liberaliter aggregetis, prebendam, si qua nunc vacat vel quam primum ad id se facultas obtulerit, cessante contradiccione qualibet eidem collaturi. Taliter facientes, quod dum iura regia[d] non minuitis, regalem libeat clemenciam libertatem vestre ecclesie non minuere set augere, nec oporteat pro nichilacione[e] talis predicti iterato nos vobis dirigere nostra scripta.

40. *ALIUD MANDATUM.*

Damus ex E *fol. 139' nr. 217, ubi rubrum* Preces primarie, *aliorum codicum lectionibus omissis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 486. (P. deest.)*

Si diligenter inspexeris decus et decorem Rom(ani) imperii, quod in omnium principum oculis velud in speculo meruit collocari, utpote a quo ipsi principes principatus insignia contrahunt, largis ab eo largicionum amplificati beneficiis et honorum prerogativa dotati, si demum in tue trutina consideracionis appenderis, quantum locum discretus vir t(alis) in curia nostra et ecclesie tue tenuerit hactenus et adhuc tenere poterit in futurum, profecto non ambiges neque vacillabis ut dubius, quin ad promocionem ipsius ex pluribus racionibus tenearis. Nullum etenim angulum latet imperii, quin ex antiqua et approbata imperii consuetudine nobis nostrisque predecessoribus divis Rom(anorum) imperatoribus et regibus a quibuslibet prelatis ecclesiasticis nobis unius persone provisio debeatur. Propter hoc necessarium esse non credimus, quod ad recepcionem et provisionem ipsius A. in ecclesia Cameracen(si) auctoritas apostolica requiratur, eo quod Cameracensis ecclesia ab ecclesiis aliis regni nostri, que illis pro quibus primarias preces obtulimus congrua promptitudine provident et providerunt incessanter, in condicionum disparitate non discrepet nec exempcionis alicuius privilegio fulciatur. Hinc est quod sinceri(tatem) t(uam) affectu plenissimo duximus exhor(tandam), quatenus iuri nostro et imperii consonum prestiturus applausum predictum t(alem) per litteras regias, quas capitulo Camer(acensi) dirigimus, recipi facias in can(onicum) et in fratrem, prebendam secundum sue recepcionis ordinem obtenturum[a]. Hoc enim non preiudicabit ecclesie nec receptis officiet[b], set catervabit apud nos[c] et tibi et ei favoris et gracie cumulum et fecundioris benivolencie copiam vendicabit. Quid autem super hoc finaliter tue voluntatis et intencionis extiterit, per latorem presencium lucide nobis pandere non omittas.

39. a) aliorum *V.* b) *loco* ydon. personam *V*: considerata ydoneitate persone. c) honore *E.* d) *deest E.* e) *loco* pro nichilacione *V*: super promocione.

40. a) obtinendam *E.* b) afficiet *E.* c) vos *E.*

41. *MANDATUM SECUNDUM.*

Servatur in solo codice E *fol. 158′ nr. 294, quem descripsimus, ubi rubrum* Rex scribit abbati, ut suorum clericorum uni provideat dando sibi litteras obligatorias. *Textum non integrum praebet Stobbe l. c. 371. — Böhmer, Reg. imp. VI, 312.*

(P. deest.)

Rex etc. honorabili et prudenti viro . . abbati de tali loco etc.

Qualiter nobis in t(ali) loco existentibus, dum post felicem et concordem eleccionem tuam nostre maiestatis presenciam adiisti, pro provido et honorabili viro tali dilecto cappellano nostro, cuius utique propter antiqua erga nos sue devocionis servicia indefessa nobis non inmerito cordi est promocio, tue devocioni per talem nuncium dilectum militem nostrum propter predicti talis desiderate[a] promocionis affectum specialiter ad te missum primarias preces nostras tibi porreximus, a tua memoria non credimus excidisse. Sane quod placitum et acceptum Altissimo prestare speramus obsequium, si idem t(alis) de multis laboribus et serviciis, quibus erga nostra latera noctes sepe perduxit insompnes, per nos et nostros pariter devotos et fideles condigne remuneracionis graciam et votive promocionis fructum se gaudeat collegisse, pro eodem t(ali), qui per[b] preces nostras huiusmodi nullum adhuc comodum est penitus consecutus, de quo non possumus inmerito perturbari, devocionem tuam, de qua fiducie plenitudinem obtinemus, ro(gamus) et mo(nemus) ple(nissimo) cum affectu, quatenus ad instar antecessoris bone memorie, qui precibus nostris nobis adhuc in minoribus constitutis promptis semper assurrexit affectibus, per effectum laudabiliter sectando vestigia, ipsi de beneficio ecclesiastico, quod ipse acceptandum duxerit, quam primum ad id obtulerit se facultas, ob nostram et sacri imperii reverenciam necnon ob antique[c] dilectionis ardorem, quo semper tuum monasterium sumus favorabiliter amplexati, studeas benignius providere, super hoc nichilominus te tuisque patentibus litteris obligando vel saltem sibi, quousque ei comode providere poteris, aliquam pensionem annuam in certis redditibus assignando, ut propter hoc de grato augmento continuo semper in tuis agendis omnibus invenire nos debeas graciores. Et si forte quod absit antiquis consuetudinibus seu iuramentis, quibus preces regie annichilari debeant, vis in contrarium te tueri, dicimus per sentenciam principum efficasissime probaturos, quod contra regalia precamina excepciones huiusmodi debeant non admitti. Quid autem super predictis in tuo geratur proposito aut intencione versetur, nobis dilucide rescribi non omittas.

42. *ALIUD MANDATUM SECUNDUM.*

Damus ex E *fol. 103 nr. 10, ubi rubrum* Item secunda littera super precibus primariis. *Similis est formula codicis* V *fol. 41′, v. editionem p. 247. — Böhmer, Reg. imp. VI, 489.*

(P. deest.)

Licet alias pro tali vobis direxerimus primarias nostras preces, ut ipsum secundum antiquam et approbatam sacri imperii consuetudinem in vestris curaretis recipere canonicum et in fratrem, vos tamen nostris precibus huiusmodi parvipensis non attendentes, quod eedem regie preces vim in se continent mandatorum, eas ut nobis innotuit admittere neglexistis. Hinc est quod denuo vestram devocionem exhortandam affectuose duximus et monendam, regia vobis nichilominus auctoritate mandantes, quatenus facientes de necessitate virtutem[1] eundem talem saltem adhuc in vestrum recipiatis

41. a) desiderare *E.* b) p *supra lineam add. E.* c) ti *supra lineam add. E.*

1) *Hieron. ep. 54, 6, Opp. ed. Vallarsius I², 285.*

can(onicum) et in fratrem, de prebenda sibi, si qua ad presens in vestra vacat ecclesia vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, provisuri iusque nostrum et imperii in hac parte taliter servaturi, quod iura vestra et ecclesie vestre versa vice teneamur servare et eciam ampliare, nec oporteat nos super hoc contra vos querere stimulum compellentem.

43. *MANDATUM TERTIUM.*

Ineditum hucusque damus ex E *fol. 103' nr. 14, ubi rubrum* Item consimilis valde rigida. *In aliis codicibus non invenitur. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 490.*

(P. deest.)

Cum nobis ad memoriam reducitur et in nostri presencia ventilatur vestre protervie obstinate elacionis materia, ammiracio simul et indignacio se in mentis nostre secretario commiscentes regiam clemenciam in ulciscentem iracundiam non immerito provocarent, pro eo quod celsitudinis regie immemores iura regia subripitis, dum debita regalia exolvere denegatis. Certe privatorum ius auferens[a] vel non exequens predoni non absone parilis perhibetur; quanto amplius petulatus crimine censeri potest notabilis principis ius defraudans. Cum itaque iteratis precibus et mandatis vobis direximus nostra scripta, ut tal(em) in vestre religionis sumeretis consorcium et confratrem ob precum nostrarum primicias et nostram sacrique imperii reverenciam, ius ad nos delatum a divis imperatoribus et regibus Romanorum nostris predecessoribus servaturi, sicut a ceteris Rom(ani) imperii prelatis et personis ecclesiasticis observatur, vos autem more surde aspidis preces nostras huiusmodi admittere non curastis in elisionem et contemptum imperatorii culminis et regie dignitatis. Quapropter sine iuris iniuria in condecentis[b] commocionis strepitu in vos possemus exardescere vique per vim repulsa cum inculpate tutele moderamine ius, quod antiqua et approbata ad nos consuetudo detulit, illibatum penitus conservare. Verum ut simplicitati vestre parcere videamur, tercio vobis conscribimus scriptisque vobis precipimus nostre gracie sub obtentu, quatenus relegato excusacionis velamine dictum talem vestro collegio aggregetis karitative ac benigne, ipsum prout regula[c] vestre vite unanimis exigit pertractantes. Volumus enim vos fore recoles et ad memoriam revocare exploratam iuris regulam comminantem, quod frustra debitum petit, qui quod tenetur ex debito voluntarie non impendit.

---

44. SENTENTIA DE COMPOSITIONIBUS SERVANDIS.

1274. Febr. 28.

Autographon servatum in tabulario civitatis Coloniensis 'Haupturkundenarchiv' nr. 386, e quo iam edidit Ennen 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' III, 58 nr. 79, denuo contulit vir d. Hermannus Keussen. Sigillum leviter laesum pendet loro membranacco. — Böhmer, Reg. imp. VI, 114. *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, graciam suam et omne bonum.

Considentibus nuper nobis una cum pluribus nostris principibus in regali civitate nostra Hagen(owe) pro tribunali, ex parte nobilis viri comitis Iuliacensis ibidem in nostra constituti presencia super eo fuit petita sentencia generalis, utrum discordia

43. a) denegatis *add. E.* b) condescentis *E.* c) regule *E.*

sive guerra manifesta et publica ex quacumque causa fuisset inter partes aliquas suscitata, que postmodum sit sopita per viam composicionis et pacis ac amicabilis unionis, ab aliqua parcium iterato resuscitari valeat et a parte, quam inpaciencie sue urget aculeus, contra partem huiusmodi composicionem servare volentem infringi pro libito voluntatis. Super quo utique fuit in nostra presencia iuxta regni Romani consuetudinem pro communi iure sentencialiter diffinitum, quod quibuslibet consopitis rancorum turbinibus inter partes, quas amicabilis interveniens composicio counivit, adeo debeat inviolabiliter observari huiusmodi composicio, que per testes ydoneos possit vel instrumenta probari, quod nulla parcium alteri super causa quacumque amicabili composicione sopita questionem movere debeat vel audiri quomodolibet super ea. Huius autem pronunciacioni sentencie hii interfuere presentes et expressum adhibuere consensum: venerabilis videlicet Wer(nerus) Moguntinensis archiepiscopus, illustres L(udewicus) Bawarie et A(lbertus) Saxonie duces et venerabilis H(enricus) Leodiensis episcopus, principes nostri honorabiles, O(tto) prepositus Sancti Gwidonis Spirensis regalis curie nostre cancellarius, nobiles viri de Hennenberg, Iuliacensis, de Seine, de Cathzenelnbogen et de Vorstenberg comites, burgravius de Nurinberg, Gerlacus de Limpurch, Gerlacus de Isenburch, Wer. et Ph. fratres de Bonlandia et quamplures alii nostri et imperii Romani fideles, eandem sentenciam approbantes. Et quia utilitati reipublice congruit, ut prolate sentencie in conspectu regie maiestatis effectum debitum sorciantur, predictam sentenciam auctoritate regia confirmamus, ipsam sigilli nostri munimine roborantes.

Datum Hagen(owe), pridie Kal. Marcii, regni nostri anno primo.

45—47. MANDATA DE PRECARIIS IMPOSITIS SOLVENDIS.

1274. (Febr. Mart.) Apr. 28.

Mandata duo nr. 45. 46, quae signo chronologico carent, quia in formularum libris servantur, de quorum codicibus v. praefationem ad nr. 14—16, quaeque mensibus Febr. seu Mart. a. 1274. emissa esse opinari licet, coniungimus cum mandato nr. 47. civibus Lubecensibus misso, quod Apr. 28. datum est. De omnibus his rebus v. ea quae disseruerunt K. Zeumer 'Deutsche Städtesteuern' p. 126 sqq. et 'Historische Zeitschrift' LXXXI, 43 sq., itemque O. Redlich 'Mittheilungen des Instituts' X, 372 sqq. et in Regestis imperii. V. etiam infra nr. 70. 71.

45. *MANDATUM GENERALE.* (*Febr. Mart.*)

Servatur in T *nr. 186,* E *fol. 133' nr. 187*[1] *pars II,* O *fol. 68' nr. 232,* V *fol. 43 v. editionem p. 260. — Böhmer, Reg. imp. VI, 130.* (*P. deest.*)

Fluctivagi iam dudum status imperii gravem lapsum et miserabiles populi christiani pressuras et gemitus amarissimo miserantes affectu, ut nostro felici tempore reipublice reformata floriditas salutari pacate[a] quietis proficiat incremento, ecce quod t(ali) die sollempnem[b] curiam apud talem locum[c] duximus edicendam, cuius utique celebracioni magnifice regium[d] condecet[e] apparatum decenter et provide[f] providere.

45. a) paccate *O*; pietate *E*. b) sol. *T*; sabato *E*. c) *loco* l. locum *O*: N.; locum *deest E*. d) regni *O*. e) dedecet *T*. f) et provide *des. O*.

1) *V. supra praefationem ad nr. 14, ubi etiam lemma adnotatum est.*

Verum cum tanti negocii magnitudini et ad[g] tam grandis sarcine supportanda molimina[h] tamque sumptuose festivitatis agenda sollempnia per nos ipsos sufficere non possimus, oportet nos a vobis et aliis nostris fidelibus oportunum interpellare suffragium et comportacionis[i] huiusmodi participio vos et ipsos fiducialiter onerare. Hinc est quod vestram prudenciam, de qua stabili fide confidimus, ampliori qua possumus exhortacionis instancia duximus attentissime requirendam, quatenus nobis tam evidenti necessitate perplexis de tot marcis[k] ultroneis et hilaribus animis providere et subvenire curetis in termino vobis a dilecto[l] fideli nostro tali[m] finaliter exprimendo. Cuius eciam verbis, que vobis nostro nomine pronuncianda decreverit, fidem credulam adhibere vos petimus sicut nostris. Exurgat igitur quesumus grata semper[n] et operose[o] probata fidelium promptitudo, que[p] super hoc regalibus beneplacitis prompta et consueta benevolencia se coaptet. In aliis enim incommutabilis animi disposicione concepimus, sic[q] alleviacionis[r] antidoto et recompensacionis vicissitudine vestros animos complacare, quod revera gaudebitis vos[s] tam graciosum obsequium gratis domini usibus impendisse. Porro vestra providencia[t] non ignorat, quod regie dignitati dedecentie maculam pareret necnon vobis cederet nocumento, si quod absit necessariarum rerum cogente defectu pro nostris debitis vos et alios nostros fideles contingeret pignoracionis[1] incommodo molestari[u].

46. *ALIUD MANDATUM. (Febr. Mart.)*

Praebent T *nr. 91 et* O *fol. 77 nr. 276. Formulam codicis* E *fol. 121' nr. 126, apud Stobbe l. c. 340, quam Regesta imperii sub nr. 132 praebent cuique inscriptum est* Rex exigit subsidium a quibusdam pro curia celebranda *e mandato nostro nr. 46 initio abbreviato et in finem transposito et alias corruptam esse nobis persuasimus. Id tantum proprii habet, quod similiter atque* O *aliam pecuniae summam exhibet. Itaque quod in* O *iam fecit Redlich, haec quoque formula codicis* E *eidem Regestorum numero 131 subiungenda numerusque 132 Regestorum delendus erit. — Böhmer, Reg. imp. VI, 131.*

(P. deest.)

Libertates et immunitates vobis a nostra serenitate concessas ut decet plenarie[a] recognoscimus[b] et simpliciter profitemur vobis debere perpetuo fore salvas. Verum ex quo tam evidens nos probatur urgere necessitas, quod nec vobis nec aliis[c] quantumcunque coniunctis et caris parcere possumus ista vice, propter sollempnem curiam nostram, quam celebraturi sumus in proximo sumptuose, oportet nos necessario[d] vestris subsidiis adiuvari. Hinc est quod universitatem vestram affectuosissime requirendam[e] duximus et hortandam, quatenus nobis[f] in LXX[g] libris pro[h] dicta curia celebranda velitis munifice subvenire. Hoc enim in aliis vobis intendimus grata vicissitudine compensare[i].

45. g) et *bis T*; ad *deest E.* h) moliminis *E.* i) porcionis *E.* k) marcarum *E.* l) dco̅ *E.* m) t. *E*; *deest T*; N. *O.* n) *deest E.* o) operosa *E.* p) et *E.* q) se *E.* r) allevacionis *E.* s) nos *E.* t) prudencia *O. V.* u) Datum *add. O.*

46. a) Libertates—plenarie *hic des. E.* b) cognoscimus *E.* c) vobis—aliis *des. E.* d) necnon *E.* e) rogandam *E.* f) vobis *O.* g) XL *E*; de CC *O.* h) p̄ *E.* i) repensare *E*, *ubi adduntur haec*: libertates—plenarie *(v. supra n.* a) conservantes.

1) *De pignoratione v. ea quae contendit A. Werminghoff 'Die Verpfändungen der mittel- und niederrheinischen Reichsstädte' pag. 78 sq.*

47. *MANDATUM LUBECENSIBUS MISSUM.* *Apr. 28.*

Autographon mandati specialis civibus Lubecensibus missi exstat in tabulario eiusdem civitatis 'Trese Caesarea' nr. 9; quod denuo descripsit vir d. Fridericus Bruns Lubecensis. Pendet sigillum loro membranacco. Iam editum est in 'Codice diplomatico Lubecensi' I, 325 nr. 348. — Mandatum hoc praeterea in tribus formularum libris servatum est, quorum varias lectiones, cum forsitan ad aliud autographon redeant, in apparatum recepimus. Sunt autem codices T *nr. 71;* E *fol. 102 nr. 5;* V *fol. 40' v. editionem p. 237. Böhmer, Reg. imp. VI, 152.* *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universis civibus Lubecensibus dilectis, devotis suis imperii Romani fidelibus, graciam suam et omne bonum[a].

Vocati divinitus ad regale fastigium eo disponente, qui erigit humiles in[b] sublime[c], debemus ab eis, qui sub regie potestatis respirare se[d] gaudent umbraculo, debitum debite[e] obedicionis exquirere ipsosque ad unionis fidelium[f] imperii participium allectivis induccionibus invitare, ut, sicut fuerunt hactenus exigente dierum malicia tribulacionibus et pressuris obnoxii, sic[g] dominii nostri suavi[h] refloreant novitate. Ecce igitur nobilem virum Heinricum[i] comitem de Vurstenberch, dilectum[k] fidelem et consanguineum nostrum[l], ad vos cum fiducialitate[m] transmittimus, vos[n] attencius requirentes[o], quatenus iuxta divine precepcionis[p] edictum, quo[q] Deo que Dei[r] et cesari que ipsius[s] sunt reddere quisque debet[t], eidem nomine nostro[u] prestetis hilariter fidelitatis nobis debite iuramentum[v]. Scituri certissime, quod si[w] ad instar aliarum civitatum nostrarum contribucionem imposite sibi precarie[x] pro conservacione tocius reipublice prenotato H(einrico)[y] comiti loco nostri[z] feceritis liberaliter et libenter, nos universas libertates et iura vobis[a] ab inclite recordacionis Fr(iderico)[b] ultimo Romanorum imperatore suisque predecessoribus pie ac benigne[c] concessa benignius[d] innovabimus et auctoritate regia muniemus, ad quod utique nos[e] presentibus[f] obligamus.

Datum Hagen(owe), IIII. Kal. Maii, regni nostri anno primo[g].

48—51. LEGATIO TERTIA AD PONTIFICEM.

1274. Apr. 9. — Iun. 6.

48. *PROCURATORIUM REGIS.* *Apr. 9.*

Procuratorium regis, cum eius autographon in tabulario secreto Vaticano reperiri non posset[1], *nobis praebuerunt:* 1) *transsumtum a. 1274. Iun. 6. Lugduni factum infra*

47. a) Rudolfus — bonum *desunt T. E.* b) ad *T.* c) humilem in sublimem *E.* d) se respirare *E.* e) *bis scriptum or.* f) eiusdem *add. T. V.* g) rursum *add. V.* h) grata gaudeant et *V.* i) H. *T*; *deest E*; N. *V.* k) comitem t. dilectum *T. E*; comitem talis loci *V.* l) nostrum et cons. *V.* m) fiducia *V.* n) *deest V.* o) attencius vos rogantes *T.* p) pr. div. *V.* q) qua *V.* r) *loco* Deo que Dei *V*: Dei Deo. s) cesaris *T.* t) debeat *E.* u) nostro nomine *T. V.* v) iuramenta *V.* w) vos *add. E.* x) contribucionem — precarie *des. V.* y) *deest T. E. V.* z) imposite vobis per eum summe contribucionem *add. hic V.* a) universitati vestre *V.* b) B. *E.* c) benigna *T.* d) *deest E.* e) nos utique *T.* f) tenore presencium *V.* g) Datum — primo *des. T. E.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 356 n. 2. In 'Dissertatione historica de summo apostolicae sedis imperio in urbem comitatumque Comacli', quam Zaccagni 1709 edidit, Append. p. 21 et 113 autographon adhuc commemoratur.*

nr. 50, quod asservatur in eodem tabulario Arm. I c. V nr. 8; 2) *transsumtum a. 1274. Iun. 6. Lugduni factum infra nr. 49, quod iterum transsumtum est a. 1278. Mai. 4. Romae et asservatur ibidem Arm. I c. V nr. 9;* 3) *transsumtum ab Iohanne de Amelio a. 1339 ex originali confectum, quod exstat ibidem Arm. I c. X nr. 8. Quae omnia inter se concordantia contulit vir cl. Paulus Kehr.*

Procuratorii huius textum in curia Romana conscriptum esse, optimo iure opinatus est Heinricus Otto 'Die Beziehungen Rudolfs von Habsburg zu Papst Gregor X' p. 28 sq., cum cancellariae regiae minime proprius sit usus numeri singularis pro persona regis. Econtra omnia similiter iuramenta inde ab illis regum Siciliae saec. XII usque ad iuramentum Wilhelmi regis a. 1249 papae praestitum (Const. II, 463 nr. 357), quae omnia sine dubio in curia Romana scripta aut ingrossata sunt, numerum singularem adhibent. — Böhmer, Reg. imp. VI, 140. (P. 394.)

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Gregorio sacrosancte ac universalis ecclesie summo pontifici Rudulphus Romanorum rex semper augustus pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestre presentibus innotescat, quod ego devotus vester et ecclesie Romane filius honorabilem virum O(ttonem) prepositum Sancti Widonis[a] Spirensis regalis aule mee cancellarium meum nuntium et procuratorem constituo, dans ei liberam potestatem et speciale mandatum faciendi nomine meo beato Petro apostolo, celestis regni clavigero, ac vobis eius successori ceterisque vestris canonicis successoribus et ecclesie Romane confirmationes, concessiones, privilegia, iuramenta et cetera omnia, que mei predecessores reges Romanorum fecisse noscuntur seu invenientur, necnon et alia promittendi seu faciendi, que vos, sanctissime pater et domine, sine demembratione imperii secundum Deum et honestatem videritis expedire, et in animam meam iurandi, quod ea omnia et singula rata habebo et inviolabiliter observabo nec contra ea per me vel per alium publice vel occulte venire temptabo. Do etiam ei potestatem promittendi nomine meo, quod ego per me ipsum eadem faciam et promittam atque iurabo, quandocumque per vos litteris vel nuntio fuero requisitus, et super hiis omnibus patentes litteras meas dabo aurea bulla typario regie maiestatis impressa bullatas. Do preterea eidem cancellario potestatem et speciale mandatum dandi super omnibus premissis et singulis patentes litteras seu publicum instrumentum et omnia faciendi, que in premissis et circa premissa fuerint necessaria vel etiam oportuna, etiamsi mandatum exigerent speciale. In cuius rei testimonium presentem procurationem fieri feci et mei sigilli munimine roborari.

Dat. Rotemburc, anno Domini MCCLXXIIII, in crastinum dominice qua cantatur Quasimodogeniti, regni nostri anno primo.

49. *CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ET IURAMENTORUM PER PROCURATOREM DATA. Iun. 6.*

Superest in transsumto a. 1278. Mai. 4. Romae facto infra edendo (Reg. imp. VI, 944), quod asservatur in tabulario secreto Vaticano Arm. I c. V. nr. 9. Contulit Paulus Kehr. In Zaccagnii dissertatione ad nr. 48 laudata edita est Append. p. 24—28, neque tamen ex autographo, ut videtur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 171. (P. 395.)

In nomine Domini amen.

Ego Otto Sancti Guidonis Spirensis prepositus regie aule cancellarius, gloriosissimi principis domini mei Rudolfi Dei gratia regis Romanorum semper augusti pro-

48. a) Guidonis 3.

curator et nuntius, habens ab ipso mandatum in forma subscripta presenti scripto confiteor, me privilegia necnon et iuramenta clare memorie Ottonis IIII. et quondam Fr(ederi)ci secundi imperatorum, tunc regum Romanorum, non cancellata, non abolita nec in aliqua sui parte vitiata, sed in prima sui facie aureis bullis regum ipsorum regie[a] maiestatis[b] impressis typario consignata, diligenter inspexisse, de verbo ad verbum legisse ac in Theotonico ydiomate propter infrascriptos nobiles exposuisse in consistorio vestro, sanctissime pater et domine domine Gregori papa decime, astantibus vobis reverendis patribus Iohanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Prenestrino, fratribus B. Albanensi, Petro Ostiensi episcopis, Symone tituli Sancti Martini in Montibus, A. tituli Sancte Praxedis, Guillelmo tituli Sancti Marci, Symone tituli Sancte Cecilie presbiteris, Ottobono Sancti Adriani, Iacobo Sancte Marie in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto Sancti Eustachii et Matheo Sancte Marie in Porticu diaconis cardinalibus, et presentibus inibi venerabilibus patribus Henrico Treverensi, Guarnero Maguntino, Engueberto Coloniensi, Conrado Magdeburgensi, Giselberto Bremensi archiepiscopis, Conrado Argentinensi, Leone Ratisponensi, Brunone Brixinensi, Ottone Mindensi, Fr(ederi)co Merseburgensi, Widegone Misnensi, Iohanne Kimensi, Ildebrando Eistetensi episcopis et nobilibus viris Frederico burclavio[c] de Nurenberk ac Gottefrido comite Seunensi.

(2) Tenores autem predictorum privilegiorum et iuramentorum de verbo ad verbum tales sunt:

Forma iuramenti Ottonis quarti imperatoris tunc regis Romanorum prestiti felicis recordationis Innocentio pape III: 'Ego Otto — coronam adeptus'. *supra tom. II, 27 nr. 23.*

Tenor privilegii dicti Ottonis quarti imperatoris tunc regis Romanorum concessi eidem Innocentio et ecclesie Romane: 'In nomine sancte — Kalendas Aprilis'. *II, 36 nr. 31.*

Tenor privilegii Frederici secundi imperatoris tunc regis Romanorum concessi eidem Innocentio pape III. et ecclesie Romane: 'In nomine sancte — Idus Iulii'. *II, 59 nr. 48.*

Simile privilegium concessum ab eodem Fr(ederi)co tunc rege Romanorum felicis recordationis Honorio pape III: 'In nomine Dei — indictione prescriptis'. *II, 77 nr. 65.*

Forma iuramenti eiusdem Frederici tunc regis Romanorum prestiti prefato Innocentio pape tercio: 'In nomine sancte — indictionis prime'. *II, 61 nr. 50.*

Forma iuramenti eiusdem Frederici tunc regis Romanorum prestiti prefate Honorio pape tercio: 'In nomine sancte — indictione octava'. *II, 79 nr. 66.*

(3) De predictorum itaque archiepiscoporum, episcoporum ac nobilium consilio et expresso consensu ego memoratus cancellarius omnia et singula in eisdem contenta privilegiis eiusdem regis R. nomine ratifico, rata et firma habeo et ab aliis haberi volo et eadem innovo atque de novo concedo, promittens eodem nomine beato Petro, celestis regni clavigero, ac vobis patri sanctissimo eius successori ceterisque vestris successoribus et ecclesie Romane ac iurans in animam ipsius regis R., quod ipse per se vel per alium seu alios non occupabit nec invadet in totum vel partem aliquam terras ipsius ecclesie Romane aut terras vassallorum eius, quas iure feudi vel sub census aut alterius prestationis titulo sive alio quocumque modo tenent ab ipsa ecclesia, nec eas vel earum aliquam procurabit occupari per alium seu alios vel invadi. Quin etiam nec ipsas nec tenentes easdem, se vel terras ipsas sibi ultro volentes subicere, nec officium aliquod aut dignitatem vel quamcumque potestatem in terris eisdem et

49. a) regia *tr.* b) maiestate *tr.* c) *sic tr.*

specialiter in civitate Romana recipiet sub quocumque colore sine vestra seu successorum vestrorum licentia speciali. Et si qui eas occupare vel invadere temptarent, non solum denegabit illis auxilium, consilium et favorem publicum et occultum, verum etiam ad requisitionem vestram vestrorumve successorum adiutor erit contra illos in defendendis et conservandis eisdem. (4) Item quod idem rex Rudolphus per se vel per alium non offendet vassallos ecclesie et specialiter magnificum principem dominum Carolum regem Sicilie illustrem seu heredes ipsius, nec volentibus ipsum offendere prestabit consilium, auxilium aut favorem publice vel occulte, nec regnum Sicilie, quod idem rex C. ab eadem Romana tenet ecclesia, vel aliquam eius partem occupabit aut invadet per se vel per alium aut occupari vel invadi procurabit, nec invadere aut occupare temptantibus prestabit auxilium, consilium aut favorem publicum vel occultum. (5) Alios etiam devotos ipsius ecclesie, qui eidem ecclesie astiterunt contra dictum Fredericum, heredes vel successores ipsius, propterea non gravabit, sed nichilominus favorabiliter prosequetur. Vassallos autem suos contra predictorum aliquod facientes pro posse bona fide compescet. Servabit preterea et faciet omnia et singula, que in canonibus positis sexagesima tertia distinctione, quorum quidem canonum alter 'Ego Lodowicus', alter vero 'Tibi domino pape' incipit [1], contine[n]tur. (6) Quodque idem rex R. premissa omnia tam in privilegiis ipsis contenta quam alia inviolabiliter observabit ac de premissis omnibus et singulis observandis prestabit tactis corporaliter sacrosanctis euangeliis iuramentum, et privilegia per omnia, verbis tamen competenter mutatis prout facti qualitas exigit, similia suprascriptis continentia et nichilominus plene alia omnia, que preter privilegiorum premissorum tenores superius exprimuntur, ac insuper ratificationem, confirmationem, innovationem ac novam concessionem omnium renuntiationum, dimissionum, promissionum, pollicitationum, sponsionum, concessionum, cessionum, confirmationum et confessionum, quas tam dictus Fredericus secundus quam alii reges et imperatores Romanorum precedentes eundem beato Petro apostolorum principi, summis pontificibus qui pro tempore fuerunt vel ecclesie Romane prestitisse noscuntur, prefato apostolorum principi ac vobis sanctissimo patri eius successori ceterisque catholicis vestris successoribus et ecclesie Romane concedet, quandocumque per sedem apostolicam super hoc litteris fuerit vel nuntio requisitus. Et iuramenta etiam prestabit et litteras super huiusmodi prestatione concedet, prout dicti reges Romanorum prestiterunt et concesserunt. (7) Postquam autem Romam ad recipiendum unctionem, coronationem seu imperiale diadema pervenerit ipsaque perceperit, premissa omnia et singula innovabit seu de novo faciet, ac sine aliqua difficultate iuramenta prestabit, que imperatores Romani [d] hactenus prestiterunt. (8) Item quod dictus rex Rudolfus bona fide sine fraude et malo ingenio procurabit, quod omnes principes Alemanie laici promittent et iurabunt, se bona fide curaturos et facturos, quod ipse rex Rudolfus premissa omnia et singula inviolabiliter observabit, et si quod absit ipse rex Rudolfus predicta non servaret, iidem principes in hoc ipsi aliquatenus non assistent.

(9) Tenor quoque predicti mandati, quod ab eodem Rudolfo recepi, per omnia talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno primo'. *supra nr. 48.*

Acta sunt hec Lugduni in predicto consistorio, anno Domini MCCLXXIIII, mense Iunii, die Martis VI. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno tercio. Porro ad certitudinem presentium et memoriam futurorum de premissis omnibus presentes litteras fieri feci et mei sigilli munimine roborari.

49. d) *sic tr.*

1) *c. 30. et 33. Di. 63.*

50. *EADEM CONFIRMATIO PER PRINCIPES DATA. Iun. 6.*

Autographum eiusdem tabularii Arm. I c. V nr. 8, cuius de quindecim sigillis adhuc quatuordecim servantur, contulit Paulus Kehr. Nomen scriptoris apparet in latere dextro plicae: Iacobus de Mutina[1]. *Ex autographo ediderunt Zaccagni l. c. Append. p. 9—22 et Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 182 nr. 330. Quae cum nr. 49 concordant, litteris minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 172. (P. 396.)*

In nomine Domini amen.

Nos Henricus Treverensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Coloniensis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis archiepiscopi, Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otto Mindensis, Fredericus Merseburgensis, Widego Misnensis, Iohannes Kimensis, Ildebrandus Eistetensis episcopi, Fredericus burclavius de Nurembere et Gottifridus comes Seunensis presenti scripto fatemur, nos vidisse ac diligenter respexisse privilegia necnon et iuramenta clare memorie Ottonis quarti et quondam Frederici secundi imperatorum, tunc regum[a] Romanorum, non cancellata, non abolita nec in aliqua sui parte vitiata, set in prima sui facie aureis bullis regum ipsorum[b] regie maiestatis impressis typario consignata, quorum tenores tales sunt:

Forma iuramenti Ottonis quarti imperatoris tunc regis Romanorum prestiti felicis recordationis Innocentio pape III: 'Ego Otto — coronam adeptus'. *supra tom. II, 27 nr. 23.*

Tenor privilegii dicti Ottonis quarti imperatoris tunc regis Romanorum concessi eidem Innocentio et ecclesie Romane: 'In nomine sancte — Kalendas Aprilis'. *II, 36 nr. 31.*

Tenor privilegii Frederici secundi imperatoris tunc regis Romanorum concessi eidem Innocentio pape III. et ecclesie Romane: 'In nomine sancte — Idus Iulii'. *II, 59 nr. 48.*

Simile privilegium concessum ab eodem Frederico tunc rege Romanorum felicis recordationis Honorio pape III: 'In nomine Dei — indictione prescriptis'. *II, 77 nr. 65.*

Forma iuramenti eiusdem Frederici tunc regis Romanorum prestiti prefato Innocentio pape tercio: 'In nomine sancte — indictionis prime'. *II, 61 nr. 50.*

Forma iuramenti eiusdem Frederici tunc regis Romanorum prestiti prefato Honorio pape tercio: 'In nomine sancte — indictione octava'. *II, 79 nr. 66.*

Predicta quidem privilegia et tenores iuramentorum in consistorio vestro, sanctissime pater et domine Gregori divina providentia papa decime, assistentibus vobis reverendis patribus Iohanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Penestrino, Bonaventura Albanensi, Petro Ostiensi episcopis, Symone Sancti Martini in Montibus, Anchero Sancte Praxedis, Guillelmo Sancti Marci, Symone tituli Sancte Cecilie presbiteris, Ottobono Sancti Adriani, Iacobo Sancte Marie in Cosmydin, Gottifredo Sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto Sancti Eustachii et Matheo Sancte Marie in Porticu diaconis cardinalibus, ac nobis in vestra presentia inibi constitutis, per venerabilem virum O. Sancti[c] G. Spirensis prepositum, domini nostri Rodulfi regis Romanorum illustris cancellarium et procuratorem, lecta et propter nos supradictos burclavium et comitem, qui nec litteras nec linguam Latinam novimus, fideliter fuerunt exposita. (2) Idem quoque cancellarius, habens ab eodem rege Rudolfo potestatem et speciale mandatum subscripti tenoris, de nostro consilio et assensu omnia et singula in eisdem

50. a) imperatorum — regum *in rasura or.* b) ips *in rasura or.* c) virum O. sancti *in rasura or.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 357.*

privilegiis et iuramentorum contenta tenoribus eiusdem regis R. nomine ratificavit, rata et firma se habere ac ab aliis haberi velle professus est et eadem innovavit ac de novo concessit[d]. (3) Promisit insuper eodem nomine ac iuravit in animam ipsius regis R., quod ipse rex per se vel per alium seu alios non occupabit nec invadet in totum vel in partem* terras* ecclesie Romane aut terras vassallorum eius, quas iure feudi vel sub census aut alterius prestationis titulo sive alio quocumque modo tenent ab ipsa ecclesia, nec eas vel earum aliquam procurabit occupari per alium seu alios vel invadi. Quin etiam nec ipsas nec tenentes easdem, se vel terras ipsas sibi ultro volentes subicere, nec officium aliquod aut dignitatem vel quamcumque potestatem in terris eisdem et specialiter in civitate Romana recipiet sub quocumque colore sine vestra vestrorumve successorum licentia speciali. Et si qui eas occupare vel invadere temptarent, non solum denegabit illis auxilium, consilium et favorem publicum et occultum, verum etiam ad requisitionem vestram dictorumve successorum adiutor erit contra illos in defendendis et conservandis eisdem. (4) Item quod idem rex Rudolfus per se vel per alium non offendet vassallos ecclesie et specialiter magnificum principem dominum Carolum regem Sicilie illustrem[e] seu heredes ipsius nec volentibus ipsum offendere prestabit consilium, auxilium aut favorem publice vel occulte, nec regnum Sicilie, quod idem[f] rex C. ab eadem[g] Romana tenet ecclesia, vel aliquam eius partem occupabit aut invadet per se vel per alium aut occupari vel invadi procurabit, nec invadere aut occupare temptantibus prestabit auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum. (5) Alios etiam devotos *ecclesie, qui eidem* astiterunt contra predictum Fredericum, heredes vel successores ipsius, propterea non gravabit, set nichilominus favorabiliter prosequetur. Vassallos autem suos contra predictorum aliquod facientes pro posse bona fide compescet. Servabit preterea et faciet omnia et singula, que in canonibus positis sexagesima tertia distinctione, quorum quidem canonum alter 'Ego Lodowicus', alter vero 'Tibi domino pape' incipit, continentur[h]. (6) Quodque idem rex Rudolfus predicta omnia tam in privilegiis ipsis contenta quam alia inviolabiliter observabit ac de premissis omnibus et singulis observandis prestabit tactis sacrosanctis euangeliis corporaliter iuramentum, et privilegia per omnia, verbis tamen aliquibus competenter mutatis prout facti qualitas exigit, similia suprascriptis continentia, [et] nichilominus plene omnia alia, que preter privilegiorum premissorum tenores superius exprimuntur, ac insuper ratificationem, confirmationem, innovationem ac novam concessionem omnium renuntiationum, dimissionum, promissionum, pollicitationum, sponsionum, concessionum, cessionum et confirmationum*, quas[i] [tam] dictus Fr(ederi)cus secundus quam alii reges et imperatores Romanorum precedentes eumdem beato Petro apostolorum principi, summis pontificibus qui p[ro] tempore fuerunt vel ecclesie Romane[i] prestitisse noscuntur, prefato apostolorum principi ac vobis sanctissimo patri eius successori ceterisque vestris catholicis successoribus et ecclesie Romane concedet, quandocumque per sedem apostolicam super hoc litteris fuerit vel nuntio requisitus. Et iuramenta etiam prestabit et litteras super huiusmodi prestatione concedet, prout dicti reges Romanorum prestiterunt ac concesserunt. (7) Postquam autem Romam ad recipiendum unctionem, coronationem seu imperiale diadema pervenerit ipsaque* ceperit, premissa omnia et singula innovabit seu de novo faciet, ac sine aliqua difficultate iuramenta prestabit, que imperatores Romanorum hactenus prestiterunt. (8) Item quod dictus rex Rudolfus bona fide sine fraude et malo ingenio procurabit, quod omnes principes Alemanie laici promittent et iurabunt, se bona fide curaturos et facturos, quod prefatus rex Rudolfus premissa omnia et singula inviolabiliter observabit, et si quod absit ipse rex R. predicta non servaret, iidem principes in hoc ipsi aliquatenus non assistent.

(9) Tenor autem mandati, quod idem cancellarius eiusdem regis Rudolfi nomine presentavit, per omnia talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno primo'. *supra nr. 48.*

50. d) *in rasura or.* e) r *in rasura or.* f) nod idem *in rasura or.* g) C. ab eadem *in rasura or.* h) continetur *or.* i) quas dictus—Romane *in rasura or.*

(10) Nos itaque memorati archiepiscopi et episcopi omnia premissa, que per eundem cancellarium acta sunt de nostro, ut premittitur, consilio et assensu, habentes rata et firma, promittimus in verbo sacerdotis in sacrosanctis euangeliis coram positis, ac nos prefati Fredericus et comes eisdem euangeliis tactis promittimus et iuramus, nos bona fide curaturos et facturos, quod idem rex eadem omnia et singula observabit plenarie nec per se nec per alium veniet contra ea seu aliquod eorundem. Et si quando quod absit secus facere attemptaret, nos in hoc aliquo modo non assistemus eidem.

Acta sunt hec Lugduni in predicto consistorio, anno Domini MCCLXXIIII, mense Iunii, die Martis VI. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno tertio. Porro ad certitudinem presentium et memoriam futurorum nos memorati archiepiscopi, episcopi, burclavius et comes presentes litteras fieri fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari.

51. *CONFIRMATIO CONSENSUS PRINCIPUM DE RECUPERATIONIBUS ET REGNO SICILIAE. Iun. 6.*

Autographon eiusdem tabularii Arm. I c. VIII nr. 5[1] *in margine dextro mancum supplere licuit ope transsumti a. 1339. ab Iohanne de Amelio facti, Arm. I c. VIII nr. 6 asservati. Quae omnia contulit Paulus Kehr. Autographi quindecim sigilla adhuc pendent. Autographon adhibuerunt Zaccagni l. c. 21—24 et Theiner l. c. I, 185 nr. 331. — Böhmer, Reg. imp. VI, 172.* *(P. 397.)*

In nomine Domini amen.

Nos Henricus Treverensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Coloniensis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis archiepiscopi, Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otto Mindensis, Fredericus Merseburgensis, Widego Misnensis, Iohannes Kimensis, Ildebrandus Eistetensis episcopi, burclavius de Nurembere et Gottifridus comes Seunensis presenti scripto fatemur, nos vidisse ac diligenter inspexi[sse] patentes litteras principum imperii subscripti tenoris sigillis eorundem pendentibus consignatas, quarum tenor talis est:

'Nos principes imperii—indictione octava'. *supra tom. II, 84 nr. 72.*

Predicte quidem littere in consistorio vestro, sanctissime pater et domine Greg[ori divina] providentia papa decime, assistentibus vobis reverendis patribus Iohanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Penestrino, Bonaventura Albanensi, Petro Ostiensi episcopis, Symone Sancti Martini in Mon[tibus, Anchero Sancte] Praxedis, Guillelmo Sancti Marci, Symone tituli Sancte Cecilie presbiteris, Ottobono Sancti Adriani, Iacobo Sancte Marie in Cosmydin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto Sancti Eusta[chii et Matheo Sancte] Marie in Porticu diaconis cardinalibus, ac nobis in vestra presentia inibi constitutis, per honorabilem virum O. Sancti G. Spirensis prepositum, domini nostri Rudolfi regis Romanorum illustris cancellarium et procuratorem, lecte et propter nos supradictos burclavium et comitem, qui nec litteras nec linguam Latinam novimus, fideliter fuerunt exposite. Prefate quoque littere erant non cancellate, non abolite nec in aliqua sui parte vitiate, sed per omnia in prima sua figura.

Acta sunt hec Lugduni in predicto consistorio, anno Domini MCCLXXIIII, mense Iunii, die Martis VI. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno tertio. Porro ad certi-

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 357.*

tudinem presentium et memoriam futurorum nos memorati archiepiscopi, episcopi, burclavius et comes presentes litteras fieri fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari[a].

52—55. MANDATA DE TELONEIS INIUSTIS.

1274. Apr. 21.

52. *MANDATUM ADVOCATO IN KRENKINGEN MISSUM. Apr. 21.*

Contulimus autographon, olim Constanciae, nunc Norimbergae in Musco Germanico asservatum. De constitutione generali regis a. 1273. Oct. 26. data, qua telonea iniusta prohibebantur, cuius textum desideramus, v. Reg. imperii VI, 11. — Böhmer, Reg. imp. VI, 150. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus advocato suo in Crenkingen Ulrico graciam suam et omne bonum.

Iuris est regula approbata, ne id nostro nomine fieri paciamur, a quo alios ex regiminis nostri debito prohibere tenemur. Cum igitur universis regni nostri subditis iniusta thelonia et inconsueta necessario duxerimus prohibenda, ea si nostro nomine pateremur recipi, foret inconveniens et iudicaretur indignum. Quare tibi sub obtentu gracie nostre precipimus firmiter et districte, quatenus in villa Ercingen debitis antiquis et approbatis theloniis sis contentus, ultra a transeuntibus nichil exigas vel requiras, si nostre maiestatis offensam volueris evitare.

Datum Rodenburch, XI. Kal. Maii, regni nostri anno primo.

53. *MANDATUM ADVOCATO IN ENSISHEIM MISSUM. Apr. 21.*

Autographon eiusdem Musei ab eadem manu exaratum contulimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 151. (P. deest.)

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus advocato suo in Ensigisheim graciam suam et omne bonum.

Iuris dictat racio, ne id nostro nomine fieri paciamur, a quo alios ex officii nostri debito prohibere tenemur. Cum igitur universa telonia, pedagia seu quitagia indebita et inconsueta omnibus nostro subiectis imperio ex officii nostri debito duxerimus non immerito prohibenda, tibi sub obtentu gracie nostre precipimus, quatenus ab omni theloniorum seu pedagiorum recepcione abstineas, transeuntes sine molestia et offendiculo quolibet dimittendo.

Datum Rodenburch, XI. Kal. Maii, regni nostri anno primo.

54. *ALIUD MANDATUM.*

Adiungimus formulas duas, quae signo chronologico carent, de quarum codicibus v. nr. 14—16. Superest in T *nr. 56, ubi rubrum* Inhibicio iniusti thelonei, E *fol. 114' nr. 80 cum rubro* Littere ad impediendum illicita thelonea, O *fol. 122 nr. 447, v. editionem p. 14 nr. 16. — Böhmer, Reg. imp. VI, 75. (P. deest.)*

51. a) Prefate quoque — roborari *eadem manu, sed atramento pallidiori scripta sunt or.*

Percepimus, quod[a] in illis terminis, quos tibi commisimus, quidam[b] nobis[c] quasi nullum ius in[d] imperio recognoscentes iniquis[a] theloniis transeuntes afficere non formidant. Set cum nostra sit intencio, cunctos oppressos hactenus indebite per suscepti curam regiminis relevare, tenore presencium tibi committimus diligenter, quatenus ubicunque in terminis[e] tibi commissis iniqua[f] thelonia videris exerceri, tu ad impediendum eadem[g], immo ne fiant de cetero, taliter te opponas, quod nostre serenitatis graciam merearis super eo[h] specialiter ampliorem[i].

55. *ALIUD MANDATUM.*

Superest in codicibus T *nr. 124 cum rubro simili ac nr. 54*, E *fol. 138' nr. 211 cum eodem rubro*, O *fol. 94' nr. 363, quem contulit Pogatscher*, V *fol. 45 v. editionem p. 283. — Böhmer, Reg. imp. VI, 76.* *(P. deest.)*

Exurgit adversus[a] vos universa terra clamoribus[b] et ad aures regie celsitudinis pauperum[c] gemitus intonuit[d], ex eo quod generalis pacis observacioni rebellionis calcaneum erigentes[e] pro vestre[f] libito voluntatis a transeuntibus presumitis extorquere thelonia et indebitis eos non cessatis angariis onerare. Quocirca prudenciam vestram affectuose requirimus et hortamur[g] regia nichilominus[h] vobis[i] auctoritate mandantes, quatenus manus illicito cohibeatis ab opere et ad licita reflectatis. Alioquin scire vos volumus pro constanti, quod ad huiusmodi pacis pulchritudinem, ut pristino decore refloreat, omnes vires, curas et animos[k] acuemus.

56—61. MANDATA DE CURIA EDICENDA.

1274. (Apr. Mai.)—Iun. 1.—(Aug. Sept.)

Documenta haec certe ad primam curiam generalem spectant, quam in festo S. Iohannis habendam Rudolfus rex edixit, sed edictam saepius deinceps prorogavit. Servata sunt sine nota chronologica in formularum libris, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. Quae de tempore singulorum mandatorum in Regestis imperii adnotata sunt, secuti sumus praeter nr. 60.

56. *VOCATIO AD CURIAM GENERALEM.* *(Apr. Mai.)*

Praebent T *nr. 29 cum lemmate* Vocacio ad curiam; E *fol. 111' nr. 79, ubi inscribitur* Edicio curie generalis pro reformacione imperii; V *fol. 40' v. editionem p. 240. — Böhmer, Reg. imp. VI, 162.* *(P. deest.)*

54. a) *deest E.* b) quid *E.* c) venit *E.* d) ius in *deest E.* e) terris *O.* f) nūquam *E.* g) eandem *O.* h) *deest O.* i) ampliare *E.*

55. a) adversum *O. V*; adv. vos *deest E.* b) *deest O. V.* c) *deest E.* d) introivit *O. V.* e) opponentes *O. V.* f) vestro *T*; e *corr. ex* o *V.* g) rogamus pro *V.* h) *deest V.* i) *deest E*; vobis nichilominus *O.* k) animas *O.*

Rud(olfus) etc. tali episcopo[a].

Ad Romane monarchie dirigenda[b] molimina sue misericordie unctione nos ungens Altissimus illum nobis revera servande iusticie zelum[c] indidit, eo commodi generalis augendi fervore[d] circumdedit procul dubio solium christi sui, ut pro[e] republica[f] variis hactenus agitata calamitatum insultibus quoslibet personales subire labores quevisque[g] rerum ferre dispendia non[h] vitemus. Verum quia non est in rerum natura possibile, quod substancia corporis universi a capite sine menbrorum subvencione regatur, interdum cogimur[i] alios[e] in comportacionis[k] huius participium evocare. Hinc est quod, cum pro reformacione collapsi[l] status imperii et communi tranquillitate fidelium apud talem locum in[e] instanti proximo festo tali[e.m] curiam generalem[n] duximus[o] edicendam[p], sinceritatem tuam attencius invitamus, rogantes[q] pariter et in[e] fide qua nobis et[r] imperio Romano[s] astringeris requirentes, quatenus omni difficultate remota predicte curie celebracioni presencialiter studeas[t] interesse[u], ut quod singulos tangere noscitur[v], ibi[w] a singulis approbetur; suffraganeis[x] tuis omnibus nichilominus, quod ibidem similiter dicta die compareant, efficaciter iniuncturus. Set istud omittitur, quando scribitur episcopis, et scribitur statim post illud verbum 'approbetur'[x]: Ceterum nostrum negocium[y] apud sanctissimum patrem nostrum dominum . .[z] summum pontificem efficaciter promovendum experte fidei tue fiducialiter commendamus[x].

57. *ALIUD MANDATUM.* *(Apr. Mai.)*

Praebent T *nr. 325 cum lemmate* Curia; E *fol. 121 nr. 124 cum rubro* Rex principibus quod veniant ad curiam; O *nr. 273, cuius paucissimas lectiones adnotavit Redlich in editione p. 305. Huius mandati verba quaedam sapiunt textum mandati praecedentis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 163.* *(P. deest.)*

Pressuras et gemitus afflictorum imperii miserantes et cupientes tranquillitati et paci eiusdem imperii[a], pulsis calamitatibus et tribulacionibus diuturne tyrannidis, que prevaluit et invaluit prepotenter, deinceps salutari remedio providere[b], ecce quod in[c] instanti proximo festo t(ali) sollempnem curiam apud t(alem locum) duximus[d] edicendam, ubi de reformacione collapsi[e] status imperii et pacifico statu terre intendimus nobis coaspirante[f] divina clemencia prosperum et salubrem habere tractatum. Hinc est quod vestram prudenciam ampliori qua possumus precum affectione requirimus et rogamus[g], quatenus sollempnitati tam celebri studeatis ob nostram et[h] imperii reverenciam in condecenti honorificencia[i] apparatu congruo interesse.

58. *CONDUCTUS PRO NUNTIIS LUBICENSIUM.* *Iun. 1.*

Ex autographo in tabulario civitatis Lubicensis 'Trese Caesarea' nr. 10 asservato denuo descripsit vir d. Fr. Bruns, qui adnotavit in linea dati verba Kalendis—primo *alio*

56. a) *inscriptio in E:* Rud. Dei gracia etc. episcopo; *in V:* Romanorum rex N. episcopo. b) dirigens *E.* c) zelum nobis *E.* d) favore *E.* e) *deest E.* f) respublica *E.* g) quevis *E.* h) nos *E.* i) cogitur *E.* k) contemperacionis *E*; cooperacionis *V.* l) lapsi *E.* m) *loco* in— tali *V*: tali termino atque die. n) gener. cur. *V.* o) duxerimus *T.* p) indicandam *V.* q) *loco* invitamus rogantes *E*: rogamus. r) nobis et *des. V.* s) Rom. imp. *E*; Rom. astr. imp. *V.* t) studeas presenc. *V.* u) predictis termino atque loco *add. V.* v) dinoscitur *E.* w) ibidem *V.* x) suffrag.— 'approbetur' *des. V*; suffrag.—commendamus *des. E.* y) neg. nostrum *V.* z) N. *V.*

57. a) miserantes—imperii *des. O.* b) propellendo *corr. alia manu ex* providere *O.* c) *deest E.* d) *loco* soll.—duximus *E*: duximus curiam. e) lapsi *E.* f) aspirante *E.* g) mandamus *E.* h) sacri *add. E.* i) honorificenciis *E.*

atramento addita esse. Editum est in 'Codice diplomatico Lubecensi' I, 326 nr. 349. — Böhmer, Reg. imp. VI, 170. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii illustribus principibus et fidelibus ac nobilibus, ad quos presens scriptum pervenerit, graciam suam et omne bonum.

Dilectorum fidelium nostrorum civium Lubicensium commodis et honori cupientes intendere benignitate regia speciali, si quos ipsi cives de ipsorum concivibus in curia celebranda apud Nurenberch ad nostre serenitatis presenciam duxerint destinandos, illos nos in nostram et sacri imperii proteccionem recipimus et securum conductum veniendo ad predictam nostram curiam, stando ibidem et abinde recedendo concedimus per presentes. Rogantes universos vos et singulos studio diligenti, quatenus ob nostram et sacri imperii reverenciam ipsos cives precautis ipsorum dampnis et periculis ad nostram studeatis presenciam conducere, si conductus vestri opem et operam requisiverint, tam secure, quod proinde nostre vobis retribucionis meritum debeatur.

Datum Kalendis Iunii, regni nostri anno primo[a].

59. *PROROGATIO CURIAE.* (*c. Iun. 15.*)

Servatum est in T *nr. 223;* E *fol. 120 nr. 115, ubi rubrum* Prorogacio curie generalis edicte; *paucas lectiones codicis* O *nr. 247 v. in editione p. 304;* V *fol. 53' v. editionem p. 362. — Böhmer, Reg. imp. VI, 173. (P. 399 n. 1.)*

Assumpto iam pridem divini disposicione[a] consilii regii dyademate principatus, cum ad hoc[b] nostra[c] potissime[c] suspiraret[d] intencio, ut pax ecclesiis, concordia plebibus et ubilibet[e] moribus disciplina concrescerent[f], reipublice statu universali[g] pacifice reflorente[h], ecce quod nostrorum principum tam ecclesiasticorum quam secularium[i] communicato consilio in instanti proximo festo t(ali)[k] apud t(alem)[k] locum sollempnem curiam duximus edicendam, cuius utique[l] celebracioni magnifice in decencia regii apparatus, si grata se nobis[m] offerret habilitas[n] interesse nos[o] plurimum delectaret. Verum quantumlibet[p] nostra super hoc[q] ferveret[r] affectio, licet in hoc totus[s] exardeat animus pacis floride sitibundus, quia tamen vener(abiles) t(alis) et t(alis)[t] principes nostri karissimi nuper de Romana curia redeuntes nobis exposuerunt expresse, quod ecclesiastici principes[u] moram adhuc[v] in Lugd(unensi)[w] concilio facientes non possint[x] eidem curie ob tam brevis angustiam temporis aliquatenus[y] interesse, predictam curiam de t(alis) et t(alis)[z] consilio nostrorum fidelium[a] usque ad proximum subsequens festum t(ale)[k] fiducialiter[b] decrevimus[c] prorogandam[d], quia in tot et tantorum egregiorum[e] principum[f] absencia non expediens arbitramur aut[g] condecens, tam utilibus et tam arduis celebrandis sollempniis nos[h] involvi. Quia igitur ipsum[i] negocium decoctione[k] matura consilii salutaris amplecti desiderat, nimie festinancie precipicium ruinosum

58. a) Kalendis—primo *alio atramento add. or.*

59. a) inspiracione *E.* b) hec *O.* c) *deest E. O.*; pot. nostra *V.* d) suspiret *E.* e) et ubilibet *des. E.* f) cognoscerent *E.* g) univ. statu *V.* h) reflorentes *E.* i) seculariorum *E.* k) N. *O*; Pasce *suo Marte V.* l) itaque *E.* m) vobis *V.* n) humilitas *E*; habilitas *add. E. post* interesse. o) vos *O.* p) quantumlicet *E.* q) super hec nostra *V.* r) fervet *E. O*; ferveat *V.* s) noster *add. V.* t) t. et t. *des. V*; N. N. *O.* u) nostri—principes *des. E.* v) adhuc *E.* w) Ludum *E*; conc. Lugd. *V.* x) possunt *E. O. V.* y) aliqualiter *E.* z) N. et N. *O*; *deest V.* a) nostr. fid. *V.* b) *deest E.* c) *deest E*; decernimus *V.* d) prorogandum *E.* e) *loco* tant. egr. *V*: tam magnorum. f) pr. egr. *E.* g) ac *E.* h) non *E.* i) ipsum igitur *O.* k) devocione *E*; decoctio *V.*

evitans[l], sinceritatem tuam requirimus et hortamur attente[m], in fidei debito quo[n] Rom(ano) imperio atque nobis astringeris te monentes, quatenus principalis excellencie apparatu decenter accinctus in dicto festo t(ali)[o] apud t(alem)[o] locum ipsi[p] curie[q] tuam personalem presenciam studeas exhibere, ut ibi[r] de bono et[s] desiderabili reipublice statu ac reformacione imperii tractatus oportunus et utilis habeatur[t].

60. *ALIUD MANDATUM.* *(Aug. Sept.)*

De tempore v. ea quae post Regesta imperii sagacissime exposuit H. Otto 'Neues Archiv' XXVI, 219 sqq.

Servatum est in T *nr. 209;* E *fol. 116 nr. 92, ubi rubrum simile ac nr. praecedenti; lectiones paucas codicis* O *nr. 257 v. in editione p. 304. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1445.* *(P. deest.)*

Pro utilitate reipublice ac presertim pacis iam deperdite per multa tempora, de tuo prudenti aliorumque[a] principum nostrorum consilio reformande, edici sollempnem curiam tali loco[b] in tali festo iussimus eamque celebrare votum firmissimum nobis fuit. Verum Dei filius, celestium et[c] terrestrium moderator, sue[d] moderacionis temperie[e] nobis inmissa gravis egritudinis sarcina nostrum propositum taliter impedivit, quod curie nullo modo possumus interesse. Mittimus itaque tibi et aliis principibus nostris[f] talem et talem[g], ut tibi liquidius pateat, quod adventum nostrum retardaverit[h] neccessitas, non voluntas. Quorum[m] etiam dictis in omnibus, que tibi ex[i] parte nostra retulerint[k], fidem plenariam[l] adhibebis[m].

61. *ALIUD MANDATUM.*

Servatum est in T *nr. 86 cum lemmate* Vocacio ad curiam sollempnem*;* E *fol. 137 nr. 200 cum lemmate* Vocacio principis ad curiam sollempnem per regem celebrandam*; lectionem codicis* O *nr. 269 v. in editione p. 305. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1446.* *(P. deest.)*

Disponentes incommutabili animo, prout alias[a] tibi litteris nostris innotuit, apud talem[b] locum tali die[c] sollempnem curiam nuper a nobis edictam in regio apparatu magnifice[d] celebrare, sinceritatem tuam nunc denuo requirendam duximus et hortandam affectu quo possumus ampliori, quatenus omni relegato cuiusque[e] difficultatis obstaculo tam festive sollempnitati et tam celebribus sollempniis, prout condecet[f], studeas personaliter interesse. Hoc enim si votis nostris annueris, adeo habundanter[h] et affluenter erga te volumus procul dubio loco et tempore promereri, quod grato domino gratulaberis te revera gratuitum et acceptum obsequium sic gratanter et sic utiliter[h] impendisse.

---

59. l) evit. prec. ruin. *V.* m) et hort. att. *des. V.* n) qua *E.* o) N. *O.* p) *loco* dicto— ipsi *V*: festo predicto predicte. q) loco predicto *add. V.* r) tibi *E.* s) *deest E*; et desiderabili *des. V.* t) Dat. etc. *add. O. V.*

60. a) aliorum *E.* b) *loco* tali loco *E suo Marte forsan*: Frankenfurt. c) *deest E.* d) sua *T.* e) tpe *E.* f) nostris princ. *E. O.* g) N. et O. *E*; N. et G. *O.* h) et inpediverit *add. E.* i) de *E.* k) re. *T.* l) ple. *T.* m) Quorum—adhibebis *deest O.*

61. a) *deest E.* b) N. *O.* c) locum — die *des. O.* d) magnifico *E.* e) cuiuslibet vel cuiuscunque *E.* f) decet *E.* g) habilitanter *E.* h) viriliter *E.*

62—66. TRACTATUS CUM GREGORIO X. PAPA.

1274. (Iun. Iul.) — Sept. 26.

Epistolae regis servantur in libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. De ratione et tempore singulorum documentorum v. ea quae in Regestis imperii optime relata sunt.

62. *EPISTOLA AD PAPAM.* *(Iun. Iul.)*

Servant T *nr. 216,* E *fol. 118' nr. 106, ubi rubrum* Rex ad papam, qualiter se, suos et totum imperium submittit ordinacioni pape, O *nr. 289, cuius paucissimas lectiones v. in editione p. 306,* V *fol. 55 v. editionem p. 372. — Böhmer, Reg. imp. VI, 177.*
(P. deest.)

Ea[a], beatissime pater, de admirabili vestra creacione precordiis nostris tenaciter est infixa fiducia, illa revera verisimiliter super ea presumpcio nostris intimis est impressa, quod ex humane inbecillitatis operacione[b] non prodiit, set quod ex inspirata vobis tunc in remotis agentibus Spiritus inspiracione paracliti ad universalis ecclesie regimen celestis altitudo[c] consilii vos vocavit. Sic eciam nosmet ipsi, dum pristinum statum nostrum in interiorum profunditate revolvimus et dum vocis exemplo prophetice divinorum iudiciorum in nostre consideracionis speculo speculamur abissum, in forma consimili, licet impari merito nos sentimus ignaros et eciam non instantes, excluso totaliter quolibet gradus ambitu celsioris, divinitus ad Romane monarchie molimina dirigenda provectos. Hiis igitur, pie pater, in trutina racionis appensis, in omnibus arduis et diversis que nobis postmodum occurrere negociis et precipue super nunciorum Hung(arie) et Boh(emie) regum legacionibus nobis propositis et oblacionibus editis nichil penitus aggredi libuit, nichil prorsus ut decuit attemptare voluimus, nisi vestra, quam semper fuimus prestolati, responsione seu salutifera informacione suscepta. Ex quo itaque, pater clementissime, vos elegit Altissimus, ita quod de terra iam orta sit veritas prospiciente de celo iusticia[1], ex quo dextera Domini eciam sue misericordie unctione nos unxit, ut super colla sublimium glorie solium teneamus, ut ista duo celitus in conformitatis idemptitate per mutuos compaciantur amplexus, ecce quod nostram et liberorum nostrorum personas necnon et creditum nobis imperium vestre pie disposicioni submittimus, ut secundum Deum et puram consciencian libere statuatis et ordinetis salubriter de premissis, quicquid honoris Dei, ecclesiastice libertati ac orthodoxe fidei necnon bono imperii statui credideritis expedire. Et licet illustris Bohemie[d] rex non tam iustis quam[e] voluntariis motibus diu fuerit in exheredacionem imperii degrassatus, quia tamen in vobis, utpote sicut superius est expressum electis a Deo, divine gracie et iusticie plenitudo exuberanter habundat, presertim ut Terre Sancte in oportuno subsidio nil dematur, controversiam, que inter nos et ipsum pro bonis imperii vertitur occupatis ab ipso, fiducialiter apostolice ordinacioni et equitati relinquimus et exponimus dirimendam. Pro certo quidem et pro constanti tenemus, quod indempnitati cavebit imperii vestre sanctitatis inobliquabilis rectitudo[f]. Ceterum super illius benivoli favoris et benivolencie favorabilis

62. a) *Eya E; O O;* Illa *V.* b) *opinione T.* c) *alcioris E.* d) *deest O.* e) *ut T.* f) *Cetera desunt V.*

1) *Ps. 84, 12.*

exhibicione, quam cause nostre iusticie graciose pretenditis, iuxta quod dilectus fidelis noster t(alis) nuper de vestre beatitudinis pedibus ad nos rediens enarravit, si non ad quantas vobis debemus, tamen ad quantas sufficimus graciarum totaliter nos provolvimus actiones, grata recipientes et placita necnon invariabiliter observantes[g], que per dilectos fideles nostros t(alem) et t(alem) in beatitudinis vestre presencia sunt tractata.

63. *EPISTOLA AD NUNTIUM. (1274. Iun. Iul.)*

Servant T *nr. 309,* E *fol. 136' nr. 198,* O *fol. 76 nr. 268, quem edidit Redlich l. c. p. 21 nr. 22. — Böhmer, Reg. imp. VI, 178.* *(P. deest.)*

Quia curam sollicitam tuis novimus insidere precordiis nostri provectus augmenta sublimius extollendi, sinceritati tue fiducialiter duximus intimandum, quod familiaritatis alterne commercium, si quod inter nos et inclytum t(alem)[1] unanimitatis et amicicie delectabili federe vincietur, a domino t(ali)[a] duxit originem et per ipsum fructus optati propagines dante Domino graciosius adolescent[b]. Propter hoc ratum habere per omnia pollicemur et placitum, quicquid inter nos et t(alem) eundem in bono tractare potueris et salubriter ordinare, dummodo predictus tractatus de dicti domini t(alis)[c] beneplacito et assensu benivolo concludatur.

64. *FACULTAS NUNTIO DATA. (Aug.)*

Servatur in T *nr. 170,* E *fol. 127 nr. 158,* O *nr. 234, cuius paucissimas lectiones v. in editione l. c. 303,* V *fol. 42' v. editionem p. 259. — Böhmer, Reg. imp. VI, 205.* *(P. deest.)*

Plurima, beatissime pater, interpretis scripture ministeria[a], quibus paternis aspectibus filialis est representata devocio, de nostri pectoris thalamo hactenus effluxerunt, interne mentis affectum, quem[b] ad sacratissimam matrem nostram Romanam ecclesiam invariabiliter gerimus, imperfectius indicancia et insufficiencius exprimencia votum nostrum. Quia igitur aliquando absencium desideria plenius et planius vive vocis expli(cantur) oraculo, quam annotacione ta(cita) lit(terarum), ecce quod honorabilem virum[2] t(alem), virum utique multa virtuositate conspicuum, moribus et sciencia preditum, nobis sue meritis probitatis acceptum et vobis ac ecclesie Romane alme matri nostre devotum, ad beatitudinis vestre pedes fiducialissime destinamus, vestram piissimam sanctitatem humiliter deposcentes[c], quatenus ipsum, quem verum predecessoris sui[3] iam credimus per laudabilis actionis insignia sectatorem et eciam[d] successorem, habere dignemini propiciacione qua convenit recommissum, eidem super principali nostro et imperii negocio necnon super aliis peticionibus racionabilibus atque[e] iustis, quas vestre sanctitati porrexerit, graciose audicionis et favorabilis[e] exaudicionis effectum benignius impensuri. Susceptis nempe ab ore nostro sermonibus, vobis labiorum suorum eloquiis afferendis, credulam fidem vos petimus efficaciter adhibere[f].

62. g) acceptantes *E. O.*

63. a) papa *O.* b) adolescet *T*; adolescit *E.* c) pape *O.*

64. a) misteria *T. E.* b) quam *T.* c) deprecantes *E.* d) ēc *E.* e) atque — favorabilis *des. E.* f) Dat. etc. *add. E.*

1) *Carolum regem Siciliae.* 2) *Certe agitur de Heinrico ord. s. Mariae Teutonicorum prothonotario regis, quem Gregorius X. Sept. 20. ecclesiae Tridentinae in episcopum praefecit. V. Reg. imp. VI, 205 et 220.* 3) *Ottonis scilicet S. Widonis Spirensis praepositi, v. supra nr. 34.*

65. *EPISTOLA ALTERA AD PAPAM.* *(Aug.)*

Damus ex T *nr. 311, lectionibus codicis* E *fol. 137' nr. 202, quae omnes male discrepant, et* V *fol. 53' (in editione p. 364) omnino reiectis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 206.* *(P. deest.)*

Gemine karitatis igniculo dudum calescencia pietatis paterne precordia, mire providencie studiis urbi et orbi[a] prospiciencia, copiose flagrancie globos ubique disseminant igneos, per quos karitas hactenus refrigescens in pluribus redivive dulcedinis incrementa suscipiens coalescit et proficit, condensatis tenebris spargit radios et lapidea corda[b] mollit, dum vos, quos utique pacis ewangelizatores in terris divine sapiencie inscrutabilis altitudo disposuit, pie ac iuste officii crediti debitum exequentes convertitis corda patrum ad filios et extinctis ubilibet odiorum seminariis et avulsis germinibus simultatum, coniungitis labia dissidencium populorum reconciliacionis in osculo et pacate quietis in ocio mundi climata reformatis, truculente tyrannidis rabie quiescente. Igitur pie pater pastorque salutifer, gregis dominici congregator, super hiis vestris bonis operibus, que post nubilum, quod diebus malis contexerat omnem terram, nobis et orbi universo serenius illuxerunt, et specialissime super vestre benivole voluntatis et beneficencie inopinabilis ubertate, teneritudini regie continuacione gratuita graciosius irrigate pretensa, beatitudinis vestre pedibus nos qua decet humilitate provolvimus ad soluciones uberrimas graciarum. Porro quia de via, qua prospere procedendo regnemus, obstancium offensionum repagula removentes, nos voluistis cum inclito rege Sicilie speciali familiaritatis et amicicie vinculo couniri, concepta et ordinata per vestre sanctitatis industriam inter dilectam filiam nostram et nepotem ipsius regis accepti et grati matrimonii federa gratulabundius duximus acceptanda. Ob hec et alia inenarrabilia circa nos preimpensa[c] vestre dulciflue bonitatis indicia sic revera nos vestris et sancte matris ecclesie nutibus exponentes, quod proprio eciam filio, si quod absit eum in vestra contingeret intentare dispendia, nostra devocio parcere recusaret.

66. *NOMINATIO REGIS PER PONTIFICEM.* *Sept. 26.*

Superest in collectione dictaminum Berardi Neapolitani. Codices sunt: 1) *tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII nr. 61, ubi lemma* Scribit regi Alamanie, ut preparet se ad coronationem et quod mittat aliquos ad recipiendum terminum coronationis; *ex quo editum est apud Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 186 nr. 332;* 2) *Vaticanus lat. 3977 f. 20 nr. 46; quos contulit vir d. Pogatscher. — Exstat praeterea in* L *codice 25. fol. bibliothecae Luceriensis f. 103, cui inest collectio Petri de Vineis et formularium Konradi de Diessenhofen, itemque in formularum codicibus* T *nr. 175,* E *fol. 128' nr. 165, ubi rubrum* Littere quibus papa regi regiam denominacionem attribuit, O *fol. 71 nr. 242,* V *fol. 25 v. editionem p. 111; quorum varias lectiones utpote parvi pretii adnotandas esse non duximus. Responsum regis, in quo minime de nominatione vel approbatione verba fiunt, v. Reg. imp. VI, 257.*[1] *— Potthast nr. 20931. Böhmer, Reg. imp. VI, 223.* *(P. deest.)*

65. a) urbo et urbi *T.* b) *corr. ex* cordam *T.* c) pmipēsa *T.*

1) *V. ea quae in Regestis imperii de virorum doctorum opinionibus relatum est, praesertim ea quae vir d. Otto sagacissime disseruit loco ad nr. 48 citato p. 48 sqq. et encyclicam regis infra nr. 80 edendam.*

Carissimo[a] in Christo filio[b] Rudolfo[c] regi Roman(orum) illustri.

Solent ardua precipue perpensis digesta consiliis sentire potius celeritatis ex directione compendium, quam pati dispendium tarditatis. Sic longa belli preparatio celerem consuevit afferre victoriam, sic iter festinatur instanter, dum sollicite preparatur. Hec nos consideratio in imperialis negotii prosecutione hucusque detinuit, hec in tui consumatione fastigii multa uti maturitate[d] suasit, hec varias vias suggessit exquirere diversaque remedia cogitare, ut Deo auspice tanto illa que instant deducamus securius, quanto accuratius preparamus[e]. Licet itaque non sine causa distulerimus hactenus regiam tibi denominationem ascribere, cum fratribus tamen nostris nuper deliberatione prehabita, te regem Roman(orum)[f] de ipsorum consilio nominamus. Causas autem salubris[g] dilationis, immo potius consulte accelerationis huiusmodi ad totius orbis et ad ipsius maxime profuture pacem imperii, ut speramus, dilectus filius . . Tridentin(us)[h] electus et frater Henricus de ordine Minorum, tue celsitudinis nuntii, non solum ad veritatis expressionem, set ad exhortationis sollicitationem aperient, ut in eis[i] doctrine speculum exemplaris inspiciens et salutaris consuetudinis informationem recipiens, prudenter satagas in cunctis tuis processibus vitare discordias, vias tuas facere pro posse pacificas et semitas, quas[k] princeps pacis, rex regum et dominantium dominus docuit[l], quantum ipse tibi concesserit, pro viribus ambulare. Ceterum cum inchoata feliciter ad eiusdem culmen imperii tue promotionis auspitia non prosecutionis procrastinatione differri, set festina deinceps consumatione compleri utilitas manifesta suadeat[m], serenitatem tuam hortamur ac sincero tibi affectu et consilio suademus, quatenus sic te prepares, sic disponas, ut cum te ad unctionem, consecrationem et imperialis diadematis coronationem de nostris recipiendas manibus duxerimus evocandum, ad quod terminum in proximo, prout circumstantie pensande permiserint[n], intendimus assignare, non improvisus, set sicut tanti negotii sollempnia exigunt, paratus appareas et ad premissa non morosus, set promptus et festinus occurras. Expedit autem, ut aliquem vel aliquos, qui super eiusdem assignatione termini, quid tue comoditati congruat, et alias plene[o] tuam super hoc per omnia voluntatem nobis insinuare valeant, cito ad presentiam nostram mittas.

Dat.[p] Lugd(uni), VI. Kalendas Octobris, anno tertio.

---

67. 68. MANDATUM DE NEGOTIIS IMPERII ADMINISTRANDIS.

1274. Aug. 4.

67. *MANDATUM REGIS.*

Autographon ecclesiae Pataviensis in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiser-Selekt' 63¼ b asservatum, cuius sigillum laesum pendet filis sericis, contulit b. m. Weiland. Cf.

66. a) *praecedit in* 1: Idem; *inscriptio in L:* [G]regorius episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo R. Dei gratia regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem; *in O:* Gregorius etc. carissimo in Christo filio R. etc. salutem. b) Carissimo — filio *des.* 2. c) Radulpho 2. d) varietate 2. e) preparemus 2. f) Romanum 2. g) sagacis *L.* h) Tridentinen 2. i) *deest* 2. k) qua 2. l) decuit 2. m) suadet 2. n) promiserint 2. o) plenam 2. p) Dat.—tertio *des.* 2. *O;* Datum etc. *L.*

privilegium regis eodem die concessum, Reg. imp. VI, 194 et litteras ad episcopum Salzburgensem 1278. Iul. 4. infra edendas, Reg. imp. VI, 981. — Böhmer, Reg. imp. VI, 193. (P. 398.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus fidelibus et dilectis nostris principibus F(riderico) Salzburgensi archiepiscopo, L(coni) Ratisponensis et P(etro) Pataviensis ecclesiarum episcopis graciam suam et omne bonum.

Postquam vestre devocionis obsequia manuali homagio nobis facto liberaliter obtulistis nostre regie maiestati ac a nobis iura nostrorum regalium iuxta morem Romani imperii suscepistis, deliberate concepimus, ut in vobis nostra consilia fiducialiter requiescant nostraque negocia maxime, que a nobis personaliter geri nequeunt, vestre indubitate fidei committantur. Sane cum pro reformacione Romani imperii tractatus varii et diversi cum diverse condicionis hominibus necessario sint habendi, quibus omnibus propter locorum distancias et plures inportunitates alias, quas portamus, personaliter non possumus interesse, vobis et cuilibet vestrum in solidum committimus et committendo precipimus per presentes, quatenus cum baronibus, comitibus, liberis, ministerialibus, militibus, civibus et communitatibus[a] civitatum vestre provincie super hiis, que ad utilitatem et reformacionem imperii necnon ad comodum et honorem eorum, qui vobiscum de huiusmodi colloquentur, poterunt pertinere, quociens utile vobis visum fuerit, nostro et Romani imperii nomine conferatis, tractetis, statuatis et ordinetis, prout vobis suggesserit fides vestra. Nos eciam sub presentis scripti testimonio et regie maiestatis honore promittimus nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros, quicquid per vos vel unum ex vobis nostro nomine dictum, actum promissumve fuerit previa racione cuicunque persone vel loco in vestra provincia constituto. In cuius rei testimonium presentes vobis damus litteras maiestatis nostre sigilli robore communitas.

Dat. in Hagenaw, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, II. Non. Augusti, indictione secunda, regni nostri anno primo.

68. *IURAMENTUM EPISCOPORUM.*

Adiungimus hic, quia ad eandem regalium concessionem spectare videtur, formam iuramenti de homagio a quibusdam episcopis praestito, cuius etiam in nr. 67 mentio fit. Superest in solo O *codice Ottoboniano 2115, de quo v. supra ad nr. 14–16, fol. 128 nr. 482, quem denuo contulimus. De tempore et relatione v. 'Wiener Briefsammlung' p. 24 nr. 24. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 193. (P. deest.)*

Post recognita, tradita et concessa et iterum innovata per regalem vestram munificenciam nobis et nostris ecclesiis illa iura, que a Romano imperio, vestris predecessoribus et a vobis pacifice possidemus, racionis debito credimus convenire, ut et nos vobis et predicto imperio liberaliter impendamus debiti famulatus honores. Nos itaque sub presencium testimonio et religione iurisiurandi[a] promittimus et iuramus, quod in omnibus et singulis, ad que prestiti vobis racione homagii aut ex debito vasallatus Romano tenemur imperio atque vobis, in omni devocione fideles perpetuo persistemus, utilitatibus vestris et imperii intendere volumus et dispendia, in quantum nobis[b] possibile fuerit, omni loco et tempore precavere.

67. a) coitatibus *or.*

68. a) iusiurandi *O.* b) vobis *O.*

69. MANDATUM DE IMMUNITATE CIVITATUM IMPERII.

1274. Sept. 20.

Dedit b. m. Iaffé ex autographo tabularii pagi Turicensis, cui sigillum appendet; quod iam omnes aliae editiones adhibuerunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 219. *(P. 399.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Volentes dilectos cives nostros Turicenses ac omnes alias civitates nobis et imperio attinentes hac gracie prerogativa gaudere, ut nullus extra huiusmodi civitates super quacumque causa in iudicium evocetur, sed si quis contra cives dictorum locorum aliquid habuerit actionis, coram iudice civitatis actione proposita recipiat quod est iustum, singulis ac universis nostris officialibus, iudicibus et fidelibus damus presentibus in mandatis, ne contra presentis nostri decreti tenorem cives predictos extra suam civitatem super quacumque causa audeant evocare, in civitatibus singulis de civibus singulis iusticiam recepturi.

Datum Hagenowe, XII. Kal. Octobris, indictione secunda, regni nostri anno primo.

70. 71. MANDATA DE PRECARIIS GENERALIBUS.

1274. Oct. 18. — Nov. 23.

Cum de diversis precariis a Rudolfo rege a. 1274. tam omnibus subiectis imperii quam solis civitatibus impositis mandata generalia minime supersint, proponimus hic duo mandata specialia, in quibus illarum rerum mentio fit. De hiis omnibus v. Reg. imperii VI, 317 a et K. Zeumer 'Historische Zeitschrift' LXXXI, 43 sq.

70. *MANDATUM ADVOCATIS IMPERII DIRECTUM.* *Oct. 18.*

Autographon tabularii regii Stuttgardensis, quod iam editum est 'Wirtembergisches Urkundenbuch' VII, 323 nr. 2441, descripsimus. Sigillum olim loro membranaceo pendens nunc iuxta servatur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 240. *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis advocatis, officialibus ac procuratoribus suis fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ne occasione generalis precarie sive perangarie imposite sacro subiectis imperio regi regum famulantibus aliquod preiudicium generetur, vobis omnibus et singulis damus districtius in preceptis, ne a devotis Christo sanctimonialibus de ordine Predi-

catorum[1] aliquid aliqualiter exigatis. Recognoscimus enim, rempublicam predictarum sororum oracionum sufragiis pocius quam questibus pecun[i]ariis promoveri.

Datum et duplicatum anno Domini MCCLXXIIII, XV. Kal. Novembris, ind. tercia, regni vero nostri anno secundo.

71. *MANDATUM CIVIBUS ESSLINGENSIBUS MISSUM. Nov. 23.*

Autographon eiusdem tabularii, quod iam ediderunt Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 83 nr. 95 et 'Wirtembergisches Urkundenbuch' VII, 335 nr. 2455, descripsimus. Sigillum leviter laesum pendet filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 264. (P. deest.)

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto et universis civibus in Eizelingen graciam suam et omne bonum.

Universitati vestre concedimus per presentes, ut in posicione contribucionis seu sture vobis imposite vel eciam imponende antiquum modum et consuetudinem in personis et rebus, que vobiscum antiquitus consueverunt contribuere, observetis. Nolentes ut nullus in contribucione antique consuetudini in talibus observate audeat rebellari. Datum Nůrenberg, IX. Kal. Decembr., indiccione tercia, regni nostri anno secundo.

72—75. CURIA NORIMBERGENSIS.

1274. Nov. 19—21.

De edictione huius curiae et termini repetita prorogatione v. supra nr. 56—61.

72. *CONSTITUTIONES EDITAE. Nov. 19.*

Insigne hoc documentum in solo diplomatario Spirensis ecclesiae 'Codex minor' dicto superest, quod asservatur Karlsruhae in tabulario generali (Kopialbuch nr. 262 membr. in 4°); fol. 1 inscriptum est. Imaginem photographicam, quam benivole nobiscum communicavit vir cl. Wilhelmus Meyer Spirensis, diligentissime in usum nostrum vertimus. Ex eodem codice omnes editiones sumptae sunt; sed excepta illa, quam paravit a. 1778. F. A. Dürr 'Dissertatio de comitiis Rudolphi I.' p. 11, mendis scatent. — Cf. ea quae nuperrime disseruit Zeumer 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' XXIII. Germ. Abth. p. 109 sqq. — Böhmer, Reg. imp. VI, 258. (P. 399.)

Statuta curie Nůrenberg celebrate[a].

In publico consistorio tempore sollempnis et regalis curie Nurenberc celebrate, considentibus principibus ac honorabili caterva comitum et baronum, maximaque multitudine nobilium et plebeiorum astante coram serenissimo domino Rudolfo Roman(orum) rege ad exhibendum unicuique iusticie conplementum:

(1) Primo peciit rex sentencialiter diffiniri, quis deberet esse iudex, si Romanorum rex super bonis imperialibus et ad fiscum pertinentibus et aliis iniuriis regno vel regi irrogatis contra aliquem principem imperii haberet proponere aliquid questionis. Et diffinitum fuit ab omnibus principibus et baronibus qui aderant, quod palatinus comes Reni auctoritatem iudicandi super questionibus, quas imperator vel rex movere

72. a) *hoc rubrum in c.*

1) *E. gr. monasteriorum Sirnau et Weiler, ut 'Wirtembergisches Urkundenbuch' l. c. adnotatur.*

vult principi imperii, optinuit et optinet ex antiquo[1]. (2) Sedente itaque pro tribunali dicto Palatino comite, rex peciit primo sentencialiter diffiniri, quid ipse rex de iure possit et debeat facere de bonis, que Fridericus quondam imperator, antequam lata esset in ipsum[b] deposicionis sentencia, possedit et tenuit pacifice et quiete, et de bonis alias imperio vacantibus, que bona alii per violenciam detinent occupata. Et sentenciatum fuit, quod ipse rex de omnibus talibus bonis se debeat intromittere et ipsa bona in suam retrahere potestatem; et si aliquis in recuperandis talibus bonis ipsi regi se opponere presumeret, iniuriosam violenciam regali potencia debeat repellere et iura imperii conservare. (3) Secundo peciit rex sentenciari, quid iuris sit de rege Boemie, qui per annum et diem et amplius a die coronacionis regis Roman(orum) celebrate Aquisgranis contumaciter supersedit, quod feoda sua a rege Roman(orum) nec peciit nec recepit. Et sentenciatum fuit ab omnibus principibus et baronibus, quod quicunque sine causa legitima per negligenciam vel contumaciam per annum et diem steterit, quod de feodis suis se non pecierit infeodari, ipso lapsu temporis cecidit a iure omnium feodorum suorum. (4) Tercio peciit rex sentenciari, qualiter contra regem Boemie deberet procedere ad ipsius contumaciam reprimendam. Et sentencia fuit lata, quod palatinus comes Reni per virum ingenuum ad certum locum et diem, videlicet infra sex septimanas et tres dies a die iudicii numerandos, deberet dictum regem citare coram ipso Palatino questionibus regis super contumacia peremptorie responsurum; et si ingenuus electus ad citacionem faciendam assereret et confirmaret proprio iuramento, quod ob metum, qui cadere potest in constantem virum, non auderet se ipsius regis Boemie conspectibus presentare vel terram regis ingredi, sufficeret edictum publicum proponi in ipsa sollempni curia et citacionem fieri publice in civitate vel oppido sepedicti comitis Palatini regno Boemie plus vicino. Ut autem omnia procederent ordinate, ad faciendam presentacionem citacionis sex septimanis et tribus diebus superadditis decem et octo diebus, in summa date sunt inducie prefato
Nov. 20. regi Boemie novem ebdomade, a duodecimo Kal. Decembr. conputande, ita quod decimo
Ian. 23. Kal. Febr. ipse rex Boemie coram prefato comite palatino Reni in Herbipolensi civitate debeat conparere, alioquin contra ipsum prout ius permiserit procedetur. (5) Preterea ex decreto et consilio principum diffinitum est, quod dominus Roman(orum) rex ius debeat reddere de omnibus questionibus civilibus et criminalibus a creacionis[c. 2] sui tempore[d] subortis et que deinceps orientur. Item de omnibus questionibus civilibus, que eciam ante sui creacionem[e] emerserunt, super hereditatibus, feodis, possessionibus, proprietatibus, nisi iudicio, transactione vel composicione amicabili sint sopite. Item de spoliis, predis[f], iniuriis et dampnis datis tempore Friderici quondam imperatoris inter fautores pape et imperii intendit dominus rex habere consilium et tractatum cum papa, qualiter fautoribus utriusque fiat, quod equum visum fuerit tam pape quam regi.[3] Item rogat et consulit omnibus illis dominus rex, qui predas, incendia et spolia conmiserunt a tempore mortis Friderici quondam imperatoris usque ad creacionem[e] ipsius regis, quod amicabiliter transigant et conponant cum offensis. Rogat eciam offensos, ut non sint nimis difficiles in recipienda conposicione; alioquin deliberabit rex, quid expediat in hac parte. Inter hos autem censeri non debent, qui publici fuerunt predones stratarum[g] et ecclesiarum nec[h] bella publica exercebant; set de

72. b) in ipsum *c. et Dürr*; principum *male edd.* c) creacōe *c. et Dürr*; coronacione *male edd.* d) tpris *c.* e) *sic c. et Dürr*; coronacionem *male edd.* f) is *in rasura c.* g) *sic c.*; sanctorum *male Dürr*; sanctarum *male edd.* h) *sic c.*; nec qui *Dürr*; necnon *male edd.*

1) *Cf. nr. 73 et ea quae disseruit Weizsäcker 'Der Pfalzgraf als Richter über den König' ('Abhandlungen der Göttinger Gesellschaft' XXXIII) p. 1 sqq.* 2) creacione *evidentissime in codice legitur, itaque Regesta imperii l. c. emendare licet. De huiusmodi termino cf. etiam supra nr. 32.* 3) *Cf. supra nr. 49 c. 5.*

talibus faciendum est iudicium sine mora. Item questiones iam mote coram rege vel suis officialibus debent fine debito terminari. (6) Item diffinitum est, ut citaciones et edicta in curia [regis][i] et officialium suorum scribantur et sigillis iudicum consignentur, et per has litteras fides de citacione facta sine aliqua alia probacione[k], nec pro citacione huiusmodi amplius quam sex Hallenses vel equivalens exigatur. (7) Item monuit rex advocatos, ut conponant amicabiliter cum hiis, quos indebite advocacie nomine pregravarunt, et nichil ultra debitum ab hiis, quorum advocati existunt, exigant vel requirant. Alioquin contra eos pro huiusmodi iniuria procedetur. (8) Item statuit, quod in nulla civitate imperii debeant esse cives, qui phalburger vulgariter appellantur.

Hiis omnibus presentes interfuimus nos principes ecclesiastici, videlicet Wernherus archiepiscopus Moguntinus, Babembergensis, Eistadensis, Augustensis, Ratisponensis, Lubicensis, Misnensis, Chimensis et . . Tridentinus episcopi, Constanciensis et . . Herbipolensis electi et . . abbas Morbacensis, quorum eciam sigilla de speciali mandato nostro presentibus sunt appensa, in evidens rei geste testimonium, ad erudicionem presencium et ad cautelam quorumlibet successorum.

Acta sunt hec anno Domini millesimo CCLXXIIII, XIII. Kal. Decembr., indict. tercia, regni nostri anno secundo.

73. *CITATIO COMITIS PALATINI OTTAKARO REGI MISSA.* *(post Nov. 19.)*

Superest in codice III. G. 3 bibliothecae universitatis Pragensis fol. 74, qui 'Summam dictaminis magistri Dominici Yspani' continet. Editionem primam instruxit a. 1859. C. Höfler in periodico 'Germania' IV, 111, deinde multo accuratius Ioh. Merkel Ludovico Pernice gratulans Halis Saxonum a. 1861. p. 2, usus exemplari, quod iam olim fecerat Wilhelmus Wattenbach, cuius textum repetimus. V. 'Archiv' X, 661. — Böhmer, Reg. imp. VI, 259. (P. deest.)

Magnifico[a] principi O(takaro) regi Bohemie L(udewicus) Dei gracia palatinus comes Reni dux Bawarie, inter fiscum et eius principes iudex per sentenciam principum imperii approbatus, legum et iusticie tramites revereri.

Auctoritate presencium nobis per sentenciam principum, comitum et baronum in sollempni curia gloriosissimi domini nostri R. Dei gracia regis Romanorum illustris aput N.[b] sollempniter celebrata communiter attributa, vobis precipiendo mandamus, quatenus X. Kal. Febr., quem terminum magnitudini vestre de eorundem principum Ian. 23.
consilio et sentencia pro peremptorio prefigimus, coram nobis apud N. compareatis, predicto Romanorum regi illustri super iniuriis et manifestis violenciis, quas idem rex sibi et imperio a vobis illatas conqueritur, legittime responsuri. Et sive veneritis sive non, nos nichilominus[c] in eadem causa quantum[d] iuris ordo dictaverit et principum sentencia decreverit procedemus.

Datum N. in solempni curia supradicta, anno Domini MCCLXXIIII.

74. *CONFIRMATIO GENERALIS PRIVILEGIORUM PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM.* *Nov. 21.*

Autographa supersunt tria: 1) tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt' nr 65, exemplar Pataviense; sigillum pendet loro membranaceo; 2) eiusdem tabularii 'Kaiserselekt Nachtrag' 65a, exemplar Eichstadense cum filis sericis; 1 et 2 contulit b. m. Weiland; 3) tabularii Vindobonensis, ex archivio Salisburgensi proveniens, quod beni-

72. i) *deest c.* k) habeatur *supplendum esse videtur.*

73. a) Magno *c.* b) Nuremberg *H.* c) nichilhominus *c.* d) quatenus *H.*

vole nobiscum communicaverunt v. cl. E. Mühlbacher et J. Lechner. Sigilli fragmenta pendent loro membranacco. V. etiam infra nr. 81. 82. — Böhmer, Reg. imp. VI, 261.

(P. 401.)

Rudolfus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani[b] imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

A primordiis nostri solii sub illius nomine, per quem reges regnant, principes obtinent[c] principatus[1] et a quo suscepimus nostre sublimacionis auspicia, nostri regiminis disposicionem providimus taliter dirigendam, quod eos, per quos cepit et in quibus consistit nostre glorie celsitudo et qui in partem sollicitudinis sunt vocati nobiscum, ut a nostra celsitudine decus recipiant et decorem et sub felicis nostri dominii[d] novitate cuiusdam innovacione restauracionis refloreant, novo gracie nostre[e] beneficio foveamus. Noverit igitur presens etas et successura posteritas, quod nos integre fidei puritatem et devocionis sincere constanciam, quam ecclesiastici principes per Romanum imperium constituti ad nos et ad imperium ipsum habere noscuntur, benignius intuentes, pensantes quoque grata que nobis et eidem imperio impenderunt[f] obsequia[g] et adhuc impendere[f] poterunt graciora, predictis nostris ecclesiasticis principibus universis et singulis in Romano imperio[h] constitutis omnes libertates, donaciones, indulgencias, gracias atque[i] iura, eisdem a dive recordacionis Friderico ultimo Romanorum imperatore predecessore nostro ante latam in eundem excommunicacionis et deposicionis sentenciam et a suis antecessoribus inclitis Romanorum imperatoribus et regibus rite et[k] provide tradita et concessa, de benignitate regali[l] liberaliter innovamus, confirmamus et presentis[m] scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc[n] paginam nostre innovacionis et confirmacionis infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre indignacionis offensam se noverit incursurum. In cuius rei certitudinem et perpetui roboris firmitatem presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat.[o] Nurenberg[p], XI. Kalen. Decembr., indict. tercia[q], anno Domini MCCLXX quarto[r], regni vero nostri anno secundo.

75. *EPISTOLA REGIS AD CARDINALEM.*

De ratione et tempore v. ea, quae discussit Redlich in Regestis imperii et 'Wiener Briefsammlung' p. 34. De codicibus v. supra ad nr. 14—16. Superest in T *nr. 281,* E *fol. 123 nr. 136,* V *fol. 41 v. editionem p. 243. Denuo contulimus* T, *potissimis tantum codicum* E *et* V *lectionibus adiectis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 275.*

(P. deest.)

Quam[a] pura, quam[b] integra vestre amicicie incontaminate fervencia, quam ad nos promptissima mentis alacritate portenditis, aliena verborum argumenta non querimus, ubi effectus operis dicto preponderans certa nobis experimenta dilucidat et consciencie nostre testis quantalibet deposicione[c] sollempnior interpellat. Scimus etenim, immo semper indice facto probavimus, quod in vestris precordiis erga nos concepta non algeant, set quo plus labuntur in tempora, eo graciosius adolescant. Patet hoc utique clarius omni claro per ea, que misse nobis vestre novissime littere continebant[2],

74. a) Růdolphus 2. b) imp. Rom. 2. c) optinent 3. d) dom. nostri 3. e) nostre gracie 3. f) inpend. 2. g) obsequia *post* poterunt *ponitur* 3. h) per Romanum imperium 3. i) adque 2. k) ac 2. l) reg. *in rasura* 3. m) presenti 1. n) hanc lic. 3. o) Datum 2. 3. p) Nůrenberch 2; Nůrenberg 3. q) III. 2. 3. r) ducentesimo septuagesimo 2; IIII. 3.

75. a) Super tam *V.* b) et *V.* c) disposicione *E.*

1) *Cf. Prov. 8, 15. Iudic. 5, 11.* 2) *De litteris Reg. imp. VI, 224 vel 225 cogitari licet.*

ex quarum tenore probabili coniectura perpendimus, circa latera nostra vos vigilantis vigilis exercere[d] negocium et regalium excubiarum officium tam salubriter quam fideliter adimplere, dum nil nobis occurrere possit tam tempestuosum vel turbidum, tamque luci inpervium et opacum, quin vestre luminose prudencie iubare serenetur. Super hiis igitur vestris salutaribus monitis et informacione gratuita, quibus nos utiliter instruxistis, paternitati vestre uberiores quas possumus grates et gracias exsolventes et propter hec et alia plurima nobis manifestata lucidius vestre dulciflue voluntatis indicia nos et nostra quibuslibet vestris nutibus exponentes, de nostre prosperitatis eventibus, que libenter audire vos credimus, vestris desideriis duximus hec pandenda[e]: quod curiam nostram solempnem in t(ali) loco copiosa nobis principum assidente[f] caterva et preelecte milicie comitiva victoriosa stipati, cui nostris temporibus vix est visa consimilis, celebravimus condecenter in regio potentatu, constitucionibus congruis editis[1], plurimis cingulo militari tyronibus decoratis et omnibus aliis, que sedentem in throno magnificant regem et regalem exornant curiam, rite actis et de contingentibus nil omisso, licet sedentis ab aquilone[2] calliditas regis Boh(emorum)[g] visa fuerit in occulto, cum nequivisset in publico nostris celebribus[h] obviare progressibus tamque proficuis et festivis sollempniis intentatione nepharia contraire, qui tamen dextera Domini faciente virtutem[3] in sua defecit astucia nec[i] profecit. Nos[k] itaque iuxta vestre salutifere suggestionis instanciam in emissione presencium de sollempnibus nunciis transmittendis ad curiam[4] ordinare iam cepimus, prout negocii qualitas exposcebat. Processum vero curie prenotate per ordinem nuncii nostri sollempnes, qui subsequentur in proximo, vobis apercius et lucidius enarrabunt[k]. Ceterum[l] exhibitorem presencium, iuxta quod alias per dilectum familiarem nostrum t(alem) existit vive vocis oraculo commendatus, habeatis si placet in suis agendis favorabiliter recommissum[l].

76—80. TRACTATUS DE CORONATIONE IMPERIALI.

1274. Dec. 17.—1275. (Mart.)

76. *PROCURATORIUM REGIS. 1274. Dec. 17.*

Autographon in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea' servatum, quod iam reperiri non poterat[5], ediderunt cum a. 1839. Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 250 nr. 13 tum a. 1862. Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' III, 1 p. 292 nr. 2, quorum editionem hic repetimus. Vide ea quae de numero singulari supra nr. 48 et in Regestis imperii notata sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 288. *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Gregorio divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici devotus eius filius Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus devota pedum oscula beatorum.

75. d) excercere *T.* e) *loco* hec pandenda *E:* exponenda. f) assistente *E. V.* g) Boemorum *E.* h) celeribus *E.* i) non *E. V.* k) Nos—enarrabunt *des. V.* l) Ceterum—recommissum *des. E; in V:* Cetera vero dilectus familiaris noster N. explicabit lucidius oraculo vive vocis.

1) *Supra nr. 72.* 2) *Cf. Dan. 11 et Ioel 2, 20.* 3) *Ps. 117, 16.* 4) *Cf. nr. 76.* 5) *V. 'Neues Archiv' XV, 356 n. 2.*

Dum beneficia, que de uberibus matris ecclesie per sacras manus vestras in multa habundantia iam dulciter gustavi, immo plene recepi et plenius de ubertate gratie vestre me recepturum spero, sollicite considero, ad Dei et ipsius ecclesie ac vestra beneplacita et servicia animus meus totus inardescens ita ardenter ad[a] illa desiderat, sicut cervus ad fontes aquarum[1]. Propter quod me totaliter disposui et cum omni desiderio paratus semper inveniri cupio, ut illa efficacius valeam promovere. Sperans igitur et confidens in Domino, quod hoc tanto utilius facere potero, quanto in me consumatio vestre gratie clarius fulgebit, mitto ad pedes sanctitatis vestre honorabilem et prudentem virum Rudolfum regalis aule mee cancellarium, Conradum ducem de Techia principem meum illustrem, prudentum virum Petrum electum Basiliensem circumspectosque et religiosos viros, familiares meos fratrem Berengerium priorem ordinis Hospitalis sancti Iohannis Iherosolimitani per Alemanniam et fratrem Heinricum ordinis fratrum Minorum lectorem in Maguntia meos nuntios ac ipsos meos constituo procuratores. Dans eis et unicuique ipsorum in solidum, ita quod non sit occupantis melior conditio[2], speciale mandatum et plenam ac liberam potestatem supplicandi nomine meo humiliter et instanter sanctitati vestre, ut me devotum filium vestrum ad unctionem, consecrationem et imperii dyadema ceteraque ipsius imperii sollempnia[b] de beatis apostolicis manibus recipienda in alma urbe Romana in basilica principis apostolorum secundum laudabiles ipsius ecclesie et eiusdem imperii consuetudines celeriter vocare dignemini et ad predicta celerem terminum assignare. Do insuper eis simili modo speciale mandatum et liberam potestatem ad petendum, acceptandum et recipiendum similiter meo nomine terminum supradictum et ad faciendum in premissis et circa premissa omnia et singula, que necessaria et utilia esse possunt et quecumque veri et legitimi procuratores facere deberent aut possent, etiamsi mandatum exigerent speciale, ratum me promittens habiturum et firmum, quicquid per eos vel eorum aliquem actum fuerit in premissis. In cuius rei testimonium presentem procurationem fieri mandavi et regio sigillo muniri.

Datum apud Nueremberg, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, XVI. Kal. Ianuar., regni vero mei anno secundo.

77. *EPISTOLA GREGORII X. REGI MISSA. 1275. Febr. 15.*

Superest in collectione dictaminum Berardi Neapolitani. Codicem tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII. nr. 83 contulit Pogatscher. Codicis Vaticani lat. 3977 lectiones praetermisimus. Edidit Theiner in 'Codice diplomatico dominii temporalis s. Sedis' I, 188 nr. 336. — Potthast nr. 20989. Böhmer, Reg. imp. VI, 327. (P. deest.)

Carissimo in Christo filio Rudolfo regi Romanorum illustri salutem etc.

Sacerdotium et imperium non multo differre merito sapientia civilis asseruit. Siquidem illa tamquam maxima dona Dei a celesti collata clementia principii coniungit idemptitas, ea velut auxiliis mutuis semper egentia suffragii suis inter ipsa vicibus alternandi unit neccessitas et ad perfectum mundi regimen instituta, ut alterum videlicet spiritualibus ministret, reliquum vero presit humanis, una et eadem institutionis causa finalis ipsa inseparabiliter, licet sub ministeriorum diversitate coniuncta designat. Horum insuper neccessariam unionem alterutrius considerata carentia evidenter insinuat et emergentia exinde discrimina manifestant. Imperium namque in apostolice sedis vacatione sue destituitur directore salutis, ecclesia vero in throni cessatione cesarei oppressorum patet incursibus, dum suo defensore privatur. Curare itaque debent, curare

76. a) ad *deest K.* b) solempnia *K.*

1) *Ps. 41, 2.* 2) *Cf. Dig. III, 3, 32; XLII, 1, 19; item Summam Iohannis Bononiensis ed. Rockinger 'Briefsteller und Formelbücher' (= 'Quellen und Erörterungen' IX) 613 sqq.*

summopere gubernantes imperia et regna regentes, ut ecclesias et personas ecclesiasticas foveant, libertates et iura tueantur ipsarum et temporalia hiis fulcimenta non subtrahant, a quibus spiritualiter fulciuntur, immo in omni promptitudine temporaliter eos communiant, quorum presidio spiritualia recipiunt munimenta. Sed nec minus qui ecclesiarum gubernacula gerunt summa esse cura solliciti, omni debent ope satagere, ut reges ceterique catholici principes debite polleant integritate potentie, status sui plenitudine integrentur. Consulte namque illis assistitur, quorum cedere debet prosperitas in auxilium assistentis. Debent quippe toto niti conamine, ut regna pace refloreant, statu pacifico vigeant et tranquillitate fruantur optata. In hoc enim ecclesiis ipsis quietis et pacis comoda procurantur. Porro predictorum consideratio attenta non immerito conscientiam nostram artabat, ut ad collapsi reparationem imperii sollicitudine debita exurgentes, electionem unanimem ab omnibus principibus vocem in electione imperatoris habentibus, carissimi tamen in Christo filii nostri . . regis Boemie illustris, qui sibi ius in eligendo imperatore competere asserit, non interveniente consensu, de persona tua concorditer celebratam et principum ipsorum ac aliorum, maxime qui nuper in concilio convenerunt, multiplicatam instantiam necnon et communem quasi eiusdem concilii clamorem ad tuam expeditionem instantem benivolus favor admitteret et prompta executio desiderato impleret effectu. Hiis adiciebat non leves sollicitationis aculeos, quod sumpte de preteritis coniecture argumenta satis efficacia futurorum te futurum catholicum principem, Deo devotum, veritatis amicum, zelatorem iustitie, favorabilem ecclesiis ac personis ecclesiasticis et ecclesiastice libertatis sedulum promotorem verisimiliter repromittunt. Ideoque cum fratribus nostris diligenti tractatu habito denominatione tibi de ipsorum consilio ascripta suasimus, quod te sic disponeres, sic parares, ut cum ad unctionem, consecrationem et imperialis diadematis coronationem de nostris recipiendas manibus regalem celsitudinem vocaremus, ad quod nos terminum prout circumstantie permitterent denuntiavimus prefixuros, paratus prout tanti negotii sollempnia exigunt appareres et nichilominus interim aliquem vel aliquos ad nostram presentiam mitteres, qui super eiusdem assignatione termini quid tue comoditati congrueret et alias plene super hoc tuam nobis exprimerent voluntatem. Nuper itaque dilectis filiis magistro Rudolfo regie aule cancellario, nobili viro Conrado duce de Techa, fratre Berengario magistro domorum Hospitalis sancti Iohannis per Alemaniam, Petro archidiacono Basiliensi et fratre Henrico ordinis Minorum lectore Maguntino propter hoc a tua magnificentia destinatis, in nostra et fratrum ipsorum presentia in publico et sollempni consistorio nomine tuo petentibus ad premissa terminum assignari, ad quod etiam eodem nomine plenum et legitimum exhibuere mandatum[1], nos cum eisdem fratribus collatione habita et hiis que circa hec attendenda putavimus perpensa deliberatione discussis, serenitati tue ad petitas unctionem, consecrationem et coronationem imperialis diadematis in basilica principis apostolorum in Urbe recipiendas per manus nostras, Domino favente sermoni, festum Omnium sanctorum primo Nov. 1. venturum de ipsorum fratrum consilio assignamus. Eya ergo, princeps inclite, recognosce humiliter tui beneficia creatoris, eius beneplacitis te coapta, dirige vias tuas in semitas mandatorum ipsius[2], eius ministros honora, immo ipsum in illis, honora ecclesiam matrem tuam. Longevitatem namque vite parentum etiam temporalium honorificatio pollicetur.[3] Pacem dilige regem imitando pacificum, firma iustitia thronum tuum, illam sectare. Fructus enim iustitie pax, illa si ante te ambulet, gressus tuos ponens in via[4] tibi ab invio precavebit. Nec te clementia deserat, que amicos et devotos multiplicans ad imperii adicit firmitatem. Age viriliter et semper cor tuum in Domino confortetur.

Datum Lugduni, XV. Kalendas Martii, pontificatus nostri anno tertio.

1) *videlicet nr. 76.* 2) *Ps. 118, 35.* 3) *Cf. Exod. 20, 12.* 4) *Ps. 84, 14.*

78. *EPISTOLA PONTIFICIS PRINCIPIBUS MISSA. 1275. Febr. 15.*

Exemplar archiepiscopo Bremensi directum damus ex autographo Hannoverae in tabulario regio asservato, cui appendet bulla plumbea; e quo iam edidit Sudendorf 'Registrum' I, 122 nr. 64. Servata est praeterea apud Berardum Neapolitanum in formis variis, quas e codice tabularii Vaticani edidit Theiner l. c. I, 189 nr. 337. Itaque nonnulla quae discrepant in annotatione posuimus. Ceterum pars prior epistolae principibus missae fere omnino concordat cum nr. 77. — Potthast nr. 20990. 20994. 20995. Böhmer, Reg. imp. VI, 327. *(P. deest.)*

Gregorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . archiepiscopo Bremensi salutem et apostolicam benedictionem.

Sacerdocium et imperium non multo differre merito sapientia civilis[a] asseruit. Siquidem illa tanquam maxima dona Dei a celesti collata clementia principii coniungit idemptitas[b], ea velut auxiliis mutuis semper egentia suffragii suis inter ipsa vicibus alternandi unit necessitas et ad perfectum mundi regimen instituta, ut alterum videlicet spiritualibus presit, reliquum vero ministret humanis, una et eadem institutionis causa finalis ipsa inseparabiliter, licet sub ministeriorum diversitate coniuncta designat. Horum insuper necessariam unionem alterutrius considerata carentia evidenter insinuat et emergentia exinde discrimina manifestant. Imperium namque in apostolice sedis vacatione sue destituitur directore salutis, ecclesia vero in throni cessatione cesarei oppressorum patet incursibus, dum suo defensore privatur. Curare itaque debent, curare summopere gubernantes imperia et regna regentes, ut ecclesias et personas ecclesiasticas foveant, libertates et iura tueantur ipsarum et temporalia hiis fulcimenta non subtrahunt, a quibus spiritualiter fulciuntur, immo in omni promptitudine temporaliter eos communiant, quorum presidio spiritualia recipiunt munimenta. Sed nec minus qui ecclesiarum gubernacula gerunt summa esse cura[c] solliciti, omni debent ope satagere, ut reges ceterique catholici principes debite polleant integritate potentie, status sui plenitudine integrentur. Consulte namque illis assistitur, quorum cedere debet prosperitas in auxilium assistentis. Debent quippe toto niti conamine, ut regna pace refloreant, statu pacifico vigiant[d] et tranquillitate fruantur optata. In hoc enim ecclesiis ipsis quietis et pacis comoda procurantur. Porro predictorum attenta consideratio non immerito conscientiam nostram[e] artabat, ut[f] ad collapsi reparationem imperii sollicitudine debita exurgentes, electionem unanimem ab omnibus principibus vocem in electione imperatoris habentibus, carissimi tantum in Christo filii nostri . . regis Boemie illustris, qui sibi ius in eligendo imperatore competere asserit, non interveniente consensu, de carissimo in Christo filio nostro Rudolfo rege Romanorum illustri concorditer celebratam et principum ipsorum ac aliorum, maxime qui nuper in concilio convenerunt, multiplicatam instantiam necnon et communem quasi eiusdem concilii clamorem ad ipsius regis Romanorum expeditionem instantem benivolus favor admitteret et prompta executio desiderato impleret effectu. Hiis adiciebat non leves sollicitationis aculeos, quod sumpte de preteritis coniecture argumenta satis efficatia futurorum ipsum Romanorum regem futurum catholicum principem, Deo devotum, veritatis amicum, zelatorem iustitie, favorabilem ecclesiis ac personis ecclesiasticis et ecclesiastice libertatis sedulum promotorem verisimiliter repromittunt. Propter quod memorato Romanorum regi denominatione regia de fratrum nostrorum consilio ascripta suasimus, ut se sic disponeret, sic pararet, quod cum eum ad unctionem, consecratio-

78. a) merito—civilis *in rasura or.* b) indempnitas *or.* c) circa *or.* d) *sic or.* e) vestram *or.* f) *in linea add. or.*

nem et imperialis diadematis coronationem de nostris recipiendas manibus vocaremus, ad quod tam sibi quam tibi aliisque principibus et magnatibus ac universitatibus regni Alemanie denuntiavimus nos terminum celeriter prout permitterent pensande circumstantie prefixuros, paratus sicut sollempnia tanti negotii exigunt appareret et nichilominus interim aliquem vel aliquos ad nostram presentiam destinaret, qui super eiusdem assignatione termini quid sue commoditati congrueret et alias plene super hoc eius nobis exprimeret voluntatem. Nuper itaque ipsius regis Romanorum nuntiis propter hoc a sua magnificentia destinatis in nostra et fratrum eorundem presentia in publico et sollempni consistorio nomine suo petentibus, sibi ad premissa terminum assignari, nos cum eisdem fratribus collatione habita et hiis que circa hec attendenda putavimus perpensa deliberatione discussis, ipsi regi Romanorum ad petitas untionem[g], consecrationem et coronationem imperialis diadematis in basilica principis apostolorum in Urbe recipiendas per manus nostras, Domino favente sermoni, festum Omnium sanctorum primo venturum terminum de ipsorum fratrum nostrorum consilio Nov. 1. duximus assignandum.

Prudenter itaque considerare te decet, quot et quanta huiusmodi coronatio mundo comoda pollicetur. Sicut enim iuxta sapientis eloquium, ubi non est rector, populus facile corruit[1], sic verisimili potest presumptione teneri, quod per eam regimine imperialis culminis reformato et status subiectorum imperii reformetur et ruine gravissime, quas divulsa iura eiusdem imperii ex ipsius diutina fluctuatione senserunt, integrationis plene remedio implebuntur. Dabitur eidem sabbatismus[2] imperio et tam per ipsius regis Romanorum imperiali excellentia[h] sublimati, quam per aliorum principum catholicorum auxilium inimicorum crucis cornua confringentur et ampliabitur cultus fidei christiane. Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus ut tantorum bonorum non expers, sed precipuus promotor existas, erga memoratum Romanorum regem fidelitatis et subiectionis debitum plene ac fideliter observans[3], eidem ad tanti decus fastigii obtinendum sic efficaciter assistere studeas[4], sibi tui magnifici comitatus, prout exigit sollempnitatis tante celebritas, personalem et honorabilem presentiam exhibendo, quod tua et aliorum principum in itinere ac in ipsius coronationis sollempniis gloria et comitiva stipatus cunctis gloriosus appareat et cesarei regiminis Deo auspice feliciter adepturus auspicia, illud ipso faciente qui potest, felicius prosequatur. In hiis autem exequendis nec

78. g) *sic or.* h) excellentia imperiali *cum signo transpositionis or.*

1) *Cf. Prov. 11, 14.* 2) *Cf. Ebr. 4, 9.* 3) *Loco* erga — observans *in exemplari archiepiscopo Trevirensi itemque Moguntino, Salzburgensi, Magdeburgensi et singulis* principibus vocem in electione imperatoris habentibus *directo scripta sunt haec:* cum te tamquam ipsius insigne membrum imperii quasi preducem deceat esse in talibus, non sequelam; *econtra in forma universis archiepiscopis, episcopis et abbatibus feudatariis itemque universis ducibus, marchionibus, landgraviis, palatinis, comitibus et aliis nobilibus, iudicibus, advocatis, universitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum locorum necnon scabinis et aliis ministris* in imperio per Alemaniam et Sclaviam *constitutis missa iunguntur tam haec quam illa verba.* 4) *Adiungi liceat ea quae idem papa Gregorius X. principibus scripsit a. 1275. Sept. 13, cum de renuntiatione Alfonsi regis eos certiores faceret:* sic vos accingatis ad iter, ut cum idem rex Romanorum vos ad hoc duxerit requirendos, ad prosecutionem dicte sue coronationis, prout decus decet imperii et antiqua ipsius imperii constitutio de sequela regi Romanorum ad obtinendum diadema imperii exhibenda edita feudatariis et feudis indicit, non solum decentem et honorabilem comitivam, verum etiam alia que secundum eiusdem constitutionis tenorem exhibenda fuerint exhibeatis eidem, ut ex hoc plene fidelitatis debitum exolvatis imperio. *Theiner l. c. I, 194; Potthast 21071. De tempore v. 'Regesta imperii' VI, 413a. Cf. Theiner l. c. I, 196; Potthast 21090. Hic ad constitutionem spuriam de expeditione Romana dictam ('Constitutiones' I, 661 nr. 447) sine dubio papam provocare, animadvertit L. Weiland 'Neues Archiv' V, 239 et 'Constitutiones' l. c. Cf. Scheffer-Boichorst 'Zur Geschichte des XII. und XIII. Jahrhunderts' p. 2.*

termini brevitas, quam consulta provisio et cautela vitandi periculi et accelerande publice utilitatis exegit, impedimenti alicuius occasionem afferat, sed ad eorum executionem tua fraternitas sic voluntaria, sic prompta consurgat, quod meritum sibi apud retributorem bonorum omnium et nos ac Romanam ecclesiam comparet[1] et apud eundem Romanorum regem nostra intercessio, si quando eam pro te aut tua ecclesia res exposcet, et aditum liberiorem inveniat et exauditionem obtineat promptiorem.

Dat. Lugduni, XV. Kal. Martii, pontificatus nostri anno tercio.

79. *EPISTOLA ALTERA PONTIFICIS AD REGEM.* 1275. *Febr. 15.*

Servata est in eodem Berardi codice nr. 88. Contulit Pogatscher. Alterius codicis lectiones praetermisimus. Edidit Theiner l. c. I, 190 nr. 338. — Potthast nr. 20991. Böhmer, Reg. imp. VI, 328. *(P. deest.)*

Carissimo in Christo filio Rudolfo regi Romanorum illustri.

Nosti, fili carissime, quod bone memorie O. Sancti Guidonis Spirensis prepositus cancellarius et procurator tuus, habens ad hoc legitimum et speciale mandatum, nuper in concilio Lugdunensi presentibus et consentientibus principibus et aliis prelatis ac magnatibus regni Alemanie, qui tunc temporis in concilio ipso convenerant, quedam privilegia regum Romanorum predecessorum tuorum et alia concessa per ipsos reges Romanorum ecclesie recognoscens ac ea nomine tuo innovans et concedens, te illa primo ut[a] regem Romanorum et postea suscepto imperiali diademate ut imperatorem innovaturum et etiam concessurum prestito in animam tuam iuramento promisit.[1] Licet itaque ad unctionem, consecrationem et coronationem de nostris recipiendas manibus tibi per alias nostras litteras absolute videamur terminum assignare, serenitatem tamen regiam volumus non latere, quod inter nos et fratres nostros hoc expresse actum est et tam nostre quam ipsorum intentionis existit, quod ante ipsum terminum premissa omnia, que memoratus cancellarius ut premittitur de consensu predictorum principum et magnatum, qui eadem presentialiter inspexerunt, sollempniter nomine tuo promisit, per te ut per regem Romanorum plenarie impleantur, cum per nos nuncio vel litteris fueris requisitus. Ceterum regalem celsitudinem requirimus et rogamus, ut per dilectum filium magistrum Antonium nuncium nostrum, latorem presentium, quando et ubi eedem presentes littere ad te pervenerint, nobis tuis intimare litteris non omittas.

Datum Lugduni, XV. Kal. Martii, pontificatus nostri[b] anno tertio.

80. *ENCYCLICA REGIS.* *(1275. Mart.)*

Formam in solo codice Monacensi lat. 29095 nr. VIII servatam, in margine mancam male edidit H. Simonsfeld 'Fragmente von Formelbüchern' p. 526 (= 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie, philos.-philol. und histor. Classe' 1892); denuo accuratissime fragmentum contulimus. Sed non omnia emendare licuit. De tempore v. ea quae disseruit H. Otto 'Die Beziehungen Rudolfs von Habsburg zu Papst Gregor X.' p. 54 et 68. — Böhmer, Reg. imp. VI, 342. *(P. deest.)*

Rex regum, omnis boni dator affluentissimus, sicut nostram humilitatem ultra id quod [per] vite nostre merebamur meritum curavit extollere, ita facti nostri progressum felicissimis auspiciorum[a] gubernans successibus, exaltacionis nostre primordia mira-

78. 1) comperet *or.*

79. a) in *c.* b) pont. nostri *des. c.*

80. a) auspicurū *c.*

1) *V. supra nr. 49 c. 6 et 7 et infra nr. 91.*

biliter instauravit, instaurata mirabilius per optati finis et medii conclusiones optimas consumavit. Denique memoratus rex regum, omnis creature formator ac eorum que in terris aguntur mirus et magnificus ordinator, nichil[b] eorum que ad nostram exaltacionem, immo verius reformacionem iam dudum deplorate pacis faciunt pretermittens, sanctissimum patrem nostrum papam eo sanctitatis spiritu inbuere est dignatus eundemque Dei et hominum mediatorem absque ullo medio seu promisso tam propicium nobis reddidit et effecit, quod idem in regno Romanorum patentes litteras nobis misit, vocatis nichilominus nobis in eisdem litteris ad suscipiendum de sue sanctitatis manibus gloriosum imperii dyadema. Hec igitur votive iocunditatis gaudia non indigne illis qui sicut menbra corpori, sic illi sacro imperio indissolubilis[c] fidei et amoris vinculis connectuntur.[d] Cum itaque tales vos predicet[e] antecessorum nostrorum pie recordacionis imperatorum et regum memoria, quibus tunc sicut nobis nunc fidelissimis serviciorum obsequiis adhesistis[f], inmense benignitatis graciam nobis a primevo creacionis nostre tempore usque nunc inpensam pro speciali gaudio vobis presentibus intimamus. Exurgat igitur et in vocem exultacionis singulorum vestrum inperii fidelium prorumpat vox et animus. Nam[g] ut et[h] de omnipotentis Dei inmensa bonitatis confidimus [ubertate][i], propulsatis bellorum atque omnium adversitatum ecclesiam Dei opprimencium tumultibus, fugata atque religata etate ferrea, etas aurea reviviscet nec sic[k] . . . . .
. . . .[l]
qualitate et inmense divine pietatis incomprehensibili quantitate quidquid circa nostram exaltacionem et Romani imperii reformacionem noscitur esse factum, non humani set divini pocius operis sit dicendum. Felix igitur nostra in Romano imperio et Romani imperii dudum fluctuantis in nobis progressio et ad desideratum salutifere pacis partum traductio omnibus hiis, qui salutem terre et profectum singularem ac generalem diligunt, iocunditatis et exultacionis materiam prebeat et eosdem ad congaudendum nobis et ipsis hilaritate vultuum, exultacione vocum atque exaltacione[m] mencium faciat iocundari.[n] Confirmatos namque in regno Romano a sanctissimo patre nostro vocatos nos sciat[is] veraciter ad recipiendum de sue sanctitatis manibus gloriosum imperii dyadema.

---

81. 82. CONFIRMATIONES CONSTITUTIONUM FRIDERICI II.

1275. Mart. 12. 13.

81. *INNOVATIO EDICTI CONTRA COMMUNIA CIVIUM ET SOCIETATES ARTIFICUM. Mart. 12.*

Supersunt in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 67½ duo autographa omnino inter se concordantia, quae ex archivis Moguntinis provenerunt. Pendet filis sericis flavi et rubei coloris utrumque sigillum illaesum, sed tela consutum; cf. ea quae in Regestis imperii notata sunt. Contulit autographa b. m. Weiland. De copiariis

80. b) nich9 c. c) *sequitur* nobis *subpunctum c.* d) *finis lineae; excidisse videntur aliqua verba; supplendum fere duximus* intimanda. e) pdios *c.* f) adhesitis *c.* g) *sequitur* et *subpunctum c.* h) *supra lineam add. c.* i) *deest c.* k) *vel* sit *c.* l) *resectae sunt lineae nescio quot, alterius scilicet columnae pars inferior, alterius superior.* m) exultacoe *c.* n) iocunditates *c.*

tabularii regii Wirzburgensis, quibus confirmatio Rudolfi inserta est, vide 'Constitutiones' II, 191 not. 1. Cf. supra nr. 74. — Böhmer, Reg. imp. VI, 338. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris graciam suam et omne bonum.

Noverint universi nos litteras clare memorie domini Friderici secundi Romanorum imperatoris vidisse sub bulla aurea in hec verba:

'In nomine sancte — indictione prescriptis.' *supra tom. II, 191 nr. 156.*

Nos igitur devotis venerabilis Wernheri archiepiscopi Maguntini principis et archicancellarii nostri karissimi supplicationibus inclinati ad imitacionem divorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum illustrium omnia et singula prenotata de benignitate regia et ex certa sciencia liberaliter innovamus, approbamus, confirmamus et huius scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis infringere vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere forte presumpserit, gravem nostre indignacionis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Spire, IIII. Idus Marcii, indictione tercia, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto[a], regni vero nostri anno secundo. (M.)

82. *INNOVATIO PRIVILEGII IN FAVOREM PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM. Mart. 13.*

Autographa supersunt duo: 1) *tabularii generalis regni Bawarici olim 'Hochstift Würzburg Reichssachen' fasc. 1, nunc 'Kaiserselekt Nachtrag' 67⅓ signatum, exemplar Moguntinum; sigillum laesum pendet filis sericis; contulit b. m. Weiland;* 2) *Karlsruhae in tabulario generali asservatum 'Selekt der Kaiserurkunden' nr. 85, exemplar olim capituli Spirensis, quod contulit socius noster A. Werminghoff; sigillum laesum pendet filis sericis rosei coloris. De copiariis cf. 'Constitutiones' II, 88 l. 1 sq. et not. 2. Cf. etiam ea quae exposuit Weiland 'Historische Aufsätze, dem Andenken an Georg Waitz gewidmet' (Hannover 1885) p. 249 sq. — Böhmer, Reg. imp. VI, 339.* *(P. 402.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus tam presentibus quam futuris graciam suam et omne bonum.

Noverint universi nos litteras clare memorie domini Friderici secundi Romanorum imperatoris vidisse sub bulla aurea in hec verba:

'In nomine sancte — indictione prescriptis[a].' *supra tom. II, 87 not. 2.*

Nos igitur devotis venerabilis Wernheri archiepiscopi Maguntini principis et archicancellarii nostri karissimi precibus inclinati ad imitacionem divorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum illustrium omnia et singula prenotata, excepto illo articulo de proscripcione contra excommunicatos[1], prout superius est expressum, quem maturiori consilio diffiniendum duximus reservandum[2], de benignitate regia et ex certa sciencia liberaliter innovamus, approbamus[b], confirmamus et huius scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis infringere vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere forte presumpserit, gravem nostre indignacionis offensam se

81. a) CCLXXV 1.

82. a) *in linea datae legitur in* 2: anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo XIII, mense Novembris. b) et *add.* 1.

1) *Cap. 7 privilegii; v. supra tom. II, 90 lin. 14.* 2) *Cf. Weiland 'Historische Aufsätze' p. 269 sq.*

noverit incursurum. In cuius rei testimonium et munimen[c] presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Spire, III. Idus Marcii, indictione III, anno Domini millesimo CC[d] LXXV, regni vero nostri anno secundo. (M.)

---

83. DECLARATIO DE IURE ELIGENDI REGEM ROMANORUM.

1275. Mai. 15.

Insigne hoc documentum, quo ea quae in Richardi atque Rudolfi regum electionibus gesta sint, certius exponuntur, sistimus ex autographo denuo accuratissime collato, quod asservatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. E quo primus a. 1616. dedit Gewoldus 'De septemviratu' p. 174 (ed. II p. 212). Novem sigilla filis sericis olim pendebant: supersunt nr. 5 et 8, abbatis scilicet S. Galli et ducis Karinthiae sigilla haud laesa; nr. 1 et 9, regis Rudolfi et comitis Tirolensis, ut videtur, sigilla valde laesa; nr. 3 et 4, Eichstetensis et Tridentini episcoporum parva sigillorum fragmenta; nr. 2 sigilli Augustensis episcopi fila tantum serica. Sigillorum nr. 6 et 7 foramina tantummodo apparent; neque vero dubium est, quin olim ibi sigilla duo pependerint, quae abbatis Augiensis et Rudolfi cancellarii fuisse probabile est, cum Ludovicus palatinus comes loco infra citato se consensisse neget.

De hoc privilegio rectius interpretando optime meruerunt L. Weiland 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 310 sqq. et P. Scheffer-Boichorst 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie. Histor. Classe' 1884, p. 472—486. Cf. etiam ea quae l. c. 483 not. 2 de sigillis, sed non omnia recte relata sunt; itemque Redlich 'Mittheilungen des Instituts' X, 397 sq.

Adiungere liceat caput 24. compromissi a. 1276. Mai. 29. inter duces Bawariae per mediatores facti[1] *(Regesten der Pfalzgrafen I, 971; 'Monumenta Wittelsbacensia' I, 296 nr. 123), ubi de nostro documento statuuntur haec:* Item super privilegio dato nobis H. duci in Augusta per dominum Rud(olfum) regem Romanorum et principes qui aderant super electione, de qua contencio fuit inter nos H. et dominum regem Boemie, profitemur, quod nos H. dux non renunciamus repeticioni et restitucioni eiusdem privilegii et quod nos L. dux non consensimus huiusmodi privilegio nec de nostra processit voluntate, quod idem privilegium procederet, et super hoc fratri nostro, cum ab eo requisiti fuerimus, faciemus iusticiam vel amorem. *Cf. etiam Scheffer-Boichorst l. c. 481 sq. — Böhmer, Reg. imp. VI, 374.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presencia inspecturis in perpetuum declaramus, quod presidentibus nobis curie apud Augustam Idibus Maii sollempniter celebrate et constitutis ibidem in presencia nostra illustrium principum Ottakari regis Bohemie nuntiis et Heinrici ducis Bawarie procuratoribus subortaque inter eos questione super quasipossessione iuris eligendi Roman(orum) regem, per procuratores dicti H. ducis et illustrem Lodwicum comitem palatinum Reni et ducem Bawarie, filium nostrum karissimum, fuit propositum, racione ducatus Bawarie

82. c) munimentum 2. d) *sequitur* XLV *deletum* 2.

1) *Autographon in tabulario generali regni Bawarici 'Kgl. Haus- und Familiensachen' fasc. 2 asservatum contulit Herre. De quattuor sigillis adhuc tria pendent linis sericis.*

hoc eis competere ex antiquo, idemque noster filius L. coram nobis cunctisque principibus, prelatis, baronibus, militibus et universo populo, qui eidem curie assidebant, extitit publice protestatus, quod predictus dux H. frater ipsius olim electioni incliti Richardi Romanor(um) regis nostri predecessoris una cum ipso presentialiter cum ceteris principibus coelectoribus interfuit et in eum uterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanorum regem una cum aliis conprincipibus ius in hoc habentibus eligendo. Deinde vero electionis tempore apud Franchenfurtte de nobis ab omnibus principibus ius in electione habentibus concorditer celebrate, per nuntios et procuratores eiusdem ducis H., videlicet Heinricum prepositum O̊tingensem et Fridricum rectorem ecclesie de Lantshůt ipsius absentiam propter impedimenta legitima legitime excusantes, presente venerabili Berhtoldo Babenbergensi episcopo, procuratore predicti regis Bohemie, et contradicente quidem ipsis procuratoribus, set ipsius contradictione a principibus electoribus omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus non admissa, in dictum L. comitem Palatinum nostrum filium una cum aliis principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout iamdicti procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit conpromissum. Qui commissum huiusmodi in se recipiens suo et dicti H. ducis fratris sui ac omnium aliorum principum ius in electione habencium auctoritate et nomine in Romanorum regem sollempniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum ducum Bawarie comitum palatinorum Reni racione ducatus pro una in septem principum ius in electione regis Rom(anorum) habencium numero conputatis prout eciam in predicta curia Augustensi vive nostre vocis eloquio utrique ipsorum in presencia nuntiorum prefati regis Bohemie, videlicet venerabili Wernhardo Sekoviensi episcopo, magistro Heinrico preposito Werdensi commendatore domus Theutonice per Austriam et Wlfingo magistro Hospitalis sancti Iohannis de Mevrperge, ac omnium ibidem presentium principum, prelatorum ac baronum recognovimus et recognoscimus manifeste. In cuius rei testimonium et perennem memoriam predictorum presentes eis litteras donavimus nostro regali sigillo necnon subscriptorum testium sigillis munitas. Qui sunt Hartmannus Augustensis[a] episcopus, Hiltprandus Eistetensis, Heinricus Tridentinus episcopi, . . de Sancto Gallo, de Augea abbates, Rudolfus cancellarius noster. Ex laycis vero filius noster Lodwicus comes palatinus Reni dux Bawarie, Phylippus dux Karinthie, Meinhardus comes Tyrolensis, Fridricus burgravius de Nůrenberch, Heinricus marchio de Burgawe, Ulricus de Hælfenstein, Lodwicus de O̊tingen, Albertus et Burchardus de Hohenberch, Heinricus de[b] Furstenberch, Tybaldus de Pirreto et Lodwicus de Honberch comites, Heinricus et Berhtoldus de Niffen, Albero de Prukperch, Hermannus de Hœginberch, Volkmarus de Chemnaten et Marquardus filius suus, Winhardus de Rorbach, Heinricus de Prisingen et alii quam plures.

Actum et datum Auguste, anno dominice[c] incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, regni vero nostri anno secundo.

---

84. CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM IN FAVOREM IUDAEORUM.

1275. Iul. 4.

Dedit Hermannus Keussen ex autographo tabularii civitatis Coloniensis; pendet sigillum filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 399. *(P. deest.)*

83. a) ensis *corr. pallidiori atramento or.* b) *pallidiori atramento in linea add. or.* c) *sequitur littera deleta or.*

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Universitatis vestre noticie presencium serie declaramus, nos transcriptum privilegiorum sanctissimi in Christo patris domini Gregorii pape decimi sub sigillo venerabilis fratris Alberti quondam Ratisponensis episcopi vidisse huiusmodi seriem continens sub hiis verbis:

'Gregorius episcopus servus servorum Dei — anno tercio.' *Potthast nr. 20915.*

Item vidimus transcriptum privilegii eiusdem sanctissimi patris nostri domini Gregorii sigillo venerabilis fratris Alberti quondam Ratisponensis episcopi predicti communitum sub hoc tenore:

'Gregorius episcopus servus servorum Dei — anno tercio.' *Potthast nr. 20861 et 12596* [1].

Nos autem de liberalitate regia predictorum Iudeorum instancia favorabiliter inclinati predicta omnia et singula, sicut ex concessione Romanorum pontificum ipsis competunt, concedimus, confirmamus, confirmata et concessa presentibus declarantes. Et quia iidem Iudei sub defensionis nostre debent umbraculo specialiter respirare, adicimus, ut nulla omnino causa dampnari possint vel debeant, nisi legitimo Iudeorum et Christianorum testimonio convincantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis et concessionis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre magestatis indignacionem se noverit incurrisse. In horum omnium testimonium et perpetui roboris firmitatem presens scriptum exinde conscribi et magestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Turegum, IIII. Nonas Iulii, indictione tercia, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, regni nostri anno secundo.

---

85. 86. ENCYCLICA AD ITALICOS MISSA.

1275. Iul. 9.

85. *ENCYCLICA REGIS.*

Servatum est A *ingrossatum cancellariae in libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. Praebent* T *nr. 171 sine lemmate;* E *fol. 127 nr. 160, ubi rubrum* Littera ad captandam benevolenciam; O *in duas partes divisum fol. 70 nr. 238 (*— solio solidati*) et 239;* V *item dissecatum fol. 47' (Superni* — sicut hortus; *desunt enim verba* Qualiter autem — pervenisse*) et fol. 43 (*Ab illo — mansuetus. Dat.*) v. editionem p. 309 et 262. E codicibus* O *et* V *perpaucae tantum variae lectiones adnotandae erant.*

Ab ingrossato multis locis discrepat forma B *exemplaris in Italiam missi, cuius apographon coaevum superest Ravennae in bibliotheca Classensi 'Caps. II. (S. Maria in Porto) nr. 2258' signatum, quod iam olim exemplavit J. Ficker, sed non omnia recte transcripsit. Cuius copiam adhibuit Winkelmann 'Acta imperii selecta' II (1885), 86 nr. 101. Item edidit Ant. Tarlazzi 'Appendice ai Monumenti Ravennati dei secoli di mezzo di Marco Fantuzzi' II (1876), 85 nr. 65.*

1) *Cf. Bohmer-Lau 'Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus'* I^2, 255 nr. 532.

Aliud exemplar eiusdem encyclicae insertum est chronici Francisci Pippini l. IV, c. XVI (Muratori SS. IX, 720), sed pessimas lectiones praebet. — Böhmer, Reg. imp. VI, 102. *(P. deest.)*

A.

(1) Superni consilii sapiencia, que secretum utique celi gyrum sola[a] circuit[1] increata, primi parentis in posteros senciens derivari discrimina et ex sui plasmatis exorbitacione, quod naturalem quodammodo normam transgressionis amplectitur, irritata plerumque humani generis patitur imbecillitatem nunc peste, nunc clade, nunc fluctibus bellice tempestatis involvi. Luna siquidem diu quasi sublata de celo, condensata tenebrarum[b] umbrosa caligine, facta fuit nox[2] periculosa et gravis, in qua transierunt silve bestie catervatim, leonum catuli rugientes[3], ut raperent innocentes. In medio autem Egipti spiritu mixto[c] vertiginis[d, 4] in oblivionem veritas venerat, claves Petri quodammodo lapse fuerant in contemptum et libertatis ecclesiastice pulchritudo contorpuit furibunda tirannide conculcata[e].

(2) Set Dei et hominum mediator altissimus, qui in ira misericordiam non continere dedidicit[f], post multiplices dire persecucionis angustias, quibus orbis attritus emarcuit, quibus christiane compaginis est soluta iunctura, scissure[g] dispendiis agitata, sic afflictorum miserie miserande misertus iam visus[h] est fidelium lacrimas dextera graciose[i] consolacionis abstergere et singultuosorum lamenta lugubrium cohi-

B.

Rodulfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus per Ytaliam constitutis, ad quorum notitiam presentes litteras pervenire contigerit, gratiam suam et omne bonum.

(1) Superni consilii sapientia, que secretum utique celi girum sola circuit increata, protoplausti in posteros derivari prospiciens discrimina et quia proclivus est cursus omnis etatis ad malum naturaque vitiorum cernitur quodammodo imitatrix, irritata plerumque humani generis patitur imbecillitatem nunc peste, nunc clade, nunc fluctibus bellice tempestatis involvi. Lune siquidem corruscantia iam diu subducta de nature habitabilis emisperio, condensata tenebrarum umbrosa caligine, facta fuit nox perosa oculis et pedum gressibus in offensam, qua transierunt bestie catervatim, vulpecule, apri de silva, singulares feri depascentes[5] vineam Domini, leonum catuli rugientes, ut raperent innocentes. In medio etiam Egipti spiritu mixto[a] vertiginis in oblivionem veritas venerat, claves celestis clavigeri quoddammodo facte fuerant contemptibiles et libertatis ecclesiastice pulcritudo contorpuit furibunda tirampnide conculcata.

(2) Set Dei mediator et hominum, qui in ira misericordiam non continere dedidicit, post multiplices dire persecutionis angustias, quibus orbis attritus emarcuit, quibus christiane compaginis est soluta iunctura, scissure dispendiis agitata, sic afflictorum miserande miserie misertus iam visus est fidelium lacrimas dextera gratiose consolacionis abstergere et singultuosorum lamenta lugubrium cohibere. Disposuit

85. *A.* a) sua *E.* b) que *add. E.* c) mixta *E.* d) virginitatis *? E.* e) concultа *E.* f) didicit *T. E.* g) scissura *E.* h) visa *E.* i) gloriose *E.*

B. a) misso *c.*

1) *Eccli. 24, 8.* 2) *Cf. supra p. 17 l. 18.* 3) *Is. 5, 29.* 4) *Is. 19, 14.* 5) *Ps. 79, 14.*

bere. Disposuit enim in apostolica sede virum secundum cor suum veluti splendidissimum luminaris solaris sidus in iubaris[k] precellencia sanctitatis operibus et iusticie radiis prefulgentem[l]. In nostra eciam sublimacione mirabili arbitrari verisimiliter poterit quilibet fidus et equus interpres, quod nutu divino lunaris globi lumine reparato, fluctivagi hactenus status imperii nebula nubilosa detersa[m], universali expectacione fidelium luminarium utrorumque iocunda serenitas ammodo clarius et irradiancius elucescit[n], ut restituatur Iherusalem sicut fuerat in diebus antiquis et ponantur ipsius deserta quasi delicie et solitudinis invia sicut ortus[1].

(3) Sane[o] ad universitatis vestre noticiam celebris fame preconio non ambigimus pervenisse, qualiter operacionis divine ministerio, cuius occulta iudicia admiranti voce prophetica reputantur abissus[2], ut conscendamus ad imperiale fastigium, sumus in regni iam solio solidati[o]. Ab illo igitur bono patrefamilias protinus et instanter a nobis exigitur debitum, qui peregre proficiscens suam familiam cure nostre supposuit, cui talenta que credidit cogimur reddere duplicata. Set et vice reciproca nos excitant attributa[p] fortune beacioris auspicia, ut ab eis, quos Romane dicionis[q] imperium suo locuplete gremio confovere dinoscitur, subiectionis et obediencie debitum exigamus. Admirande tamen utrumlibet condicionis est debitum, si subtiliter intuemur, cuius solucio debitoris emolimenta non minuit, auget fidem, immo plus solventi crescit in commodo, quam suscipienti proficiat in profectu. Si enim commissi regiminis prosequamur officium[r] ad vindictam malorum laudemque bonorum, et temporalis honoris stipendia querimus, dum clarificamur in fama, et retribucionis eterne spe pulchra reficimur, dum proficimus in salute[s]. Si eciam[t] iuxta divine iussionis

enim in apostolica sede sibi vicarium virum secundum cor suum veluti splendidissimum luminaris[b] solaris sydus in iubaris precellentia sanctitatis operibus et iustitie radiis prefulgentem. In nostra [etiam] sublimatione mirabili arbitrari verisimiliter poterit quilibet fidus et equus interpres, quod nutu divino lunaris globi lumine reparato, fluctivagi hactenus status imperii nebula nubilosa detersa, universali expectationi fidelium luminarium utrorumque iocunda serenitas amodo clarius et irradiantius elucescit, ut restituatur Ierusalem sicut fuerat in diebus antiquis et ponantur ipsius deserta quasi delicie et solitudinis invia sicut ortus.

(3) Qualiter a[utem operationis divi]ne[c] mi[ni]sterio, cuius occulta iudiciaam miranti voce prophetica reputantur abyssus, ut conscendamus ad imperi[ale fastigium, sumus][c] iam in regni solio solidati, ad vestre universitatis notitiam iam pridem celebris fame preconio non ambigimus pervenisse. Ab illo igitur bono patrefamilias protinus et instanter a nobis exigitur debitum, qui peregre proficiscens suam familiam in temporalibus sollicitudini nostre supposuit, cui talenta que credidit cogimur reddere duplicata. Set et vice reciproca nos excitant adtributa fortune beatioris auspicia, ut ab eis, quos Romane ditionis imperium suo locuplete gremio confovere dignoscitur, fidelitatis et obedientie debitum exigamus. Admirande tamen utrumlibet conditionis est debitum, si subtiliter intuemur, cuius solucio debitoris emolumenta non minuit, auget fidem, immo plus solventi crescit in commodo, quam suscipienti proficiat in profectu. Si enim commissi regiminis prosequamur officium ad vindictam malorum laudemque bonorum, et temporalis honoris stipendia querimus, dum clarificamur in fama, et retributionis eterne spe pulcra reficimur, dum proficimus in salute. Si

85. *A.* k) *loco* in iubaris *O male:* virtutis. l) precellentem *T.* m) *deest E.* n) illuscescit *E. O.* o) Sane — solidati *des. V.* p) ad tributa *E. V.* q) dilectionis *E.* r) effectum *O. V.* s) Dei *add. E.* t) *loco* Si eciam *E*: Etenim.

B. b) lunaris *c.* c) *lacuna in c.*

1) *Is. 51, 3.* 2) *Ps. 35, 7.*

edictum que sunt cesaris cesari persolvantur[u], recipienti plus commodi et honoris acquiritur, quam solventi vexationis et oneris aggregetur. Ea nempe sunt omnia, si ad verum recurrimus, subditorum votiva levamina que sunt hec[v] molimina principatus. In hoc enim gloria regis extollitur, si in pacis plenitudine[w] populum dirigat et in iusticie vigore conservet. Legimus vero[x], quam plures pro quiete publica[x] populorum eximiis se immiscuisse laboribus et intollerabilibus gravaminibus subdidisse. Et licet tam periculosi sollicitudo negocii omnibus terre principibus debeatur, Romani tamen imperii veneranda sublimitas, que in omnium presidencium oculis[x] velut in speculo collocatur, tanto fervencius zelari pacem, tanto avidius subditorum iusticie debet intendere, quanto clariori[y] presagio et evidenciori perpenditur coniectura, quod tocius orbis ambitus quodammodo spiritu vegetatur imperii, ut eo languente langueat ipsoque felicius prosperante letetur, cum non solum in temporalibus tenebras populi christiani Romani sceptri fulgor illuminet, set et ipsi catholice fidei fulcimenta non levia subministret.

etiam iuxta divine iussionis edictum que sunt cesaris cesari persolvantur, recipienti plus commodi et honoris acquiritur, quam solventi vexationis et oneris aggregetur.

(4) Porro sedatis ad presens in regno Germanie bellice tempestatis horroribus, quibus idem regnum iam pridem extitit in calamitate diutina tribulatum, ecce convertimur ad Italice simultatis solvenda discrimina et eius rupture domestice, reipublice turbatricis, zizania[m] penitus extirpanda[m], ut gladii conflentur[z] in vomeres et in falces lancee convertantur[1], tranquille quietis amenitate de cetero reflorente.

(4) Porro sedatis ad presens in regno Germanie bellice tempestatis horroribus, quibus idem regnum per multa tempora exstitit quamplurimis calamitatum oppressionibus tribulatum, ecce convertimur ad Ytalie simultatis solvenda discrimina et eius intestini belli rupture domestice, reipublice turbatricis, zizaniam penitus extirpandam, ut gladii conflentur in vomeres et in falces lancee convertantur, tranquille quietis amenitate de cetero reflorente.

(5) Hinc est quod ambassatores nostros t(ales) exhibit(ores) presencium, viros utique tam generositatis ingenuitate spectabiles quam honorum et morum prerogativa conspicuos necnon fide ac circumspectione

(5) Hinc est quod legatos nostros sollempnes Rodulfum curie nostre cancellarium, fratrem B.[d] magistrum Hospitalis sancti Iohannis per Alamanniam ac Henricum comitem de Furstemberch, exhibi-

85. *A.* u) persolvuntur *E.* v) h̄ *T. E. O.* w) pulchritudine *E.* x) *deest E.* y) *corr. ex* p̄clariori *T.* z) conferientur *O.*

B. d) Beringerium *Franc. Pippinus.*

1) *Is.* 2, 4.

presignes, ad partes Italie duximus premittendos, ut viam ante faciem nostram strennuis disposicionibus preparantes[1] de nostro felici et festivo adventu corda vestra letificent[a] et de nostris fortunatis auspiciis vos fecundent.

(6) Vos igitur, in quos vires et viriles animos proavita[b] strennuitas propagacione gratuita derivavit, exurgite quesumus et erigite mentes vestras ad contemplandum imperii speciem et virtutem. Vos quidem, eiusdem imperii graciosa possessio, vestrum agnoscite possessorem, ut rex vester rebellibus formidabilis et vobis adveniat mansuetus.[3]

Dat.[c]

tores presentium, viros utique tam generositatis ingenuitate spectabiles quam honorum et morum prerogativa conspicuos necnon fide ac circumspectione presignes, ad vos tanquam sancte matris ecclesie et imperii Romani fideles duximus premittendos, ut viam ante faciem nostram strenuis dispositionibus preparantes ex parte nostri culminis vos salutent, de mora serenitatem nostram excusent, de nostro felici et festivo adventu corda vestra letificent, de fortunatis nostris auspiciis vos fecundent, in devotione sancte matris ecclesie et ipsius imperii vos corroborent, indevotos ad devotionem imperii et veritatis viam alliciant modis quibus convenit atque trahant, fidelitatis et obedientie debita a vobis tanquam imperii fidelibus et sancte matris ecclesie devotis filiis petant et recipiant solita iuramenta[2], singula et universa faciant, tractent, ordinent et disponant, que pro bono statu imperii et salute fidelium et devotorum ipsius noverint expedire. Gratum et ratum habituri, quicquid per ipsos factum, tractatum, ordinatum seu dispositum fuerit in premissis.

(6) Vos igitur, in quos vires et viriles animos proavita strenuitas propagatione gratuyta derivavit, exurgite quesumus et erigite mentes vestras ad contemplandam imperii spe[cie]m et decorem. Vos siquidem, eiusdem imperii gratiosa possessio, vestrum agnoscite possessorem, ut rex vester rebellibus formidabilis et vobis veniat placidus mansuetus.

Dat. apud Turegum[e], VII. Idus Iulii, indictione tertia, regni nostri anno secundo.

86. *IURAMENTUM FIDELITATIS.*

Superest nonnisi in B. *V. Winkelmann et Tarlazzi l. c. — Böhmer, Reg. imp. VI, 402.* *(P. deest.)*

Forma iuramenti talis est:

Ego ab hac hora in antea fidelis ero Romano imperio et domino meo Rodulfo Romanorum regi semper augusto. Non ero in facto, consilio aut consensu, quod vitam perdat aut membrum aut capiatur mala captione. Consilium, quod per se aut nuncios suos seu litteras mihi crediturus est, me sciente ad eius dampnum seu preiudicium

85. *A.* a) let. corda vestra *T.* b) prompta *E.* c) *in solo V.*

B. e) Turengum *c.*

1) *Mal. 3, 1.* 2) *V. infra nr. 86.* 3) *Matth. 21, 5.*

nulli pandam. Si dampnum et preiudicium regis et imperii eiusdem tractari scivero, pro posse meo impediam, ne fiat; quod si per me impedire non possem, per nuncium aut litteras ei significare curabo, ut ad notitiam eius perducatur. Imperium Romanum et regalia eius, que habet ubicunque et specialiter in Ytalia, manutenebo totis viribus et defendam: ad a[c]quirendum vero que habet seu tenet adiutor ero.[1] Officium mihi commissum in Ytalia bene et fideliter exercebo. Iura, iurisdictiones et possessiones Romani imperii, que ubicunque consistere sciam, revelabo et in rehabendo adiutor ero et conservabo. Nuncios predicti domini regis recipiam et fideliter ac benigne tractabo in veniendo, morando et redeundo. Et hec omnia iuro et promitto bona fide sine fraude et dolo observare. Sic Deus me adiuvet et hec sacrosancta Dei evangelia.

---

87. MANDATUM DE BONIS IMPERIALIBUS REVOCANDIS.

1275. Iul. 9.

Mandatum hoc, quod eodem die ac nr. 85 emanavit, proponimus secuti editionem Reimeri 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1, 372 nr. 511, quae nititur autographo Marpurgi in tabulario regio 'Hanauer Urkunden, Kaiser und Reich' asservato. Pendet sigillum valde laesum. Cf. mandata supra nr. 28—31. — Böhmer, Reg. imp. VI, 403.

(P. deest.)

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro R. de Hagenoya dilecto fideli suo graciam suam et omne bonum.

Suscepti cura regiminis sollicite nos ammonet et ad id seriosius nos invitat, quod deperdita vel distracta sacri imperii bona per viam rectitudinis ad sacrum imperium revocentur. Hinc est quod fidelitati tue committimus et mandamus precipientes sub obtentu nostre gracie firmiter et districte, quatenus de iudicio et iurisdicione oppidi seu ville de Mûtin[2] ad imperium pleno iure spectante te nostro nomine intromittas. Preterea volumus et mandamus, quod de universis bonis imperialibus, que veridica relacione sacri imperii et nostra fore cognoveris, te patenter ac viriliter intromittas, eadem nostris usibus et iuribus applicando.

Datum apud Thuregum, VII. Idus Iulii, indictione III, regni nostri anno secundo.

---

88. SENTENTIA DE PRIVILEGIIS REGIIS NON INFRINGENDIS.

1275. Sept. 10.

Ex L *cartulario Leodiensi saec. XIV. Leodii in archivio regio asservato ediderunt a. 1895. Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liège' II, 241.*

1) *Textus hic corruptus est. In iuramento enim, quod circiter a. 1281. episcopus Aretinus Rudolfo vicario in Tuscia generali praestitit, verba sic sonant:* Imperium Romanum et regalia eius et specialiter in Italia manutenebit propriis viribus et defendet, que habet ubicunque seu tenet; ad acquirendum vero adiutorio erit. *V. Böhmer, Acta imperii selecta, p. 703 nr. 1002.* 2) *V. etiam Reg. imp. VI, 721 et 825.*

Exstat etiam in V *cod. Vaticano lat. 3881 I saec. XVI. fol. 32, de quo v. supra ad nr. 27, ubi rubrum* Quod sententie ab inferioris auctoritatis tribunali prolate, que privilegiis regalibus sunt preiudiciales, irrite sunt et inanes. *Contulit vir d. Iohannes Haller. — Böhmer, Reg. imp. VI, 427*[1]. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum.

Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire, quod nobis nuper in civitate nostra Oppinheim[a] pro tribunali sedentibus in conspectu regie maiestatis sententialiter extitit iudicatum omnium astantium applaudente caterva, quod contra privilegia, libertates et iura, que a divis imperatoribus et regibus Romanorum[b] nostris predecessoribus inclitis aut[c] a nobis concedi contigit ecclesiis nostre ditioni subiectis, nullius inferioris tribunalis auctoritas aliquas posset proferre seu promulgare sententias ipsis privilegiis, libertatibus et iuribus preiudiciales aliqualiter aut nocivas. Qua utique data et approbata sententia, honorabili viro Alexandro de Bruneshorn[d] canonico et procuratore alme Leodiensis ecclesie postulante constanter, a nobis sententiatum specialiter fuit ibidem iudicio non dispari pari forma, quod villico et scabinis Leodiensibus aliqua prorsus non adesset aut posset adesse facultas, contra immunitates, privilegia, libertates et iura eidem ecclesie Leodiensi ac aliis Leodiensibus ecclesiis a divis predecessoribus nostris imperatoribus et regibus Romanorum[e] indulta sententias aliquas proferendi seu contra eadem aliquo modo vel impetu veniendi. Huius autem requisitioni et prolationi sententie interfuere presentes hii, quorum nomina subsequuntur: venerabiles E. Wormatiensis et frater H. Tridentinensis episcopi, Wormatiensis et Spirensis decani, Karinthie et de Teckin duces, E. comes de Linigin, E. comes de Katzinellinbogin, R. comes Hirsutus, H. comes de Vriburch, Ph. de Hoenvels et Th. filius eiusdem, Ph. de Bolandia et quamplures alii. Nos itaque prenotatam sententiam utpote Deo et hominibus acceptabilem approbantes et cupientes inviolabiliter observari, dilectis fidelibus nostris villico et scabinis Leodiensibus sub obtentu gratie nostre suique honoris presentium serie damus firmiter in mandatis, ne erga[f] clerum eiusve familias in preiudicium privilegiorum suorum a nostris, ut dictum est, predecessoribus indultorum et innovatorum et confirmatorum a nobis ex certa scientia ullas deinceps audeant promulgare sententias, per quas eis aliquod preiudiciale dispendium quomodolibet inferatur. Si enim quod absit secus evenerit, quicquid in contrarium attemptaverit quorumcumque presumptuosa temeritas, hoc edicto regali decernimus prorsus irritum et inane illosque vel illum, contra quos aut contra quem fortassis huiusmodi sententias proferri contigerit, per easdem in aliquo non ligari. Sed si per aliquos de familia cleri Leodiensis excessus aliqui fuerint perpetrati, per illos, quorum interest de[g] huiusmodi excessibus cognoscere, ipsos volumus iudicari iuxta quod in privilegiis earundem ecclesiarum Leodiensium plenius est expressum. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum apud Oppinheim, IIII. Idus Septembris, indictione III, anno dominice incarnationis MCCLXX quinto, regni vero nostri anno secundo.

---

88. a) Oppenheim *V.* b) Romanis *L. V.* c) *deest V.* d) Bruneshovn *V.* e) Romanis *L*; Rom *V.* f) contra *V.* g) *deest L. V.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 426. 484. 528.*

89—92. ACTA CONVENTUS LAUSANNENSIS.

1275. Oct. 20. 21.

89. *IURAMENTUM REGIS.* *Oct. 20.*

Autographon iam olim deperiit[1]. *Superest autem in transsumto a. 1278. Mai. 4. Romae facto, quod iterum recognovit Rudolfus rex Viennae a. 1279. Febr. 14 (Reg. imp. VI, 1061; v. infra). Cuius recognitionis autographon exstat in tabulario secreto Vaticano Arm. 1 c. V nr. 7, quod contulit Paulus Kehr*[2]. *Imago heliographica publicata est 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 10. De variis codicibus v. ea quae in Regestis imperii adnotata sunt. Recognitionem a. 1279. edidit etiam Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 232 nr. 387. De numero singulari v. supra ad nr. 48.*

Litteris minoribus excudenda curavimus ea quae cum iuramento Friderici II. a. 1213. Iul. 12. praestito, 'Constitutiones' II, 61 nr. 49 concordant. In fine nonnulla ex privilegio II, 59 nr. 48 petita sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 439. *(P. 403.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Rudolfus Dei gratia Romanorum rex* semper augustus* vobis domino meo sanctissimo et patri karissimo Gregorio divina providentia pape decimo vestrisque successoribus*, presentibus subscriptis prelatis, principibus* et nobilibus imperii, spondeo, polliceor, promitto et iuro: quod omnes possessiones, honores et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem, quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor. Et quecumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano usque Ceperanum, exarchatus Ravenne, Pentapolis, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mattildis, comitatus Brittenorii cum adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodvici. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis accipiam procuracionem ab eis. Adiutor eciam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Vobis etiam domino meo Gregorio pape et successoribus vestris omnem obedienciam et honorificenciam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores consueverunt sedi apostolice exhibere. Et si propter negocium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero predicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus.

Preter reverendum autem cetum dominorum cardinalium, videlicet venerabiles patres P. Ostiensem episcopum, Ancherum Sancte Praxedis, Guillelmum tituli Sancti Marci presbiteros, Ottobonum Sancti Adriani, Iacobum Sancte Marie in Cosmidin, Gottifridum Sancti Georii ad Velum aureum et Matheum Sancte Marie in Porticu dyaconos cardinales, qui vobis tunc temporis assistebant, prelati, principes et nobiles imperii, coram quibus iuravi, hii sunt: Ademarus Lugdunensis, Odo Mediolanensis, Bonifacius Ravennas, Iacobus Ebredunensis, Odo Bisuntinus archiepiscopi, Iohannes Leodiensis, Stephanus Parisiensis, Rudolfus Constanciensis, Heinricus Basiliensis, Guillelmus Lausanensis, Heinricus Tridentinus, Amedeus Valentinus, Raymundus Massiliensis, Aymo Geben-

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 357 n. 1.* 2) *V. ibid. 358 nr. 40.*

nensis, Alanus Sistaricensis episcopi, Gerardus electus Virdunensis, Ludwicus comes palatinus Reni dux Bawarie, Fridericus dux Lothoringie, Conradus dux de Tecke, Fridericus burgravius[a] de Nurenberch, Albertus et Burchardus comites de Ounberch[b], Emicho et Fridericus comites de Liningen, Eberhardus comes de Chazenellenpogen, Sigbertus comes de Werde, Thibaldus comes de Firreto, Heinricus comes de Vriburch, Ludwicus comes de Hohenberch, Hermannus de Sulz, Mangoldus comes de Nellenberch et Eberhardus comes de Habisburch. Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici vestrisque successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur firmaque semper et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostro iussimus sigillo cereo communiri. Promittens nichilominus aliud de verbo ad verbum et per omnia simile, aurea bulla typario nostre maiestatis inpressa munitum, infra tempus coronationis nostre vobis et sedi apostolice sine difficultate qualibet exhibere.

Actum in ecclesia Lausanensi, anno Domini MCCLXXV, indict. III, XIII. Kal. Novembris, regni mei anno tertio.

90. *PRIVILEGIUM REGIUM.* *Oct. 21.*

Autographon eiusdem tabularii Arm. I c. V nr. 1, cuius sigillum desideratur, contulit Paulus Kehr[1]. *Scriptum est ab homine curiali. Editum est a Theinero l. c. I, 194 nr. 345. — In Reg. imp. VI, 440 formulam huius privilegii librarius suo Marte immutavisse et ex nr. 89 interpolavisse dicitur. Contrario quam codex Trevirensis* T *nr. 336 exhibet nihil aliud est quam immutata privilegii recensio, ea quae a. 1278. m. Iun. ex curia ad Rudolfum ut innovaretur missa est, quaeque e Registro Nicolai III. iam edita a Zaccagnio in ipsis Regestis imperii VI, 970 recte commemoratur. Propius a vero aberat H. Otto 'Neues Archiv' XXVI, 227. V. infra.*

Litteris minoribus excudenda curavimus omnia quae in capitibus 1—8 et 14 cum privilegio Friderici II. a. 1219. m. Sept. dato 'Constitutiones' II, 77 nr. 65 concordant. Capita vero 9—13, quae mutatis mutandis conveniunt cum capitibus confirmationis supra nr. 49 editae, numeris illorum capitum in margine positis proponimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 440. *(P. 404.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Rudolfus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus.

(1) Ab eo solo, per quem reges regnant et potentes scribunt iustitiam,[2] recognoscentes inextimabilem nostre promotionis gratiam, qui regali iam in nobis culmine consumato nos ad obtinendum imperialis glorie solium sua sola pietate disponens, ut non solum cum principibus sedeamus[3], sed ut illis presideamus, erexit, sancteque matris ecclesie ac vestra, pater reverentissime domine Gregori divina providentia pape X, immensa beneficia, quibus nos in benedictione dulcedinis prevenistis felicibus eiusdem nostre[a] promotionis auspitiis, multiplicibus concurrendo favoribus et ipsam favorabilis prosecutionis auxiliis confovendo, attenta sollicitudine recensentes, reddimur corde solliciti, cogimur cogitare profundius, qua tante dignationis gratiam digna saltem, prout humana insufficientia sufficit, gratitudine prosequamur. Illi ergo, a quo cuncta procedere novimus et humiliter confitemur quod[b] ab eo recepimus, offerentes eius et apostolice sedis ac vestris obsequiis, nos quicquid possumus, quicquid sumus, in per-

89. a) bur *corr. ex* dux *tr.* b) *sic tr. pro* Hohenberch.

90. a) promotionis nostre *cum signo transpositionis or.* b) quod *in rasura or.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 357 nr. 33.* 2) *Prov. 8, 16.* 3) *1. Reg. 2, 8.*

petuum humili voto et in incommutabili proposito devovemus, vobisque, beatissime pater, et omnibus successoribus vestris catholicis ac eidem sancte Romane ecclesie, speciali matri nostre, omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nichil exinde volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra magis devotio eniteseat. (2) Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse noscuntur et dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sancimus, ut electiones prelatorum libere et canonice fiant, quatinus ille preficiatur ecclesie viduate quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius[c] duxerit eligendum, dummodo nichil desit de canonicis institutis. (3) Appellationes autem in negotiis et causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. (4) Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprie voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo recta distributione reddantur. (5) Super eradicando autem heretice pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. (6) Possessiones etiam, quas Romana ecclesia recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores; et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofono usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Matildis, comitatus Brittenorii, exarchatus Rauenne, Penthapolis, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad Romanam ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab ipsis. (7) Omnia igitur supradicta et quecumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam de voluntate et conscientia, consilio et consensu principum imperii libere illi dimittimus, renuntiamus et restituimus, nec non ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet et efficacius intelligi, concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentionis et dissensionis materia, firma pax et plena concordia inter ecclesiam et imperium perseverent. (8) Adiutores erimus ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum, quam ultra, necnon Corsicam et Sardiniam ac cetera iura que ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps.

c. 3. (9) Promittimus quoque beato Petro, celestis regni clavigero, ac vobis patri sanctissimo ipsius beati Petri[d] ceterisque vestris successoribus et eidem ecclesie Romane, quod per nos vel per alium seu alios non occupabimus nec invademus in totum vel in partem aliquas terras ipsius ecclesie Romane aut vassallorum eius, quas iure feudi vel sub census seu alterius prestationis titulo sive alio quocumque modo tenent ab ipsa ecclesia, nec eas vel earum aliquam procurabimus occupari per alium seu alios vel invadi. Quin etiam nec ipsas nec tenentes easdem, se vel terras ipsas nobis ultro volentes subicere, nec officium aliquod aut dignitatem vel quamcumque potestatem in terris eisdem et specialiter in civitate Romana recipiemus sub quocumque colore sine vestra seu successorum vestrorum licentia speciali. Et si qui eas occupare vel invadere temptarent, non solum denegabimus illis[e] auxilium, consilium et favorem publicum et occultum, verum etiam ad requisitionem vestram vestrorumve successorum
c. 4. adiutores erimus contra illos in defendendis et conservandis eisdem. (10) Nec offendemus per nos vel per alium vassallos ecclesie ipsius et specialiter magnificum

90. c) p *in rasura or.* d) successori *addendum est.* e) il *in rasura or.*

principem dominum Carolum regem Sicilie illustrem seu heredes ipsius, nec volentibus ipsum offendere prestabimus auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, nec regnum Sicilie, quod idem rex Carolus ab eadem Romana tenet ecclesia, vel aliquam eius partem occupabimus aut invademus per nos vel per alium aut occupari vel invadi procurabimus, nec invadere aut occupare temptantibus prestabimus publicum vel occultum auxilium, consilium aut favorem. (11) Alios etiam devotos ipsius ecclesie, qui c. 5. eidem ecclesie astiterunt contra quondam Fredericum olim Romanorum imperatorem, heredes aut successores ipsius, propterea non gravabimus, sed nichilominus favorabiliter prosequemur. Vassallos autem nostros contra predictorum aliquod facientes compescemus pro viribus bona fide. Servabimus preterea et faciemus omnia et singula, que in canonibus positis sexagesima tertia distinctione, quorum quidem canonum alter 'Ego Lodouicus', alter vero 'Tibi domino pape' incipit[1], continentur. (12) Postquam c. 7. autem Romam ad recipiendam unctionem, coronationem et imperiale diadema pervenerimus ipsaque perceperimus, premissa omnia et singula innovabimus seu de novo faciemus, et sine aliqua difficultate iuramenta prestabimus, que imperatores Romanorum hactenus prestiterunt. (13) Promittimus insuper, quod bona fide sine fraude ac malo c. 8. ingenio procurabimus, quod omnes principes Alemanie laici promittent et iurabunt, se bona fide curaturos et facturos, quod nos premissa omnia et singula inviolabiliter observemus, et si quod absit eadem non servaremus, ipsi principes nobis in hoc aliquatenus non assistent. (14) Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici vestrisque successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur firmaque semper et inconvulsa permaneant, presens privilegium conscriptum nostro iussimus sigillo cereo communiri. Promittentes nichilominus aliud de verbo ad verbum et per omnia simile aurea bulla typario nostre maiestatis impressa munitum infra tempus coronationis nostre vobis et sedi apostolice sine difficultate qualibet exhibere.

Testes hii sunt: Ademarus Lugdunensis, Bonifatius Rauennas, Odo Bisuntinus, et Iacobus Ebredunensis archiepiscopi, Stephanus Parisiensis, Henricus Basiliensis, Iohannes Leodiensis et Amedeus Valentinus episcopi, Ludowicus comes palatinus Reni dux Bowarie, Phylippus dominus Karinthie, Cunradus dominus de Tekke, Henricus marchio de Batslerch, Fredericus burgravius de Nurenberch, Henicho et Fredericus comites de Liningen, Albertus et Burchardus comites de Hohenberch, Theobaldus comes de Pherreto, Ebhardus comes de Karrenellenbogen, Gibertus langravius Alsatie inferioris, Henricus comes de Vriburch, Mangoldus comes de Nellenburch, Eberardus comes de Habesburch, Hermannus comes de Sulz, Lodowicus comes de Honberch, Gottifredus comes de Leustein, Cunradus nobilis de Wartenberch, Ebhardus nobilis de Luphe et Reinhardus nobilis de Hanawe, comes de Buchekke.

Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indictione IIII. regnante domino Rudolfo Romanorum rege glorioso, regni eius anno tertio.

⁞ Signum domini Rudolphi Romanorum regis invictissimi. (M.) ⁞

Dat. Lausane, per manum Henrici episcopi Tridentini regalis aule prothonotarii, XII. Kal. Novembr.

91. *INNOVATIO CONFIRMATIONIS PRIVILEGIORUM ET IURAMENTORUM a. 1274. PER PROCURATOREM DATAE.* *(Oct.)*

Servatur in solo Registri Nicolai III. tom. II, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 40, in quem recepta est fol. 9–15. Contulimus partim nos ipsi, partim vir

1) *c. 30. et 33. Di. 63.*

d. H. Pogatscher. E quo ediderunt Zaccagni loco iam supra ad nr. 48 citato Append. p. 29 et Theiner l. c. I, 228 nr. 385; neque vero apud Theinerum omnia recte indicata sunt. Huic recognitioni, quam m. Maio a. 1278.[1] *factam esse pro certo habemus, omnia documenta conventus Lausannensis, alio tamen ordine inserta, sunt ita: nr. 91. 90. 89. 92. Quae in cap. 3 ut iam in cap. 14 privilegii nr. 90 sumpta sunt ex privilegio Friderici II, litteris minoribus excudimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 442.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Nos Rodulfus Dei gratia rex Romanorum semper augustus constituti in presentia vestra, beatissime pater domine Gregori divina providentia papa decime, in consistorio vestro apud Lausannam, assistentibus vobis reverendo cetu dominorum cardinalium, videlicet venerabilibus patribus dominis P. Ostiensi episcopo, Anchero tituli Sancte Praxedis, Guillelmo tituli Sancti Marchi presbiteris, Ottobono Sancti Adriani, Iacobo Sancte Marie in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto Sancti Eustachii et Matheo Sancte Marie in Porticu diaconis cardinalibus, recognoscimus et fatemur, quondam Ottonem prepositum Sancti Guidonis Spirensis regie aule cancellarium habuisse a nobis mandatum sigilli nostri munimine communitum infrascripti tenoris, cuius auctoritate nostro nomine processit ad omnia infrascripta, que in litteris inde confectis et eiusdem cancellarii sigillo signatis, quarum tenor de verbo ad verbum infra subicitur, seriosius contine[n]tur. Que quidem omnia et singula dicta sive promissa, acta seu gesta per eundem cancellarium, prout in eisdem litteris et tenore plenius exprimitur, recongnoscimus et fatemur nomine nostro et de voluntate nostra dicta, promissa, acta et gesta eaque nichilominus acceptamus, ratificamus, rata et firma volumus et decernimus perpetuo permanere ac insuper, prout idem can[c]ellarius promisit, ea omnia et singula confirmamus, innovamus et de novo concedimus et vobis, sanctissime pater summe pontifex, pro Romana ecclesia, vobis vestrisque successoribus recipientibus ea omnia et singula promittimus stipulatione sollempni bona fide nos in perpetuum et inviolabiliter servaturos et contra ea vel eorum aliquod per nos vel per alium nullo unquam tempore vel modo venturos, ipsa nichilominus proprio prestito corporaliter iuramento firmantes. Statuimus preterea regali auctoritate atque decernimus, ut idem tenor insertus presentibus easdem per omnia vires habeat et obtineat, quas habent et obtinent ipse littere principales, ita quod si forsan ipsas principales litteras contingeret quomodolibet deperire, dictus tenor proinde vim et robur obtineat et in omnibus et per omnia fidem faciat, sicut ipse principales littere facerent in sua prima figura et integritate manentes, lege seu constitutione aliqua non obstante.

(2) Tenor autem predictus de verbo ad verbum per omnia talis est:

'In nomine Domini — munimine roborari'. *supra nr. 49.*

(3) Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici vestrisque successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur firmaque semper et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostro iussimus sigillo cereo communiri. Promittentes nichilominus aliud de verbo ad verbum et per omnia simile aurea bulla typario nostre maiestatis impressa munitum infra tempus coronationis nostre vobis et sedi apostolice sine difficultate qualibet exhibere.

Testes hii sunt: Ademarus Lugdunensis, Bonifatius Ravennas, Odo Bisuntinus et Iacobus Ebredunensis archiepiscopi, Stephanus Parisiensis, Henricus Basiliensis, Iohannes Leodiensis, Amedeus Valentinensis episcopi, Ludovicus comes palatinus Reni dux Bowarie, Phylippus dominus Karinthie, Conradus dominus de Tekke, Henricus marchio de Batslerch, Fredericus burgravius de Heremberch[a], Henico et Fredericus comites de

1) *In Regestis imperii VI, 944 non invenio.*

91. [a]) *sic c.*

Laningen, Albertus et Burchardus comites de Hohenberch, Theobaldus comes de Pherreto, Ebhardus comes de Carnellenbogen[a], Gibertus langravius Alsatie inferioris, Henricus comes de Vriburch, Mangoldus comes de Nellemburch, Eberardus comes de Habesburch, Hermannus comes de Sulz, Lodovicus comes de Honberch, Gottifredus comes de Leusten, Curradus nobilis de Warcemberch, Ebrhardus nobilis de Ruphe[a], Renhardus nobilis de Anawe, comes de Rukekelle[a].

Acta sunt hec anno Domini MCCLXXV, indictione III, regni nostri anno tertio.

92. *RECOGNITIO CONSENSUS PRINCIPUM OLIM DE RECUPERATIONIBUS ET REGNO SICILIAE DATI.* *Oct. 21.*

Servatur ut nr. 91 in solo Registro Nicolai III. l. c. f. 23, quod contulimus. Ediderunt Zaccagni l. c. 36 et Theiner l. c. I, 230. — Böhmer, Reg. imp. VI, 441.
(P. deest.)

In nomine Domini amen.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus patentes litteras principum imperii subscripti tenoris non abolitas, non cancellatas nec vitiatas in aliqua sui parte, set in prima sui figura sigillis eorumdem principum pendentibus consignatas inspici fecimus diligenter et de verbo ad verbum ad perpetuam rei memoriam presentibus annotari, auctoritate regia decernentes, ut idem tenor ipsarum insertus persentibus easdem per omnia vires habeat et obtineat, quas habent et obtinent ipse littere principales, ita quod si forsan ipsas principales litteras quomodolibet contingeret deperire, dictus tenor perinde vim et robur obtineat in omnibus et per omnia fidem faciat, sicut ipse principales littere facerent in sua prima figura et integritate manentes, lege seu constitutione aliqua non obstante.

(2) Tenor autem predictus per omnia talis est:

'Nos principes imperii — indict. VIII'. *supra tom. II, 84 nr. 72.*

In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigillo typario regie potestatis impresso muniri.

Dat. Lausanne, XII. Kal. Novembris, anno Domini MCCLXXV, indict. III, regni nostri anno III.

93—99. LITTERAE DE EXPEDITIONE ROMANA SUSCIPIENDA.

1275. (Nov. Dec.)

Exstant in libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16.

93. *EPISTOLA REGIS AD PONTIFICEM.* *(Nov.)*

Damus ex T *nr. 139, ubi inscribitur* Domino pape, *et* E *fol. 143 nr. 231, ubi rubrum* Ut papa pecuniam regi dandam augmentet. *Codicis* O *nr. 420 varias lectiones neglex.imus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 450.* *(P. deest.)*

Sanctissimo patri etc. R(udolfus) etc.[a].

Si salva vestre paterne benivolencie reverencia loquimur, nullo in vestris piis precordiis displicencie spiritu excitato, de illa XII milium marcarum subvencione gratuita, in qua nobis tam liberaliter providistis et pro qua vobis ad grates uberrimas filialis devocio se ferventer inclinat, non[b] videtur nobis ex verisimilibus coniecturis, quod ponderata negocii quod agitur magnitudine ac inspecta temporis brevitate tam grandi, tam[c] celebri apparatui[d] ipsa subvencio[1] aliquantulum insufficiens reputetur. Petimus itaque vultu verecundia et rubore resperso, quatenus ne predicto negocio, quod post Deum potissime apostolica dextera dirigit, aliqua possit obiici difficultas, predictis XII milibus adhuc tria dignemini affluenter adicere[e] nomine mutui, prius tamen idonea cautione suscepta[2]. Nos enim de capitaneo seu rectore magnanimo et circumspectione probato iam nobis providere curavimus, qui miliciam congregans oportunam, ut praesit et prosit in Tuscia[f], consopitis vetuste calamitatis horroribus, ad eandem provinciam[b] diriget e vestigio gressus suos[b]. Quesumus insuper, ut super negociis t. et t. iuxta formam peticionis nostre magistro Bernardo contradite vel per venerabilem t(alem) vestris, ut credimus, auribus iam impresse, cum mora nocivi sit fotrix amara periculi, litteras necessarias expediri celeriter et venerabili[g] Ebredunensi archiepiscopo dirigi iubeatis, eidem archiepiscopo similiter iniungentes, quod cum prelati Alem(anie) non solum sint noluntarii[h] ad proficiscendum nobiscum ad coronam imperii, verum eciam alios ad id forsitan prius ultroneos ab huiusmodi bono iustoque proposito inpudenter avertere moliantur, prelatos eosdem ad exhibendum nobis debite[i] et consuete commeacionis solacium ad imperii dyadema apostolice potestatis auctoritate[k] coherceat et inducat.[3] A cuius via in partibus illis benignitati paterne complaceat quevis offensionum obstacula providencie[l] oportune remediis obviare.

94. *MANDATUM CIVITATI VEL NOBILIBUS MISSUM. (Nov.)*

Praebent O *fol. 90 nr. 331, 'Wiener Briefsammlung' p. 67, quam editionem repetimus, et* V *fol. 55' v. editionem p. 377, cuius lectiones praetermisimus. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 452.* *(P. deest.)*

Ut vestre devocionis auditum de fortunatis nostre felicitatis eventibus nova graciora letificent et fortunacioris auspicii gaudia prefigurent, ecce quod liquido vobis stilo describimus, quod a patre nostro sanctissimo domino G.[a] papa nuper affectione paterna suscepti, auditi benigne in agendis imperii et benignius exauditi, in proximo recepturi sumus in Urbe de sacrosanctis manibus suis imperii dyadema. Sane cum ad agenda tante festivitatis celebria nunciorum vestrorum presenciam ibi magnopere necessariam arbitremur, devocionem vestram attente requirimus et hortamur, quatenus iuxta requisicionem honorabilis fratris N. nuncios vestros industrios et auctoritate presignes ad dicte coronacionis nostre sollempnia dirigatis, ut super omnibus ibi pro bono statu reipublice et fidei christiane salubriter ordinandis possitis eorum relacione perfectius edoceri.[b] Vel sic nobilibus: Sane cum ad agenda fidelitatis tue[c] presenciam non

93. a) Sanctissimo – etc. *des. T.* b) *deest E.* c) quam *E.* d) apparatu *E.* e) addicere *T.* f) *loco* et — Tuscia *E*: in custodia. g) N. *add. E.* h) voluntarii *E.* i) debitū *E.* k) auctoritas *E.* l) providere *E.*

94. a) S. *O.* b) *Cetera desunt V.* c) celsitudini *sequitur in O.*

1) *V. Reg. imp. VI, 438b.* 2) *Cf. infra nr. 104 c. 2.* 3) *V. Theiner 'Codex diplomaticus' I, 196 nr. 346; Potthast nr. 21090. Cf. supra nr. 78.*

minus necessariam reputemus, honorabilem N. ad presenciam tue fidelitatis destinamus fidelitatem tuam affectuosissime deprecantes, quatenus iuxta requisicionem et informacionem ipsius, cui super hiis et quibuslibet aliis sicut nobis ipsis fidem plenissimam adhibere te petimus, tibi taliter providere procures, quod tam celebribus coronacionis nostre sollempniis valeas personaliter interesse.

95. *EPISTOLA ALTERA REGIS AD PONTIFICEM. (Dec.)*

Ex T *nr. 142, ubi inscribitur* Domino pape, *et* E *fol. 143' nr. 234, ubi rubrum* Excusacio regis quod venire non potuit ad coronacionem. *Codicis* O *nr. 372 varias lectiones neglexinus. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 472.* *(P. deest.)*

Sanctissimo patri Rud(olfus) etc. cum omnimoda filialis obedicionis et reverencie promptitudine devotissima pedum oscula beatorum[a].

Is beatissime pater zelus in nobis circa paterni[b] beneplaciti peragenda incessanter[c] exuberat, is revera in pectore filialis devocionis affectus effervet assidue circa matris ecclesie ministerium cultu honorifico prosequendum, quod mox cum ab amabili vestra nos[d] contigisset[e] abiisse[f] presencia, nullis omnino pepercimus sumptuosis laboribus, quin in regio apparatu decenter accingeremur ad iter, quo sperabamus incedere ad suscipiendum[g] in termino nobis a vestra benignitate prefixo de sacrosanctis manibus vestris imperii diadema. Set votis huiusmodi successiva processuum aptitudo non affuit necnon negociorum et casuum inopinabilium postmodum ingruencium intricata congeries promptum spiritum a tam grati operis execucione gratuita aliquantulum sequestravit. Que quidem negociosa obstacula vestre sanctitati pocius fidi[h] interpretis eloquio duximus disserenda, quam scripto. Propter quod religiosum et honorabilem virum t(alem)[1], virum utique fide ac devocione conspicuum, celibis vite candore nitentem nobisque prelucidis meritis sue probitatis acceptum, in cuius os super premissis et aliis verba nostra perfecte transfudimus, ad beatitudinis vestre pedes, ut casus huiusmodi reseret fiducialissime, destinamus humilime[i] supplicantes, quatenus ei super hiis veluti nobis ipsis dignemini fidem credulam adhibere.

Datum etc.[k].

96. *EPISTOLA TERTIA REGIS AD PONTIFICEM. (Dec.)*

Ex T *nr. 147, ubi inscribitur* Domino pape, *et* E *fol. 150' nr. 263, cuius rubrum v. apud Stobbe. Desideratur in* O. *In codice* V *fol. 39 (v. editionem p. 225) hanc formulam cum alia satis diversa male coniunctam esse, iam inter omnes constat. Cf. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 473.* *(P. deest.)*

Sanctissimo patri et domino reverendo G. etc.[a].

Ut de nostro felici processu ad suscipiendum de sacrosanctis apostolicis manibus vestris imperii dyadema, absterso cuiuslibet ambiguitatis involucro[b], fides evidencior habeatur, ecce quod bona fide promittimus et ad hoc nos tenore presentium obligamus, quod nos[c] ab omnibus aliis quibuscunque difficultatibus taliter explicare disponimus,

95. a) Sanctissimo—beatorum *des. T.* b) patris *E.* c) *deest E.* d) nō *E.* e) contingit *E.* f) abifſſe *T*; abisse *E.* g) suscipiendam *E.* h) fidelis *E.* i) humiliter *E.* k) Datum etc. *des. T.*

96. a) Sanctissimo—etc. *des. T.* b) velamine *E.* c) *deest E.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 472.*

1276 Apr. 5. quod in proximo nunc instanti festo Resurrectionis dominice in Mediolano presentes hinc[c] iuxta vestre beatitudinis beneplacitum evestigio ad coronam imperii procedemus[d]. Transmittentes vobis has nostras litteras in testimonium super eo[e].

97. *EPISTOLA REGIS AD PATRIARCHAM AQUILEGENSEM. (Dec.)*

Ex T *nr. 148, ubi rubrum* Patriarche Aquilegensi, *et* E *fol. 150' nr. 264, cuius rubrum v. apud Stobbe. Codices* O *nr. 423 et* V *fol. 57' neglexinus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 474.* *(P. deest.)*

Quantum nobis in tue devocionis exhibicione complacuit, quantum de tue que non mutat[a] aut deviat fidei puritate presumimus, non est[b] facile verbis aut litteris explicari. Quod enim pro nostri honoris et sacri imperii reverencia, tuis famosis et commodis laribus[c] derelictis in igne discriminis, ad proficiscendum nobiscum ad coronam imperii te ad partes Italie apparatu magnifico transtulisti, pro grato valde recepimus[d] tibi propter hoc ad grates uberrimas inclinantes et erga te ac tuos pro loco et tempore procul dubio disponentes affluere tot beneficentiis[e] graciarum, quod nullatenus penitere te debeat[f], pro provectu[g] nostri nominis attollendo laborum aut[h] sumptuum onera pertulisse. Quocirca sinc(eritatem) t(uam) af(fectione) qua p(ossimus) am(pliori)[b] req(uirimus) et hort(amur)[i], quatenus vias nostrorum progressuum ad imperii dyadema perutiles diligenter excogitans et exquirens[k] nostram non tedeat te in Mediolano presenciam prestolari, omnes tuos aliosque quos poteris ad obsequia nostra allectivis inductionibus excitando. Sciturus certissime, quod in termino, quem rel(igiosus) et providus vir t(alis), quem ad pedes domini pape transmittimus[1], nostro nomine tibi pandet expressius, nostra te aliosque fideles desiderata presencia debeat consolari.

98. *ENCYCLICA REGIS. (Dec.)*

In T *desideratur. Damus ex* E *fol. 145 nr. 241,* O *fol. 66' nr. 223, quem contulit vir d. Schellhass Romanus, et* V *fol. 53', ubi nonnulla desunt. Superest etiam in* M *Monac. lat. 6911 (Fürstenfeld. 11) fol. 50* [2], *quem contulit Herre, et* S *Stuttgardensi Hist. nr. 247 fol. 152, quem adhibuit Winkelmann 'Acta imperii selecta' II, 90 nr. 106, ubi inscribitur comuni Mediolani. Codicis* M *lectiones minimi sunt pretii, sed ibi servatur inscriptio generalis, quam in textu posuimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 475.* *(P. deest.)*

Rudolfus[a.b] Dei gracia Romanorum rex[c] semper augustus egregiis et prudentibus viris universis marchionibus, comitibus, nobilibus, vicariis, capitaneis[d], potestatibus, anzianis, consiliis, communibus civitatum Ytalie, dilectis suis et Romani inperii fidelibus, ad quos littere iste pervenerint, graciam suam et bonam voluntatem[a].

96. c) *deest E.* d) procedimus *E.* e) in — eo *des. T.*

97. a) nutat *T.* b) *deest E.* c) pluribus *E.* d) et *add. E.* e) cē *supra lineam T*; beneficiis *E.* f) quod *add. T. E.* g) titulo *E.* h) et *E.* i) *loco* et hort. *E*: exhor. k) requirens *E.*

98. a) *sic inscriptio in M; deest in E. V; in O:* Rudolfus etc. egregiis et prudentibus viris universis marchionibus, comitibus, nobilibus, vicariis, capitaneis, potestatibus, ansianis, consiliis, comunibus civitatum Italie; *in S.:* Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus egregiis et potentibus viris potestati, ancianis, consilio et comuni Mediolani, suis dilectis et imperii Romani fidelibus, graciam suam et bonam voluntatem. b) Rudolfus *M.* c) et *add. M.* d) capitibus *M.*

1) *V. notam supra ad nr. 95. Cf. ea quae Reg. imp. VI, 474 de itinere a nuntio faciendo referuntur.*
2) *V. Simonsfeld in 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie. Histor. Classe' 1898, p. 444.*

Levate in circuitu oculos vestros[e] et[f] aures arrigite[e], quia[g] ecce de medio nebule stella matutina[1] progrediens obumbrantis ignara caliginis, que micantibus illustrata splendoribus[h] dormitantis[i] imperii sompnum[k] excitabit[l]. Exultent igitur[m] orthodoxe catholice fidei professores eximii, quibus promittitur brachii prepotentis auxilium et letentur imperii zelatores egregii, eo quod eis adveniet consolator. Ecce quidem vocati a patre nostro sanctissimo do(mino) G(regorio) summo pontifice ad suscipiendum in Urbe de sacrosanctis manibus suis imperii dyadema potenter accingimur invariabiliter disponentes[n], in proximo festo Resurrectionis dominice partes Ytalicas[o] fortunatis auspi- 1276. Apr. 5.
ciis cum cesareo apparatu magnifice visitare, deinde ad festiva coronacionis nostre sollempnia celebranda summopere[p] processuri. Exurgat igitur[q] quesumus vestra fida devocio suum cum tripudio susceptura patronum, vos inquam, in quibus imperii faciem longa bellorum calamitas fatigavit. Erigite mentes et animos roborate[r] ad contemplandam imperii speciem et decorem, tollite seras portarum vestrarum, parate viam[s] Domini, rectas facite semitas[2] vestras, poncium et stratarum difficultatibus reparatis. Adiuncturi[t] nobis[u] nichilominus[v] secundum[w] qualitates et circumstancias vestri status decentem milicie[x] comitivam[y], que possit una nobiscum tam festa tamque iocunda[z] celebria decorare, ut inter electos imperii apud imperatoriam maiestatem sors vestra merito debeat[a] computari.

99. *RECEPTIO IN FAMILIAREM ET SECRETARIUM.*

Ineditam damus ex T *nr. 263, ubi inscribitur* Recepcio familiaris; *in aliis codicibus deest. Certe eodem tempore ac nr. 94—97 emissa est*[3]. — *Böhmer, Reg. imp. VI deest.* *(P. deest.)*

Fidei tue sinceritas fulgidis virtutum fulgoribus illustrata, que erga nos et sacrum Romanum imperium clarius elucescit, necnon sapiencie tue profunditas et sciencie altitudo, que ex predicabilis fame tue prestancia per totum orbem insonuit, quadam allectiva dulcedine nos inducunt, ut te nostris familiaribus amplexibus adiungamus. Ut igitur sincerus affectus huiusmodi, quo te pleno favore amplectimur, lucidius rutilet in effectu, ecce quod te in nostrum familiarem domesticum et secretarium specialem hylari mente duximus admittendum amplectendumque ulnis favoris et gracie specialis. Mandantes tibi et precise volentes, quatenus quandocumque nos ad suscipiendum sacrum imperii dyadema ad partes Italie perceperis proficisci, indilate nostre accedas presenciam maiestatis, nobis tue sinceritatis industria in tocius reipublice obsequiis serviturus.

100—102. CONSTITUTIO RECTORIS ROMANIOLAE ET MARITIMAE.

(1275. Dec.)

Documenta supersunt in solis libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16.

98. e) Levate—vestros *des. O*; Levate—arrigite *des. V.* f) et *deest S.* g) quid *E.* h) splend. illustr. *O.* i) dormitantibus *S.* k) sompnium *O. M.* l) excitavit *S.* m) *deest V.* n) disponimus *E.* o) Ytalias *O.* p) summo opere *S*; sumptuose *E.* q) itaque *S. V.* r) *deest E.* s) vias *E.* t) adiunctis *E.* u) vobis *E.* v) nichil. nobis *S. V.* w) sedium *E.* x) decentis milicia *E.* y) communitam *E.* z) ioc. tamque *E.* a) deb. merito *E.*

1) *Eccli. 50, 6.* 2) *Luc. 3, 4.* 3) *Cf. mandata similia, Reg. imp. VI, 1512.*

100. *CONSTITUTIO RECTORIS.*

Damus ex T *nr. 155, ubi inscribitur* De rectore preficiendo, *et* E *fol. 152 nr. 272, ubi rubrum* Commissio officii. *Codicis* O *nr. 377 varias lectiones neglegimus. Praebet* V *fol. 45', v. editionem p. 287. De tempore et omnibus aliis, quae ad hanc constitutionem spectant, v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 477.* *(P. deest.)*

Rex[a] etc. egregiis et prudentibus viris march(ionibus), com(itibus), nobil(ibus), capit(aneis) civitat(um)[b], potestatibus, anzianis et populis universis per Romaniolam et Maritimam constitutis graciam suam et bonam voluntatem[a].

Speciali quadam inter tot et tantos negociorum ingruencium fluctus, quibus assidue pectori nostro materia cogitacionis infunditur, meditacione perangimur[c] et anxietate pervigili meditamur, qualiter[1] illa nobilis Ro(maniola) et Ma(ritima) regio utpote generosum imperii Romani pomerium, in quo regie maiestati ex sui placidi cultus amenitate non infima delectacione complacuit, rediviva quiete refloreat et post dire longeque fatigacionis hostiles angustias et eximios bellice turbines[d] tempestatis in portu votive tranquillitatis et pacis pulchritudine conquiescat[2]. In hac siquidem regione suos imperium[e] recognoscit[f] alumpnos. Hic est enim ortus imperii delicatus, in quo grate subiectionis vernantes et floridos flores colligit et devote dulcedinis poma graciosa decerpit. Nimirum igitur circa cultum et munimen ipsius regie celsitudinis curiosa versatur intencio[g] et propensioris vigilancie studium adhibetur, ut et illa per devocionem sinceram puritatis respiret odorem et per fidelitatem integram expectatum constancie fructum reddat. Verum quia tunc utiliter regio regitur, dum directi[h] rectoris[i] ducatu dirigitur[k] et vigilie presidentis industria gubernatur, nos cupientes, quod ipsa provincia duce gaudeat circumspecto, illustrem H(einricum) comitem de Furstemberg[l] consanguineum nostrum, quem experte circumspectionis[m] et fidei merita nobis[n] reddunt amabilem et probata strennuitas efficit clariorem, vobis et toti[o] provincie prenotate preficimus in rectorem, eiusdem provincie regimen vice nostri nominis exequendum sibi plenarie committentes, ut eius studioso ducatu preservetur a noxiis et in salutarium[3] solio solidetur. Vos itaque, quesumus, pure fidei et sincere devocionis[p] alumpni presentibus nostre serenitatis apicibus animati, nostram in sua presenciam figurantes[q], cum comes[n] idem sit[n] velut os ex ossibus nostris et caro de carne[4] transumptus, eundem quasi familiaris dilectionis et gracie pignus eximium hilares et devoti suscipite ac in omnibus, que ad creditum sibi spectant officium, reverenter ei parere ac humiliter promptis affectibus obedire curetis, ut devocionis vestre constanciam liberalitatis[r] auguste[s] provisio, que servicia novit remunerare fidelium, digna[t] proinde vicissitudine prosequatur. Pro firmo scituri, quod obediencie signa, que sibi devocio vestra monstraverit[u], equo favore benevolencie conplectemur, ac si ea monstrari contingeret[v] specialiter nobis ipsis.

100. a) *inscriptio in solo E.* b) *nonne* vicariis? *cf. nr. 98.* c) peragimur *E.* d) turbinis *E.* e) imp. suos *E. V.* f) recognoscat *E.* g) n^c^nō *E.* h) directis *T.* i) rectores *E.* k) diriguntur *E.* l) *loco* de Furst. *T*: t. m) circumspectione *E.* n) *deest E.* o) *loco* et toti *E*: totique. p) dilectionis *E.* q) *loco* presenc. figur. *E*: prefigurantes. r) libertatis *E.* s) augere *E.* t) signa *E.* u) monstrabit *E.* v) contigeret *E.*

1) *Cf. arengam similem mandati Friderici II, quo civibus Florentiae rectorem praefecit, Reg. imp. V, 3540, quod item habetur in V fol. 38 v. editionem p. 217:* Speciali quadam inter tot et tanta negociorum genera, quibus pectori nostro continua materia cogitacionis infunditur, sollicita meditacione pensamus, qualiter *etc.* 2) *Cf. verba similia in constitutione rectorum Tusciae a. 1281. Ian. 5. infra edenda, Reg. imp. VI, 1253 (= 'Wiener Briefsammlung' 173 nr. 159).* 3) *Cf. Ps. 67, 20.* 4) *Gen. 2, 23.*

101. *LITTERAE COMMENDATITIAE.*

Ex T *nr. 146 et* E *fol. 150 nr. 262, ubi rubrum* Regraciatoria littera regis ad cives se eius beneplacitis coaptantes. *Codicem* O *nr. 378 neglleximus. Praebet* V *fol. 45', v. editionem p. 289. — Böhmer, Reg. imp. VI, 478.* *(P. deest.)*

Rex[a] etc. egregiis et prudentibus consulibus graciam suam et omne bonum.[a] Dum consciencie nostre[b] volumina volvimus, dum subiectas imperio civitates nostro culmini pure devocionis exenia[c] presentantes speculacionis regie speculo speculamur, ad vestram specialiter civitatem aciem mentis nostre convertimus, nobis fidei illibate primicias offerentem. Sane quam placide[d] quam gratanter[e] accepimus, quam sit acceptabile quamque[f] generativum fecundi tripudii, quod native bonitatis accensi flagrancia, quod in vestris precordiis clarioris[g] fidei rutilante scintilla vos nostris ad vocem tantummodo iussionis unius devoventes obsequiis, nuncios nostros quos ad vos transmisimus tam sollempniter et tam honorifice suscepistis, affectum nostrum profecto super hoc perfecte nequimus exprimere per effectum. Hec sunt enim preclara laudande virtutis indicia, hec sunt inquam certa experimenta constancie et infallibilia probitatis eximie argumenta, in quibus Deo que Dei et cesari que ipsius sunt hactenus congrue reddidistis. Hiis igitur veluti multe suavitatis oblectamento deliciose refecti super tam grati et ultronei exhibicione servicii, generositatis avite nequaquam immemores[h], quo vos regio beneplacito coaptastis, ad grates vobis uberrimas inclinamus, invariabili animo disponentes, vos et civitatem predictam[i], quam indelebilis[k] unione tenacitatis in nostros familiares amplexus assumpsimus, amplis propter hoc magnificare favoribus et honorum ac beneficencie titulis ampliare, ut in adventu cesarei potentatus, qui terribilis inquietis rebellibus vobisque mansuetus adveniet[l.1], pulsis e medio bellice tempestatis horroribus, cuius longa calamitas faciem fatigavit[m] imperii, sedeatis in pulchritudine pacis et requie opulenta nostrique iugo dominii nil suavius nil iocundius merito[n] senciatis. Porro ut vestre tenebras regionis Romani iam ceptri fulgor illuminet eademque regio incrementa suscipiat floride novitatis, universitatis vestre prudenciam am(pliori) qua possimus precum inst(ancia) duximus exhort(andam), quatenus nobilem virum t(alem), quem vobis totique circumposite regioni prefecimus in rectorem, pro nostra et imperii reverencia congruis prevenire curetis honorum insigniis et eidem in hiis, que nostrum[o] et reipublice bonum generale ac speciale respiciant, cum in eo qui mittitur mittens honorari consueverit, graciosis astare consiliis et auxiliis oportunis.

102. *ALIAE LITTERAE.*

Ex T *nr. 144 et* E *fol. 144 nr. 236, cuius rubrum minus rectum v. apud Stobbe. Codicem* O *nr. 379 neglleximus. Praebet* V *fol. 56', v. editionem p. 382. De persona v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 479.* *(P. deest.)*

Experte[a] claruit[a] fidei tue strennuitas, qua Romanum imperium incessanter amplecteris et ad decus et decorem ipsius magnificis titulis ampliandum intrepide militas, inter alios indefessos athletas et inperterritos pugiles gloriose choruscans. Hoc equidem inter cetera tua magnalia regie maiestati gratissima valde nobis gratanter

101. a) *inscriptio in solo E.* b) *vre E.* c) exennia *E.* d) placidam *E.* e) gratam *E.* f) *deest T.* g) clariori *T*; clariorum *E.* h) *loco* nequ. imm. *E*: et imm. nequ. i) vestram *E.* k) indelectabilis *E.* l) advenit *E.* m) fatigabat *E.* n) *deest E.* o) vestrum *V.*

102. a) Aperte *V*; *loco* Exp. clar. *E*: Ex eo preclaruit.

1) *Matth. 21, 5.*

apparuit, valde placide votis nostris applausit, quod legatorum nostrorum adventu precognito mox de hostibus, quos obsidio circulata potenter ambierat, signa retraxisti victricia, parcens eis ob nostri reverenciam nominis et honoris, quos tuo de facili potuisses imperio triumphaliter subdidisse. Super quo utique tibi ad grates uberrimas inclinantes et fidei tue prestanciam digno laudum preconio commendantes invariabili mente concepimus, te et tuos largifluis beneficencie nostre donis attollere et honoribus congruis ampliare. Porro quia de tua fidelitate confisi sub spe tue[b] promocionis tuique favoris[c] illustrem t(alem) regioni Rom(aniole) prefecimus in rectorem, sincer(itatem) t(uam) af(fectu) ple(nissimo) duximus depre(candam), quatenus ei ferventer assistere studeas fructuosis consiliis et auxiliis oportunis. Hoc siquidem erga te et tuos perpetuo volumus grata largaque[d] vicissitudine promereri.

---

103. SENTENTIA DE PACTIS A REGE BOHEMIAE EXTORTIS REPROBANDIS.

1276. Ian. 22.

Servata est in solo S *codice tabularii Vindobonensis dicto 'Salzburger Kammerbücher' VI, 67 nr. 105, quem contulit socius noster J. Lechner. Praebet etiam* B *codicis Berolinensis fragmentum, de quo v. supra ad nr. 23, in editione l. c. p. 255, cum rubro in margine inferiori addito* Qualiter recinditur pactio per inpressionem facta. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 503.* *(P. deest.)*

Růdolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum[a].

Presidentibus nobis pro tribunali feria[b] quarta post octavam Epyphanie in civitate nostra Nůrnberch[b], ab illustri Ph(ilippo)[c] duce Karinthye principe nostro karissimo fuit propositum coram nobis, quod[d] eo aliquamdiu in curia . . regis[e] Boemie existente, per ipsum regem coactus est aliquas graves paciones sibique nocivas condiciones inire. Propter quod ad eius instanciam per venerabilem . . Herbypolensem episcopum principem nostrum karissimum[f]. .[c] ducis eiusdem verba sollempniter proponentem extitit in iudicio requisitum, utrum pacciones et condiciones huiusmodi conpulsorie robur firmitatis habere deberent. Super quo per[g] principes qui interfuere presentes quorumlibet circumstancium applaudente consensu in nostra presencia fuit sentencialiter iudicatum, quod pacciones et condiciones easdem per inpressionem huiusmodi sic extortas in irritum revocare ac penitus solvere teneremur. Hinc est quod universitatis vestre noticie declaramus presencium serie protestantes, quod nos dictante sentencia principum eorumdem predictas pacciones et condiciones, quas dictus Boemie rex ab ipso[h] duce sic extorsisse dinoscitur, prout superius est expressum, auctoritate regia reprobamus et revocamus in irritum, pronunciantes expresse, prefatum ducem ad observacionem earum nullatenus obligari[i]. Testes: B.[k] episcopus Herbypolensis, illustris L. comes pala-

102. b) *deest E.* c) favoribus *E.* d) lataque *E.*

103. a) Růd. — bonum *des. B.* b) *loco* feria — Nůrnberch *B*: tali die tali civitate. c) *deest B.* d) ab *male add. B.* e) regia *B.* f) dilectum *B.* g) *deest S.* h) eo *B.* i) In cuius *sequitur, reliqua desunt B.* k) E. *S.*

tinus Reni dux Bawarie, comes H. de Hennenberch, purchgravius de Nůrenberch, Lud. et L. ac Ch. comites de Otingen, R. comes palatinus de Tiuwingen, Al. et Burchardus comites de Hohenberch, Berch. comes de Grayfpach, H. et H. ac Wit. marchyones de Burgov, . . comes de Castel, G. comes de Hirtzberch, H. comes de Veringen, Fr. de Zolre comes, Hugo comes de Monteforti, Chrafto, Got. et Ch. fratres de Hohenloch, Got. de Brunek, En. de Winsperch, Walt. pincerna de Limburch et R. de Hůrnhaim. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Nůrenberch, XI. Kalend. Febr., indiccione IIII, anno Domini millesimo CCLXXVI, regni vero nostri anno tercio.

104. 105. PACTUM CUM ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1276. Ian. 29.

104. *LITTERAE REGIS.*

Exemplar autographum asservatur Dusseldorpiae in tabulario regio. Nec sigillum nec lorum superest. Nequaquam in cancellaria regis scriptum est. In fine verba In cuius — Kal. Febr. *postea mutato ductu, atramento fusciori ita scripta sunt, ut inter duas verbi* presen | tem *partes foramen sigillo iam prius sectum consilio scribae intermitteretur. Nec reticendum est, extremas quattuor fere textus lineas per plicam iam prius factam contegi. Nos iterum autographon exemplavimus. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 401 nr. 687. De die et loco v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 505.* *(P. deest.)*

Rud(olphus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes maiestatis nostre litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Benigna regalis nostre gracie provisio petitionibus suorum principum tanto condescendit libentius, quanto magis ipsos in obsequiorum nostrorum exhibitione benivolos et precipuos invenimus. Hinc est quod nos ad petitionem et interventum reverendi Sifridi Coloniensis archiepiscopi principis nostri karissimi viro nobili dilecto fideli nostro Henrico comiti de Sulmez seniori, predicti archiepiscopi sororio, recepto fidelitatis iuramento, quod erit nobis et imperio in omnibus fidelis et utilis, prout burgravius cui bona fide castrum committitur suo domino in omnibus esse debet, ipsi castrum nostrum et imperii Werde custodiendum committimus et servandum, facientes eum nostrum burgravium in eodem et deputantes sibi pro expensis, quantum burgraviis, qui idem castrum in custodia tenuerunt, dari consuevit temporibus retroactis. (2) Ita tamen quod sanctissimus pater summus pontifex, cui iam dicti castri redditus obligavimus, aut nos, si voluerimus, scriptorem aut alium sive alios in eodem ponemus castro, qui redditus nostros in eodem colliget et cui voluerimus assignet. (3) Volentes et presentium serie statuentes, ut hec nostre concessionis gratia sibi facta, quousque prefatus Coloniensis archiepiscopus advixerit, immutabiliter observetur, nisi ipse contra fidelitatem et utilitatem nostram et imperii taliter se haberet, quod appareret

non immerito nota dignus et immemor prestita nobis fide. (4) Quod si forte contingeret quod absit vel etiam eundem cedere aut decedere seu transfretare, nos dicto castro nostro seu eius custodie alium burgravium deputabimus de venerabilium patrum principum nostrorum predicti S. Coloniensis archiepiscopi et H. episcopi Basiliensis consilio et assensu. Si autem dictum S. archiepiscopum viam continget ingredi universe carnis, nos de custodia ipsius castri et ipso castro ac omnibus aliis ad castrum spectantibus faciemus et ordinabimus, prout nostre placuerit voluntati. (5) Eo semper salvo quod ipsum castrum sive eius custodiam nulli inimico Coloniensis ecclesie[a] vel alii committemus, per quem Coloniensis ecclesia seu archiepiscopus qui pro tempore fuerit iniuste aut indebite ledi valeat vel offendi. (6) Et quia sepedictum S., quem primo ad archiepiscopalis dignitatis fastigium promovimus[1], semper intendimus pre ceteris principibus cumulatius[b] honorare, volumus quod si nos de medio eximamur, quod idem H. ad ipsum S. archiepiscopum et ad nullum alium si vixerit specialem et obediencialem respectum habeat, quousque de rege futuro per principes vocem in electione imperii habentes, prout communis iuris est et antique consuetudinis, ordinatum fuerit et provisum, et quod predictus comes promittat prenominato S. archiepiscopo prestito iuramento de nostro indulto, quod exnunc concedimus per presentes, quod ipsum archiepiscopum quoad vixerit recipiet in ipso castro cum suis hominibus contra iniuriatores suos sibi et ecclesie Coloniensi iniusticiam facere volentes publice ac private. (7) Ut autem inter nos et sepedictum S. archiepiscopum peculiare fedus indissolubilis amoris in perpetuum observetur et ut aditus omni discordie inter nos et ipsum processu temporis generande totaliter precludatur, idem archiepiscopus nomine sui et capituli Coloniensis omnia debita, in quibus sibi et capitulo Coloniensi ac Engelberto quondam Coloniensi archiepiscopi aut[c] vasallis seu hominibus ecclesie Coloniensis occasione expensarum Aquisgrani factarum et promissionibus ecclesie Coloniensis aut alias quibuscunque sponsionibus obligati fuimus vel adhuc noscimur obligati, necnon quandam summam pecunie numerate, quam Gernando olim burgravio in Werde occasione dicti castri dederunt, ac redditus quosdam, quos ei et suis heredibus adhuc annis singulis persolvunt, nobis pure ac simpliciter remiserunt. (8) Et nos ad eum et ecclesiam suam amoris et gracie specialis affectum ostendere cupientes, in eorum omnium reconpensationem trecentas marcas Colonienses prefato archiepiscopo
Nov. 11. quoad vixerit singulis annis festo beati Martini solvere spondemus et promittimus bona fide, nisi dictus G. burgravius predictis redditibus, quos de ipso S. ac Coloniensi ecclesia quolibet anno recipit, simpliciter renuntiaverit et tam archiepiscopum quam capitulum Coloniense pure quitaverit de eisdem. Quod quando factum fuerit, tunc eedem CCC marce ad nos et imperium integraliter revertentur. (9) Si vero dictas CCC marcas festo beati Martini non solverimus quolibet anno, volumus et presentibus promittimus, ut officiatus noster vel is cui receptionem thelonei commiserimus statim
Nov. 12. crastino Martini pro[d] dicto S. theloneum tam diu colligat, donec sibi ille CCC marce de theloneo integraliter persolvantur. (10) Ut etiam predictum archiepiscopum habundantiori prosequamur gratia, sibi castrum predictum vel alii de suo et venerabilis H. episcopi Basiliensis principis nostri consilio obligabimus, si forsan processu temporis id nos contigerit obligare. (11) Ac sibi dum vixerit et ecclesie sue contra omnes iniusticiam eis facientes assistere et ad oppugnandum eosdem liberum introitum et exitum publice ac occulte in munitiones imperii permittere pro iuris sui et ecclesie sue defensione promittimus bona fide, quod idem ipse nobis de se ac suis

104. a) ecl̄ie, *similiter semper or.* b) cumalati9 *or.* c) *ab hoc verbo mutato ductu or.* d) *sequitur* dño *deletum or.*

1) *Cf. Redlich 'Mittheilungen des Instituts' X, 381 n. 1.*

munitionibus universis nobis contra iniuriatores imperii exponendis promisit fide prestita vice versa. In cuius rei testimonium presentem litteram maiestatis nostre sigillo sibi iussimus communiri.

Dat. Maguntie, anno Domini MCCLXXVI, quarto Kal. Febr.

105. *CHARTA ARCHIEPISCOPI.*

Autographon, quod superest in tabulario Vindobonensi, nobiscum benivole communicavit socius noster J. Lechner. Sigillum fere illaesum adhuc pendet. Alia manu exaratum est ac nr. 104, item aliena a cancellaria regis. Edidit iam Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz' II (1856) p. 312. In margine posuimus capita privilegii regis, quae cum capitibus chartae archiepiscopi conveniunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 506. (P. deest.)

Nos Siffridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie[a] archiepiscopus per Italiam imperii archicancellarius omnibus presentium inspectoribus salutem in omnium salvatore.

(1) Notum facimus universis et tenore presentium confitemur, quod nos et capi- c. 7.
tulum nostrum Coloniense serenissimo domino nostro R. Dei gracia Romanorum regi semper augusto universa et singula debita et promissa, in quibus nobis et ecclesie Coloniensi sive Engelberto nostro predecessori aut ministerialibus seu hominibus ecclesie nostre occasione expensarum Aquisgrani factarum literis vel fideiussoribus aut ecclesie Coloniensi aliis quibuscumque obligationibus extitit obligatus, necnon quandam summam pecunie numerate, quam olim E. predecessor noster et capitulum Coloniense Gernando quondam burgravio in Werde dederunt, et quosdam redditus, quos adhuc tam nos quam capitulum Coloniense singulis annis sibi et suis heredibus occasione dicti castri Werde persolvimus, pure, sponte ac simpliciter remisimus et ipsum quitum et absolutum proclamamus et tenore presentium protestamur, renuntiantes nomine nostro et capituli Coloniensis omni iuri et actioni ac vendicationi, que exinde nobis ad predictum dominum nostrum Romanorum regem conpetebat vel conpetere videbatur. (2) Idem vero dominus noster Romanorum rex in recompensationem predic- c. 8.
torum et ut nos reddat ad sua beneplacita promptiores, nobis ad vitam nostram trecentas marcas Colonienses singulis annis apud Werde in festo beati Martini recipiendas, Nov. 11.
sicut in maiestatis sue literis plenius continetur[1], regali clementia deputavit, nisi predictus G. burgravius redditibus, quos singulis annis a nobis occasione dicti castri recipit, pure ac simpliciter renuntiaverit et nos et capitulum Coloniense quitaverit de eisdem. Quod quando factum fuerit, eedem CCC marce ad ipsum dominum nostrum et imperium libere et absque contradictione qualibet revertentur. (3) Et ne nos c. 4.
tamquam ingrati graciosi domini nostri gracia abutamur, tenore presentium protestamur, quod si nos divina disponente providentia de vite huius medio eximamur, quod predictus dominus noster Romanorum rex et imperium de castro et eius custodia et eius redditibus, qui nobis sublato de medio ad ipsum integraliter revertentur, ordinandi, disponendi et faciendi quicquid placuerit sine obstaculo quolibet habebit liberam facultatem. (4) Et nichilominus ob innumera beneficia, que nobis regali clementia impendit, ipsum in recuperando bona imperii ac in liberis suis necnon universis aliis auspicia promotionis sue respicientibus studiose et affectuose cum effectu promittimus promovere ac sacramento date fidei et presentibus litteris nos astringimus eidem, quod contra omnes et singulos, summo pontifice dumtaxat excepto, iniusticiam sibi et imperio facientes manu potenti iuvabimus ac sibi et suis hominibus liberum introitum c. 11.

105. a) eclie, similiter semper or.

1) *Supra nr. 104.*

et exitum in omnes et singulas ecclesie nostre municiones ad impugnandum suos iniuriatores sibi iniusticiam facientes indulgemus tenore presentium et nunquam ab hoc promisso recessuros nos promittimus fide data. In cuius rei testimonium presentem litteram prefato domino nostro Romanorum regi sigilli nostri munimine tradimus roboratum.

Act. et dat. Maguntie, IIII. Kal. Febr., anno Domini MCCLXX sexto.

106—108. LEGATIO AD INNOCENTIUM V. PAPAM.

1276. (Febr.) Mart. 9. 17.

106. *LITTERAE REGIS. (Febr.)*

Praebent codices E *fol. 155' nr. 283, ubi rubrum* Littere gaudencium de creacione pape, O *fol. 100 nr. 389 et* V *fol. 46 v. editionem p. 292; de quibus v. supra ad nr. 14—16. Paucas tantum codicis* V *lectiones adhibuimus. De tempore v. Regesta imperii. Cf. etiam Reg. imp. VI, 524. — Böhmer, Reg. imp. VI, 523. (P. deest.)*

Letentur celi et terra in voce festive iocunditatis exultet. Assunt[a] enim[b] katholice fidei festa[c] celebria, assunt sacrosancte matri ecclesie nova congaudia post lamenta. Nam Dominus, qui a sponsa sua quandoque serenitatem avertit, ut iterum se convertat ad eam in claritate leticie pocioris, suam ab ipsa[d] misericordiam non abscidit, ecclesie faciem, quam in obitu felicis recordacionis domini Greg(orii)[e] decimi[b] summi pontificis, beatissimi et graciosissimi patris nostri, nubilo luctuosi meroris obduxerat, radio successive consolacionis[f] illustrans et ei[g], quam novo semper fetu multiplicat, novum patrem suscitans pro defuncto, meritorum candore conspicuum et virtutum prestancia luminosum, per cuius iocundifere substitucionis effectum, quicquid profluvii[f] lugubris in maxillam ipsius eruperat[h] pro repente sublato, speratur indubitanter abstergi. Et licet pro tanti patris occasu pre inopia oculi nostri langwerint[i], lacrimarum iam copia desiccati, eo quod preter alia plurima gloriosa et predicabilia, que pro bono statu katholice fidei orthodoxe concepit et statuit, thronum nostrum super reges et regna constituens nos dum viveret piis confovebat amplexibus et paternis favoribus ampliabat, ex eo tamen[k] mesticie nostre, cuius vix umquam de nostro pectore cycatricis occidue signa transibunt, iam propinavimus nobis ipsis remedium, quod qui electo famulo suo Moysi non[f] concessit educere populum, virum secundum cor nostrum in apostolica sede disposuit, qui predecessoris sui sanctissimi inherendo consiliis et[l] vestigiis cuncta debeat consummare feliciter per eundem predecessorem salubriter ordinata. Porro cum generacio queque pretereat, generacione altera denuo subsequente, terra tamen[m] stat stabilis in eternum [1], ecclesia scilicet Dei vivi in suis agendis et ordinacionibus agendorum matura deliberacione decoctis immobilis, prout operum docuit

106. a) assint *O. V.* b) *deest O. V.* c) festa fidei *O.* d) ipso *E.* e) G. *O. V.* f) *deest E.* g) *loco* ei *O. V*: in ea. h) erumperat *E.* i) languerūt *E. V.* k) eā *E.* l) consiliis et *des. O. V.* m) nō *E.*

1) *Eccle. 1, 4.*

evidencia, perseverat. Propter quod, beatissime pater, de cuius creacione[n] divinitus ordinata revixit[o] omnino[p] spiritus noster[q] tripudio ineffabili fecundatus[r], in sinum gracie vestre[s] colligite quesumus[t] filium singularem, vestris et matris ecclesie beneplacitis semper in omni[u] promptitudine spiritus[v] pariturum, opus Dei benigne perficientes in nobis ex tradita vobis desuper potestate. Verisimiliter quippe non arbitrari non possumus, quod tam ardue rei consummacio vestre sit celsitudinis[w] glorie reservata[x], ut in dextera proficiat vestra[y], cuius graciosi presidii a[z] sublimacionis vestre principio se non sensit expertem, ecce igitur[a] venerabilem fratrem[t] H.[t] Basiliensem episcopum[t] etc. vobis et ecclesie[b] Romane devotum ad beatitudinis vestre pedes fi(ducialissime) duximus destinandum sup(plici) devocione[c] petentes, ut ei, in quem transfundimus intima cordis nostri, auditum prebere benivolum et in omnibus nostris agendis fidem credulam adhibere dignemini sicut nobis, exaudicione gratuita subsequente.

107. *EPISTOLA PONTIFICIS.* *Mart. 9.*

Superest in collectione dictaminum Berardi Neapolitani. Codicem tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII. nr. 115 contulit Pogatscher. Ediderunt Zaccagni loco supra ad nr. 48 citato Append. p. 38 et Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 197 nr. 350. — Potthast nr. 21107. Böhmer, Reg. imp. VI, 533. *(P. deest.)*

Innocentius episcopus servus servorum Dei R. regi Romanorum illustri etc.

Novit excellentia regia, quanta felicis recordationis G. pape predecessoris nostri tempore fuerit sollicitudine ac instantia laboratum, ut tuis gressibus in via pacifica[1] positis tue promotionis negotium quietius procederet et securius duceretur. Ad quod, sicut nosti, varios idem predecessor perutiles tractatus assumpsit, quos finaliter consumari eius, prout Domino placuit, de hoc mundo vocatio non permisit. Nos itaque consultius attendentes, quod tranquillitati status publici et tuis precipue utilitatibus, quibus in hoc paterne providere intendimus, expedit tractatus eosdem ante tuum adventum in Italiam debita firmitate vallari, serenitatem regiam rogamus et hortamur in Domino, sano tibi nichilominus consilio suadentes, quatenus cum omni celeritate qua poteris aliquos viros idoneos pacem et concordiam in votis et plenum a tua celsitudine ad premissa mandatum habentes ad eadem nomine tuo firmanda studeas ad nostram presentiam destinare, cum omnino expediat et nostre propterea voluntatis existat, quod iter ad veniendum in Italiam non assumas et si forsitan assumpsisti, nequaquam ulterius prosequaris assumptum, antequam premissa fuerint soliditate congrua roborata. Et ecce dilectum filium magistrum Bernardum de Castaneto Albiensem electum, de cuius industria et probata fidelitate confidimus, ad regalem magnificentiam destinamus causas utiles et necessarias, que non immerito ad ista nos movent, et voluntatem nostram super illis quamquam superius patenter expressam manifestius expressurum, quam ex affectu sincero consulimus et cum fratribus nostris consulta deliberatione prehabita volumus adimpleri.

Dat. Laterani, VII. Idus Martii.

106. n) crea *E.* o) vinxit *E.* p) ola *E.* q) vr *E.* r) circumdatus *E.* s) vestre gracie *O. V.* t) *deest E.* u) omnibus *O.* v) spir. prompt. *O. V.* w) celitus *O. V.* x) coservata *E.* y) nostra *E.* z) ad *O.* a) epm *E.* b) vre *sequitur, sed deletum O.* c) te *E.*

1) *Cf. Prov. 3, 17.*

108. *EPISTOLA ALTERA PONTIFICIS.* *Mart. 17.*

Item ex collectione Berardi nr. 117. Contulit Pogatscher. Ediderunt Zaccagni l. c. Append. 39 et Theiner l. c. I, 198 nr. 352. — Potthast nr. 21108 = 21180. Böhmer, Reg. imp. VI, 534. *(P. deest.)*

. . regi Romanorum illustri.

Si attentione sollicita Romanorum principum predecessorum tuorum et tua gesta recenseas, si veritatis sollers scrutator existas, que scribimus cum filiali devotione recipies et in omni promptitudine devota sollicitudine prosequeris. Et quidem habet notoria veritas et tam ipsorum principum ac specialiter quondam Ottonis quarti et Frederici secundi quam tua etiam monimenta testantur, exarchatum Ravenne ac Penthapolim ad ius et proprietatem ecclesie Romane spectare, quodque dicti principes et tu ipse primo[1] per quondam O. Spirensem prepositum aule regie cancellarium, procuratorem tuum, et postea[2] per te ipsum omnes possessiones eiusdem ecclesie, quarum quam plures et precipue predictos Exarchatum et Penthapolim eadem monimenta singulariter exprimunt, reliquas vero generaliter comprehendunt, eidem ecclesie quietas et liberas dimisistis, promittentes ad obtinendum ipsas eandem ecclesiam bona fide tanquam principes catholici adiuvare illasque ipsi ecclesie sine mora et difficultate restituere, si ad manus vestras aliquando devenirent. Specialiter autem tu et dictus F. predicta eidem ecclesie libere dimittentes ipsa sibi renunciastis et restituistis necnon[3] ad omnem scrupulum removendum, prout melius et efficacius valet intelligi, concessistis, contulistis et etiam donavistis, ut sublata omnis contentionis et dissensionis materia, firma pax et plena concordia inter ecclesiam et imperium perseverent.[3] Et hec omnia, prout superius et in eisdem monimentis plenius continentur, tu ac memorati O. et F. iuramentis corporaliter prestitis firmavistis, concessis super hoc monimentis seu privilegiis ab ipsis O. et F. aureis bullis ipsorum ac a te sigilli tui munimine roboratis[4], que ad futuram rei memoriam in archivis ecclesie conservantur. Cumque postmodum dilecti filii R(udolfus) cancellarius tuus et frater Berengarius magister domorum Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani per Alemanniam, magnificentie tue nuncii, de permissione seu voluntate venerabilis fratris nostri . . Ferrariensis episcopi, tunc in Lombardie partibus apostolice sedis legati, aliqua, que dictis quitationibus, renunciationibus, concessionibus, collationibus, donationibus et iuramentis non est dubium obviare, circa predictos Exarchatum et Pentapolim presumpsissent, a comunitatibus civitatum et locorum Romaniole ac vicinarum partium, que fore de ipsis Exarchatu et Penthapoli dinoscuntur, fidelitatis iuramenta recipientes tuo nomine[5], licet sicut verisimiliter credimus, non de tua conscientia vel mandato, felicis recordationis G. papa predecessor noster ipsos episcopum et nuncios Bononiam ad suam presentiam evocans[6], factum redarguit et facientes multipliciter increpavit, ostendens eisdem, quod id contra tuum iuramentum sic e vicino prestitum temerarie attemptarant, ac nunciis ipsis iniungens, quod in Romaniolam non redirent, sed in aliis partibus Lombardie imminentia tua negotia cum diligentia procurarent. Qui mandatis ipsius obtemperantes humiliter, premissa, que se non malitiose fecisse dicebant, in eius arbitrio reliquerunt, procedentes iuxta mandatum ipsius ad alia tua negotia prosequenda. Ideoque serenitatem regiam monemus et rogamus in Domino attentius exhortantes, quatenus consulte considerans, quod iidem nuncii nimis inconsulte presertim contra tuum iuramentum talia presumpserunt, eis et aliis quandocumque mittendis districte precipias, ut agentes cautius et a similibus studiosius abstinentes de terris ecclesie ac specialiter

1) *Supra nr. 49.* 2) *Supra nr. 91.* 3) *Verba* necnon — perseverent *pleraque repetita sunt ex nr. 90 c. 7.* 4) *Supra nr. 89. 90.* 5) *Cf. supra nr. 85. 86.* 6) *1276. Dec. 6—11; v. Reg. imp. VI, 477.*

de dictis Exarchatu et Penthapoli absque nostro speciali mandato se de cetero nullatenus intromittant, immo comunitatibus memoratis per tuas patentes litteras dilecto filio magistro Bernardo de Castaneto Albiensi electo, nostro et sedis apostolice nuncio, nostro nomine assignandas denuncians, iuramenta predicta recepta fuisse ab ipsis comunitatibus per errorem nec te ratam habuisse receptionem huiusmodi vel habere, diligenter exhorteris easdem, ut hoc non obstante nobis et nostris nunciis plenarie obediant et intendant nec impedimentum aliquod prestare presumant, quominus de ipsis, prout ad nos pertinet et de consilio fratrum nostrorum disponere intendimus, libere disponamus.

Datum Laterani, XVI. Kalendas Aprilis.

---

109. SENTENTIA DE FEUDO NON REQUISITO.

1276. Mart. 29.

Autographon Confluentiae in tabulario regio servatum iterum contulimus, cuius dorso inscriptum est manu coaeva: Confirmat[i]o regis R. sentencie principum super feodo retinendo non requisito infra annum. Bo. *Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Cf. de hac sententia Homeyer 'System des Lehnrechts' p. 473. 513. 592 sq. — Böhmer, Reg. imp. VI, 536.* *(P. 406.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Existentibus nobis apud Bopardiam dominica, qua cantatur Domine ne longe, ac venerabilium . . Maguntini, . . Treverensis et . . Coloniensis archiepiscoporum dilectorum nostrorum principum aliorumque comitum, magnatum, nobilium et imperii fidelium copiosa caterva ibidem presentibus, ad instanciam memorati . . Treverensis archiepiscopi per nobilem virum Reinhardum de Hagenoya dilectum nostrum fidelem petitum fuit cum instancia per communem omnium sentenciam diffiniri, quid iuris esse debeat, si vassallus ipsius existens in provincia et facultatem habens ipsum archiepiscopum adeundi ab ipso infra unius anni spacium feodum non requirit. Et deliberato dictorum . . Maguntini et . . Coloniensis archiepiscoporum ac aliorum baronum, magnatum, nobilium et imperii fidelium tunc presencium consilio est sentencialiter ab omnibus approbatum, quod dictus archiepiscopus feodum huiusmodi a vassallo sibi retrahere valeat detinendum unius anni spacio sine possessionum huiusmodi et fructuum earumdem qualibet lesione, ut infra dicti temporis spacium, veniente vassallo et feodum obtinente legitime, idem feodum suum absque diminucione recuperet, ultra anni spacium nullatenus audiendus. Preterea est sentencialiter diffinitum, quod etsi vassallus feodum huiusmodi in alium transtulerit, nichilominus tamen ipse archiepiscopus feodi dominus ad se feodum huiusmodi revocabit sub modo et forma, qui de vassallo superius sunt expressi. Et si ob potenciam possessoris feodi idem archiepiscopus illud commode revocare non valeat, est communi omnium sentencia approbatum, quod nos auctoritate regia ipsi archiepiscopo ad temeritatem et violenciam huiusmodi reprimendam assistere debeamus. Nos autem huiusmodi sentencias utpote rite et racionabiliter promulgatas gratas habentes et ratas ac ipsas nichilominus approbantes, eas presentibus con-

firmamus, dantes predicto archiepiscopo has nostre serenitatis litteras in testimonium super eo.

Datum die et loco predictis, anno Domini MCCLXXVI, regni vero nostri anno tercio.

---

110. DECLARATIO DE IURAMENTO SUPER BONIS IMPERII PRAESTITO.

(1276. c. Iul.)

Praebent codices T *nr. 185,* E *fol. 129 nr. 166, cuius rubrum v. apud Stobbe,* O *fol. 94' nr. 364 et* V *fol. 45, ubi pars posterior desideratur, v. editionem p. 283; de quibus v. supra ad nr. 14—16. Codicis* V *perpaucas lectiones adnotavimus. De tempore et ratione v. Regesta imperii. De declaratione regis v. etiam Reg. imp. VI p. 6 sq. itemque Redlich 'Mittheilungen des Instituts' X, 349 n. 1. — Böhmer, Reg. imp. VI, 581.* *(P. deest.)*

Duplex[a] tibi suggerere[b] non ambigimus incentivum, quod nobis et Romano imperio adeo ministeriosus ut apis argumentosa[c] deservis, quorum alterum sanguinis[d] efficit[e] claritudo, qua iungimur[f], alterum vero fidei debitum[g] naturalis[h], quo te imperio recognoscis astringi quodque rupture non patitur cicatricem. Virilis igitur viri, quem nec[i] blanda[k] subvertunt nec terrent adversa, constanciam digno laudum preconio commendantes et invariabili[l] animo disponentes te velut insigne signaculum positum in cor nostrum condignis magnificare favoribus et honoribus congruis exaltare, fidelitati tue describimus, quod officium tale[m] tibi committimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Nos enim iureiurando firmavimus, quod imperialia bona sine consilio principum prorsus[n] alienare non possumus[o. 1]. Set ob tue merita probitatis, cuius prestancia pollet et[i] semper viguit fides tua, cum ad presenciam nostram accesseris[p], ipsos principes ad hoc facile[q] credimus inclinare, quod non solum in istis[r], set eciam in fecun-

110. a) est *add. E.* b) et *add. E.* c) argumentose *O.* d) sanguis *O.* e) elicit *O.* f) coniungimur *O.* g) debite *E.* h) naturaliter *E.* i) *deest O.* k) non *add. O.* l) incommutabili *O. V.* m) N. *O.* n) *deest E.* o) possimus *T. E.* p) veneris *O. V.* q) de facili ad hoc *E.* r) in istis *desunt O.*

1) *Hoc loco in adnotatione ponere liceat diploma regis Rudolfi a. 1274. Aug. 1. datum, in quo similis iuramenti mentio fit. Quod ex autographo Marburgi in tabulario regio 'Hanauer Urkunden, Passivlehen' asservato edidit Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1, 359 nr. 493, cuius editionem repetimus. Pendet sigillum filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 191.*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus presentem litteram inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ex benignitatis regie largitate procedit, ut sibi fidelium votiva desideria gracioso semper in omnibus prosequatur affectu. Cum itaque feodum, quod quondam Marquardus de Hasilstein, qui sine legitimis successoribus ab hac luce dicitur emigrasse, ab imperio Romano tenebat, nobis et ipsi imperio vacare dicatur, idem feodum nobili viro Reinhardo de Hagenowe dilecto nostro fideli, quem ob sue strennuitatis ac fidelitatis merita specialis benivolencie gracia prosequimur, concedimus ac eundem de ipso presentibus investimus, quatenus salvo quod super conservacione bonorum imperii prestitimus facere possumus iuramento. Super hoc presencium dantes testimonium litterarum.

Datum Hagenowe, anno Domini MCCLXX quarto, Kal. Augusti, indiccione secunda, regni vero nostri anno primo.

dioribus beneficencie nostre solaciis debeas multipliciter honorari[s]. Porro cum nobilis vir talis[t] sic a presencia nostra recesserit, quod ipse una cum aliis suis contra hostes imperii Romani potenter exurgere debeat[u] et patenter, votivum tibi patrocinium impensurus, prout ab ipso et coadiutoribus suis, si nuncios tuos ad eos transmiseris, plenius poteris edoceri, sincer(itatem) t(uam) att(encius)[v] req(uirimus)[w] et hor(tamur), quatenus animum tuum alicuius impressione formidinis[x] non dimittens[y] et ab insidiancium laqueis tuta te providencia reddens cautum[z], inchoato proposito strennuitate concepta viriliter perseveres, avunculos tuos, erga quos uberi affluencia premiorum similiter volumus redundare, ad assistendum[a] nobis et[b] tibi in ipso negocio quibus possis inductionibus efficaciter[c] allecturus[d]. Nos enim tam erga te quam erga ipsos beneficiencie nostre dulcoribus sic exuberare concepimus, quod laboris efficientur immemores copiosa superveniente dulcedine premiorum.

111—117. TRACTATUS CUM OTTOKARO REGE BOHEMIAE.

1276. Iul. 7.—Dec. 30.

111. *SCRIPTUM ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI SUFFRAGANEIS SUIS DIRECTUM. Iul. 7.*

Servatur in solo O *codice Ottoboniano 2115, de quo v. supra ad nr. 14—16, fol. 41 nr. 92, ubi rubrum* Archiepiscopus suffraganeis suis. *V. editionem p. 71 nr. 64. Denuo accuratissime contulit H. Pogatscher. — Böhmer, Reg. imp. VI, 573.*

(P. deest.)

Wernherus[a] Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius venerabilibus in Christo fratribus episcopis suffraganeis Maguntine ecclesie universis salutem et fraternam in Domino caritatem.

(1) Peticionibus, quas pro statu sacri imperii reformando recepimus, tanto favorabiliores haberi nos convenit, quanto eas devota petentis instancia reddit exaudicionis gracia et promptitudine digniores, potissime cum iusticiam sapiant et irrefragabili conveniant equitati. Noveritis itaque, quod serenissimus dominus noster Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus querula nobis relacione in plurium tam prelatorum quam principum et baronum presencia nuper exposuit et iam dudum pluries signare curavit, quod ipse deliberato consilio et debita maturitate preambula cum suis principibus et peritis, in illustrem virum dominum regem Bohemie, pro eo quod iura imperii quam plura et specialiter Austriam, Styriam, Karinthiam ac alias terras ad ipsum imperium pertinentes auctoritate, immo temeritate[b] propria pro sue voluntatis arbitrio indebite occupavit et occupatas reddere recusavit, pro eo eciam quod eas, quas[c] ab ipso domino rege Romanorum tamquam a suo domino recognoscere debuerat et ab eodem investituram de ipsis recipere consuetam, hoc infra sua tempora, sicut

110. [s]) *reliqua desunt V.* [t]) *loco* vir talis *O:* N. [u]) deb. pot. assurgere *E.* [v]) aff. *O.* [w]) rogamus *E.* [x]) *loco* impr. form. *E:* impressionis. [y]) demittens *T.* [z]) et *add. O.* [a]) sistendum *E.* [b]) *deest E.* [c]) *deest O.* [d]) Nam *add. E.*

111. [a]) Wernhardus *O.* [b]) temementale *O.* [c]) que *O.*

et de iure et de prisca consuetudine tenebatur, contemptibiliter facere distulit et impudenter neglexit, sepius requisitus et multis temporibus expectatus, proscripcionis sentenciam exigente iusticia ex approbata eiusdem sacri imperii consuetudine promulgavit[1], prout cunctis imperii principibus et magnatibus noscitur manifestum. (2) Ceterum adiciendo proposuit, sicut et[d] veritas est et negari non potest, quod cum a prelatis regni Alamanie excommunicacionis sentencia vel alia ecclesiastice cohercionis censura in quempiam culpis suis exigentibus promulgatur, idem rex Romanorum, cum ab eisdem prelatis requiritur, brachii secularis auxilium adicere non moratur, manum suam contra inobedientem huiusmodi aggravans et extendens, prout exigit pertinax duricia durave pertinacia contumacis. Ut igitur utriusque gladii potestas mutuo alterius munimine fulciatur, peciit instanter a nobis, qui eundem regem Boemie coronamus et eum de antiqua consuetudine consecramus in regem, ut cum circa premissa ipsius excessus notorii sint et contumacia manifesta existat, ita quod nulla possint tergiversacione celari, eundem usque ad satisfactionem condignam tam per nos quam per vos ecclesie Maguntine suffragantes constringere ac sibi contra eundem regem Boemie gladii spiritualis adiutorio assistere condigna vicissitudine debeamus. Ad quod prosecucione celeri[e] peragendum proponit inter alia nullis aliis monicionum suffragiis seu requisicionibus opus esse, quemadmodum vice versa post latam ecclesiastice censure sentenciam ipse suo tempore requisitus proscripcionis vel alterius cohercionis penam ad domandam inobedientis pertinaciam adicere, omissis aliis sollempnitatibus et veritatis subterfugiis quibuslibet, non recusat. (3) Quia vero[f] iusta petentibus non est denegandus assensus, nos tam ex officio humeris nostris imposito quam ex precellencia dignitatis ecclesie Maguntine, cui licet immeriti presidemus, annexe iura imperii quantum nostra sufficiencia sufficit iuvare debemus et illesa servare tenemur, memoratum regem Boemie, quem de manibus nostris regale munus consecracionis recepisse meminimus, ab erroris semita revocari et in viam veritatis et iusticie dirigi cupientes, ab eodem domino rege Romanorum ex gracia speciali obtinere satagimus, ut iterum super premissis debite, digne ac laudabiliter emendandis et congruis satisfactionibus exhibendis idem rex Boemie precedente monicione publica requiratur ac in locis vicinis et convenientibus moneatur, antequam ad excommunicacionis in personam vel interdicti in terram sentencias procedatur. (4) Vobis itaque qua fungimur auctoritate mandamus et in virtute sancte obediencie districte precipiendo iniungimus, quatenus singuli vestrum post requisicionem domini regis Romanorum predicti in ecclesiis vestris seu aliis locis insignibus clero et populo ad hoc specialiter adunato memoratum regem Boemie publice coram omnibus moneatis, ut eidem domino regi Romanorum iura et bona ad ipsum imperium pertinencia, que iniuste detinet occupata, libere restituat et in pace dimittat, de reliquis quoque, quorum occasione lata fuit proscripcionis sentencia contra ipsum, satisfactionem debitam impensurus eidem. Hanc autem monicionem diebus dominicis et festivis usque ad terminum competentem statuendum a nobis[g] publice per vos aut per alium aut alios iteretis vel unum pro omnibus peremptorium, si amplius non potestis, monitorium proponatis edictum et in valvis ecclesiarum vestrarum maiorum cum tenore presencium affigatis vel faciatis affigi, ut intuenti cuilibet videndi ac eciam rescribendi si voluerit copia patefiat, ne forte velamento ignorancie idem rex Boemie se forsan inaniter in posterum excusaret. (5) Sane si usque ad terminum huiusmodi idem rex Boemie de premissis satisfactionem non exhibuerit competentem, eidem domino regi Romanorum reconciliatus non fuerit, cuius rei certitudo non poterit vos latere, vos[h] extunc in eundem regem Boemie excommunicacionis, in

111. d) *supra lineam add. O.* e) peleri *O.* f) vẽ *O.* g) vobis *O.* h) vox *O.*

1) *Iun. 24. Cf. Reg. imp. VI, 565a et infra nr. 122 c. 1.*

terram eius, que ipsum in hac rebellione iuvare vel eidem adherere presumpserit, interdicti sentenciam, prout tenemini et ius precipit ac equitas vicissitudinis exigit, promulgetis[1]. Nos enim, si presens nostrum mandatum, prout in eo nobis obtemperare tenemini, adimplere neglexeritis, exnunc pro[ut] extunc ab officio pontificatus vos suspendimus in hiis scriptis, et si per octo dies steteritis sic[i] suspensi, vos abinde inantea, donec adimpleveritis quod mandatur, ab ingressu ecclesie tenore presencium coartamus, gravius contra vos si res[k] exegerit processuri. Diem autem monicionis et quid inde feceritis per vestras patentes litteras tenorem presencium continentes nobis fideliter elapso[l] termino huiusmodi sub sigillis vestris plenius rescribatis.

Datum Wormacie, Nonas Iulii, anno Domini MCCLXXVI.

112. *PROCURATORIUM OTTOKARI REGIS.* *(Nov.)*

Exstat in formularum collectione quae Henrici Italici dicitur[2]. *Praebent codices* 1) *capituli maioris ecclesiae Pragensis K. 33 saec. XIV. f. 54', quem contulit vir cl. J. Novák Pragensis*[3]; 2) *tabularii regii Regiomontani nr. 281a saec. XIV.*[4] *fol. 86, e quo iam edidit Voigt 'Das urkundliche Formelbuch des königl. Notars Heinricus Italicus' (Archiv für österreichische Geschichte XXIX) p. 35 nr. 18, quem denuo contulimus. In codicibus bibliothecae episcopalis Klagenfurtanae MS XXXIb 12 saec. XIV.*[5] *et bibliothecae civitatis Colmariensis 245*[6], *item in codice Monacensi lat. 22303 (= Windb. 103) saec. XIV.*[7] *desideratur. Textum corruptum emendare conati sumus. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 622b.* *(P. deest.)*

Nos O. Dei gracia rex Bohemie in publicam devenire noticiam cupimus per presentes, quod nos[a] consilio salubri communiti tam . . marchioni Brandenburgensi[b] quam eciam domino B.[c] venerabili Olomucensi episcopo ordinacionem pacis et concordie inter dominum R. regem Romanorum et nos committimus tenore presencium faciendam, ut iidem[d] domini marchio et episcopus ordinent et disponant de hiis omnibus, que ad pacem et concordiam spectaverint, secundum[e] quod ipsis videbitur expedire. Ratum et firmum habentes, quitquit prefati domini marchio et episcopus ad pacem seu concordiam huiusmodi duxerint ordinandum[f].

113. *ARBITRIUM PRINCIPUM.* *Nov. 21.*

Contulimus autographon, quod asservatur in tabulario Vindobonensi; de quinque sigillis iam quattuor plus minusve laesa pendent loris membranaceis. In capitibus 7 sqq. consilio scribae pro nominibus spatia relicta sunt, quoniam de personis tractatus nondum finitus erat; v. Reg. imp. VI, 623 et 626. Item insertum est in nr. 114, cf. infra. De veteris apographis, quae omnino neglexirnus, v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 623. *(P. 407.)*

111. i) *praecedit* sic suspensi *deletum O.* k) s *corr. ex* x *O.* l) *corr. ex* exlapso *O.*

112. a) tam *add.* 1. 2. b) tam—Brandenburgensi *des.* 1. 2. c) R. 1. d) hiidem 1. 2. e) set 2. f) ordinandam 2.

1) *Cf. infra nr. 113 c. 1.* 2) *Cf. J. Novák 'Mittheilungen des Instituts' XX, 252 sqq.* 3) *Cf. J. Emler 'Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften' VI. ser. tom. IX, 55 sq.* 4) *Minime saec. XIII, ut supra tom. II, 635 nr. 463 diximus, codice adhuc non inspecto.* 5) *Cf. F. Tadra 'Archiv für österreichische Geschichte' LXVIII, 6 et 'Abhandlungen der Böhm. Gesellschaft' VII. ser. tom. II.* 6) *Quem iam adhibuerunt editores 'Codicis diplomatici Moraviae' VII, 951—1006 secundum exempla a L. Hugot descripta.* 7) *De quo v. F. Tadra in 'Sitzungsberichte der Böhm. Gesellschaft. Philos.-histor. Classe' 1889 p. 82 sqq.*

1. Nos Berhtoldus Herbipolensis, Bruno Olomunzensis episcopi, Lůdwicus comes palatinus Reni dux Bawarie, [a] marchio Brandeburgensis arbitri dominorum Romanorum et Boemie regum super questionibus, que inter ipsos super diversis terris et principatibus vertebantur, arbitrando pronunciamus, quod revocentur et retractentur, immo revocate sint omnes sentencie proscripcionis, excommunicacionis, interdicti, privacionis et quecumque alie promulgate contra dominum Otakarum regem Boemie et adherentes sibi quocumque nomine censeantur.

2. Item pronunciando arbitramur, quod inter ipsos Romanorum et Boemie reges plena sit concordia, pax firma et sincera reconciliacio sine qualibet capcione, et servitores utriusque regum quocumque nomine censeantur huiusmodi paci, concordie ac reconciliacioni cum sinceritate firmissima includantur, castris eorum, municionibus, possessionibus et hominibus contra ius ab alterutro regum ipsis ablatis vel a suis cum integritate debita restitutis.

3. Item arbitramur, quod dominus O. rex Boemie cedat simpliciter et precise omni iuri, quod habebat vel habere videbatur in terris et hominibus cuiuscumque condicionis existant, Austria videlicet, Styria, Karinthia, Carniola, Marchia, Egra et Portu Nahonis [b].

4. Item arbitramur, quod deinceps non impediat archyepiscopos, episcopos, comites, barones, ministeriales et quoscumque alios quocumque nomine nuncupentur in possessionibus castris, municionibus, iuribus et hominibus eorum sitis in terris superius nominatis.

5. Item pronunciamus liberos et solutos omnes utriusque partis obsides et captivos et fideiussiones quocumque nomine censeantur.

6. Item pronunciamus, quod dominus R. serenissimus Romanorum rex, exceptis terris et hominibus supradictis, infeudabit dominum O. regem Boemie et liberos suos de omnibus feudis, videlicet Boemia, Moravia et aliis quibuscumque, que progenitores sui et ipse ab imperio de iure noscuntur hactenus tenuisse [1].

7. Et ut predicta pax, concordia et reconciliacio firmitatem perpetuam obtineant et partes mutuo se sincerius diligant et coniuncti efficacius in plena amicicia solidentur, pronunciamus arbitrando, quod dominus O. Boemie rex tradat suam filiam [a] in uxorem . . [c] filio domini R. regis Romanorum. Et iam dictus O. Boemie rex dabit seu eciam resignabit simpliciter et precise domino R. regi Romanorum terras et possessiones in Austria, quas hactenus proprietatis vel feudi tytulo tenuit vel sua pecunia comparavit, et easdem terras sive possessiones dominus rex Romanorum suo filio . . [c] obligabit pro quadraginta milibus marcarum argenti, quas eidem filio in donacionem propter nuptias deputabit. Salvis in utroque casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis hominibus quibuscumque iure, quod in castris, municionibus, possessionibus et feudis, que vacare ceperunt eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt. Et eandem terram dominus rex Romanorum vel successor ipsius qui pro tempore fuerit ab ipso filio suo . . [c] redimet pro pecunia nominata, et si idem filius sine herede decesserit, predicta bona apud imperium remanebunt nec ad uxorem ipsius filiam regis Boemie quicquam de bonis huiusmodi devolvetur.

8. Item dominus noster R. Romanorum rex tradet suam filiam . . [c] in uxorem . . [c] filio domini O. regis Boemie. Et dabit rex Romanorum filio regis Boemie quadraginta milia marcarum argenti dotalicii nomine et pro illis obligabit sibi redditus quatuor milium marcarum argenti in terra Austrie ultra Danubium versus Boemiam, Moraviam et Ungariam, Chremsa et Stein opidis cum suis attinenciis dumtaxat exceptis. Salvis eciam in hoc casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et

113. a) *spatium punctis omissis or.* b) Portunahonis *or.* c) *spatium punctis ab utroque latere spatii positis or.*

1) *Cf. infeudationem Nov. 25, Reg. imp. VI, 625, cuius autographon nec Viennae nec Pragae adhuc superest.*

aliis hominibus quibuscumque iure, quod in castris, municionibus, possessionibus et feudis, que vacare ceperunt eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt. Et si quid defuerit de summa superius iam expressa in redditibus dicte terre, supplebitur in alia parte Austrie citra Danubium, prout nos quatuor arbitri[d] duxerimus ordinandum vel qui a partibus nobis fuerint subrogati; et si aliquid superfuerit, hoc Romanorum regi et imperio sine difficultate qualibet remanebit. Verum si filius regis Boemie sine herede decesserit, dicta terra ultra Danubium penes regem Boemie tytulo pignoris remanebit nec ad uxorem ipsius . .[c] filiam regis Romanorum quicquam de bonis huiusmodi devolvetur, et dominus rex Romanorum vel successores ipsius dictam terram redimendi pro quadraginta milibus marcarum argenti a rege Boemie habebunt liberam facultatem.

9. Inter cetera specialiter arbitramur, quod dominus noster rex Romanorum recipiat specialiter in suam graciam et favorem Baltramum et magistrum Chunradum notarium cives Wiennenses cum suis parentibus et amicis et civitatem Wiennensem cum omnibus civibus et hominibus, iuribus et possessionibus ipsis attinentibus nec permittet eos indebite molestari, libertatibus, privilegiis et immunitatibus eorum per omnia reservatis, revocatis omnibus latis sentenciis contra eos.

10. Item specialiter arbitramur, quod magister Ulricus notarius in ecclesia Wiennensi per regem Boemie presentatus, notarii, capellani et alii clerici in terra Austrie, Styrie et alibi ecclesias vel ecclesiastica beneficia et possessiones alias obtinentes contra ius nullatenus offendantur, possessione vel quasi preter iuris ordinem spolientur.

11. Item pronunciamus arbitrando, quod illustris rex Ungarie cum suis quoad plenam amicitiam cum domino rege Boemie ac suis presenti concordie includantur, ita quod quicquid de castris, civitatibus, municionibus, iuribus et possessionibus et hominibus regis Ungarie tenet vel possidet rex Boemie sive sui, sine difficultate qualibet restituat et dimittat libere absoluta nec deinceps impediat in eisdem. Et hoc idem pro rege Boemie et suis per regem Ungarie et suos erit sine capcione qualibet observandum, salvis utrique regum terrarum suarum limitibus et terminis, sicut ab antiquo tempore sunt distincti. Et quicumque regum eorundem dicte pacis et concordie fuerit violator, contra talem dominus rex Romanorum observanti pacem et concordiam assistet consilio, auxilio et favore.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris placuit communiri.

Actum in castris ante Wiennam, anno Domini MCCLXX sexto, XI. Kal. Decembris. Et quia H. lantgravius de Hassia premissis interfuit, sigillum suum presentibus est adiectum.

114. *CONFIRMATIO REGUM. Nov. 26.*

Autographon, quod asservatur in tabulario Vindobonensi, contulimus; de sex sigillis quatuor adhuc pendent filis sericis flavi et rubei coloris, regis scilicet Rudolfi et episcopi Herbipolensis fere illaesa, regis Ottokari et comitis Palatini laesa; sigilli quinti supersunt fila, sextum omnino desideratur. Imaginem heliographicam praebent 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 11. Scriptum non esse in cancellaria regis opinatus est Herzberg-Fränkel l. c. 'Text' p. 275. Arbitrium nr. 113 confirmationi insertum litteris minoribus excudendum curavimus. De nominibus v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 626. (P. 408.)

Nos Rodolfus Dei gracia Romanorum et Otakarus Boemorum reges universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, noticiam subscriptorum. Quia conditionis humane fragilitas omnium non potest habere memoriam nichil-

113. d) vel *add., sed deletum or.*

que in ea stabile perseverat, nececessarium et utile est, ut vite presentis negotia, ne oblivionis caligine obfuscentur, fideli scripture testimonio in thesauris memorie fideliter reponantur. Noscant igitur tam presentes quam posteri, quod cum nos predicti reges de omni questione seu causa, que super principatibus sive terris Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Portus Naonis[a] et Egre ac ministerialibus, iuribus et terrarum ipsarum attinentiis universis inter nos hinc inde non sine magno dispendio movebatur, compromisissemus nos Rudolfus Rom(anorum) rex pro nobis, imperio atque nostris in Bertoldum Herbipolensem episcopum et Ludowicum comitem palatinum Reni ducem Bawarie, nos autem Boem(orum) rex pro nobis et nostris in Brunonem Olomucensem episcopum et Ottonem marchionem Brandenburgensem venerabiles et illustres principes tamquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, prout hec in instrumentis super eo confectis plenius continentur, iidem arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores in presentia venerabilium Wernheri Maguntini et Friderici Salzburgensis archiepiscoporum et Bertoldi Babenbergensis, Leonis Ratisponensis, Petri Pattaviensis, Chunradi Frissigensis, Brunonis Brixiensis, Dittrici Gurcensis et Iohannis Chymensis episcoporum ac eorundem applaudente sententia, consilio et consensu, auctoritate compromissi diffinierunt causam seu questionem huiusmodi in hunc modum:

1. 'Nos Bertoldus Herbipolensis, Bruno Olomucensis episcopi, Ludowicus comes palatinus Reni dux Bavarie, Otto marchio Brandenburgensis arbitri dominorum Romanorum et Boemie regum super questionibus, que inter ipsos super diversis terris et principatibus vertebantur, arbitrando pronunciamus, quod revocentur et retractentur, imo revocate sint omnes sententie proscriptionis, excommunicationis, interdicti, privationis et quecumque alie promulgate contra dominum Otakarum regem Boemie et adherentes sibi quocumque nomine censeantur.

2. Item pronunciando arbitramur, quod inter ipsos Romanorum et Boemie reges plena sit concordia, pax firma et sincera reconciliatio sine qualibet captione, et servitores utriusque regum quocumque nomine censeantur huiusmodi paci, concordie ac reconciliationi cum sinceritate firmissima includantur, castris eorum, munitionibus, possessionibus et hominibus contra ius ab alterutro regum ipsis ablatis vel a suis cum integritate debita restitutis.

3. Item arbitramur, quod dominus O. rex Boemie cedat simpliciter et precise omni iuri, quod habebat vel habere videbatur in terris et hominibus cuiuscumque conditionis existant, Austria videlicet, Styria, Karinthia, Carniola, Marchia, Egra et Portu Naonis[b].

4. Item arbitramur, quod deinceps non impediat archiepiscopos, episcopos, comites, barones, ministeriales et quoscumque alios quocumque nomine nuncupentur in possessionibus castris, munitionibus, iuribus et hominibus eorum sitis in terris superius nominatis.

5. Item pronuntiamus liberos et solutos omnes utriusque partis obsides et captivos et fideiussiones quocumque nomine censeantur.

6. Item pronuntiamus, quod dominus R. serenissimus Romanorum rex, exceptis terris et hominibus supradictis, infeudabit dominum O. regem Boemie et liberos suos de omnibus feudis, videlicet Boemia, Moravia et aliis quibuscumque, que progenitores sui et ipse ab imperio de iure noscuntur hactenus tenuisse.

7. Et ut predicta pax, concordia et reconciliacio firmitatem perpetuam obtineant et partes mutuo se sincerius diligant et[c] coniuncti efficacius in plena amicitia solidentur, pronuntiamus arbitrando, quod dominus O. Boemie rex tradat suam filiam Chunegundim[d] in uxorem Hartmanno[d] filio domini R. regis Romanorum. Et iam dictus O. Boemie rex dabit seu eciam resignabit simpliciter et precise domino R. regi Romanorum terras et possessiones in Austria, quas hactenus proprietatis

114. a) Portusnaonis *or.* b) Portunaonis *or.* c) *sequitur* cō *in fine lineae or.* d) *eadem manu pallidiori atramento add. or.*

vel feudi titulo tenuit vel sua pecunia comparavit, et easdem terras sive possessiones dominus rex Romanorum suo filio* obligabit pro quatraginta milibus marcharum argenti, quas eidem filio in donationem propter nuptias deputabit. Salvis in utroque casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis hominibus quibuscumque iure, quod in castris, municionibus, possessionibus et feudis, que vacare ceperunt eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt. Et eamdem terram dominus rex Romanorum vel successor ipsius qui pro tempore fuerit ab ipso filio suo Hartmanno[d] redimet pro pecunia nominata, et si idem filius sine herede decesserit, predicta bona apud imperium remanebunt nec ad uxorem ipsius filiam regis Boemie quicquam de bonis huiusmodi devolvetur.

8. Item dominus noster R. Romanorum rex tradet suam filiam [e] in uxorem Wenceslao filio domini O. regis Boemie. Et dabit rex Romanorum filio regis Boemie quatraginta milia marcharum argenti dotalicii nomine et pro illis obligabit sibi redditus quattuor milium marcharum argenti in terra Austrie ultra Danubium versus Boemiam, Moraviam et Ungariam, Cremsa et Steyne oppidis cum suis attinentiis dumtaxat exceptis. Salvis eciam in hoc casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis hominibus quibuscumque iure, quod in castris, municionibus, possessionibus et feudis, que vacare ceperunt eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt. Et si quid defuerit de summa superius iam expressa in redditibus dicte terre, supplebitur in alia parte Austrie citra Danubium, prout nos quattuor arbitri duxerimus ordinandum vel qui a partibus nobis fuerint subrogati; et si aliquid superfuerit, hoc Romanorum regi et imperio sine difficultate qualibet remanebit. Verum si filius regis Boemie sine herede decesserit, dicta terra ultra Danubium penes regem Boemie titulo pignoris remanebit nec ad uxorem ipsius [e] filiam regis Romanorum quicquam de bonis huiusmodi devolvetur, et dominus rex Romanorum vel successores ipsius dictam terram redimendi pro quatraginta milibus marcharum argenti a rege Boemie habebunt liberam facultatem.

9. Inter cetera specialiter arbitramur, quod dominus noster rex Romanorum recipiat specialiter in suam graciam et favorem Paltramum et magistrum Chunradum notarium cives Wiennenses cum suis parentibus et amicis et civitatem Wiennensem cum omnibus civibus et hominibus, iuribus et possessionibus ipsis attinentibus nec permittet eos indebite molestari, libertatibus, privilegiis et immunitatibus eorum per omnia reservatis, revocatis omnibus illatis sententiis contra eos.

10. Item specialiter arbitramur, quod magister Ulricus notarius in ecclesia Wiennensi per regem Boemie presentatus, notarii, capellani et alii clerici in terra Austrie et Styrie et alibi ecclesias vel ecclesiastica beneficia et possessiones alias obtinentes contra ius nullatenus offendantur, possessione vel quasi preter iuris ordinem spolientur.

11. Item pronuntiamus arbitrando, quod illustris rex Ungarie cum suis quoad plenam amicitiam cum domino rege Boemie ac suis presenti concordie includantur, ita quod quicquid de castris, civitatibus, munitionibus, iuribus et possessionibus et hominibus regis Ungarie tenet vel possidet rex Boemie sive sui, sine difficultate qualibet restituat et dimittat libere absoluta nec deinceps inpediat in eisdem. Et hoc idem pro rege Boemie et suis per regem Ungarie et suos erit sine captione qualibet observandum, salvis utrique regum terrarum suarum limitibus et terminis, sicut ab antiquo tempore sunt distincti. Et quicumque regum eorundem dicte pacis et concordie fuerit violator, contra talem dominus rex Romanorum observanti pacem et concordiam assistet consilio, auxilio et favore.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris placuit communiri.

Actum in castris ante Wiennam, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, XI. Kal. Decembris. Et quia H. lantgravius de Hassia premissis interfuit, sigillum suum presentibus est adiectum.'

Nos autem Rudolfus[f] Romanorum et Otakarus Boemie reges predicti ordinationem, pronunciationem, arbitrium sive dictum supradictorum arbitrorum, arbitratorum seu

114. [e]) *spatium punctis omissis. or.* [f]) *sequitur 7 erasum or.*

amicabilium compositorum sub forma prehabita de consilio et approbatione supradictorum principum tam concorditer promulgatum approbantes seu emologantes expresse ipsique perpetuo stare volentes, id a nostris successoribus inviolabiliter volumus observari. In cuius emologationis expresse evidens argumentum sigilla nostra una cum predictorum arbitrorum, arbitratorum seu amicabilium compositorum et illustris H. lantgravii Hassie, qui premissis interfuit, sigillis presentibus sunt appensa.

Actum et datum in castris ante Wiennam, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, VI. Kal. Decembr.

115. *LITTERAE REGIS BOHEMIAE AD RUDOLFUM REGEM.* *(Dec. med.)*

Supersunt in collectione formularum quae dicitur Henrici de Isernia, quam ad nr. 16 iam in usum nostrum vertimus. Cod. Klagenfurtanum (K) *Ms XXXIb 12 saec. XIV. nr. 96 contulit A. de Iaksch. Cod. Vindobonensem* (V) *3143 (Philos. 179) saec. XV. fol. 101 nr. 96 contulit vir d. Novák, ubi rubrum* Rex Boemie scribit regi Romanorum, ut retractentur spolia[a] commissa. *Codicem* (P) *universitatis Pragensis XII B. 12 saec. XV. fol. 125' nr. 120 nos ipsi Berolini contulimus. Lectiones minoris pretii non adnotavimus. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 639.*

(P. deest.)

(1) Dum eramus nuper in vestre maiestatis presencia constituti, tot instancium negociorum tam vos quam nos involuti eramus perplexitatibus, cum et vos vestrum exercitum et nos nostrum dimissoria vellemus liberare licencia multaque alia pre curiosis nostris manibus versarentur, ut pleraque de archivo nostre dilapsa memorie, que vestris erant necessario auribus instillanda, omiserimus explicare. (2) Et idcirco que tunc vobis vive vocis oraculo non insinuavimus, ad litterarum confugientes remedium, que mittentis supplent absenciam, lingue officio ministerio succedente calami declaramus tenore presencium celsitudini regie referentes, quod quamvis . .[1] civitas fuisset dos bone memorie olim domine matris nostre, tamen vobis eam postquam promisimus duximus assignandam, volentes promissionem nostram quam fecimus inviolabiliter observare nec minus sperantes de vestre mansuetudinis benignitate, quod nobis in ea maiestas gracie favoralis oculo blandius arridebit, quam emulorum nostrorum opinio teneat, qui non dant nobis de gracia vestra spem sinceram. (3) Nec solum in Egra confidimus vos nobis invenire propicios[b], verum eciam spei certe freta presidiis nobis indubitata dictat credulitas, quod municiones et castra, que in Egrensi habemus provincia ad nos titulo empcionis spectancia, nobis ius nostrum conservabitis in eisdem, tanquam qui actus vestros dirigitis, ut suo iure quilibet gaudeat, prout debitum officii regalis asciscit. Insuper sicut per priores nostras litteras[2] asseruimus, sic eciam et harum serie inculcamus, quod omnia que[c] vobis promisimus observacionis stabilitate[d] servare volumus et execucionis efficacis studio adimplere, ut non in modico nostra eadem promissio violetur. (4) Nam civitates quas habuimus fecimus absque tarditatis diffugio assignari nec iam restant nisi Egra et Haymburch tantummodo assignanda, autumantes cuiuslibet relegato ancipitis dubietatis[e] ambiguo, quod et vos promissionem vestram non reddetis ab observacionis limitibus alienam et quod retractari faciatis omnia, que post[f] ordinacionem concordie inter vos et nos spontaneis approbacionis consensibus stabilita[m] attemptata sunt enormiter et patrata, ita quod castra

115. a) sponsalia *V.* b) p̄cipuos *P.* c) quecunque *V. P.* d) stabilis constancia *V. P.* e) effugio *add. P.* f) p̄ *V. P; cf. nr. 116.*

1) *Egra supplendum est; v. infra.* 2) *Epistolam iam ineunte m. Decembri scriptam v. Reg. imp. VI, 634.*

Pernek et Wikhartslag, que preter firmacionem concordie de vestrorum manibus hostiliter sunt exempta, nobis indilate faciatis restitui et ad manus nostras iterum assignari. Nam dicta castra non debuerunt per violenciam a nostra eximi potestate et si aliquod ius in ipsis castris habuerit, hoc mediante iusticia prosequatur et de spoliis, que similiter firmata pace comissa sunt in Moravia, satisfieri, sicut decet. Quia, ut verum fateamur et certum, leviter potuimus spoliatoribus eisdem occurrere et ne huiusmodi spolia comitterent, ipsorum resistentes conatibus obviare, cum iam premuniti essemus de spoliis et adhuc totum nostrum exercitum haberemus. Sed nos [idem] correccioni vestre celsitudinis reservantes pocius volumus tamquam inpotentes violenciam perpeti, quam potenter iniuriam propulsare, ne fortasse ex parte nostra pacis ordinacio corrupta in aliquo videretur. (5) Que inobservata est in magistro Ul. prothonotario nostro, nam cum cautum[g] esset expresse[h] in forma composicionis, ne idem possessione Wienensis[i] ecclesie privaretur, tamen spoliatus extitit. Quare petimus ut retractetur, et si postmodum ius aliquod episcopus Pathaviensis etc.[k] (6) Preterea privilegia nostra super approbacione promulgacionis arbitrii[1], sicut vestre patere potest magnificencie, vobis tradidimus, sed vestra que nobis debentur, nondum sunt nobis vicaria vicissitudine assignata. Et idcirco maiestatis vestre preeminenciam duximus attencius exorandam, quatenus nobis dicta privilegia exhiberi faciatis necnon et illa concedat[is][l], quibus rati contineatur habicio singularum et omnium libertatum ac iurium, quas et que progenitores nostri reges Boemie a predecessoribus vestris Romanorum regibus et imperatoribus habuerunt, per . . nobis eadem privilegia absque more dispendio transmittentes. Ad quod denique flexilem decet esse clemenciam, cum id ex nullius novitatis primiciis recens sumat exordium, sed quasi priscis actum temporibus antiquitatis cuiusdam pretendens senium iuvenescat. (7) Significamus quin eciam vobis, quod quidam cives nostri per Boemiam mercacionis exercentes opera sunt in Karinthia rebus suis omnibus spoliati. Ob cuius denique causam rei regalis mansuetudinem clemencie similiter deprecamur, quatenus dignetur hoc agere, ut ablata restituantur eisdem, et de habundancioris gracie fecunditate statuere, ut omnes mercatores de terris nostris et omnes nuncii nostri, quos ad Romanam transmittimus curiam, per illas provincias transire secure valeant, salvis rebus eorum omnibus et personis.

116. *LITTERAE REGIS BOHEMIAE AD LUDOVICUM COMITEM PALATINUM.* *(Dec. med.)*

Damus item ex collectione Henrici de Isernia. Codices K *nr. 98,* V *fol. 102 nr. 98, ubi rubrum* Inducitur precibus dux Bavarie, ut spolia faciat retractari, *et* P *f. 126' nr. 122 contulerunt iidem viri docti. De tempore et ratione v. Regesta imperii ad. nr. 639.* *(P. deest.)*

Cum firmiter habeat intencionis nostre propositum, universa et singula que domino nostro regi promisimus inviolabiliter observare, et credamus indubitabiliter, quod ea que pro parte sua nobis ipse promisit stabiliter observentur, magnificenciam vestram attencius deprecamur, quatenus eundem dominum nostrum regem velitis inducere, ut singula, que irracionabiliter perpetrata contra nos fuerunt post firmacionem pacis et concordie[1] inter dictum dominum nostrum regem et nos, dignetur facere retractari et castra nostra . . et . .[2], que post ipsius concordie consolidacionem[a] sunt expugnata, nobis restitui faciat et de spoliis, que similiter post concordiam firmatam in Moravia sunt

115. g) tantum *K.* h) expressum *K.* i) W. *K. P.* k) *sic K. V; deest P.* l) concedant *K.*
116. a) solidacionem *K.*

1) *Supra nr. 111.* 2) *Vide nr. 115 c. 4.*

commissa, satisfieri nobis faciat, sicut decet. Quia nos ita leviter cavere potuissemus, ne dicta spolia fuissent facta, sicut leviter de manu nostra possumus deicere cirothecam, cum essemus premuniti, quod fieri eadem debebant spolia, et adhuc totum nostrum exercitum haberemus. Sed volentes idem eiusdem[b] domini nostri correccioni reservare, potius elegimus violenciam perpeti quam iniurias huiusmodi defensionis obice propul- Dec. 25. sare. Preterea sicut credimus vos ante nativitatem Domini de Austria non recedetis, 1277. Febr. 9. sed si post nativitatem et ante carnisprivium ad propria remeare intenditis, nobis id petimus declarari. Nam libenter vobiscum in metis regni nostri vellemus personaliter convenire, unde postquam ad partes remeaveritis Bavarie, tunc nobis significare velitis, ut postmodum, si vobis facultas patuerit, invicem colloquium habeamus.

117. *TESTIMONIUM PRINCIPUM.* *Dec. 30.*

Autographon, quod in tabulario Vindobonensi asservatur, contulimus; pendent loris membranaceis tria sigilla plus minusve laesa. In margine posuimus capita arbitrii principum supra nr. 113. — Böhmer, Reg. imp. VI, 648. *(P. 409.)*

Nos L. Ratisponensis episcopus, L. comes palantinus Reni dux Bawarie, H. lantgravius Hassie universis presentes litteras inspecturis notitiam subscriptorum.

(1) Veritatis amica simplicitas dolo et fraudibus inimica nos inducit, ut oblivioni, que veritatis posset esse obstaculum, per ea que vidimus, quibus interfuimus et nobis mediantibus sunt tractata, cautela provida et oportuno testimonio occurramus, ne ipsa veritas per nostri absenciam valeat absorberi. (2) Hinc est quod cum inter serenissimum dominum nostrum Rudolfum Romanorum regem semper augustum ex una parte et magnificum Ot. regem Boemie ex parte altera super diversis principatibus, terris, castris, municionibus et hominibus questionis materia verteretur et utrimque fuisset eatenus aggravata, quod non tantum rerum temporalium, immo animarum fidelium periculum timebatur, talis inter dictos reges compositio intercessit, nobis et reverendis patribus Ber. Herbipolensi et B. Olomucensi episcopis et illustri principe . . marchione Brandinburgensi et viro nobile Fr. burgravio de Nůrinberg mediantibus, [quod][a] magni- c. 3. ficus princeps dominus O. rex Boemie renunciaret simpliciter et precise, sicut et postmodum fecit publice, principatibus et terris, castris, municionibus, possessionibus et hominibus cuiuscumque condicionis existunt Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Egre et Portus Nahonis[b] et omni iuri, si quod ei in predictis vendicionis[c], permutacionis, feudi vel quocumque alio titulo competebat vel competere videbatur. c. 6 (3) Et serenissimus dominus R. Romanorum rex infeudaret, sicut et hylariter adimplevit, dominum O. inclitum regem Boemie regno Boemie, marchionatu Moravie et aliis feudis, que progenitores sui ab imperio noscuntur hactenus tenuisse, aliis et inter ipsos reges pactis et convencionibus intervenientibus, que in litteris super eis confectis plenius continentur.[1] (4) Quibus omnibus nos interfuisse presentibus litteris profitemur et testimonium in nostras consciencias perhibemus, predicta omnia ita esse facta et per dictum regem Boemie ad manus gloriosissimi domini nostri Rud. Romanorum regis voluntarie consummata et liberaliter approbata. In cuius rei testimonium ad eternam rei memoriam presentes litteras sigillis nostris placuit communiri.

Dat. Wienne, III. Kal. Ianuarii, indictione V, anno Domini MCCLXX sexto.

---

116. b) *deest P.* c) eligimus *V. P.*

117. a) *deest or.* b) Portusnahonis *or.* c) v *in rasura or.*

1) *Supra nr. 113.*

118—120. LEGATIO AD IOHANNEM XXI. PAPAM.

1276. (Sept.)—Nov. 16.

118. *LITTERAE REGIS.* *(Sept.)*

Damus ex libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. Praebent O *fol. 105 nr. 408,* V *fol. 46 in fine mancus v. editionem p. 295, cuius lectiones perpaucas notavimus, itemque* S *codex S. Crucis 509 saec. XVII, quem iam olim exemplavit W. Wattenbach, cuius exemplar edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 91 nr. 107. De tempore v. ea quae adnotavit Winkelmann l. c. — Böhmer, Reg. imp. VI, 604. (P. deest.)*

Sanctissimo[a] etc.

Laudabilis et gloriosus in eterna secula Dei filius, benedictus et benedicens omnibus in ipso confidentibus, eternorum ac transitoriorum[b] ordinator inscrutabilis[c], sanctam matrem ecclesiam uberrime consolacionis uberibus consolatus, oleo leticie ipsam perungere, perunctam in tuta stacione reponere est dignatus, quippe ad supreme dignitatis apicem, summum ac[d] sanctissimum apostolatus gradum, vobis ad reformacionem quidem[e] imperii et salutem Terre Sancte precioso Christi sanguine rubricate divinitus elevatis, eadem sancta mater ecclesia, redivive iocunditatis gaudiis renovata, votive fecunditatis[f] exultacionibus gratulatur. Nec mirum! Deus namque[g] pacis et dilectionis immense bonitatis in ipsa signa posuit, cum vos sibi patrem disposuit, suo gregi pastorem misericorditer preelegit. Huius immense iocunditatis materia etsi cunctos movere debeat, qui se menbra capiti adherencia recognoscunt, nos primo et principaliter exaltacioni vestre tanto iocundius congaudemus, quanto limpidius cognoscimus ad optate salutis bravium per infinite vestre bonitatis et subvencionis consilium et auxilium vos vocatos. Hoc illius testimonio, qui scrutator cordium est et renum[1], non tantum[h] litteris aut nunciis possumus explicare, quantum[h] in corde gerimus et in mente. Ex tanta igitur quam de vestra sanctitate concepimus clemencia sine ullo deliberacionis aut consultacionis[i] ambiguo nostram ipsius personam, coniugem, liberos, filios et filias[k], res et honores, habita et habenda, vestre sanctitatis manibus tradimus et mandatis, humilitatis nostre caput in sinum vestre misericordie reclinantes, ut vere possimus dicere cum sapiente: 'In omnibus requiem quesivi et in hereditate Domini morabor'[2]. Secure morabimur, qui omnem sollicitudinem nostram in vos proicimus, quia scimus quod vobis cura est de nobis. Quomodo igitur a semitis vestris declinabimus et a via mandatorum vestrorum aliquatenus recedemus, qui omnia vobis subicimus, cuncta vestris manibus tradimus, vobis vivere et in regno vos rectorem habere volumus, sic ut inter nos sit ydemptitas mencium et inseparabilis unio voluntatum[l]! Hiis paucis, pater sanctissime, mentis nostre gaudium per secretum et familiarem nuncium sub quadam festinancia duximus exprimendum, continuis post hunc ydoneis et sollempnibus nunciis vestre sanctitatis presenciam visitando[m]. Porro sanctitatem vestram nosse cupimus,

118. a) Sanctissime *S.* b) transitorum *O.* c) instructabilis *O.* d) et *S.* e) *deest O.* f) iocunditatis *in margine V.* g) enim *V. S.* h) tam — quam *S.* i) consolacionis *O.* k) filias ac filios *O.* l) *cetera desunt V.* m) visitandi *S.*

1) *Cf. Ps. 7, 10.* 2) *Eccli. 24, 11.*

quod divina nobis favente clemencia tocius nostri Romani regni principes pro recuperacione[n] rerum, iurium et bonorum imperii favorabiliter nobis astant ipsorumque consilio[o], viribus et auxilio fortiter accingimur ad debellandum inclitum virum regem Boemie, nostrum et sacri Romani imperii unicum contemptorem, iniuriosum multorum principatuum detentorem, sperantes in illius misericordia, qui resistens[p] superbis humilibus dat graciam[1], quod intentum nostrum de ipso laudabiliter perficere debeamus. Dat. etc.

119. *EPISTOLA PONTIFICIS.* *Nov. 16.*

Superest in collectione dictamium Berardi Neapolitani. Codicem tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII. nr. 118 contulit Pogatscher. Codicis Vaticani lat. 3977 lectiones praetermisimus. Ediderunt Zaccagni loco iam supra ad nr. 48 citato Append. p. 41 et Theiner in 'Codice diplomatico' I, 198 nr. 353. Litteris minoribus excussa sunt ea, quae concordant cum epistola Innocentii V. supra nr. 108. — Potthast nr. 21181. Böhmer, Reg. imp. VI, 621.

Iohannes episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Rudulfo regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Habet, fili carissime, veritatis notorie certitudo et tam Romanorum principum predecessorum tuorum ac specialiter quondam Ottonis quarti et Frederici secundi quam tua etiam autentica monimenta testantur, exarchatum Ravenne et Pentapolim ad ius et proprietatem ecclesie Romane spectare, quodque dicti principes et tu ipse primo per quondam O. Spirensem prepositum aule regie cancellarium, procuratorem tuum, et postea per te ipsum omnes possessiones eiusdem ecclesie, quarum quam plures et precipue predictos Exarchatum et Pentapolim eadem monimenta singulariter exprimunt, reliquas vero generaliter comprehendunt, eidem ecclesie quietas et liberas dimisistis, promittentes ad obtinendum ipsos eandem ecclesiam bona fide tamquam principes catholici adiuvare illasque ipsi ecclesie sine mora et difficultate restituere, si ad manus vestras *etc. usque*[2] ad alia tua negotia prosequenda. Unde pie memorie Innocentius papa predecessor noster per apostolicas litteras premissa explicite continentes serenitatem tuam monendam et rogandam duxit in Domino ac attentius exhortandam, ut consulte considerans, quod iidem *etc. usque*[2] specialiter de dictis Exarchatu et Pentapoli absque ipsius predecessoris Innocentii speciali mandato se ulterius nullatenus intromitterent, immo communitatibus memoratis per tuas patentes litteras venerabili fratri nostro Bernardo episcopo, tunc electo Albiensi, ad tuam magnificentiam propterea specialiter destinato, ipsius predecessoris Innocentii nomine assignandas denuncians, iuramenta predicta recepta fuisse ab eisdem communitatibus per errorem nec te ratam habuisse receptionem huiusmodi vel habere, diligenter exhortareris easdem, ut hoc non obstante predicto predecessori Innocentio et eius nuntiis plenarie obedire ac intendere procurarent nec impedimentum aliquod prestare presumerent, quominus posset de ipsis, prout ad eundem predecessorem Innocentium pertinebat et de fratrum suorum consilio intendebat, libere disponere ac etiam ordinare. Set licet eidem respondisses episcopo, te super hiis velle prefato predecessori Innocentio per specialem nuntium respondere, ad nos tamen premissa huiusmodi per nuntium facienda responsio non pervenit nec premissis eiusdem predecessoris Innocentii monitionibus, precibus et exhortationibus est paritum in hac parte, de quo non indigne admirationis causa suboritur, presertim cum eas pro tui etiam honoris et fame tueque salutis augmento duxerit porrigendas. Nos itaque personam regiam inter ceteros catholicos reges et principes

118. n) reparacione *O.* o) *deest O.* p) residens *O.*

1) *Iac. 4, 6.* 2) *Theinerum insecuti ita abbreviavimus; v. supra p. 98 lin. 18—42 et 44—46.*

orbis terre speciali prosequentes affectu magnoque desiderio cupientes, ut in tuis operibus nichil reprehensibile valeat quovis modo notari, set ut ea potius ad laudem Dei tuum semper honorem adaugeant et salutem, celsitudinem regiam monemus, rogamus et exhortamur in domino Iesu Christo, quatenus diligenter attendens, quod premissa contra iuramentum a te prestitum prefati nuntii tui nimis improvide attemptarunt, ipsis et quibuslibet aliis missis forsitan et imposterum destinandis districte iniungas, ut cautius se gerentes agentesque prudentius similia non presumant et de terris ecclesie ac specialiter de prefatis Exarchatu atque Pentapoli se ulterius nullatenus intromittant; immo potius communitatibus supradictis per patentes litteras regias, dilecto filio fratri Bartholomeo de Amelia ordinis Minorum latori presentium, nostro et sedis apostolice nuntio, nostro nomine assignandas denuntians, predicta iuramenta recepta fuisse ab ipsis communitatibus per errorem nec te ratam habuisse receptionem huiusmodi vel habere, diligenter exhorteris easdem, ut hoc nequaquam obstante nobis et nuntiis nostris plenarie obediant et intendant nec aliquod impedimentum prestare presumant, quominus de ipsis, prout ad nos pertinet et de consilio fratrum nostrorum intendimus, libere disponamus. Volumus quoque et instanter petimus, ut non ingeratur in hac parte dilatio, ut saltem hac vice apostolicis beneplacitis satisfiat.

Dat. Viterbii, XVI. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

120. *EPISTOLA ALTERA PONTIFICIS.* *Nov. 16.*

Ex eodem Berardi codice nr. 119. Contulit Pogatscher. Edidit Theiner l. c. I, 199 nr. 354[1]. — *Potthast 21182. Böhmer, Reg. imp. VI, 622.* *(P. deest.)*

(1) Quante sollicitudinis studio quantaque instantia tempore felicis recordationis G. pape predecessoris nostri fuerit laboratum, ut tuis in via pacifica gressibus constitutis tue promotionis negotium quietius et securius duceretur, regalis excellentia non ignorat. Ad quod utique promovendum varios dictus predecessor perutiles tractatus assumpsit, qui predecessore ipso, sicut Domino placuit, humanis rebus exempto finalis consumationis effectum consequi nequiverunt. (2) Quare pie memorie Innocentius papa predecessor noster consulte considerans, quod tranquillitati status publici et tuis precipue commodis, quibus in hoc providere paterno intendebat affectu, expediebat, ut tractatus huiusmodi ante tue serenitatis adventum in Italiam firmitate debita vallarentur, magnitudinem regiam duxit per apostolicas litteras rogandam in Domino et hortandam, sano tibi consilio nichilominus persuadens, ut cum omni celeritate qua posses aliquos viros ydoneos pacem et concordiam gerentes in votis et a te plenum habentes ad premissa mandatum ad eadem tuo firmanda nomine curares ad ipsius predecessoris Innocentii presentiam destinare, cum expediret omnino et sue propterea voluntatis existeret, ut iter ad veniendum in Italiam nequaquam assumeres, nec si forsitan assumpsisses, ulterius prosequereris assumptum, antequam premissa forent soliditate congrua roborata; venerabili fratre nostro Bernardo episcopo tunc electo Albiensi ad tuam propter hoc presentiam destinato, qui causas utiles et necessarias, que non inmerito predecessorem ipsum Innocentium ad ista movebant et voluntatem suam super illis, quamquam in predictis litteris patenter expressam, manifestius aperiret, quam ex affectu sincero consuluit et cum fratribus suis consulta deliberatione prehabita voluit adimpleri. Tandem venerabili fratri Basiliensi episcopo, tuo tunc nuncio ad sedem apostolicam accedente[2] et carissimo in Christo filio nostro C. Sicilie rege illustri apud sedem existente

1) *Apud Zaccagni l. c. desideratur; Regesta imperii hic emendare licet.* 2) *Cf. supra nr. 106.*

predictam, prefatus predecessor I. laboravit sollicite ac diligenter interposuit partes suas, ut tractatus huiusmodi optatum exitum sortirentur. (3) Sed eodem predicto sicut de dispositione processit Altissimi, eum incurrente infirmitatis articulum, in quo temporalis cursum vite finivit, tractatus ipsi desiderate consumationis effectum consequi minime potuerunt. Postmodum felicis recordationis Adrianus papa predecessor noster eidem predecessori I. in apostolatus succedens officio voluit, ut idem rex se conferret Viterbium pro memoratis tractatibus prosequendis, ubi venerabilem fratrem[a] Sabinensem episcopum et dilectum filium nostrum I. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano et I. Sancte Marie in Cosmydin diaconos cardinales super prosecutione huiusmodi deputavit. (4) Sed quia predictus predecessor Adrianus post promotionem suam, sicut intellexisse te credimus, brevissimo tempore supervixit, assumpta prosecutio ad id, quod prosequentium intendebat instantia, non pervenit. Demum dispositione divina nos ad apicem apostolice dignitatis assumpti libenter super huiusmodi tractatibus predecessorum ipsorum prosecuti studia fuissemus, si prefatus Basiliensis episcopus aut quivis alius ad hoc transmissus et a te sufficiens habens ad premissa mandatum tuo firmanda nomine, pro parte tua presens apud sedem apostolicam extitisset. Cum itaque grandi desiderio cupiamus, ut huiusmodi negotium scandalis et impedimentis quibuscumque submotis pacifice terminetur, ut processus tuus quietior esse possit, et propter hoc ad consumationem tractatuum predictorum intendamus opem et operam sollicitam impertiri, excellentiam regiam rogamus et hortamur in domino Iesu Christo tibique recto consilio suademus, quatenus cum omni, sicut premittitur, festinatione qua poteris aliquos viros ydoneos pacis et concordie amatores et a tua magnificentia plenum habentes ad premissa mandatum ad eadem tuo firmanda nomine ac feliciter auctore Domino consumanda procures ad nostram presentiam destinare[1], cum prorsus expediat et ad hoc voluntas nostra propterea dirigatur, ut iter ad veniendum in Italiam non assumas, et si forsitan assumpsisti, nequaquam prosequaris assumptum, donec a nobis huiusmodi tractatuum exitu cognito, tibi super adventu tuo nostrum et apostolice sedis beneplacitum per litteras speciales et nuntios certitudinaliter innotescat. Expedit autem, ut nobis prenunties, quo tempore verisimiliter arbitreris nos eorumdem virorum habere posse presentiam, ut interim procuremus, quod et prefatus rex de suis propter hoc nuntiis provideat destinandis, qui cum viris eisdem ad apostolicam sedem concurrant, et utrisque presentibus in eorundem prosecutione tractatuum efficacius procedatur. Et ecce dilectum filium fratrem Bar(tholomeum) de Amelia de ordine Minorum latorem presentium, de cuius industria et experta fidelitate confidimus, ad tuam celsitudinem destinamus utiles et necessarias causas, propter quas ad ista non indigne movemur, et nostram super hiis voluntatem apertius expressurum, quam ex affectu puro consulimus et cum fratribus nostris consulta deliberatione prehabita volumus adimpleri.

Dat. ut supra[2].

---

121. CONSTITUTIO RECTORIS PER AUSTRIAM ET STIRIAM IMPERIO VACANTE.

(1276. Nov. 21.—1281. Mai.)

Contulimus unicum codicem notissimum tabularii Vindobonensis 581 (Reichs-Sachen 14 A) saec. XIII, qui collectionem Hermanni abbatis Altahensis continet, fol. 99', ubi una

120. a) *sequitur rasura c.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 731a et infra nr. 151.* 2) *Scilicet nr. 119.*

cum forma pacis (illa quae item servatur in formularum codicibus Bohemicarum, quam Silesiacam atque annis 1277—1278 vindicandam esse animadvertit vir d. Grünhagen in 'Codice diplomatico Silesiae' VII, 234) scripta legitur inter documenta anni 1281.

Ad eundem illum codicem omnes redeunt editiones, quarum princeps est Leibnitii[1] *in Mantissa 'Codicis iuris gentium' II, 102 nr. 10 (Hannov. 1700), unde rursus pendet haud dubie Lünigiana 'Reichsarchiv' part. spec. contin. II, 129 nr. 84 (Lips. 1712), id quod communibus utrique evidentissime evincitur erroribus, velut infra lin. 26 utrobique legitur* omnibus *pro* obitus. *Male igitur a viro cl. O. Redlich tam 'Mittheilungen des oesterr. Instituts' Ergänzungsband IV, 135 n. 1 quam in Regestis imperii cum confidentia probatur annus Lünigianus 1276, post textus verba* firmitatem etc. *adpositus idque numeris arabicis. Quem potius editoris coniectura ex documentis apud Leibnitium praecedentibus additum esse, certissimum est.*

Itaque rem non liquere censemus. Fieri potest ut documentum nostrum a. 1276. post Nov. 21, c. gr. mense Dec. una cum Constitutione pacis infra nr. 122 promulgatum sit[2]*, dummodone ex Lünigii auctoritate id statuatur. Neque vero minus probabile est, promulgatum illud esse annis 1277. vel 1278, cum bellum rursus ortum est et comites Palatini saepius, dum Vindobonae versantur, cum Rudolfo rege egerunt. Hoc autem certum est, documenti terminum prolongari non posse ultra a. 1281, quo m. Maio Albertus dux vicarius generalis constitutus est. — Böhmer, Reg. imp. VI, 649*[3]. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus omnibus inperpetuum.

Sollicitudo Romanorum principum innata quasi cuilibet officii sui debitum exequi cupienti nos inducit, noctes insompnes ducere, voluntarios labores appetere, ut securitatis et quietis statum subditis preparemus. Considerantes itaque nostrum ac humani generis statum dubium et quia nichil morte certius, licet hora obitus sit incerta, deliberatione provida de nostrorum procerum consilio et aliorum inperii Romani fidelium et nobilium Austrie et Styrie irrefragabiliter duximus ordinandum: ut cum karissimus gener noster princeps magnificus L. comes palatinus Rheni dux Bawarie inter alias suorum principatuum prerogativas hoc insigne ius habeat ab antiquo, quod vacante imperio principatus, terras, possessiones et alia iura imperii custodire debeat et sinceritate debita conservare, quousque Romano imperio de principe sit provisum per eos vel maiorem partem eorum, ad quos provisio huiusmodi noscitur pertinere, idem gener noster, si divina clementia nos vocaverit de hac vita, principatus et terras Austrie ac Styrie cum nobilibus et ministerialibus, officialibus, capitaneis, castellanis, districtibus et possessionibus, civibus, municipibus et aliis hominibus, castris ac aliis munitionibus quibuscunque[a], mutis et theloneis et aliis redditibus et pertinentiis teneat et conservet pro viribus et diligentia qua poterit, imperii nomine, donec predictorum modorum altero rectorem et principem Romanum imperium sit adeptum. Ad quod fideliter et efficaciter exequendum dictus gener noster se astrinxit prestito super hoc coram nobis et principibus, quorum sigilla inferius appenduntur, corporaliter iuramento. Nobiles etiam et ministeriales, cives et municipes et alii homines dictarum terrarum Austrie et Styrie iuraverunt, quod fideliter et totis viribus exhibebunt supradicto genero nostro

121. a) cū *supra lineam add. c.*

1) *Qui eodem Hermanni Altahensis codice etiam in edendis actis Confoederationis pacis Rhenanae a. 1254—1256 l. c. II, 93 nr. 8 usus est. Cf. 'Archiv für oesterr. Geschichtsquellen' I, 3.* 2) *Ubi actum est etiam a. 1281. Mai.; cf. Reg. imp. VI, 1289.* 3) *'Regesten der Pfalzgrafen' I, 987 ad a. 1277.*

iuxta modum superius iam expressum consilium, auxilium et favorem, innitentes ei tamquam rectori et gubernatori sacri imperii usque ad tempora prefinita. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmitatem etc.

---

122. CONSTITUTIO PACIS IN AUSTRIA.

1276. Dec. 3.

Sistimus ex tribus autographis, quae sunt 1) *tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 73 b, exemplar Pataviense, cuius sigilli pars pendet loro membranaceo; in dorso legitur manu coaeva* Lrā regis Rod. de certis ipsius constitucionibus et decretis in Austria observandis; *nos ipsi contulimus;* 2) *tabularii Vindobonensis, exemplar Salzburgense, secundum editionem apud Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden zur Verfassungsgeschichte' (Innsbruck 1895) p. 106 nr. 52 paratam;* 3) *tabularii Klagenfurtani, quod ex archivo capituli maioris ecclesiae Gurcensis profluit; cuius sigillum adhuc illaesum pendet. Item nos contulimus. Cetera apographa in usum nostrum vertere supersedimus.*

Constitutionem huius pacis [1], *quae praeter pacem Bawaricam a. 1281. Iul. 6. confirmatam alia pace Bawarica a. 1256 nitentem sola Rudolfinarum non pendet ex Pace Moguntina a. 1235, et ipsam in utroque sermone publicatam esse, non improbabiliter suspicatus est M. Vancsa 'Das erste Auftreten der Deutschen Sprache in den Urkunden' (= Preisschriften der Jablonowski'schen Gesellschaft. Leipzig 1895) p. 6 sq. Scriptum enim pacis, quo civitates, milites, servi Austriae a. 1281. hanc pacem innovaverunt, sermone Germanico promulgatum est. V. Reg. imp. VI, 1289, quod infra edetur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 632. (P. 410.)*

Nos Rudolfus[a] Dei gracia Romanorum rex[b] semper augustus omnibus inperpetuum[c].

Cupientes statum bonum veterem[d] reformare et[e] emergencia in melius commutare, ius suum unicuique tribuere, prout imperialem respicit[f] maiestatem, formam pacis ad consilium principum tam ecclesiasticorum quam secularium, comitum, baronum, ministerialium terrarum Austrie, Stirie[g], Karinthie et[h] Karniole[i.k] deinceps sub tenore inferius annotato districte precipimus observari.

1. Quicquid dampni factum est tempore gwerre[l], nostre[m] videlicet et incliti regis Boemorum[n], in bello publico vel ad mandatum nostrum vel motu proprio nostrorum 1276. Iun. 24. servitorum, videlicet a festo nativitatis sancti[o] Iohannis baptiste anni Domini millesimi ducentesimi septuagesimi[p] sexti usque ad presencium publicacionem, de hoc iudices non habebunt potestatem aliquam iudicandi, set erit in gracia nostra, qualiter[q] nostris[r] resarciamus servitoribus[s] dampna sua.

2. Item si servitores alterutrius[t] nostrum se mutuo offenderunt, de talibus dampnis habebunt potestatem iudices iudicandi secundum terre consuetudinem hactenus approbatam.

122. a) Rudolphus 3. b) et *add.* 3. c) imperpetuum 3. d) veterum 3. e) etiam 2. f) decet 3. g) Styrie et 2. h) *deest* 3. i) Carniole 2. 3. k) ac Marchie *add.* 2. l) guerre 3. m) nostri 2. n) Boemie 2; Boem̄ 3. o) *loco* festo — sancti 3: nativitate beati. p) CCLXX 2. q) ut 3. r) *deest* 2. s) servit. resarc. 2. t) alterius 1.

1) *Cf. epistolam Meinhardi comitis Tirolensis 'Wiener Briefsammlung' p. 80, ubi mentio fit* forme pacis que a domino nostro serenissimo rege Romanorum est instituta ex consilio principum et baronum.

3. Item habebunt potestatem iudices iudicandi de dampnis illatis monasteriis, viduis, orphanis, hospitalibus et aliis personis miserabilibus, qui dicte gwerre[1] participes non fuerunt[u]. Hoc adhibito moderamine, quod supradicte persone se non reddant difficiles sive graves, si lesores voluerint componere[v] cum offensis, et talem conposicionem iudices non inpediant, immo[w] promoveant, quantum possunt bona fide[1].

4. Item quicumque ad iudicem fuerit[x] evocandus[y], coram quo causa fuerit agitanda, citabitur litteris iudicis, pro quibus IIII[z] denarios notario tantum dabit. Et si citatus negaverit se citatum, hoc iuramento[a] declarabit, alioquin habebitur pro citato.

5. Item quicquid terminatum est coram iudice competenti[b] iuris ordine observato, hoc habebit perpetuo firmitatem. Quicquid vero per vim, metum et per[b] impressionem regis Boemie[c] vel aliorum maiorum terre vel[d] gerencium vicem regis[e] factum fuerit[f], vires nullatenus optinebit, set ad statum debitum reducetur secundum ius et terre consuetudinem approbatam.

6. Item si tempore illo, quo non fuit iudicium in terra, aliquis pretermisit ius suum[g] prosequi, huic cursus temporis et prescripcionis excepcio, si deinceps ius suum prosequi voluerit, non nocebit.

7. Item si convictum legitime coram iudicio de aliquo crimine aliquis in suum domicilium scienter receperit, nisi iuramento potuerit innocenciam[h] declarare, vice rei satisfaciet conquerenti et nichilominus convictum dimittat sine mora et iudici penam solvet iuxta terre consuetudinem approbatam.

8. Item nullus inpediet principes, archiepiscopos, episcopos, abbates, prepositos vel alios prelatos, comites, barones, ministeriales et quoscumque alios, quin cum suis vassallis[i], propriis hominibus et aliis suis subditis faciant, quod viderint expedire et quod fuerit consonum racioni.

9. Item nullus recipiat et teneat homines proprios alicuius[k] vel alio iusto titulo alteri attinentes contra domini voluntatem, salvis iuribus, libertatibus et privilegiis civitatum, municipiorum seu aliarum communitatum, eis competentibus ex imperiali munificentia et terrarum principibus et approbata consuetudine ex[l] antiquo. Et si[b] receptus non inficiatur se domino attinere, receptor dimittat et restituat sine mora per iudicem ad instanciam domini requisitus. Alioquin receptor pene nomine solvet[b] decem libras et iudici nichilominus quinque libras et iudex conpellet ad solucionem huiusmodi receptorem. Si vero negaverit conquerenti domino attinere, receptor pro ipso coram competenti iudice respondebit iuris[m] ordine pro recepto. Et si in utroque casu causa pendente domino occurrerit, tenendi eum vel captivandi habebit liberam facultatem et propter hoc penam aliquam non incurret[2].

10. Item districtissime[n] inhibemus, ne quisquam teneat homines alterius titulo qui dicitur muntman[o]. Et si receptor per dominum requisitus non absolverit vel dimiserit sic receptum, solvet domino quinque[p] libras et[q] ad solucionem talis pene et liberacionem ipsius recepti receptor per iudicem compellatur[2].

11. Item contra homicidas iudices non procedant usque ad anni spacium a nativitate Domini proxime nunce ventura et interim homicide componant amicabiliter cum [1277. Dec. 25.] offensis. Alioquin fiet iusticia conquerenti.

122. u) non fuer. part. 3. v) conp. voluer. 2. w) inmo 1; sed 2. x) fuer. ad iud. 2. y) revocandus 3. z) quattuor 2. a) proprio *add.* 2. b) *deest* 2. c) Boem 1; Bohm 3. d) *deest* 3. e) vices reges 2. f) *verba in* 3; *desunt* 1. 2. g) suum ius 3. h) ignoranciam 3. i) fassallis 2. k) alicuius proprios 2. l) ab 3. m) *supra lineam add.* 3. n) strictissime 2. o) mŭntman 2. p) V 3. q) eciam 2.

1) *Conferendae sunt cum c. 1–3 constitutiones curiae Norimbergensis a. 1274. Nov. 19. supra nr. 72 c. 5, ut monuit Zeumer l. supra p. 59 l. 26 citato p. 111 n. 1.* 2) *Capita 9 et 10 omnino concordant cum Statutis terrae Austriacae c. 23 et 48 ('Oesterreichisches Landesrecht' ed. Hasenöhrl 1867, p. 95 et 97).*

12. Item strictissime prohibemus[r], ne fiant pignoraciones vel alie iniurie cuicumque sine auctoritate iudicis competentis. Alioquin contrafaciens secundum ius et terre consuetudinem puniatur[s].

13. Item auctoritate imperiali tollimus et finaliter irritamus omnes mutas, thelonea[t], vectigalia et pedagia[u] de novo inposita per aquas et[u*] terras, antiquis secundum terrarum consuetudinem ab antiquo hactenus observatam in suo robore duraturis. Alioquin contrafaciens se sciat nostra gracia cariturum[v] et secundum quod nostra providencia dictaverit[w] puniendum.

14. Item imperiali providencia strictissime inhibemus, ne quisquam in preiudicium alterius infra leucam castrum edificet vel municionem, et si factum fuerit, per nostros iudices precipimus demoliri.

15. Item imperiali munificencia indulgemus, ut reedificandi et muniendi habeant liberam facultatem omnes, qui preter iuris ordinem et sine causa legitima destructionem castrorum et[x] municionum[y] per dominum regem Boemie[z] vel quoscumque alios sunt perpessi. Et nichilominus inhibiciones factas per dictum regem vel quoscumque alios de non muniendis castris vel municipiis finaliter revocamus. Castra vero et municiones, que per sentenciam et iuris ordinem sunt destructa, reedificari nullatenus permittimus sine nostra licencia speciali, et si constructa sunt, precipimus per nostros iudices demoliri.

16. Alia omnia secundum ius et singularum terrarum consuetudinem hactenus approbatam[a], libertates et privilegia principum ecclesiasticorum et secularium, comitum, baronum, ministerialium et aliorum quorumlibet per iudices competentes iuris ordine decidantur, et hoc terrarum iudicibus iniungimus[b] firmiter exequendum, si gravem effugere voluerint[c] ulcionem.

17. Forma presentis pacis a die publicacionis incipiet deinceps usque ad nativi-
1281. Dec. 25. tatem Domini et abhinc per quinquennium continuum duratura, nec quisquam gaudebit
1277. Ian. 6. dicta pace, nisi qui iuraverit infra epiphanyam Domini formam dicte pacis se firmiter servaturum. Et si dubium fuerit de aliquo an iuraverit, talis cum alio qui[d] iuravit iuramento proprio et socii declarabit se iurasse.

Act. Wienne, anno Domini MCCLXX sexto[e], III.[f] Non. Decembr.

---

123. SENTENTIA CONTRA INFEUDATIONES EPISCOPORUM CAPITULIS IRREQUISITIS.

1277. Ian. 18.

Contulimus quattuor autographa, quae sunt 1) *tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 73½, exemplar Ratisbonense, quod sine dubio in cancellaria regis exaratum est; sigilli fragmenta pendent loro membranaceo;* 2) *et* 3) *eiusdem tabularii 'Kaiserselekt Nachtrag' 73½ b et a, exemplaria Pataviensia, quae minime scripta sunt in cancellaria regis; nr.* 2 *sigillum laesum pendet loro membranaceo, nr.* 3 *sigillum omnino*

122. r) inhibemus 2. 3. s) puniantur 2. t) thelonia 2. 3. u) podagia 2. u*) per *add.* 2. 3. v) carituırū 3. w) dictav. provid. 2. x) vel 3. y) mun. vel castr. 2. z) Boem̄ 1; Bohm̄ 3. a) approbata 3. b) *bis scriptum in* 1. c) vol. effug. 3. d) cum *add.* 2. e) VI 3. f) tercio 3.

desideratur; 4) *tabularii Klagenfurtani, ex archivo capituli maioris ecclesiae Gurcensis profluum; cuius sigillum adhuc illaesum pendet; in verso inscribitur manu coaeva:* Sentencia coram rege Rŭdolfo prolata super eo quod prelatus ecclesiasticus irrequisito suo capitulo de novo infeodare non valet. *Apographa cetera negleximus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 670. (P. 412.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis salutem cum noticia subscriptorum.

Ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod existentibus nobis feria secunda ante conversionem sancti Pauli anno Domini MCCLXX septimo[a], indiccione V, in domo fratrum Minorum apud Wiennam ac assidentibus nobis venerabilibus infrascriptis principibus, ad instanciam venerabilis H. Tridentini episcopi in communi fuit sentencia requisitum, an archiepiscopus vel episcopus irrequisito capituli sui consensu posset aliquem infeodare de novo, et an infeodacio, si taliter fuerit ordinata, roboris debeat firmitatem habere[b]. Et plena super hiis deliberacione habita est ab ipsis principibus tam ecclesiasticis quam secularibus aliisque nobilibus communiter et sentencialiter[c] diffinitum, quod huiusmodi infeodacio a principe et prelato ecclesiastico fieri non valeat, et si facta est hactenus vel in posterum adhuc fiat, nullius esse debeat firmitatis. Nos autem sentenciam huiusmodi utpote racionabiliter promulgatam approbantes eam auctoritate regia confirmamus. Hii vero sunt principes et nobiles alii[d], per quos eadem sentencia extitit promulgata: venerabilis Fridericus Salzburgensis[e] archiepiscopus, Bertholdus[f] Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Pataviensis, Chunradus Frisingensis, Heinricus[g] Tridentinus, Dietricus[h] Gurzensis[i], Iohannes Chymensis[k], Wernhardus Secoviensis[l] episcopi, Ludwicus[m] comes palatinus Rheni[n] dux Bawarie, Minhardus Tyrolensis[o], Fridericus burcgravius[p] de Nŭrenberch[q], Hugo de Werdenberch, Fridericus de Leininge[r], Ulricus de Hæunnburch[s], Heinricus[t] de Pfannberch[u], Eberhardus[v] de Chatzenelpogen[w] comites et alii quam plures. In cuius testimonium maiestatis nostre sigillum presentibus est appensum.

Dat.[x] Wienne, anno, die et indiccione predictis, regni vero nostri anno quarto.

124. SENTENTIA DE OBLIGATO AD OBSTAGIUM.

1277. Febr. 22.

Autographon, quod asservatur in tabulario civitatis Argentine, denuo contulimus. Ex quo omnes editiones sumptae sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 705. (P. 412.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistro, consulibus et universis civibus Argentinensibus dilectis fidelibus suis graciam suam et omne bonum.

123. a) MCCLXXVII 2; millesimo ducentesimo septuagesimo septimo 4. b) firmit. habere debeat 4. c) sentencionaliter 2—5. d) *et nobiles alii des.* 2. e) Saltzpurgensis 2; Saltzburgensis 3—5. f) Bertoldus 2; Berhtoldus 3—5. g) Hainricus 2. 5. h) Ditricus 2. i) Gvrcensis 2. 5. k) Chyemensis 2. 5. l) Seccoviensis 2. 5. m) Ludbicus 2. 3. 5. n) Reni 2—5. o) *Minhardus Tyrolensis des.* 4. p) burgravius 2—5. q) Nvrenberch 2—5. r) Leiningo 2—5. s) Hevnburch 2—5. t) Hainricus 2—5. u) Phannberch 2—5. v) Gebhardus 2. 3. w) Chatzenellbogen 2. x) Datum 2. 3. 5.

Anno Domini MCCLXXVII, ind. quinta, feria secunda ante Mathye apostoli ad vestre fidelitatis instanciam ab infrascriptis principibus quesivimus in sentencia, utrum is, qui se dacione fidei vel iuramento corporaliter prestito vel patentibus suis litteris ad obstagium vel solucionem alicuius debiti ad certum terminum obligavit nec in ipso termino adimplevit, ad quod taliter se astrinxit, de iure posset ubicunque etiam deprehensus per iudicium occupari. Et sentenciatum extitit communiter ab omnibus, quod is, qui modo predicto ad solucionem debiti vel obstagium obligatus promisso non paruit, valeat ubicunque inveniatur auctoritate iudiciaria conveniri. In cuius sentencie evidens testimonium has patentes nostras litteras vobis duximus transmittendas. Principes autem, per quos dicta sentencia extitit promulgata, sunt: venerabilis H. Tridentinus, L. Ratisponensis, . . Seccoviensis et . . Chymensis ecclesiarum episcopi et alii quam plures.

Datum Wienne, anno et die predicto, regni vero nostri anno quarto.

---

125. LITTERAE AD DUCEM VENETORUM.

1277. Mart. 18.

Supersunt in C *Libris Commemoralium, qui asservantur Venetiae in tabulario regio, tom. I fol. 161 inscriptae. Denuo contulit socius noster O. Cartellieri. E codice* M *bibliothecae Marcianae latin. cl. XIV. cod. XXXVII f. 23 edidit Mone 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' V (1854) p. 15; cuius codicis lectiones fere omnes male discrepantes neglegimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 720. (P. 412.)*

Rodulfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus viro clarissimo et amico specialiter diligendo domino Iacobo Contareno duci Venetorum sinceri amoris plenitudinem cum affectu salutis.

Consideratio multiplex nos allicit et allectos astringit, ut honorem et bonum statum honorabilis civitatis et personas honorabilium civium Venetorum animo sincero et favore benivolo prosequamur. Scimus quidem quod cives et incole civitatis eiusdem civiliter ordinant et disponunt vitam et mores rectitudini et iustitie se conformes efficiunt, ad pacis et patrie comoda zelum[a] habent. Perpendimus et sentimus, quod eorum laboribus et sollerti industria providetur neccessitatibus et utilitatibus multarum gentium, que fidem Christi et leges Romani imperii profitentur. Et quia tante discretionis populus tanteque reverentie civitas discreto vestro regimini se subiecit, extimamus ex merito, credimus et tenemus pro certo, quod pro viro laudabili et amico ex vestris meritis diligendo vos eligere et electum diligere debeamus. Nos etiam virum nobilem et prudentem virum Marinum Pasqualicum civitatis vestre civem vestreque dilectionis nuntium specialem lete recepimus, libenter audivimus et intelleximus[b] diligenter et ea que nobis ex parte vestra retulit, quantum nos decet et vobis expedit, voluntarie prosequimur. Mercatores civitatis vestre per nostros terminos transeuntes iuxta requisitionem ipsorum tueri[c] volumus et fovere[d], ipsorum molestiis quantum

125. a) celum *C.* b) intellerximus *C.* c) c⁻ue^ri, *sed oblitteratum C;* tractare *M.* d) favere *C. M.*

1) *Cf. (Predelli) 'I Libri Commemoriali della republica di Venezia regesti' I (Ven. 1876) p. 4 nr. 5.*

possumus precaventes[e], vestramque personam habere proponimus et servare disponimus nobis specialiter pro amico. Preterea peregrinationem nostram ultramarinam, que cordi nostro plus insidet omnibus aliis factis nostris, de vestro et vestrorum civium consilio, Domino concedente, cuius labores pro nobis habitos, quantum humana fragilitas nostra pati poterit, compensare volumus, ordinare pensamus. Illud etiam de vestra sinceritate confidimus et speramus, quod successus nostros prosperos et felices, quibus manus Altissimi humiliavit proterviam hostium nostrorum et[f] humilitatis nostre mansuetudinem fractis eorum viribus exaltavit, iocundis auribus audiatis, cum et nos vice mutua statum vestrum prosperum et civitatis vestre salutem non solum ex animo diligamus, sed caris affectibus promovere velimus. Cogitamus preterea vestre dilectioni nuntios transmittere, qui de forma et ordine vie nostre ad partes Ytalie et ad navigium transmarinum nobis pro vestro consilio ordinandum et quibusdam aliis arduis dilectionis vestre prudentiam informabunt. De reliqu[is[g] dictum nuntium v]obis[h] remittimus vive vocis oraculo expeditum.

Dat. Vienne, XV. Kalendas Aprilis, indictione quinta, regni nostri anno quarto.

126—141. TRACTATUUM CUM OTTOKARO REGE CONTINUATIO.

1277. Mart. 23. — Oct. 31.

126. *EPISTOLA REGIS RUDOLFI EPISCOPO BRIXIENSI MISSA. Mart. 23.*

Ediderunt uti iam nr. 22 Huillard-Bréholles 'Chronicon Placentinum' p. 362 et Pertz in SS. tomo XVIII, 567 ex unico codice Parisino lat. 4931 saec. XIII. fol. 80, quorum editiones secuti sumus. Nonnulla orthographiae Italicae vestigia praetermisimus.

Cf. epistolam burcgravii Norimbergensis civitati Tervisinae circa idem tempus directam apud Redlich 'Wiener Briefsammlung' p. 83 nr. 74, ubi haec: quod omnis concordia, que contracta fuerit inter[veni]entibus multis principibus nostre terre inter inclitum dominum nostrum Romanorum regem et dominum regem Boemie, ex causa ipsius regis Boemie frivola est in discordiam perversa et per omnia inanita. Propter quod Domino concedente iuste ulcionisque iudicio patrante dicto regi Boemie multa castra sunt expugnata et tanta, quod de partibus Austrie est penitus segregatus. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 726.* *(P. deest.)*

Rodulfus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus venerabili viro episcopo Brixiensi principi suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Ut de fortunatis et prosperis nostre felicitatis eventibus tue sinceritatis precordia nova nove leticie renovet plenitudo, ecce quod tibi ad incrementum gaudii lacioris duximus intimandum, qualiter illustrem O.[a] regem Boemie contra nos et Romanum[b] imperium indurato corde et animo diucius degrassantem[c] sub potenti manu Dei nostre subiugavimus potestati. Idem enim rex Boemie statim, dum nos terram Austrie intrasse

125. e) *precavere M.* f) *sequitur deletum* utilitatis *c.* g) reliquo *M, ubi uncis inclusa desunt.* h) *uncis inclusa evanuerunt c.*

126. a) S. *c.* b) Romanorum *P.* c) decrassantem *c.*

percepit, cum exquisita milicie comitiva post aliquorum dierum treuguas ad nostram venit presentiam et resignatis in nostre maiestatis manibus Austria, Stiria, Carinthia, Carniola, Marchia, Porto Naonis[d] et Egra, principatibus et terris ceterisque in preiudicium imperii occupatis, de regno Boemie marchionatuque Moravie[e] se petivit[f] fracto quidem animo et genibus incurvatis humiliter et optinuit prestito fidelitatis homagio investiri. Postmodum vero idem rex mutabilitate consilii minus sani vesano ductus spiritu contra compositionis formam inter nos initam temere se erexit. Propter quod omnia, que bono pacis et amicitie sibi assignavimus, nostre retractavimus potestati, principum nostrorum super hoc prius requisita sententia et optenta. Et sic contra predictum hostem nostrum cum felicitate processimus et salubriter prevaluimus et omnibus locis, que ab eodem fuerant occupata, cum tranquillitate regnamus. Et ad ipsius regis exterminium tantum laboravimus, quod nunquam nobis poterit rebellare. Ceterum predictis terris in statu pacifico collocatis, de principum nostrorum consilio nos ad partes Ytalie transferimus, rogantes attente, ut ipsam terram in tuis confinibus tibi habeas recommissam.

Datum Vienne, X. Kalendas Aprilis, regni nostri anno IIII.[g]

127. *EPISTOLA REGIS RUDOLFI BURCGRAVIO NORIMBERGENSI MISSA.* *(Apr. med.)*

Repetimus editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 84 nr. 75 paratam, quae nititur codice Ottoboniano 2115 fol. 26 nr. 7, ubi rubrum Rex Romanorum burchgravio suo de Nurnberch. *De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 740.* *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia etc. nobili viro F(riderico) burchgravio in Nurnberch dilecto fideli suo graciam et omne bonum.

Mirari compellimur vehementer pro eo, quod postquam a nostra presencia recessisti, nunquam de tuo statu et condicione nostri negocii nobis aliud rescripsisti, nisi quod nuper nostre celsitudini mandavisti, quod inclitus Bohemie rex venerabilem B.[a] Olomuntzensem episcopum aliosque suos sollempnes nuncios super consumacione nostri et sui negocii esset ad nostre maiestatis presenciam transmissurus. Unde fidelitatem tuam rogamus quantum possumus, quatenus ad hoc modis omnibus studeas laborare, quod eorum nunciorum sollempnium maturetur adventus, per quos omnia nostra negocia votivo effectui mancipentur.

Datum etc.

128. *EPISTOLA ALTERA AD EUNDEM.* *(Apr. ex.)*

Item ex 'Wiener Briefsammlung' p. 86 nr. 76, sumpta ex eodem codice fol. 26' nr. 12, ubi idem rubrum. De tempore et ratione cf. Regesta imperii. Quaedam alia documenta, quae ad tractatus resumendos spectant, v. in 'Wiener Briefsammlung' p. 87 nr. 77. 78. — Böhmer, Reg. imp. VI, 748. *(P. deest.)*

Rud(olfus) etc.

Nimie expectacionis et ammiracionis vehementis perfusi tedio super mora diutina, quam non sine negociorum nostrorum periculoso dispendio contraxisse dinosceris, ecce quod nos ex eo afflicti intrinsecus supra modum ad hoc, quod de liberis nostris inclitum

126. d) Portonasonis *P*; Portanasonis *H*. e) narravit *c*. f) penituit *c*. g) IIII. anno *c*.

127. a) O. *O*.

regem Boemie te assecurasse nostre celsitudini mandavisti, tibi taliter duximus respondendum, quod nisi tuum reditum postposita qualibet percunctacione morosa quantocius studueris maturare, nos ante eundem tuum reditum nuncios principum, quos in tuo recessu in nostra presencia reliquisti, quorum expedicionem propter te distulimus usque modo, expediemus sine dubio, secundum quod nobis et nostris negociis visum fuerit expedire. Preterea sciat tua fidelitas, quod inclitus rex Ungarie nobis et imperio adheret et adherere promisit viris et viribus contra quoslibet toto posse.

Datum etc.

129. 130. *FORMA PACIS SECUNDA PER RUDOLFUM ET OTTOKARUM REGES DATA. Mai. 6.*

Exemplar regis Rudolfi servatur nonnisi in corroboratione per procuratores Ottokari regis eodem die firmata infra nr. 132.

Exemplar regis Ottokari autographum superest in tabulario Vindobonensi; cui appendet sigillum laesum loro membranacco. Apographa codicum negleximus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 753. (P. 413 – 416.)

129. *EXEMPLAR RUDOLFI.*

Nos R(udolfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis presentes litteras inspecturis simpliciter et publice nichilominus profitentes, quod formam pacis inter nos ex una et inclitum O. regem Boemie ex altera parte per venerabilem Olmucensem episcopum, Zmilonem purchravium Vetoviensem et magistrum Ulricum notarium eiusdem regis et nobilem Fridericum purchravium de Nurenberch provide ordinatam in omni sui parte et singulis suis articulis inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata:

1. In primis siquidem obsides et captivi ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti a proxima die dominica nunc instante infra quindecim dies debent restitui pristine libertati, ab omni prorsus obligacione, fideiussione seu exaccione pecunie indempnes penitus et inmunes, nisi fortassis pro eis vel aliquibus eorum ante pacis ordinacionem aliquid sit solutum. Ad cuius restitucionem is, cui solucio facta fuit, minime obligatur.

2. Item ut inter nos et regem predictum specialis amicicie federa forciori vinculo solidentur, filiam nostram eiusdem

130. *EXEMPLAR OTTOKARI.*

Nos Ottacharus Dei gracia Boemie rex notum facimus universis presentes litteras inspecturis simpliciter et publice nichilominus profitentes, quod formam pacis inter serenissimum dominum nostrum R. illustrem Romanorum regem semper augustum ex una et nos ex altera parte per venerabilem Olomucensem episcopum, Zmylonem purchravium Vetoviensem, magistrum Ulricum notarium nostrum et nobilem virum dominum Fridericum purchravium de Nurnberch provide ordinatam in omni sui parte et singulis suis articulis inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata:

1. In primis siquidem obsides et captivi ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti a proxima die dominica nunc instante infra Mai. 9.
quindecim dies debent restitui pristine Mai. 23.
libertati, ab omni prorsus obligacione, fideiussione seu exactione pecunie indempnes penitus et inmunes, nisi fortassis pro eis vel aliquibus eorum ante pacis ordinacionem aliquit sit solutum. Ad cuius restitucionem is, cui solucio facta fuit, minime obligatur.

2. Item ut inter predictum dominum nostrum et nos specialis amicicie federa forciori vinculo solidentur, filium nostrum

regis Boemie filio dare promittimus in uxorem et ei civitatem imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinenciis suis, castris, possessionibus, hominibus et aliis quibuscunque, que dictus Bohemie rex ad presens tenere dinoscitur, pro decem milibus marcarum argenti nomine dotalicii sive dotis titulo pignoris obligamus[1].

3. Preterea omnia castra, municiones, possessiones et oppida ad ducatum Austrie pertinencia, que per ipsum regem Boemie vel fautores seu adiutores ipsius actenus occupata fuerint, restituentur nobis et nostris fautoribus et eciam adiutoribus cum integritate plenaria, metis Bohemie, Moravie et Austrie in eo statu manentibus, quo tempore clare memorie Leupoldi et Friderici ducum Austrie ab eisdem ducibus sunt possesse.

4. Nos eciam similiter omnia castra, municiones, possessiones et oppida ad regnum Boemie et marchionatum Moravie de iure spectancia, que per nos vel nostros eidem regi et suis per iniuriosam violenciam sunt subtracta seu occupata, ipsi regi et suis restituemus integre et faciemus restitui vice versa.

5. Excepto dumtaxat Nicolspurch, in cuius possessione F. de Liehtenstain, cuius feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete. Preterea Chrumenaw ei, ad quem de iure pertinet, assignari debebit. Insuper castrum Mærtniz Alexio militi ipsius regis Boemie et castrum Durrenholz debet restitui ipsi regi. Si quam tamen predictus rex Boemie pecuniam debet Heinrico de Chunringen marschalco nostro per Austriam vel ipsius uxori, illam exsolvet eisdem. Et [si] iidem H. vel uxor ipsius contra predictum regem super iam dicto castro Durrinholz habuerint aliquam accionem, idem rex ad dictum Olmucensis episcopi et purchravii predictorum, qui sub iuramenti debito questionem huiusmodi diffinient, exhibebit eisdem iusticie conplementum.

6. Preterea huiusmodi conposicioni et paci generaliter includimus quoslibet ser-

karissimum eiusdem regis filie dare promittimus in maritum, cui idem dominus noster rex civitatem imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinenciis suis, castris, possessionibus, hominibus et aliis quibuscunque, que nos ad presens tenere dinoscimur, pro decem milibus marcarum argenti nomine dotalicii sive dotis titulo pignoris obligabit.

3. Preterea omnia castra, municiones, possessiones et oppida ad ducatum Austrie pertinencia, que per nos vel fautores seu adiutores nostros hactenus occupata fuerunt, restituemus ipsi domino nostro regi et suis fautoribus et eciam adiutoribus cum integritate plenaria, metis Boemie, Moravie et Austrie in eo statu manentibus, quo tempore clare memorie regum Boemie et marchionum Moravie necnon Leupoldi et Friderici ducum Austrie ab eisdem dominis sunt possesse.

4. Ipse eciam dominus noster rex similiter omnia castra, municiones, possessiones et oppida ad regnum Boemie et marchionatum Moravie spectancia, que per ipsum vel suos nobis et nostris per iniuriosam violenciam sunt subtracta seu occupata, nobis et nostris restituet integre et faciet restitui vice versa.

5. Excepto dumtaxat Nycolspurch, in cuius possessione Fr. de Liehtenstayn, cuius feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete. Preterea Chrumnowe ei, ad quem de iure pertinet, assignari debebit. Insuper castrum Mertenyz Alexio militi nostro et nobis castrum Durrenholtz debet restitui sive reddi. Si quam tamen nos pecuniam debemus Hanrico de Chunring marschalco Austrie vel ipsius uxori filie nostre dilecte, illam exsolvemus eisdem. Et si idem H. vel uxor ipsius contra nos super iam dicto castro Durrenholtze habuerint aliquam actionem, nos ad dictum Olomucensis episcopi et purchravii predictorum, qui sub iuramenti debito questionem huiusmodi diffinient, exhibebimus eisdem iusticie conplementum.

6. Preterea huiusmodi conposicioni et paci generaliter includimus quoslibet ser-

1) *Cf. etiam Reg. imp. VI, 1085.*

vitores nostros et adiutores. Et nostris de Bohemia et Moravia adiutoribus et servitoribus conposicioni presenti includi et stare volentibus sepedictus rex Boemie restituet omnia, que ante guerram vel post de eorum hereditatibus, allodiis et feudis notorie occupavit. Si vero huiusmodi iniuriosa occupacio dubia fuerit, per predictos . . Olmucensem episcopum et purchravium sub iuramenti debito decidetur huiusmodi questio iusticia vel amore. Ipsos eciam nostros de Boemia et Moravia servitores et quoslibet alios nostros adiutores ipse rex Boemie plene gracie sue restituet et donabit.

7. Nos eciam vice versa omnibus adiutoribus et servitoribus dicti regis Boemie per Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam et Marchiam plene nostre gracie restitutis omnia, que in hereditatibus, feudis et allodiis ipsis notorie per nos vel nostros abstulimus, plene restituemus et restitui faciemus. In dubio vero quicquit Olomucensis et purchravius sepedicti nos facturos sub iuramenti debito pronunciaverint, faciemus.

8. Preterea si quod absit nostrorum aliquis servitorum per ipsum regem Boemie vel adiutores ipsius gravabitur, ipsum regem, si gravamen notorium et evidens fuerit, per nuncios nostros super revocacione et retractacione huiusmodi gravaminis interpellare tenebimur. Qui rex si interpellatus gravamen huiusmodi notorium et per rei evidenciam manifestum non revocaverit nec fecerit retractari, nos adiutores nostros huiusmodi passos iniuriam possumus et tenebimur iuvare. Quod in casu converso circa servitores regis Boemie erit per omnia observandum.

9. Si vero gravamen nostris illatum dubium fuerit, Olmucensis et purchravius supradicti super hoc a nobis interpellati perquirent cause plenius veritatem. Qui si sub iuramenti debito dixerint, ipsum regem vel adiutores ipsius gravamen vel

vitores nostros et adiutores. Et nostris de Austria, Styria, Karinthia, Carniola et Marchia adiutoribus et servitoribus conposicioni presenti includi et stare volentibus sepedictus dominus noster rex restituet omnia, que ante guerram vel post de eorum hereditatibus, allodiis et feudis notorie occupavit. Si vero huiusmodi iniuriosa occupacio dubia fuerit, per predictos Olomucensem episcopum et purchravium sub iuramenti debito decidetur huiusmodi questio iusticia vel amore. Ipsos eciam nostros de predictis terris Austria, Styria, Karinthia, Carniola et Marchia servitores et quoslibet nostros alios adiutores ipse dominus noster rex plene gracie sue restituet et donabit.

7. Nos etiam vice versa omnibus adiutoribus et servitoribus domini nostri regis per Boemiam et Moraviam plene nostre gracie restitutis omnia, que in hereditatibus, feudis et allodiis ipsis notorie per nos vel nostros abstulimus, plene restituemus et restitui faciemus. In dubio vero quicquit Olomucensis episcopus et purchravius sepedicti nos facturos sub iuramenti debito pronunciaverint, faciemus.

8. Preterea si quod absit nostrorum aliquis servitorum per ipsum dominum nostrum regem vel adiutores ipsius gravabitur, ipsum dominum nostrum, si gravamen notorium et evidens fuerit, per nuncios nostros super revocacione et retractacione huiusmodi gravaminis interpellare tenebimur. Qui dominus noster rex si interpellatus gravamen huiusmodi notorium et per rei evidenciam manifestum non revocaverit nec fecerit retractari, nos adiutores nostros huiusmodi passos iniuriam possumus et tenebimur iuvare. Quod in casu converso circa servitores serenissimi regis Romanorum domini nostri erit per omnia observandum.

9. Si vero gravamen nostris illatum dubium fuerit, Olomucensis episcopus et purchravius supradicti super hoc a nobis interpellati perquirent cause plenius veritatem. Qui si sub iuramenti debito dixerint, ipsum dominum nostrum vel adiu-

iniuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nichil ipsi regi vel suis inputabimus. Si autem invenerint eum vel suos culpabiles et rex ipse requisitus ab ipsis Olmucensi et purchravio non emendaverit, adiutores nostros iuvabimus, prout superius est expressum. Quod circa nos vice versa per omnia observari debebit.

10. Preterea si Olmucensem episcopum vel purchravium sepedictos migrare contigerit ab hac luce, ipse rex vel nos alium in defuncti locum subrogabimus, qui omnia et singula que superius sunt expressa fideliter exequatur.

11. Insuper inclitus rex Ungarie et ipsius frater sic includuntur in pace, quod quicquit in castris, municionibus sive prediis circa metas regnorum hactenus fuit hinc inde iniuriose occupatum, integre debeat utrobique restitui, sic [quod] alteruter plene gaudeat iure suo.

12. Preterea nulli notariorum, capellanorum seu clericorum prefati regis super beneficiis, que possident, lesionem seu iniuriosam molestiam inferemus et si ab aliis violenciam paciantur, si de hoc ad nos delata questio fuerit, faciemus quod de iure fuerit faciendum.

13. Insuper quicquit preter premissa universa et singula venerabiles . . Erbipolensis et Olomucensis episcopi et illustres L. comes palatinus Rehni, O. marchio Brandburgensis et lantgravius Hassie principes nostri dilecti, vel si eorum copia haberi non poterit omnium, hii de predictis vel alii, quos prefati Olmucensis episcopus et purchravius de Nurenberch ad hoc elegerint, inter nos et regem prefa-
Sept. 29. tum infra proximum festum beati Michahelis ordinaverint et eciam pro firmius solidanda inter nos et ipsum regem concordie statuerint vel decreverint unione, bona fide servabimus inconcussum [1].

1) *V. infra nr. 139.*

tores ipsius gravamen vel iniuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nichil ipsi domino nostro vel suis inputabimus. Si autem invenerint dominum nostrum regem vel suos culpabiles et rex ipse requisitus ab ipsis Olomucensi episcopo et purchravio non emendaverit, adiutores nostros iuvabimus, prout superius est expressum. Quod circa regem Romanorum dominum nostrum vice versa per omnia observari debebit.

10. Preterea si Olomucensem episcopum vel purchravium sepedictos migrare contigerit ab hac luce, ipse dominus noster vel nos alium in defuncti locum subrogabimus, qui omnia et singula que superius sunt expressa fideliter exequatur.

11. Insuper inclitus rex Ungarie et ipsius frater sic includuntur in pace, quod quicquit in castris, municionibus sive prediis circa metas regnorum hactenus fuit hinc inde iniuriose occupatum, integre debeat utrobique restitui, sic quod alteruter plene gaudeat suo iure.

12. Preterea nulli notariorum, capellanorum seu clericorum nostrorum super beneficiis, que in terris predictis Austria, Styria et Karinthia possident, lesionem seu iniuriosam molestiam dominus noster inferet et si ab aliis violenciam pacientur, si de hoc ad ipsum dominum nostrum delata questio fuerit, faciet quod de iure fuerit faciendum.

13. Insuper quicquit preter premissa universa et singula venerabiles Herwipolensis et Olomucensis episcopi et illustris L. comes palatinus Reni, O. marchio Brandburgensis et lancravius Hassye, vel si eorum copia haberi non poterit omnium, hii de predictis vel alii, quos prefati Olomucensis episcopus et purchravius de Nurnberch ad hoc elegerint, inter nos et regem prefatum dominum nostrum infra proximum festum beati Michahelis pro solidanda firmius inter dominum nostrum et nos concordie unione statuerint vel decreverint, bona fide servabimus inconcussum.

14. Pronunciacione vero ab ipsis principibus inter nos et dictum regem Boemie facta, dictorum Olmucensis episcopi et purchravii auctoritas et iurisdicio exspirabunt.

15. Quod autem hec omnia et singula suprascripta nos et ipse rex Boemie debeamus inviolabiliter observare, purchravius mandato nostro pro nobis, Olomucensis vero, Zmilo et magister Ulricus predicti super hoc plenum habentes mandatum in animam ipsius regis Boemie fide data sollempniter promiserunt.

In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. Wienne, pridie Non. Maii, indictione V, anno Domini MCCLXX septimo, regni vero nostri anno quarto.

14. Pronunciacione vero ab ipsis principibus inter dominum nostrum et nos facta, dictorum Olomucensis episcopi et purchravii auctoritas et iurisdicio exspirabit.

15. Quod autem hec omnia et singula suprascripta dominus noster et nos debeamus inviolabiliter observare, Olomucensis episcopus, Zmylo et magister Ulricus predicti pro nobis ex mandato nostro, purchravius vero super hoc plenum habens mandatum in animam domini nostri regis fide data sollempniter promiserunt.

In quorum testimonium et perpetuam firmitatem presenti scripto sigilla nostra antiqua, cum nova nondum fabricari fecerimus, apponenda duximus, protestantes quod ex aliis titulis in eisdem sigillis contentis preter titulos regni Boemie et marchionatus Moravie nichil iuris possumus nobis aut intendimus vendicare.

Dat. Wienne, pridie Non. Maii, indictione V, anno Domini MCCLXX septimo.

131. *CORROBORATIO EXEMPLARIS OTTOKARI REGIS PER PROCURATOREM REGIS RUDOLFI. (Mai. 6.)*

Autographon deperisse videtur. Servatur apud P *Petrum de Hallis, de quo v. supra ad nr. 36, in editione p. 34, et in collectione formularum Henrici Italici, de cuius codicibus v. supra ad nr. 112. Codicem* 1 *fol. 58' nr. 122 contulit Novák; cod.* 2 *fol. 96 (in editione p. 34 nr. 16) nos ipsi contulimus. In codicibus* 3 *et* 4 *itemque in codice Monacensi desideratur. Contulit etiam socius noster Karolus Hampe* C *cod. Cheltenham. 303 saec. XIV. in. f. 89 nr. 231, qui continet collectionem Zdenkonis de Trebecz*[1]*, ubi rubrum* Protestacio publica arbitrorum super concordia facta inter duos discordes principes et cetera. *Animadvertendum est, in omnibus codicibus excepto* P *corroborationis eschatocollon desiderari. Cf. Reg. imp. VI, 753.* *(P. deest.)*

Nos Fridericus[a] purchravius de Nurenberch[b] procurator et nuncius specialis domini R.[c] Romanorum regis semper augusti significamus tenore presencium universis, quod nos cum domino B.[d] venerabili episcopo Olomucensi, Zmilone purchravio[e] in Wethow[f], magistro Ulrico[g,h] plenum mandatum habentibus ab eodem post multos tractatus hinc inde super pace reformanda habitos voce[i] pari et consensu[k] unanimi[l], sicut placuit pacis auctori, pacem, amiciciam et unionem indissolubilem et perpetuo dura-

131. a) F. 1. *P*; Fridricus *C*. b) Nurenberc 2; N. *P*. c) Rudolphi *C*; illustris *add. P*. d) Brunone *C*; Do. 1. e) et *add.* 1. f) in Wethow *des.* 1. *P*. g) *loco* in Weth. mag. Ulr. *P*: in L. h) Ul. 1; notario illustris regis Bohemie *add.* 1. 2. *C*. i) voto *P*. k) et *add.* 1. l) *deest C*.

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXII, 620.*

turam ordinavimus, statuimus et probavimus[m] inter[n] dominos nostros Romanorum et Bohemie[o] reges illustres sub modis[p], paccionibus seu condicionibus in iam dicti domini Boemie[q] regis patentibus et autenticis[r] litteris comprehensis, quarum tenor talis est:

'Nos Ottakarus[s] Dei gratia Boemie rex etc.'[1].

Ut igitur premissa universa et singula per supradictos dominos et nos promissa necnon provide et sine capcione qualibet salubriter ordinata, statuta, approbata et firmata ampliore robore solidentur, presentes litteras in testimonium omnium prescriptorum appensione sigilli nostri fecimus et placuit communiri.

Data Wienne etc.

132. *CORROBORATIO EXEMPLARIS RUDOLFI REGIS PER PROCURATORES REGIS OTTOKARI. (Mai. 6.)*

Autographon servatur in tabulario Vindobonensi. Pendent tria sigilla parum laesa loris membranaceis. Apographa codicum neglegimus. Cf. Reg. imp. VI, 753.
(P. 413. 415.)

Nos Bruno Dei gracia Olmucensis episcopus, Zmilo purchravius Vetoviensis, magister Ulricus notarius procuratores et nuncii speciales domini O. Boemie regis illustris significamus tenore presencium universis, quod nos cum viro nobili domino Friderico purchravio de Nůrenberch plenum mandatum habente post multos tractatus hinc inde super pace reformanda habitos pari voto et consensu unanimi, sicut placuit pacis auctori, pacem, amiciciam et unionem indissolubilem et perpetuo duraturam ordinavimus, statuimus, approbavimus et firmavimus inter dominos nostros Romanorum et Boemie reges illustres sub modis, pactionibus seu condicionibus in iam dicti domini Romanorum regis patentibus et autenticis litteris conprehensis, quarum tenor talis est:

'Nos R(udolfus) Dei gracia — anno quarto'. *supra nr. 129.*

Ut igitur premissa universa et singula per nos et predictum purchravium promissa necnon provide et sine capcione qualibet salubriter ordinata, statuta, approbata et firmata ampliori robore solidentur, presentes litteras in testimonium eorundem appensione sigillorum nostrorum fecimus et placuit communiri.

Dat. Wienne, anno et die pretactis.

133. *EPISTOLA OTTOKARI REGIS AD BURCGRAVIUM NORIMBERGENSEM. (Mai. 14.)*

Repetimus editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 88 nr. 79 paratam, quae nititur codice Ottoboniano 2115 fol. 30 nr. 28, ubi rubrum Rex Boemie burchgravio de Nurnberch. *Contulit Pogatscher. De personis v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 757.*
(P. deest.)

O(takarus) Dei gracia etc. nobili et egregio viro domino F(riderico) burchgravio in Nurnberch salutem cum affectu sincero.

Noveritis quod dominus B(runo) venerabilis Olomuncensis episcopus quinta feria
Mai. 13. proxima ante festum Pentecostes ad nostram venit presenciam satis tarde et sequenti
Mai. 14. die mane nos de forma concordie plenius expedivit. Nos itaque Deo teste semper sumus concordie zelatores, omnia que in eadem ordinacione sunt deducta inviolabiliter

131. m) ac probavimus 1. *C.* n) dictos *add.* 1. 2. *C.* o) Boemie *P.* p) medii 1. 2. *C.* q) Bohemorum 2. r) attenticis 2. s) etc. *add., cetera desunt* 2; O. *cetera desunt* 1; Otackerus *P*; *C male:* Wencezlaus Dei gratia rex Boemie et marchio Moravie etc., *ubi cetera desunt.*

1) *Scilicet nr. 130.*

attendere volumus et servare tam circa restitucionem obsidum quam liberacionem eciam captivorum et aliorum quorumlibet, que in forma concordie continentur, sperantes firmiter, quod dominus noster serenissimus rex Romanorum non solum ea, que tractata[a] sunt pariter et promissa, faciet effectui mancipari, verum eciam sic se nobis ostendat benivolum, sic nobis sua gracia blandiatur, ut tanto strictius tantoque prompcius, dum ipsum erga nos graciosam videmus gerere voluntatem, simus expositi ad omnia sua beneplacita et mandata. Et licet generaliter in forma concordie sit statutum[1], quod omnes captivi debeant esse liberi et soluti, tamen specialiter ei[us]dem domini nostri excellenciam flagitamus, quod ordinet, ut dilectus nobis Chunr(adus) de Pisentz a captivitate dimittatur solutus et quod nulla ab ipso pecunia requiratur. Petimus eciam ab eodem, ut dilectum nobis Hainr(icum) de Haimberch hereditates suas et bona pacifice possidere permittat, vestre nobilitatis industriam affectuosis precibus requirentes, quatenus eidem domino nostro vestris exhortacionibus sollicite insistatis, quod nobis favorabiliter arrideat in premissis et in quibuslibet clementer et benivole nos et nostra negocia prosequatur, pro quo specialiter vobis volumus obligari ad ea, que vobis sciverimus esse grata, et affectum, quem erga nos gessistis et geritis[b] indefesse, circa vos[c] studiosius promereri. Ceterum sicut per priores nostras litteras vobis significavimus, sic iterum presentibus intimamus, quod statim dum ordinacio concordie ad nostram pervenit noticiam ex relacione Zwimolonis dilecti fidelis nostri, nos a dampnis Witkonidum continuimus.[2] Zewissus vero cum suis complicibus, eciamsi IIII diebus ante quam nobis sibi de facto concordie facta fuerat certitudo, bona nostra et fidelium nostrorum per incendia quantum potuit devastavit. Et super hiis omnibus prefatis Zmilonem ad domini nostri presenciam duximus destinandum petentes, ut ea que ex parte nostra vobis proposuerit, credatis firmiter tamquam nobis.

Datum in Nova domo, pridie Idus Maii.

134. *EPISTOLA OTTOKARI REGIS AD BURCGRAVIUM NORIMBERGENSEM. Mai. 18.*

Superest in solo codice Ottoboniano 2155 fol. 32 nr. 41, cuius editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 93 nr. 84 paratam repetimus. Est rubrum Rex comiti. *Contulit Pogatscher. De personis v. Regesta imperii. Cum praecedenti hoc documentum tam arte cohaeret, ut in mensis indicatione* Iulii *male pro* Iunii *positum esse probabilius sit*[3], *quam terminum obsidibus restituendis, qui Mai. 23. statutus erat, quattuor hebdomadibus prolongatum esse, ut opinatus est Redlich l. c. Similes conquestiones de conditionibus pacis ab utraque parte non servatis hinc inde motae etiam Reg. imp. VI, 793. 799. 800. 801. 820. 838 tanguntur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 792.* *(P. deest.)*

O(takarus) Dei gracia rex etc.

Tenore presencium, prout priorum continuit series, vestre industrie duximus intimandum, quod statim postquam inter dominum nostrum serenissimum regem Romanorum et nos stabilitam fore percepimus concordis unionem federis, prior que in destructionem Witkonidum[2] nostra voluntas eferbuit, omnino resedit et sic manus

133. a) turbata *O.* b) gutis *O.* c) *sequitur* indofesse *et in margine* promereri *O.*

1) *Supra nr. 129. 130 c. 1.* 2) *Cf. infra nr. 141 c. 1.* 3) *Huic coniecturae, quantum quidem ex eis quae in promptu sunt cognoscere possimus, nihil obstat, sed Ottokarum regem, qui secundum nr. 133 Mai. 14. in Nova domo morabatur, inde propter stratarum publicarum rationes prius Pragam, deinceps demum versus Gretz (Mai. 26. cf. 'Wiener Briefsammlung' p. 90 nr. 80) profectum esse verisimile est.*

nostras ab ipsorum lesione retraximus, ut illis nulle per nos postea molestie fue-
rint irrogate. Set ecce, quod discrecioni vestre exponendum duximus cum querela,
licet nos nullum ipsis[a] intulerimus dispendium post pacis ordinacionem prefate[1],
pueri de Rosenberch nos inquietaverunt pro viribus et bona nostra incendiis demo-
liti sunt nequiter et rapinis. Homines eciam Hogerii, prout cives nostri de Bud-
Mai. 16. wois nobis conquesti sunt in die Penthecostes, eos depredati sunt in eiusdem diei vigilia
Mai. 15. et bona ipsorum flammis exterminantibus vastaverunt. Et sicut nostra serenitas in-
tellexit, quamquam dicti Witkonides, ubicunque nos possunt offendere in propatulo
vel in occulto, immo continuis lesionibus nos offendere, libenter efficiant, tamen impu-
dicarum mulierum ad instar, quarum est proprietas suorum maculas criminum obiec-
tare aliis et culpe notam proprie pudicis mentibus adaptare, prefati Witkonides ex-
cessus suos, quibus cottidie redduntur culpabiles, et enormitates, quas assidue patrant
frequenterque committunt, nobis non verecundantur ascribere coram domini nostri
serenissimi Romanorum regis solio maiestatis, sibi lacrimabiliter exponentes ea, de
quibus nos deberemus et possumus racionabiliter querulari, atque actoris nimis impu-
denter deponentes officium, usurpant sibi et vendicant iidem Witkonides partem rei[2],
sicque fit, ut qui clamare debet sileat et clamitet quem silere deceret. Unde cum
discrecio vestra huiusmodi detestari versucie nequiciam debeat, attente deposcimus,
quatenus hoc sibi inconveniens videatur, et credimus indubitanter confidentes de vestra
nobilitate et prefati domini nostri clemencia, quod tam ipse quam vos eis fidem in hiis
non adhibeatis, immo pocius nobis credatis, cum nos dicto domino nostro magis possi-
mus obsequi pluraque inpendere, quam valeant Witkonides pretaxati. Preterea cum
pacem et concordiam[b] inter dominum nostrum et nos confirmatam velimus et inten-
damus penitus inviolabiliter observare, si obsides, quos restituere volumus et debemus
in termino quo debent restitui, non erunt omnes forsitan restituti pariter in loco, ubi
ussimus convenire, id excellencia domini nostri sepedicti nulli astucie vel malo ascri-
bere velit ingenio, sed difficultati et inpotencie cuidam imputet, que nostre non con-
sonat voluntati. Nam certissime scire damus, quod pro quibuslibet obsidibus quos
tenebamus litteras nostras transmisimus specialesque nuncios, ut in Znoimam debeant
certissime transportari. Set quoniam locorum distancia brevitasque temporis quibus-
dam obsidibus in remotis existentibus civitatibus sic obviant, ut Znoimam non ita cito
valeant pervenire, petimus[c], ut apud prefati domini nostri magnificenciam nos habeatis
Mai. 23. excusatos, si primo futura dominica omnes obsides non erunt Znoime universaliter
constituti[3]. Super quibus omnibus dilectum fidelem nostrum militem Yssoborium de
Namais ad ipsius maiestatis presenciam duximus destinandum petentes affectuose,
quatenus hiis, que sibi super huiusmodi retulerit, fidem dignetur credulam adhibere.
Vos quoque eidem credatis, que vobis ex parte nostra duxerit refferenda.

Datum Prage, XV. Kal. Iulii[d].

135. *EPISTOLA OTTOKARI RUDOLFO REGI DIRECTA.*

(post Mai. 14.)

Servatur in collectione formularum Henrici de Isernia, de qua v. supra ad nr. 115. Codices sunt V *fol. 104' nr. 109,* K *nr. 105,* P *fol. 127' nr. 129, ab eisdem viris doctissimis collati. Quod ad tempus epistolae pertinet, opinionem in Regestis propositam probamus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 758.* *(P. deest.)*

134. a) ipsum *O.* b) *sequitur* in *O.* c) p̄timus *O.* d) *sic O, sed* Iunii *legendum est.*

1) *V. supra nr. 129. 130 c. 1.* 2) *Hic* actoris *et* rei *vocabula perperam posuisse dictatorem crediderim.* 3) *Ut nr. 129. 130 c. 1 statutum erat.*

Serenitati regie cum multiplicibus graciarum accionibus inclinamus de affectu benivolo, quo nos prosequimini, cuius gratitudinem nobis per . . de vestra redeuntes presencia nunciastis, in eo videlicet quod, sicut per eosdem nostra patenter auris exhausit, vultis et intenditis pacis federa nobiscum contracta inviolabiliter observare[a]. Et quidem mens nostra non fluctuat, sed firme spei anchore innitentes procul dubio credimus, ymo scimus, quod vos, sicut eisdem nobis significastis nunciis, ut inviolata servetur pax et concordia, curam dignabimini[b] sedulam adhibere. Unde indubitate sciencie certitudine noveritis per presentes, quod nos eandem pacem studiose observare curabimus et operose intendere volumus, ut permaneat incorrupta, ita quod in iuribus omnibus, secundum quod ea nostri predecessores in suis habuere hominibus et terris, sine diminucione aliqua conservemur[1]. Et ut tanto clarius intencionis nostre propositum circa pacis observanciam vobis evidencius enitescat, ecce petimus ut vestris rogare dignemini[c] litteris principes vestros . . et tales et nos dominum . . Olomucensem episcopum requiremus, ut ipse illuc venire debeat, quod per eundem ad invencionis discrete formam prefate pacis et concordie vinculum striccius et firmioribus stabiliatur[d] roboris ligaturis, quatenus sic stabilita deinceps indissolubilis maneat et exinde tam vobis quam nobis quies [et] tranquillitas ociosa consurgat[2]. Quod si aliquis de prefatis principibus ad nos venire sine securitatis cautela forsitan tytubaret, nos ne huiusmodi retardetur negocium, eidem plenam securitatem prestabimus, ut ad nos venire atque a nobis discedere valeat, salvis et securis eius rebus et ipsum comitancium omnibus et personis.

136. *EPISTOLA RUDOLFI REGIS OTTOKARO MISSA.* *(Mai. Iun.)*

Praebet solus codex Trevirensis T *nr. 213, de quo v. supra ad nr. 14—16. De tempore cf. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 789.* *(P. deest.)*

Memoria nostra non recolit, sensus et racio non concedit et regalis consciencie veritas non admittit, quod umquam in cor nostrum ascenderit, venerabilem t(alem) episcopum, . . lantgravium t(alem), alios arbitratores nostros versus Pragam vel alias in tua domicilia destinare. Propter quod nunciorum tuorum t(alis) et t(alis) probata legalitas non permittit, ut de ipsis aliquo modo suspicemur, quod ipsi aliqua tamquam ab ore nostro prolata vel eciam per nostros mediatores promissa tuis auribus instillarent. Verum quia littera tua continet, te de loco et termino, ubi arbitratores utrimque conveniant, velle deliberacione super hoc premissa disponere, postmodum declarare, deliberacionis tue formulam super hoc cum paciencia prestolamur, offerentes nos ultroneos et paratos, t(alem) et t(alem) pro consolidando inter nos concordie vinculo firmioris ad locum et terminum dirigere competentem.

137. *EPISTOLA RUDOLFI REGIS AD OTTOKARUM.* *(Iul. in.)*

Servatur in solo T *nr. 31. De tempore et ratione v. Regesta. — Böhmer, Reg. imp. VI, 817.* *(P. deest.)*

Iuxta quod alias tibi per litteras nostras insinuasse meminimus, sic iterato tue noticie declaramus, quod nos pro concipiendo inter nos et te finali solidioris concordie conplemento[2] venerabilem B. Herbipolensem episcopum et illustrem H. landgravium Hassie principes ad nostram iam dudum presenciam finaliter duximus evo-

135. a) observari *P.* b) dignabitur *V. K. P.* c) dignetur *V. K. P.* d) stabilitatis *V. P;* stabiliatis *K.*

1) *V. infra nr. 139 c. 1.* 2) *V. supra nr. 129. 130 c. 13 et infra nr. 139.*

candos, qui sive veniant sive non, de quo tibi ad presens nichil certi describere possumus, cum illustri comite palatino Reni et burgravio t(ali) id studebimus ordinare, ut pro construendo indissolubilis unionis inter nos et te vinculo conpletivo ad locum et terminum se transferant conpetentem, ubi tui arbitratores cum eisdem apte conveniant et super premissis tractandis utiliter et feliciter consummandis debite diligencie studium applicent et impendant.

138. *EPISTOLA OTTOKARI AD BURCGRAVIUM NORIMBERGENSEM.*
(Iul. ex.)

Servatur in solo O *fol. 29 nr. 24, cuius editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 100 nr. 91 paratam repetimus. De ratione et personis v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 836. (P. deest.)*

O(takarus) Dei gracia etc.

Regraciamur vobis quam plurimum pro illo affectu, quem ad nostram geritis maiestatem et ad grate persecucionis compendia. Proinde vobis studebimus respondere et quoniam cum excellentissimo domino nostro domino R(udolfo) Romanorum rege serenissimo concordiam inter ipsum et nos initam omnino tenere volumus et penitus observare, occasione prorsus remota qualibet et cuiuslibet duplicitatis ..[a] propulsa, nulla nos angit dubietas, quin idem dominus noster zelum nostre devocionis attendens nos digne dilectionis prosequatur meritis et favorem ostendat ubilibet regie maiestatis. Pro eo vero quod infirmitate gravatus fuistis, vobis Deus novit puris affectibus condolemus et sciatis, quod adventum vestrum ad nos fuimus Vratizlavie prestolati. Nam si venissetis ad nos, negocium vestrum, quod per dominum nostrum apud ducissam Vrat(izlavie) tractabatur, fuisset utique consummatum. Unde si ad nos veneritis, nos idem negocium promovere curabimus studiose, ita ut effectum debitum sorciatur. Regraciamur eciam vobis de rumoribus, quos nobis nunciare curastis, de episcopis Ungarie videlicet, qui missi fuerunt ad presenciam domini nostri regis[1], et confidimus indubitanter, quod cum ipsis nichil in nostrum preiudicium fieri debeat vel gravamen. Quare postquam restitutus fueritis pristine[b] sanitati, ad nos penitus vestri gressus tramitem dirigatis. Volumus enim vobiscum tractare, que tam domino nostro quam nobis et vobis fuerint favente Domino profutura.

139. *FORMA PACIS INTER REGES RUDOLFUM ET OTTOKARUM TERTIA.*
Sept. 12.

Cum exemplar Rudolfi non supersit, Ottokari solum exemplar damus ex autographo in tabulario Vindobonensi asservato; pendent adhuc fila serica albi et rubei coloris atque sigilli fragmenta tria iuxta servantur. Exaratum esse eadem manu ac supra nr. 115, testatur vir cl. Redlich in Regestis imperii. Ceterum controversiam de documenti auctoritate a viris doctis motam neglegere licet, cum alterius certe partis exemplar supersit, cuius de fide propter indicia diplomatica dubitari non potest, et aliis in documentis, quae proposuimus vel propostituri sumus, quorundam pacis nostrae capitum mentio fiat. — Böhmer, Reg. imp. VI, 860. (P. 419.)

Otakarus Dei gracia rex Boemie universis presentes litteras inspecturis noticiam subscriptorum.

138. a) *lacuna in O; supplendum fere* ambiguitate. b) pristini *O.*

1) *V. infra nr. 145. 146.*

Tenore presencium recongnoscimus et publice profitemur, quod nos iuxta preceptum dominicum diligentes pacem[1] et eius observanciam cum quibuslibet christiane religionis cultoribus et precipue cum serenissimo domino nostro domino Rudolfo inclito Romanorum rege semper augusto omni promptitudine spiritus affectantes, per pacem et concordiam inter ipsum dominum nostrum regem ex una et nos ex parte altera domino B. venerabili Olomucensi episcopo, Zmilone purchravio de Wetow[a], magistro Ulrico prothonotario nostro et nobile[b] viro domino Friderico purchravio de Nuremberch novissime ordinatam, conscriptam et eciam a prefato domino nostro rege atque a nobis approbatam, pro solidiori et puriori ipsius pacis et concordie fundamento formam assumpsimus infrascriptam.

1. In primis quidem promittimus, quod promissam pacis ordinacionem inter dictum dominum nostrum regem et nos per predictos Olomucensem episcopum, Zmilonem, magistrum Ul(ricum) et purchravium de Nuremberch initam seu statutam et singulis suis articulis servabimus illibatam, salvis tamen omnium terrarum nostrarum limitibus sive iuribus, ut easdem terras et homines earundem sub eisdem omnino teneamus iuribus et condicionibus, sicut umquam nos vel progenitores nostri tenuerunt eosdem[2].

2. Hoc idem prefatus dominus noster rex quantum ad pacem pertinet faciet vice versa.

3. Insuper eciam ipse dominus noster rex nos contra quoslibet nobis molestiam inferentes seu irrogare volentes manutenebit ac eciam defensabit, et nos in sincere devocionis evidens argumentum contra quoslibet dicto domino nostro regi, prout de iure tenemur, cum nostro auxilio eguerit, sibi exhibebimus auxilium manuale.

4. Preterea si pro imperii necessitate dictus dominus noster rex nostrum auxilium petiverit, illud sibi exhibebimus, prout nos decuerit[c]. Si vero, ut cum ampliori milicie comitiva ipsi domino nostro regi pro imperii necessitate serviamus, nos interpellaverit dictus dominus noster rex, extunc nobis consideratis servicii nostri meritis, prout aliis principibus faciet, respondebit[3].

5. Item si pro recipiendo imperialis fastigii dyademate dictus dominus noster ut eum associemus nos requisiverit, nos eum associabimus, prout ad hoc iuris debito obligamur. Et si causa racionabili seu legitima prepediti hoc facere nequiverimus, sibi pro nobis nostros, prout honorem nostrum decuerit, curabimus destinare.

6. Ipse autem dominus noster rex nobis hanc graciam faciet, quod nos infra terminum, quem predicti Olomucensis episcopus et F. purchravius fuerint moderati, invitos ad curiam suam indictam solenniter non compellet[3].

7. Preterea supradicte paci et concordie omnes terras nostras, adiutores, consanguineos, servitores, homines et amicos nostros et precipue dominum Al. inclitum lantgravium Thuringie et dominum Th. inclitum marchionem de Landesperch, comites, barones, milites et ministeriales, nobiles et alios servitores et adiutores nostros includimus. Specialiter autem includimus dominum L. inclitum regem Ungarie, nostrum consanguineum et affinem, et dominum H. inclitum ducem Wratislavie ac ceteros principes Polonie, qui nostri sunt consanguinei et amici.

8. Circa restitucionem quoque gracie et iurium suorum omnia secundum tenorem priorum privilegiorum super concordia editorum adiutoribus et servitoribus ipsius domini nostri regis et nostris plene fient.

9. Preterea illos, qui de terris nostris domino nostro predicto durante presentis guerre tempore astiterunt et auxilium prebuerunt, plene nostre restituimus gracie et

139. a) *W prior corr. ex V or.* b) *sic or.* c) *stilo acutiori postea scriptum or.; cf. infra n. c.*

1) *Zach. 8, 19.* 2) *Cf. iam supra nr. 134.* 3) *V. infra nr. 140.*

favori et promittimus prestito iuramento, quod huiusmodi culpam, quam in nos commiserunt, nunquam ad animum revocabimus temporibus vite nostre nec eisdem aliquam violenciam contra iusticiam inferemus. Verum si in posterum excesserint, extunc contra ipsos non aliter quam contra alios regni nostri homines iure previo procedemus iuxta iura et consuetudinem regni nostri.

10. Ut autem predicta omnia et singula et pax eciam inter dictum dominum nostrum regem et nos ordinata in singulis suis iuxta prefatum tenorem articulis inviolabiliter observentur, pro parte dicti domini nostri clarissimus dominus Albertus primogenitus eius pro ipso domino nostro rege nomine et mandato ipsius domini nostri regis et in animam eius iuravit et nos corporale prestitimus iuramentum.

11. Preterea dictus dominus noster rex suas et nos nostras metas sic custodiemus et observabimus, quod hinc inde idem dominus noster rex et nos, terrarum nostrarum incole, dispendiosis iniuriis non graventur. Et si per nostros homines, quos in metis habemus vel alibi, ipsi domino regi vel eius hominibus dampna aliqua inferentur, post monicionem ipsius domini nostri regis infra quindenam eos, qui dampna huiusmodi intulerint, ad satisfaciendum per coaccionem suorum bonorum et iurium atque occupacionem compellemus et de bonis ipsorum lesis integre dampna sua resarciemus et nichilominus ipsos temeratores et castra ipsorum obsidebimus. Et si necesse fuerit, nos mox proscripcionis et loci episcopus excommunicacionis sentencias infra sex septimanas a dampni dati tempore numerandas proferemus in eos nullatenus relaxandas, nisi prius lesis de dampnis satisfecerint et pro banno centum libras Pragenses camere nostre solverint.

12. Hec eadem sepedictus dominus noster rex Romanorum, si per suos nos et nostri turbati fuerimus vel gravati, per omnia observabit.

13. Quod si non fecerit, fideles eius comes de Hardegge, Lutoldus pincerna Austrie, Henricus et Albero de Chunringe fratres, H. senior de Witra et H. marscalcus filius suus, Fridericus de Liechtensteyn, Messoǔarius, Otto de Gůtrat, Ulricus de Capella, Werdarius et . . Bombgartarius[d] La intrabunt, ante satisfaccionem plenariam abinde nullatenus recessuri. Verum si per nos steterit, quominus illata per nos iniuria iuxta modum expressum superius retractetur, tunc fideles nostri Bauarus de Strachonitz, Harchelebus de Dubna, Smilo de Belchow, Albertus de Vren, Bsnato et Tazzo filius eius, Chirninus, Mucen, Gerardus, Milota, Besegge et T. filius Ruconis Znoymam pro nobis intrabunt, exinde ante satisfaccionem plenariam nullatenus recessuri.

14. Et de hiis fideliter observandis et eciam faciendis tam ipsius domini nostri regis quam nostri fideles predicti prestiterunt corporaliter iuramentum. Et hec ita procedent, si in communibus, ut in predis, spoliis parvis et aliis minutis, et non in principalibus articulis pax a nostrum aliquo sive nostris fuerit violata.

15. Si vero in maioribus, ut in occupacionibus municionum seu castrorum solennium et insignium et similium vel occisione persone solennis et gravis, per ipsum dominum nostrum regem Romanorum vel ipsius homines pacis ordinacio fuerit violata[e] nec idem dominus rex illata infra terminum expressum superius emendaverit vel retractaverit iuxta modum supra notatum, extunc venerabilis Pataviensis episcopus et illustres principes dominus L. comes palatinus Reni dux Bavarie et dominus Al. dux Saxonie ac alii duodecim, quos de ipsius domini nostri regis comitibus, nobilibus et ministerialibus dictus Olomucensis episcopus elegerit, postquam per nos moniti fuerint

139. d) *an* Bombgartanus *or.?* e) *stilo acutiori scriptum or.; cf. supra n.* c.

per litteras vel per nuncios nostros, Nuremberch intrabunt, abinde nullatenus recessuri, nisi prius per ipsum dominum regem plenaria satisfaccio impendatur. Et super eo predicti tres principes domini nostri regis se iam dacione fidei et litteris astrinxerunt, et ad hoc cum principes, qui pro parte nostra sunt nominati, iuraverint super casu consimili, se iuramenti vinculo corporaliter prestito obligabunt. De aliis eciam, duodecim videlicet adiungendis, a dicto domino nostro rege iam novem, scilicet F. purchravius de Nuremberch, marchio de Habperch, E. de Catzenellenbogen, H. de Hunrstenberch, . . de Riengge, . . de Hirsperch et H. de Vriburg comites et nobiles Otto de Ohsenstayn et Gebhardus de Brunegge iuraverunt. Tres vero residui hoc idem iurabunt, postquam per dominum Olomucensem nostro nomine fuerint nominati.

16. Si autem per nos et nostros in dictis gravibus et maioribus articulis pacis ordinacio fuerit violata, extunc predictus Olomucensis episcopus et illustres principes dominus Otto marchio Brandenburgensis et H. dux Wratislavie et duodecim, quos predictus purchravius dicti domini nostri regis nomine de servitoribus nostris elegerit, postquam per dictum dominum nostrum regem moniti fuerint, Egram infra quattuor septimanas intrabunt, abinde nullatenus ante satisfaccionem commissorum plenariam recessuri. De quibus iam iuraverunt octo, videlicet Bauarus marschalcus regni nostri, Purchardus de Winterberch, Ierco de Waldenberch, Zmilo purchravius de Wetow, Nezamil purchravius Olomucensis, Bohuss marscalcus Moravie, Chuno camerarius Olomucensis et Wilelmus. Quattuor vero residui, qui tunc non erant in nostra presencia constituti, videlicet Theodericus purchravius in Ponte, Hinco de Liachenburch, Chenco de Lipa et Ierozlaus de Steremberch similiter iuramentum prestabunt.

17. Item nec dictus dominus rex nostros sine nostro beneplacito et consensu nec nos dicti domini regis servitores aut homines sine eius consensu fovebimus et recipiemus.

18. Preterea si de dicto domino rege nobis talia referentur contraria vel sinistra, que merito animum nostrum moveant et ad credulitatem inducant, nos relatorem huiusmodi et quid nobis retulerit nunciabimus ipsi regi. Quod et ipse dominus noster rex nobis faciet vice versa.

19. Preterea quicquid infra epyphaniam Domini Herbipolensis et supradictus Olomucensis episcopi et illustres principes dominus L. comes palatinus Reni dux Bavarie, dominus Otto marchio Brandenburgensis predicti, H. lantgravius Hassie et dictus F. de Nuremberch, vel si dicti principes aut eorum aliqui haberi non potuerint, quos ex illis vel aliis iidem Olomucensis et purchravius pro solidiori et utiliori amicicia et concordia firmiori inter dictum dominum nostrum regem et nos invenerint, similiter dictus dominus noster rex et nos tenebimur inviolabiliter observare.

In quorum omnium testimonium et robur presens scriptum fieri et sigillis nostris fecimus communiri.

Dat. Prage, anno Domini millesimo CC septuagesimo septimo, pridie Idus Septembris, sexte indictionis.

140. *CONCESSIO EXEMTIONUM OTTOKARO REGI INDULTARUM.*

(post Sept. 12.)

Servatur apud Henricum Italicum, de cuius codicibus v. supra ad nr. 112. Praebent codices 1 *(in editione p. 33 nr. 15) fol. 101' nr. 224, quem contulit Novák;* 2 *fol. 185 a nobis collatus;* 3 *fol. 165 nr. 66, quem contulit von Juksch. De tempore et ratione*

documenti, quo gratia in pacis Sept. 12. compositae c. 4 et 6 promissa conceditur et augetur, v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 884. *(P. deest.)*

R(udolfus)[a] Dei gracia Romanorum rex[b] etc. universis Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Etsi generaliter ad omnes imperii Romani fideles benivolencie nostre dexteram debeamus extendere debitricem, ad principes tamen precipue principatus amicos, quibus date nobis divinitus potencie fulciuntur honores, nos decet specialius oculos nostre consideracionis extendere ac votis eorundem consensum benivolum prompcius[c] inclinare. Hinc est quod nos illustrem O.[d] regem Bohemie principem nostrum karissimum cupientes favore gracie prosequi specialis, eidem liberaliter ducimus indulgendum, ut a frequentacione curie nostre regalis[1], si quam a nobis hoc anno instanti celebrari contingerit, et ab expedicione seu instauracione regalis exercitus, si quam celsitudo regia moverit, per presentis et instantis anni spacium sit exemptus[e. 2]. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo duximus roborandum[f].

Datum regni nostri quinto[g].

141. *LITTERAE OTTOKARI RUDOLFO REGI MISSAE. 1277. Oct. 31.*

Documentum gravissimum quanti faciendum sit ad cognoscendam novi belli originem, uberius expositum est in Regestis imperii. Insertum est infra nr. 147, cuius autographon asservatur in tabulario Vindobonensi; v. infra. — Böhmer, Reg. imp. VI, 885. *(P. deest.)*

Excellentissimo domino suo domino R. glorioso Romanorum regi semper augusto O. Dei gracia Boemorum rex debitam et paratam ad obsequia voluntatem.

(1) Pro negociis Witegonidum et aliorum servitorum vestrorum Boemorum vestrarum accepimus continenciam litterarum. Quos quidem, quos vestros dicitis servitores, a prima cum vestra celsitudine coram principibus apud Danubium concordia inita[3] numquam inclusos scivimus vestre paci. Quam utique ordinatam inter vos et nos et per principes stabilitam servavimus et servare intendimus pro tempore vite nostre, licet in plerisque circa nos non fuerit observatum. (2) Porro postmodum cum dominum B. venerabilem Olmunzensem episcopum, Zmilonem de Belkaw baronem ac magistrum Ulricum notarium fideles nostros ad vestram magnificenciam pro hiis que ad pacem fuerant miseramus[4], nullatenus ascenderat in cor nostrum, quod debuissent aliqui de nostris terrigenis et hiis maxime, qui nobis fidelitatis homagio sunt astricti, quorum eciam prosapia per nullum modum excepcionis a nostrorum progenitorum obsequiis pariter atque nostris excipi potuit vel aliqualiter segregari, paci vestre aut ordinacioni sub aliquo pretextu concordie intercludi[5]. (3) Et si qui sunt illi, quorum mediantibus tractatibus eciam sub privilegiis vel quibuscumque instrumentis sit hec interclusio procurata, hii transgressi fines mandatorum nostrorum sine tocius nostre consciencie puritate hec poterant attemptasse. Licet prefatis nostris terrigenis, qui se contra nos erexerant infrunite, ex regali benignitate admiserimus misericorditer et benigne, quod usque ad terminum, in quo super articulis quibusdam inter vos et nos per principes debebant aliqua declarari, medio tempore nostre pacis intuitu sub treu-

140. a) A. 1; Iohannes 3. b) Rom. rex *desunt* 3. c) voto promptitudinis 2. 3. d) . . 3. e) exempturus 1. f) etc. *add.* 3, *ubi cetera desunt.* g) *sic* 1. 2.

1) *Cf. supra nr. 139 c. 6.* 2) *c. 4.* 3) *Supra nr. 113; cf. c. 2.* 4) *1277. Mai. 6.* 5) *Supra nr. 129. 130 c. 6 sqq.*

garum commodo sederent pacifice et quiete. (4) Et ecce ut in predictis omnibus nobis veritas suffragetur, ex evidentibus poteritis colligere argumentis. Nam domino F. viro nobili burcgravio de Nurenberg apud nos in Opavia constituto inter singulas gracias, quas per ipsum a vestra excellencia sine lesione imperii petebamus, hoc precipuum et magis gratuitum nobis petivimus, ut servitores nostri intacti a corpore regni nostri nobis et nostris heredibus integraliter remanerent, quolibet scismatis ad personam aliam scrupulo relegato [1]. (5) Ac demum eodem domino F. burcgravio de Nurenberg cum domino viro nobili comite de Vurstenberg ad nos iteratis vicibus veniente Pragam, eiusdem intencionis fuimus sicut prius, ita quod ad omnia tenenda pro statu concordie inter vos et nos ac amicabilis unionis nos astrinximus iuramento, excipientes pleno ore principaliter atque primo, quod nostri homines cum nostrarum terrarum iuribus nobis remanerent integri et non scissi [2]. (6) Verumptamen illos, qui erga nos excessisse abusione qualibet videbantur, omni dicebamus vestri intuitu nos velle et debere prosequi gracia et favore, nostre gracie gremio perpetuo reassumptos, ita quod de ipsorum excessu nulla deinceps apud nos perpetuo ad vestre peticionis instanciam mencio haberetur [3]. (7) Quare adhuc serenitatis vestre benivolenciam omni et devota precum instancia suppliciter exoramus, quatenus circa nostros homines omne ius, quod nostri progenitores hactenus habuerunt, nos habere velitis illesum, non attendentes sinistras persuasiones adversariorum nostrorum, qui condicionem nostram et nostrorum heredum vellent multipliciter vulnerare. (8) Non enim admisimus, ut superius tetigimus, quod tales composicioni pacis vestre per quoscunque inclusi fuerint. Quod si secus extitit ordinatum, ad id sciatis nos nichil nostre consciencie vel consensus aliqualiter prestitisse, de vestra benignitate firmam spem et confidenciam retinentes, quod condiciones iurium nostrarum terrarum, que a nostris progenitoribus usque ad nos deducta sunt, ampliare quam debilitare pocius debeatis, presertim cum simus unum de menbris imperii, in cuius debilitate non accrescere, immo decrescere imperio magis potest. (9) Ceterum ut H. Pruzlino in causis de possessionibus suis plena iusticia vestris iussionibus procuretur, pro gratissimo reputamus, quem libenti animo destinabimus ad persequendum et assequendum sue iusticie complementum. Dignum eciam est, quod idem H. de se querelantibus iuris exhibeat talionem.

Dat. in Podebrad, II. Kalen. Novembris.

---

142. CONFIRMATIO IMMUNITATIS EPISCOPORUM.

1277. Mai 28.

Proponimus ex duobus autographis, quae sunt 1) *tabularii generalis regni Bavarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 74 a, exemplar Pataviense, quod minime exaratum est in cancellaria regis; sigillum parum laesum pendet filis sericis; contulit Herre;* 2) *tabularii Vindobonensis, ut opinamur exemplar Salzburgense, secundum editionem apud Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden zur Verfassungsgeschichte' p. 110 nr. 54 paratam. Apographa neglex imus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 780.* *(P. 416.)*

1) *Cf. supra nr. 139 c. 7.* 2) *c. 1.* 3) *c. 9.*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Inter alia magne devocionis et fidei argumenta, quibus principes nostri karissimi Fridericus venerabilis archiepiscopus Saltzburgensis[a], Berhtoldus Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Pataviensis, Ditricus Gurcensis, Iohannes Chyemensis[b] et Wernhardus Seccouiensis[c] ecclesiarum episcopi per effectum operis ostenderunt, quo affectu personam nostram respiciunt et quo zelo Romanum imperium amplectuntur, illud tanquam memoriale perpetuum pro ipsorum honore et gloria extollendis presencium serie litterarum duximus exprimendum, videlicet quod cum causa reipublice, cuius tutelam gerimus, nos urgeret, ut ad partes Austrie robur imperii duceremus, predicti principes sic fideliter, sic efficaciter et constanter in omni nobis periculo astiterunt consilio, favore et auxilio manuali, ut ipsos relinquere merito debeamus aliis in exemplum. (2) Cumque nobis moram trahentibus in eisdem partibus sumptus milicie nostre necessarii penitus defecissent nec possemus per viam vel modum aliquem huiusmodi indigencie providere, dicti principes nostri moti precum nostrarum instancia voluntarie consenserunt, ut tam de bonis ipsorum dominicalibus, quam de prediis monasteriorum et ecclesiarum eorum iurisdictioni in partibus Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie subditarum subsidium tolerabile peteremus, per quod tante necessitatis articulus, qui nos et imperium cohartabat[d], per eorum suffragia et digne recolenda subsidia tolleretur. (3) Sed quia predictorum principum devota benignitas in hac parte nobis exhibita posset ipsis et ipsorum ecclesiis contra nostrum propositum votumque animi occasionem inducere servitutis per nostros successores et futuros dictarum terrarum dominos inponende, nos qui eorum indempnitati consulere volumus et cavere tenemur, edicto perpetuo statuimus, ut nullus successorum nostrorum in Romano imperio sive regno ac eciam predictarum terrarum domini, si forte contigerit in futurum terras prefatas per speciales dominos ordinari, predictam graciam ex sola liberalitate principum nobis factam ad consequenciam trahere vel eius pretextu aliquid tanquam sibi debitum extorquere, exigere seu exactum colligere audeat vel contendat. Sciatque presumptor talis iniurie, se adversus inmunitatem ecclesiasticam sacrasque leges Romani imperii ausu sacrilego deliquisse. (4) Nos quoque promisimus dictis principibus fide data quam vice prestitimus sacramenti, quod temporibus vite nostre nichil talium exigemus, sed magis cogitabimus et servabimus illas vias, per quas ipsis et ecclesiis hanc liberalitatem grata vicissitudine rependamus. (5) Statuentes nichilominus contra futuros dictarum terrarum dominos, qui presentem nostram violare presumpserint sanccionem, ut si tercio conmonitus per episcopos non destiterit a tali sarcina ecclesiis inponenda aut inposita colligenda, extunc ipso iure tanquam factus ingratus ecclesiis, a quarum gravamine monitus non desistit, feuda perdat que possidet ab ecclesiis, quas indebita exaccione non metuit onerare, ut sciat nichilominus transgressor huiusmodi nostri privilegii, quod iuri consonat et continet pietatem, quod preter dignam severitatis acrimoniam, que contra sacrilegos per leges Romani imperii est promenda[1], virgam nichilominus sustinebit ecclesiastice discipline.

Datum Wienne, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo[e] septimo, quinto Kal. Iunii, indiccione quinta, regni vero nostri anno quarto.

---

142. a) Salzburgensis 2. b) Chymensis 2. c) Sekoviensis 2. d) *sic* 1. 2. e) MCCLXX. 2.

1) *Cf. Dig. XLVIII, 13.*

143. CONCESSIO FEUDORUM CIVIBUS INDULTA.

1277. Iun. 27.

Cum Colmariae nec autographon nec vetus apographon nobis petentibus reperiri posset, proponimus exemplar, quod iam olim paravit J. Ficker ex apographo saec. XVI. in tabulario Oenopontano 'Cod. 41, Urkundencopien' III, 712 asservato. Quod etiam adhibuit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 94 nr. 112[1]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 796.* *(P. deest.)*

[Nos] Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presens scriptum intuentibus volumus esse notum, quod nos dilectorum fidelium nostrorum civium de Ensissheim desideriis ac votis voto promptitudinis occurrere tanto convenientius reputamus, quanto iidem nobis inter ceteros nostros fideles fidelius et immediantius coniunguntur. Hinc [est], quod nos ob experta fidei sue merita, quibus erga nos et imperium incessanter exuberant, cupientes ipsos favore gracie prosequi singularis, hanc ipsis de nostre plenitudine potestatis graciam elargimur, ut ad instar aliorum feudotariorum et ministerialium nostrorum feuda titulo iusto recipere valeant ac eadem licite possidere. In cuius gracie perennis testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Wienne, quinto Kal. Iulii, indictione V, anno Domini MCCLXXVII, regni vero nostri anno quarto.

144–149. TRACTATUS CUM LADISLAO REGE UNGARIAE.

1277. Iul. 12. — (Dec.)

144. *PACTUM CUM LADISLAO REGE. Iul. 12.*

Exemplar Rudolfi regis insertum est infra nr. 145. Econtra regis Ungariae exemplar servatum non habemus[2]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 813.* *(P. 418.)*

Rodolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum.

1. Divina providencia, que in sui disposicione non fallitur, potissimum inter cetera fedus humani generis in publice utilitatis observancia, in qua Deus colitur unione indissolubili per pacem que est vinculum karitatis[3], corroborari voluit et inviolabiliter ac inevellibiliter mutua vicissitudine quoslibet Christi fideles, sive summi fuerint sive cuiuscumque status vel condicionis, uti et frui et in Christo alacritate omnimoda con-

1) *Cf. gratiam regis Lucernensibus factam 1277. Nov. 4. (Reg. imp. VI, 887):* hanc vobis graciam duximus . . . faciendam, ut more nobilium et militum imperii feodorum capaces esse possitis, *atque ea quae exposuit Frensdorff 'Nachrichten der Gottinger Gesellschaft der Wissenschaften' 1891 p. 412sq.* 2) *Cf. duas Rudolfi regis epistolas, quae ad tractatus cum Ladislao rege iam aestate a. 1276. inchoatus spectantes cuiusdam sunt momenti et quamquam in Regestis imperii VI, ad 622a commemoratae, tamen ibi paene delitescere videntur.* 3) *Cf. Os. 11, 4.*

gaudere. Hiis consideracionibus ex multis causis et racionibus invitati et attracti cum Ladizlao illustri rege Hungarie karissimo amico nostro omnem unionem, amiciciam et affinitatem contraximus, ut utrumque auxilio, consilio et favore in omnibus et per omnia nobis invicem assistamus, cum id tempus, locus vel oportunitas vel necessitas vel utilitas nostri vel nostrorum exegerit, omni occasione vel excusacione relegata penitus et exclusa.

2. Et sponsalia contracta inter illustrem A. ducem tocius Sclavonie et Croacie fratrem ipsius regis Hungarie et filiam nostram karissimam Clemenciam, matrimonio subsecuto, die ad hoc [statuto][a] per L. illustrem regem Hungarie et per nos vel per intermedios nuncios nostros sollempnes laudabiliter consummantur.

3. Et ut hoc firmiter perseveret, per karissimum filium nostrum primogenitum et alios principes et barones nostros, affines nostros et consanguineos karissimos, iusiurandum seu corporale sacramentum tacto ligno vivifice crucis prestari fecimus in nostra presencia et in nostram animam et in animam consortis nostre karissime inpresenciarum ibidem existentis et nobis consencientibus, viva voce eisdem mandantibus et precipientibus prestari huiusmodi iusiurandum, accipientibus huiusmodi iusiurandum seu sacramentum venerabilibus patribus Lodomiro Waradiensi, Tymotheo Zagrabiensi episcopis, Rolando bano, Aladario magistro dapiferorum domine regine Hungarie, magistris Demetrio Albensi vicecancellario eiusdem regis Hungarie illustris et Iohanne Budensi prepositis et promittentibus et asummentibus sollempniter, ut nunciis nostris, quos cum eisdem ad illustrem regem Hungarie dirigimus affinem nostrum karissimum, per eundem regem Hungarie consimile sacramentum et modo consimili prestari faciant et ab ipsius baronibus et principibus iuramentum exigatur et prestetur modo superius annotato.

4. Exhibebitur eciam dux Andreas frater regis ipsis nostris nunciis ad videndum, quo experto atque viso, si defectus notabilis expers repertus fuerit, sponsalia solidata manebunt.

5. Promisimus eciam fide data, universa et singula pacta facta predicto amico nostro regi Hungarie circa ea, que [habemus][a. 1] adversus dilectum principem nostrum regem Boemie, fideliter et legaliter observare, quodque sollempnes nuncios nostros ad dictum regem Boemie cum nunciis regis Hungarie transmittemus, per quos ipsum ammonere curabimus eique instabimus bona fide, ut prefato regi et regno Hungarie ablata restituat et de dampnis datis, iniuriis irrogatis[1] satisfaciat, sicut debet. Alioquin facta priora, que amico nostro prefato fecimus, firma servabimus et tenebimus illibata.

6. Item promittimus et promisimus modo consimili data fide, ut omnia castra, municiones, oppida, villas, terras et alia, que predictus rex Boemie occuparat vel fecerat occupari vel nostris temporibus Australes et Stirienses, Karinthani occuparant et detinent occupata nec adhuc reddidimus vel reddi fecimus, restitui faciemus propriis nostris et nostrorum laboribus et expensis, ita tamen ut, ubi necesse fuerit, predictus rex Hungarie nobis per suos vel per se ipsum, si necesse fuerit, circa castrorum et municionum recuperacionem auxilium prebebit oportunum. Terras eciam et regna, regnum videlicet regis Hungarie et terras nostras Austrie, Stirie, Karinthie in suis certis terminis et antiquis permanere faciemus, certis ad hoc utrimque baronibus et fidelibus et die deputatis.

7. Item promittimus et promisimus data fide, ut infideles ipsius regis Hungarie, sive barones fuerint sive iuvenes familiares sive quicumque de domo eiusdem vel de

144. a) *deest or.; sic fere supplendum.*

1) *Cf. infra p. 143 l. 35. 36.*

regno seu terris, non recipiemus nec ad terras nostras sive regna admittemus. Et hoc idem ipsum regem Hungarie nobis facere volumus versa vice.

8. Item promisimus et promittimus, ut malefactores in confinibus terrarum nostrarum et regnorum nostrorum existentes compescemus et compesci faciemus, qui si non destiterint, eosdem penitus de regnorum et terrarum nostrarum confinibus faciemus removeri. Quod idem rex Hungarie nobis mutua vicissitudine in regnorum suorum et terrarum suarum confinibus faciet observari, ad quod si necesse fuerit mutuum auxilium impendatur.

9. Item promisimus et promittimus, sicut hinc inde promissum alias recolimus, ut mercatores salvis rebus, mercimoniis et personis per districtum nostrum, regna nostra et terras, solutis iustis pedagiis, theloneis et tributis et consuetis, secure transeant et omni gaudeant libertate, quia tributa indebita et inconsueta omnino volumus aboleri. Et hoc idem rex Hungarie in suo districtu et in suis regnis et terris equaliter faciet observari.

10. Ut autem contractus huiusmodi affinitatis et amicicie pluribus innotescat, presentes litteras, quas sepedicto domino regi Hungarie dedimus, sigillis nostro et principum nostrorum, qui tunc presentes in curia nostra aderant, scilicet quorum dignitates et nomina inferius continentur, fecimus communiri.

Nos autem Fridericus archiepiscopus Salzbu[r]gensis, Ber. Babinbergensis, H. Tridentinus, P. Pataviensis, Wer. Seccoviensis, . . Gurgensis et Chimensis ecclesiarum episcopi et Ludovicus comes palatinus Reni dux Bawarie et Albertus dux Saxonie, quia predictis interfuimus et eisdem auctoritatem et nostrum consensum adhibuimus et eciam promittimus pro observacione eorum adhibere opem et operam diligentem, in eorum testimo[n]ium sigilla nostra una cum predicti domini nostri R. Romanorum regis sigillo presentibus duximus apponenda.

Datum Wienne, IIII. Id. Iulii, indictione quinta, anno Domini MCCLXXVII, regni vero nostri anno quarto.

145. *PROMISSIO LEGATORUM DE LITTERIS A REGE UNGARIAE CONCEDENDIS.* *Iul. 12.*

Autographon servatur in tabulario Vindobonensi; pendent sex sigilla, quorum tria plus minusve laesa, loris membranaceis. Insertum est pactum supra nr. 144. — Böhmer, Reg. imp. VI, 814. *(P. 417.)*

Nos Lodomirus Waradiensis, Timotheus Zagrabiensis ecclesiarum episcopi, Rolandus banus, Aladarius magister dapiferorum regine Hungarie[a] et comes de Neugrad, magistri Demetrius Albensis aule regie vicecancellarius, Iohannes Budensis prepositi significamus omnibus presencium per tenorem, quod nos in presencia domini Rodolfi Dei gracia regis Romanorum semper augusti personaliter constituti tamquam nuncii et procuratores dati, constituti et ordinati a domino nostro L. Dei gracia illustri rege Hungarie cum legitimo mandato et sufficienti iuravimus modo debito in animam domini nostri regis Hungarie corporali prestito sacramento, ut litteras sub eiusdem domini nostri regis et principum ac baronum suorum, videlicet archiepiscoporum, episcoporum et aliorum ecclesiasticorum prelatorum et laicorum, qui tunc presentes aderant, sigillis communitas concederet[b] nunciis et procuratoribus predicti domini regis Romanorum ad eundem dominum nostrum regem ad hoc specialiter destinatis sub eadem forma, quam littere predicti regis Romanorum sub sigillis suo et principum ac baronum

145. [a]) hungr *or.* [b]) *sic or.*

suorum communite continent, daret, concederet et traderet, verbis competenter transmutatis, servato eodem per omnia intellectu, et quod iidem dominus noster rex et principes ac barones sui consimile sicut rex Romanorum prestabunt per omnia sacramentum.

Litterarum autem supradicti domini R. Romanorum regis tenor est talis:

'Rodolfus Dei gracia — anno quarto.' *supra nr. 144.*

146. *LITTERAE REGIS RUDOLFI ARCHIEPISCOPIS ET PRINCIPIBUS UNGARIAE DIRECTAE.* *(post Iul. 12.)*

Superest in libris formularum, de quibus v. supra ad nr. 14—16. Praebent E *fol. 112' nr. 70, ubi rubrum* Rex scribit principibus Ungarie ad tractandum de pace *et* O *fol. 31' nr. 39, ubi rubrum minus rectum* Rex apostolico. *Varia lectione recte aestimata dubitari non potest, quin unam eandemque epistolam Rudolfinam in utroque formularum codice traditam habeamus, non duos, alteram Rudolfi alteram Ottokari regum. — Böhmer, Reg. imp. VI, 815.* *(P. deest.)*

Rud(olfus)[a] Dei gracia etc. venerabilibus in Christo patribus et amicis Strig[oni]ensi et Colocensi archiepiscopis et eorum suffragan[e]is necnon principibus et baronibus per regnum Ungarie constitutis salutem et sincere regie benignitatis affectum[a].

Vigilantes in multa sollicitudine et[b] oculos mentis nostre perraro claudimus nec sudores abstergimus ab eisdem, donec rex regum et[c] dominus dominancium, princeps pacis illam nobis ex alto conferat potestatem, qua divisas in populo christiano ex multis discordiis hominum voluntates ad unius voti propositum, ad[b] quod eterni regis gracia[d] conformes nos faciat, reducamus. Ad hoc mentis nostre conceptum feliciter consumandum illustrem principem dominum L. regem Ungarie amicum nostrum precipuum principalem[c] nobis elegimus promotorem, cum quo de nostra et sua concordi[e] et consona voluntate societatis et amicicie federa perpetuo duratura pepigimus sibique[f] promisimus et promissum a nuncio suo ad hoc specialiter ad nos misso recepimus, quod in iuribus[g], libertatibus et honoribus regnorum, terrarum et hominum nostrorum adversus quemcumque hominem defendendis[h] fideli vicissitudine nos iuvabimus favore[c], consilio et auxilio manuali, prout in litteris nostris patentibus hec et alia plenius continentur[i, 1]. Verum cum ad hoc solum intencio nostra[k] dirigatur, ut oculi[l] nostri videant equitatem, hos tractatus sine vestro consilio et assensu perficiendos[m] fore non credimus, cum negocii qualitas et rei geste utilitas specialiter vos contingat, caritatem vestram requirimus et rogamus instanter, quatenus supradictum regem amicum nostrum carissimum in presenti tractatu eatenus[c] informetis, quod[n] paci publice et divine iusticie, quam privatis nostris comodis parvipensis in agendis[o] nostris semper elegimus, creditis expedire. Et ut nostre sinceritatis affectus vestre[p] prudencie plenius elucescat, virum religiosum fratrem Harperium ordinis Minorum[q] ad presenciam vestram misimus, qui extra litteras vobis poterit iustum[c] in hac parte nostrum propositum distinctius explicare.

Datum etc.[r]

146. a) Rud(olfus) — affectum *in solo E.* b) *deest O.* c) *deest E.* d) gracie *E.* e) concordia *E.* f) sibi et *E.* g) et *add. E.* h) defendentes *E.* i) exprimuntur *O.* k) nostra intencio *E.* l) elci *E.* m) proferendos *O?* n) quatenus *O.* o) agendum *E.* p) vestre prud. *O.* q) *loco* Harp. ord. Min. *E*: C. r) Datum etc. *des. E.*

1) *Supra nr. 144.*

147. *TRANSCRIPTUM LITTERARUM REGIS BOHEMIAE PER EPISCOPOS FACTUM. Nov. 11.*

Autographon servatur in tabulario Vindobonensi; appendent tria sigilla parum laesa loris membranaceis. De ratione v. Reg. imp. VI, 885 et 887a. — Böhmer, Reg. imp. VI, 888. *(P. deest.)*

Nos Bertoldus Babenbergensis, Petrus Pataviensis, Iohannes Chyemensis et Wernhardus Secoviensis ecclesiarum episcopi tenore presencium puplice profitemur, illustris domini O. Boemorum regis litteras serenissimo domino Rudolfo Romanorum regi directas vidisse et audivisse tenorem huiusmodi continentes:

'Excellentissimo domino suo — Kalen. Novembris.' *supra nr. 141.*

In testimonium predictorum nos episcopi supradicti prescriptum tenorem de predicti domini O. Boemorum regis litteris, quas vidimus et audivimus, transcribi mandavimus et sigillorum nostrorum munimine roborari.

Dat. apud Heimburgam, III. Idus Novembris.

148. *PACTUM ALTERUM INTER REGES RUDOLFUM ET LADISLAUM. (c. Nov. 11.)*

Litteras certe regis Rudolfi in quibusdam formularum libris servatas ediderunt tam e codice olim S. Crucis nunc deperdito C *Cenni 'Monumenta dominationis pontificiae' II, 416 (= l. II, 31), quam e codice Vindobonensi 9351 (Iur. civ. 76)* G *Gerbertus 'Codex epistolaris Rudolphi I' p. 149 (= l. III, 7), quorum editiones inter se concordantes sequimur. Ceterum de horum codicum indole v. Reg. imp. VI, p. 16. De codice* V *fol. 39 (in editione p. 226) v. supra ad nr. 96; cuius lectiones utpote suo Marte discrepantes omnino reiecimus.*

Documentum hoc, quod integrum sine dubio gravissimum fuit, in formularum codicibus ita decurtatum esse, ut ea ipsa desint, quae scire nostra maxime interest, multum sane dolemus. De ratione et tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 890.

Ordinator boni consilii et rectarum dispositor voluntatum nos cum magnifico principe domino L. sic uniformiter concordavit, quod alter nostrum in alterius dampnis et lucris, commodis et incommodis factum proprium versari estimet et suum speciale reputet interesse. Nuper quidem nobis convenientibus et leta spectantibus visione tali tempore atque loco[a], universas et singulas promissiones seu ordinaciones hinc inde per nostros consiliarios diversis temporibus inchoatas et tandem utriusque nostrum patentibus litteris approbatas[1] nos ambo reges pariter constituti ratas et gratas habere et perpetuo conservare promisimus fide data alter alteri manualiter, quam vice et loco prestitimus sacramenti. Hoc eciam de communi adiecimus voluntate, quod in litibus et questionibus super dampnis datis et iniuriis irrogatis vel aliis quibuscumque, quas habemus adversus illustrem regem Bohemie[2], unus alterum tam fideliter quam viriliter adiuvabit nec unquam[b] sine alterius beneplacito et consensu cum predicto rege treugas, pacem vel concordiam celebrabit nec de ipsis tractatum habebit. Ad quod nos astrinximus sub eiusdem fidei sponsione. Ceterum de terminis terrarum nostrarum legaliter distinguendis et distinctis in pace et concordia observandis taliter duximus ordinandum etc.[3]

148. a) *sic V; loco* tali — loco *C. G:* N. b) unus *G.*

1) *Supra nr. 141.* 2) *Cf. supra p. 140 lin. 33; Scheffer-Boichorst 'Mittheilungen des Instituts' X, 88 n. 3 et 'Zur Geschichte des XII. und XIII. Jahrhunderts' p. 337 n. 1. Sed potius parvi momenti est talis verborum concordantia. V. nr. 149.* 3) *Cf. supra nr. 113 c. 11, nr. 114 c. 6 itemque Reg. imp. VI, 921.*

149. *EPISTOLA REGIS UNGARIAE DE OTTOKARO REGE. (Dec.)*

Superest in solo codice Ottoboniano 2155 fol. 28 nr. 19, cuius editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 122 nr. 112 paratam repetimus. Est rubrum Rex Ungarie regi Romanorum. *De tempore, ratione, personis v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 899. (P. deest.)*

Magnifico principi domino Rud(olfo) regi Romanorum semper augusto patri suo karissimo et affini predilecto Lad(islaus) Dei gracia rex Ungarie mutue sinceritatis affectum.

(1) Promissionem, quam vobis fecimus data fide, inviolabiliter quoad vixerimus intendimus observare[1]. Noverit itaque vestra celsitudo, quod venerunt ad nos nuncii regis Bohemie in legacione eius, cuius legacio talis est, quod nos ad perpetue pacis unionem veniremus cum eodem, venientes nos cum eodem contra omnes, promittens nobis vice versa, quod totum thesaurum nostrum nobis restitueret ex integro et quod de dampnis et iniuriis nobis datis et illatis per eundem satisfaceret iuxta desiderium cordis nostri et insuper cum omnibus amicis suis, videlicet Heinrico duce Bawarie, marchione Brandenburgensi, marchione Misnensi seniore et iuniori contra omnes mundi viventes nos iuvaret, faciens et efficiens per omnia, que nos eidem facere diceremus. Et allegabat quasdam rationes, per quas nos sibi attrahere nitebatur, videlicet quod propter consanguinitatem, affinitatem et vicinitatem sibi magis quam alteri facere deberemus. (2) Unde quia cordi nobis est, una vobiscum vivere pariter atque mori et nunquam de contracta amicitie unione resilire, ecce omnem intencionem et legacionem dicti regis Boemie, quam nobis per nuncios suos verbaliter nunciavit, vobis duximus propalare. Litteras enim suas vobis misimus presencium per latorem volentes, ut quicquid cognita legacione et intencione eiusdem regis Boemie vobis visum fuerit, decernatis et nobis intencionem vestram et responsionem quam eidem facere debeamus rescribatis. Et petimus, quod eciam hominem vestrum ad nos cum latore presencium transmittatis, coram quo prefatos nuncios regis Boemie cum legacione et responsiva, que vobis visa fuerit et nobis nunciabitis, expediamus. Tenentes pro certo, quod nos parati sumus ad vitam et ad mortem contra omnes mundi viventes totum id facere, quod paternitati vestre promisimus sub nostre fidei sponsione. (3) Ceterum petimus paternitatem vestram, quod filios Gochol, nobiles de Vredwerch, Ayberch, Cygver et burchgravium de Chirchslag in nostri auxilium ad Causarium principem nostre milicie[2], que circa nos est, vestri gracia celeriter transmitta[ti]s. Petimus eciam, quod machinas et instrumenta, quibus castrum expugnari possit, nobis mitti vestra gracia ordinetis.

Datum etc.

---

150. SENTENTIA DE SUCCESSIONE FEUDI PROBANDA.

1277. Iul. 20.

Cum nec Basileae nec Colmariae in tabulariis aliud exemplar nobis petentibus reperiri possit, proponimus secundum copiam iam olim a b. m. Jaffé ex apographo membranaceo saec. XV. in. tabularii Basiliensis 'Varia 2' factam, quam adhibuit etiam Winkelmann 'Acta imperii selecta' II, 94 nr. 113. Quod itaque propositari sumus, nil aliud

1) *V. pacta supra nr. 144. 145. 148.* 2) *Nomina Ungarica in codice Ottoboniano aliquantum corrupta censuerim. In Fejéri enim Codice diplomatico filii comitis Gochot (a. 1310), nobiles viri Chygcez (a. 1287), nobilis de Chazáry (a. 1308) obviant. V. indices.*

esse quam versionem Germanicam sententiae postea a scriptore quodam suo Marte ex autographo factam, quod quin lingua Latina emanaverit dubitari non potest, multum dolemus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 826. *(P. deest.)*

Ruodolff von Gotz gnoden Rômischer kunig allzit merer des richs allen getruwen des heiligen Rômschen richs, die dise briefe ansehent, sine gnode und alles gut.

Durch dise gegenwertigen briefe bekennen wir und verjehent offenlich, daz zu Wyene sint vor uns gesessen in gerichte dise nachgeschribene fůrsten am zinstag vor sanct Marie Magdalenentag von Gotz geburt thusent zweyhundert und siben und sybenzig jor, in der funfften indicion nach Rômischer zal, Chůne von Iunckholcz fur sich und sine vettern Hans, Cůnrat und Eglin und fur irs brůder Wernhers seligen sun und bat durch eine gemeine urteil zů erkennen, wye die, die ire eygene gůtter einem herren uffgebent mit dem gedinge, daz sy und noch irem tode von irem stammen der nechste in demselben lehen sôlle der nechste sin, und ob das von dem herren gelôggenet wurde, man das sôlle bewisen. Und also wart durch gemeine urteil der nochgeschribenen fůrsten und edler bekant, daz su das selbe gedinge durch gezugnisz zweyer erberer man môgent bewysen. Und sint disz die fursten, die dise urteil gebent: die erwirdigen der ertzbyschoff von Salczburg, von Bobemberg, Passôw, Basel, Trient, Gurgk, Seckow und Kume alle byschofe und die durchluchtigen L. pfalleczgrofe by Rin und herczoge zů Peyern und Albrecht herczogen zů Sachsen. Und des zů gezugnisz disz gegenwurtigen briefs so han wir geheissen unser ingesigel haran hengken.

Geben uff dem tag und in der stat alz vor, unsers richs am vierden jor.

---

151. 152. LEGATIO AD CARDINALES SEDE VACANTE.

1277. Iul. 27. — (Aug. Sept.)

151. *SCRIPTUM CARDINALIUM. Iul. 27.*

Superest in collectione dictaminum Berardi Neapolitani. Codicem tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII. nr. 121 contulit Pogatscher. Edidit etiam Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 201 nr. 356. Quae in capitibus 2—4 litteris minoribus excudenda curavimus, concordant supra cum initio nr. 107 et cum nr. 120 c. 2—3. Et ipsum caput 5 integrum sumptum est ex nr. 120 c. 4, sed quia verba plerumque mutata sunt, litteras minores non adhibuimus. — Potthast nr. 21250. Böhmer, Reg. imp. VI, 835. *(P. deest.)*

Miseratione divina etc. excellenti et magnifico principi domino Rudolfo regi Roman(orum) illustri, carissimo ipsius ecclesie filio, salutem in Domino.

(1) Quamquam de vacatione sancte Romane ecclesie matris nostre multipliciter ancxiemur, quamquam illius consideratio corda nostra incessanter affligat et filialis noster affectus ad eam ad illius provisionem utilem, quam totis precordiis a Domino instanter exposcimus, sic nos urgeat, sic universos conatus nostros vinculis solide caritatis astringat, ut nimirum a considerandis aliis quasi penitus abducamur, quia tamen totius orbis

et vester precipue ac aliorum christianorum principum status pacificus nostris admodum insidet animis, continere non possumus, quin ad illum nostre convertamus considerationis intuitum et ad procurandum ac conservandum eundem studiose sollicitudinis efficacem operam impendamus, presertim cum ad id nostrorum patrum Romanorum pontificum recentia exempla nos excitent, in quorum prosecutione, cum de nostro consilio et deliberatione processerint, non solum eorumdem pontificum factum prosequimur, set et nostrum, sicut infrascriptorum series manifeste declarat. (2) Novit siquidem excellentia regia, quanta felicis recordationis G. pape X.* tempore fuerit sollicitudine ac instantia laboratum, ut vestris gressibus in via pacifica positis vestre promotionis negotium quietius procederet et securius duceretur. Ad quod, sicut nostis, varios idem pontifex perutiles tractatus assumpsit, quos finaliter consumari eius, prout Domino placuit, de hoc mundo vocatio non permisit. (3) Quare venerande memorie Innocentius papa V. eiusdem G. in papali dignitate successor consulte considerans, quod tranquillitati status publici et vestris precipue comodis, quibus in hoc providere paterno intendebat affectu, expediebat, ut tractatus huiusmodi ante vestre serenitatis adventum in Italiam firmitate debita vallarentur, magnitudinem regiam duxit per apostolicas litteras rogandam in Domino et hortandam, vobis nichilominus persuadens, ut quanto possetis celerius aliquos viros ydoneos pacem et concordiam gerentes in votis et a vobis plenum habentes ad premissa mandatum ad eadem vestro firmanda nomine curaretis ad suam presentiam destinare, cum expediret omnino et sue propterea voluntatis existeret, ut iter ad veniendum in Italiam non assumeretis, et si assumpseratis, nequaquam assumptum prosequeremini, antequam premissa forent soliditate congrua roborata; venerabili fratre* Bernardo episcopo tunc electo Albiensi ad vestram propter hoc presentiam destinato, qui causas utiles et necessarias, [que] non immerito pontificem ipsum Innocentium ad ista movebant, et voluntatem suam super illis, quamquam in predictis litteris patenter expressam, manifestius aperiret, quam ex affectu sincero consuluit et cum fratribus suis consulta deliberatione prehabita voluit adimpleri. Tandem venerabili fratre . . Basiliensi episcopo, vestro tunc nuntio ad sedem apostolicam accedente ac excellente principe domino Carulo illustri rege Sicilie carissimo ipsius ecclesie filio apud sedem existente predictam, prefatus pontifex Innocentius laboravit sollicite ac diligenter interposuit partes suas, ut tractatus huiusmodi optatum exitum sortirentur. (4) Set eodem pontifice Innocentio, sicut de dispositione processit Altissimi, eum incurrente infirmitatis articulum, in quo temporalis cursum vite finivit, tractatus ipsi desiderate consumationis effectum consequi minime potuerunt. Insuper pie recordationis Adrianus papa V. eidem pontifici Innocentio in apostolatus succedens officio voluit, ut idem rex se conferret Viterbium pro memoratis tractatibus prosequendis, ubi venerabiles fratres . . Sabinensem episcopum*, I. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano et I. Sancte Marie in Cosmydin diaconos cardinales super prosecutione huiusmodi deputavit. (5) Sed quia predictus pontifex Adrianus post promotionem suam brevissimo tempore supervixit, assumpta prosecutio ad id, quod prosequentium intendebat instantia, non pervenit. Demum autem felicis recordationis Iohannes papa XX primus ad apicem apostolice dignitatis assumptus, licet libenter super huiusmodi tractatibus fuisset eorundem predecessorum suorum studia prosecutus, quia tamen nec prefatus Basiliensis episcopus nec quivis alius ad hoc transmissus vel a vobis habens ad premissa mandatum vestro firmanda nomine in Romana curia presens erat, ipse desiderans premissum negotium, scandalis et impedimentis quibuscumque submotis, ad pacificum et desideratum exitum devenire, ut processus vester quietior esse posset et propter hoc laudabiles in hiis eorundem predecessorum suorum semitas prosequens, magnificentiam vestram per suas litteras attente rogavit et hortatus est in domino Iesu Christo, ut cum omni festinantia qua possetis aliquos viros ydoneos pacis et concordie zelatores plenum a vestra celsitudine ad premissa mandatum habentes ad eadem vestro firmanda nomine ad ipsius presentiam mitteretis, cum expediret admodum et propterea sue voluntatis existeret, ut iter ad veniendum in Italiam non assumeretis, et si assumpseratis, nequaquam assumptum

prosequeremini, donec eorundem tractatuum exitu cognito, vobis ab eo super adventu vestro ipsius et apostolice sedis beneplacitum per litteras speciales et nuntios certitudinaliter panderetur. Voluit quoque idem pontifex Iohannes, ut predenuntiaretis eidem, quando viros eosdem venturos ad suam presentiam verisimiliter crederetis, ut interim procuraret, quod et prefatus rex de suis provideret propter hoc nuntiis destinandis, qui cum viris eisdem in curia Romana concurrerent, quo magis utrisque presentibus in eorundem prosecutione tractatuum processus efficax haberetur. Et nichilominus dilectum filium fratrem Bartholomeum de Amelia de ordine Minorum ad vestram celsitudinem destinavit causas utiles et necessarias, que ipsum ad premissa non immerito inducebant, et voluntatem suam super illis apertius expressurum, quam ex affectu puro consuluit et nobiscum consulta deliberatione prehabita voluit adimpleri. (6) Profecto intendebat huiusmodi premissorum pontificum Romanorum et specialiter Innocentii et Iohannis paterna provisio quieti status publici et vestris, sicut in litteris eorundem exprimitur, singulariter volens providere profectibus, ut omni diligentia caveretur, ne propter vestrum aut vestre militie sive gentis adventum in Italiam ad seditiosorum susurria, quibus plus quam expedit refertus est orbis, vel eorundem immissiones malivolas aliquid turbationis insurgeret, quod dictorum consumationi tractatuum impedimenti obicem ministraret. (7) Verum licet et vos, memorato pontifice Iohanne adhuc vivente, venerabilem fratrem . . Tridentinum episcopum propter hoc ad eandem sedem duxeritis destinandum [1], qui eodem pontifice Iohanne, prout ille qui aufert spiritum principum permisit, de hac luce subducto, a curia prefata recessit, et nuntii prefati regis propter hoc eandem sedem evestigio adeuntes se pro parte ipsius regis paratos obtulerint ad eosdem tractatus prosequendos et prout esset expediens consumandos, tamen propter memorati pontificis obitum Iohannis et ipsius episcopi Tridentini recessum nullus in eisdem tractatibus potuit haberi processus nec est de ipsis, prout desideramus, communibus utilitatibus satisfactum. (8) O utinam, princeps inclite, toti orbi, nobis et vobis fuisset ex alto concessum, ut aliquo predictorum pontificum longiori vita donato, tractatus ipsi consumationem votivam et mundo perutilem recepissent! O utinam vel nunc nostris desideriis et totius christianitatis comodis annuat divina clementia et celeriter, ut optamus, ydoneum ecclesie sue pastorem indulgeat, cuius circumspecta providentia et provida circumspectio cunctis christianitatis occurrat incomodis et in hiis et aliis oportunum antidotum sue provisionis apponat! (9) Sed ne interim que per eosdem pontifices, precipue Innocentium et Iohannem, de nostro consilio processerunt, non sine verisimili grandis coniectura discriminis negligere videamur, eorundem pontificum provisionem laudabilem de nostro consilio inchoatam imitatione comodis publici status accommoda prosequentes, serenitatem regiam affectuose rogamus et hortamur in domino Iesu Christo celsitudini vestre attentius suadentes, quatenus aliquem vel aliquos viros ydoneos, zelatores tranquillitatis et pacis, plenum a vestra magnificentia mandatum habentes ad tractatus eosdem prosequendos nomine vestro et Deo auspice consumandos, ad sedem ipsam quanto celerius poteritis destinetis, vestre magnificentie litteras premissuri, per quas eidem sedi de adventus nuntiorum ipsorum tempore innotescat et ut memorati regis nuntios eodem tempore cum ipsis in eadem curia concurrere procuremus. Speramus enim in Domino et in omnipotentia virtutis ipsius, quod ipso, in cuius ditione cuncta sunt posita [2], cui est in facili cuncta perficere, sine cuiusquam molimine tarditatis misericorditer faciente, interim erit eidem ecclesie de pastore provisum, qui vestris et sepefati regis nuntiis presentibus eisdem tractatibus sollerter, prout expedire videbit, intendet et eos faciliter auctore Domino consumabit. (10) Quesumus autem et instanter exposcimus, ut que de vestro adventu in Italiam per eosdem precipue pontifices Innocentium et Iohannem de

1) *Cf. Reg. imp. VI, 731a.* 2) *Cf. Dan. 2, 38.*

nostro, ut premittitur, consilio sunt provisa diligentius observantes, nullam contra premissam providentium intentionem in Italiam militiam sive gentem medio tempore destinetis facturi, quod huiusmodi militia sive gens iter non prosequatur assumptum, si forsan iam iter arripuisset in Italiam veniendi, consultius attendendo, quod ex hoc contra votum et beneplacitum ipsius sedis ac nostrum premissis tractatibus non levis impedimenti parari posset occasio, et idem tractatus quam periculosissime impediri. (11) Ceterum que circa eiusdem ecclesie terras et specialiter exarchatum Ravenne ac Pentapolim iidem pontifices Innocentius et Iohannes a vestra magnificentia per predictos suos nuntios et litteras petierunt, nos cum precum instantia repetentes affectuose deposcimus et rogamus nunc saltem celeri executione compleri. Advertat itaque regalis circumspectionis industria presentem ipsius matris ecclesie statum et beneficiorum eius non immemor, sue viduitatis incomodis, quibus ad presens premitur, ab illis auxiliante divina potentia celeriter liberanda, filiali compatiatur affectu. Et ecce dilectum filium religiosum virum fratrem Martinum de Tuscan. ordinis Predicatorum, quem fide dignum perhibet religionis ipsa professio, ad vestram presentiam destinamus, ut presentes vobis nostras litteras representans que continentur in eis oraculo vive vocis exponat.

Dat. Viterbii, VI. Kalendas Augusti, anno Domini MCCLXXVII, apostolica sede vacante.

152. *RESPONSUM REGIS.* *(Aug. Sept.)*

Damus ex T *nr. 242, de quo v. supra ad nr. 14—16. Est rubrum* Cardinalibus de obitu pape et creacione novi pape. *De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 857.* *(P. deest.)*

Ex alme matris ecclesie nubilo, quo viduitatis amictu circumdata nunc lugere compellitur, interne compassionis instinctu, qui maternarum afflictionum expertes revera nos fore non patitur, nostra precordia gravibus agitata suspiriis oculos lacrimarum inundacione resolvunt, utpote que vicini presaga discriminis ex Romane sedis vacacione diutina irreparabilia christianitatis excidia reformidant. Sane ut cetera pestilencie genera taceamus, quibus in partibus cismarinis humani generis inimicus ubique deseviens inter catholicos reges et principes horrida bellice tempestatis irritamenta disseminat, factiones exaggerat et edisserit simultates, ut undique gens in gentem et regnum adversus regnum atrociter excandescat, universitatis et singularitatis catholice debet merito pia corda compungere, vos, qui estis micancia domus dominice sydera, potest potissime ad contribulacionis precipue lacrimam commovere illius inmense tribulacionis, immo desolacionis acerbitas, qua iam Terra Sancta, que Redemptoris nostri pro nobis effuso preciosissimo sanguine rubuit, malleis Agarenice persecucionis atteritur et nunc sentit amarius manus inimice flagellum. Nam sicut inclitis Cypri et Armenie regibus, venerabili . . patriarcha Iherosolimitano ac aliis terre memorate magnatibus lugubri nobis annunciacione scribentibus seriosior geste rei series nos edocuit evidenter, illius preclarissime regionis defecerunt optima, immo prorsus in contrarium diverterunt, hostilium agminum turmis in eam et incolas eius inhumanitatis immanitate sic degrassantibus incessanter, quod pauce fidelium restant adhuc in regione predicta reliquie conterende. Hiis igitur causis et aliis pluribus rationibus informati, paternitatis vestre prudenciam exhortamur attencius et affectuose rogamus, quatenus Urbis et orbis pariter evidenti neccessitate pensata virum tanta perfectione conspicuum studeatis in apostolica sede preficere, qui in zelo Dei et iusticie absque personarum acceptione communis appareat et in caritativa dulcedine cunctis affluat pietatis operibus, quod suum est unicuique equitatis in trutina largiendo. Porro religiosum et

providum virum t(alem), quem nuper ad nostram presenciam destinastis[1], affectione benigna suscepimus, hiis que nobis ex parte vestra proposuit intellectu perfecto plenissime recollectis. Et quia inter cetera sue legacioni is fuit insertus articulus, quod velletis inspiracione divina celeriter sacrosancte ecclesie de pontifice neccessario providere, placeat quesumus vestre circumspectioni, celeritatem huiusmodi tam propinqua interpretacione concludere, quod ex vestra promissione concepte spei solacio non fraudemur. Et ecce quod providum virum t(alem) not(arium) nostrum dilectum[2], quem semper fidum in commissis invenimus, ad vos duximus transmittendum, ut de sollempnium nostrorum nunciorum adventu, qui super hiis, que nobis insinuare curastis ac eciam super aliis vota nostra tangentibus vobis intima nostre mentis aperient, animos vestros sufficienter informet. Cuius utique verbis super premissis non dubiam fidem vos petimus efficaciter adhibere.

153—157. TRACTATUS DE PACE RHENANA.

1277. (Iul. Aug.) — 1278. Iun. 24.

153. *MANDATUM REGIS CIVITATI DIRECTUM. 1277. (Iul. Aug.)*

Superest in solo T *nr. 204, de quo v. supra ad nr. 14—16. De tempore cf. ea quae in Regestis imperii relata sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 839.* *(P. deest.)*

Super eo quod ex litteris vestris, quas nuper regio culmini destinastis, intelleximus evidenter, vos ad generalis pacis observanciam in omni spiritus bonitate promptos existere et tranquillitati terre omnimode, qua inter fideles fovetur concordia, vos velle puris affectibus aspirare, prudentie vestre grates et gratias premissa commendatione multiplici duximus referendas, incommutabiliter disponentes, illa semper excogitare continue et efficere cum effectu, que subiectorum nostrorum fidelium et vestrum respiciunt commodum et profectum. Et quia ad presens tam arduis sumus imperii negotiis involuti, quod ad partes illas adventum nostrum maturare non expedit, nobili viro t(ali), cui vices nostras in illis partibus commisimus exequendas[3], dedimus in mandatis, quod vobis cooperetur in omnibus, quibus ad floride pacis statum pristinum redire valeant universa.

154. *ALIUD MANDATUM.*

Item ex T *nr. 47, ubi rubrum* Pro pace generali. *Cf. nr. 153. — Böhmer, Reg. imp. VI, 840.* *(P. deest.)*

Cupientes ex intimis hiis, que bonum pacis et tranquillum statum terre respiciunt, prout ex regiminis nobis traditi tenemur debito, opem et operam sollicitam applicare, universis vobis et singulis districte precipimus et mandamus volentes precise, quatenus de rebus vestris taliter velitis disponere, quod quando nobilis vir t(alis)[3] pro generalis pacis observancia vos duxerit requirendos, eidem consilii et auxilii vestri possitis patrocinium impertiri, maxime cum id ad regie maiestatis gloriam et votivum vestrum profectum et commodum cedere videatur.

1) *Martinus de Toscanella, v. nr. 151.* 2) *Conradus de Herblingen.* 3) *V. nr. 155.*

155. *VOCATIO CIVITATUM PER IUDICEM PROVINCIALEM FACTA.* *1277. Aug. 11.*

Litterae Argentinensibus missae editae sunt 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 38 nr. 58 ex copiario dicto 'Briefbuch' A fol. 253' saec. XIV. in tabulario eiusdem civitatis asservato. Denuo contulit socius noster A. Hessel. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 839. (P. deest.)

Fr(idericus) comes de Liningen iudex provincialis a serenissimo domino R(udolfo) Romanorum rege constitutus viris prudentibus et discretis, amicis suis sincere dilectis, magistro, consulibus ac universis civibus Argentinensibus quicquid potest obsequii et honoris.

Cum vos precipue necessarios habeamus super confirmacione sancte pacis generalis, rogamus et petimus vestram providenciam, quatenus nuncios vestros cum pleno mandato ad diem collocatam a venerabili domino nostro archiepiscopo Moguntino et
Aug. 18. nunciis[a] civitatum, videlicet proxima feria quarta post assumpcionem gloriose Virginis, destinare velitis apud Maguntiam nobiscum disponendo de sancta pace supradicta. Nos enim vos assecuramus litteris presentibus veniendo et redeundo in rebus et personis.

Datum anno Domini MCCLXXVII, in crastino Laurencii martyris.

156. *LITTERAE IUDICIS PROVINCIALIS SUPER ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO. 1277. (post Nov. 26.)*

Servantur in solo codice Ottoboniano 2115 fol. 38 nr. 78, editae 'Wiener Briefsammlung' p. 112 nr. 103. Est rubrum Comes regi Romanorum. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 900. (P. deest.)*

Serenissimo et precordialissimo domino suo R(udolfo) Romanorum regi semper augusto[a] Fr(idericus) comes de Leininge fidelis suus debite fidelitatis servicium semper promptum.

Excellencie vestre dignum duxi presentibus ostendendum, quod cum in crastino
Nov. 26. beate Katherine nuper preterite una cum venerabili domino et patre Wern(hero) sancte Maguntine [ecclesie] archiepiscopo aliisque terre nobilibus et civitatum nunciis super sancte pacis communibus utilitatibus pro honore vestro et imperii disponendis Maguncie convenissem, idem dominus et pater archiepiscopus Maguntinus ex proprie voluntatis industria omnibus nobis audientibus proposuit se intellexisse, quandam famam sibi revera incognitam et detestabilem evolasse, videlicet quod ipse dominus archiepiscopus una cum dominis Coloniensi et Treverensi archiepiscopis et aliis quibusdam episcopis contra vestri honoris et dignitatis regalem excellenciam debuerint conspirasse. Quia igitur ipse dominus archiepiscopus rem tam nefariam et horrendam omnibus nobis presentibus et audientibus sub debito fidei et iuramenti vobis prestiti professus est nunquam se[b] contra vos attemptasse nec in animo concepisse, set quod pocius utpote constans et fidelis princeps vester circa universa et singula vestri culminis commoda et proficua promovenda fidelitate debita persistere satagat et intendat, excellencie[c] vestre ad ipsius domini archiepiscopi peticiones instantissimas et excusaciones manifestissimas supplico humiliter et attente, quatenus huiusmodi infam[i]e et aliis frivolis et sinistris[d] ex malicia suorum detractorum suggestionibus vobis prolatis aut in posterum proferendis nullam

155. a) n̅n̅n̅, *praecedit* c *deleta c.* ?

156. a) augustus *O.* b) coram vobis *sequitur deletum O.* c) excellentem *O.* d) sinceris *O.*

omnino credulitatis audienciam dignemini adhibere, set pocius ei rescribere vestris litteris, prout expedire videritis, graciarum actiones super eo, quod se iuxta honorem suum adeo provide excusavit. Nova terre et successus vestros quos opto prosperos michi et omnibus vestris fidelibus dignemini ad gaudium remandare et grates referre civitatum civibus circum Renum omnibus, quod ad universa imperii negocia assidue contra quoslibet se exponunt.

157. *FOEDUS PACIS INTER PRINCIPES ET CIVITATES INITAE.*
1278. Iun. 24.

Autographon tabularii civitatis Argentinae, quod solum servatur, iterum contulit vir d. H. Bloch. Pendent adhuc sigilla vel sigillorum fragmenta sedecim[1]. — *Böhmer, Reg. 1246—1313, Reichssachen 131.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Ludewicus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bauwarie, Albertus de Hohenberc. Eberhardus de Kazzenelnbogen, Fridericus de Liningin comites, Moguntinenses, Argentinenses, Basilienses, Wormatienses, Spirenses, Columbarienses, Slezestasienses, Hagenaugenses, Wizenburgenses, Openheimenses, Pinginenses, Wisalienses, Bobardienses. Frakenfordienses, Geilenhusenses, Frideburgenses, Wetflorgenses cives ad noticiam universorum litteris presentibus volumus pervenire, quod nos attendentes et considerantes inconstanciam rerum humanarum apud civitatem Hagenaugiam convenimus, ibidem propter honorem Dei et gloriose virginis matris sue necnon ob reverenciam sacri imperii pacem sanctam et generalem clara fide et unanimi[a] consensu conpromisimus a festo Penthecostes nunc preterito per biennium contra quoslibet violatores sancte Iun. 5. pacis ac dolo sue malicie ipsam insectantes conservare et gubernare viribus et posse in quantum valemus, procedere eciam manu valida nobis favente divina clemencia contra omnes, qui thelonia inconsueta et iniusta super alveum Reni recipere volunt. Hoc adiecto quod omnes sive religiosi sive seculares in Reno descendentes et ascendentes de rebus suis, secundum quod taxavimus et statuimus communi consilio, apud Maguntiam et Bobardiam[b] summam proporcionaliter sue pecunie in subsidium et in defensionem pacis ministrabunt, ut eo potencialiter et liberaliter ipsos in corpore et rebus ac pacem predictam defensare valeamus. Cives vero rebelles et inobedientes hiis statutis et conpromissis a sancta pace et nostra defensione penitus eicimus et excludimus. Dampna, si qua incurrunt et ipsis provenire inde poterunt, [nec] per nos nec nostro adiutorio vindicabuntur. In testimonium et robor omnium premissorum presentibus nostra sigilla sunt appensa.

Actum et datum Hagena(ugie), anno Domini MCCLXX octo, die beati Iohannis baptiste.

158—178. TRACTATUS FOEDERIS NUPTIALIS CUM REGE ANGLIAE.
1277. Sept. 25. — 1279. Sept. 15.

Acta omnia annorum 1277—1279. ad matrimonium inter liberos regum conciliandum spectantia, quae Pertzius omnino neglexit, nos non divisa diversis locis secundum temporum

157. a) *corr. ex* hunanimi *or.* b) Bobabardiam *or.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 1002 et 1113.*

rationes, sed hoc uno loco collectim proponimus. Autographa rotulosque in tabulario regni Britannici ('Public Record Office') asservata a. 1895. diligentissime, ut solet, ibi denuo contulit aut descripsit Karolus Hampe, tunc socius noster. Quae ex libris formularum addita sunt, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16, nos ipsi contulimus.

158. *FACULTAS REGIS RUDOLFI PROCURATORIBUS DATA.* *1277. Sept. 25.*

Ex Rotulo 'Diplomatic Documents' I, 12, qui sedecim apographa ad eandem rem spectantia continet, nr. 1. — Böhmer, Reg. imp. VI, 862. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos dilectis et familiaribus nostris venerabili fratri Henrico Basiliensi episcopo principi nostro et magistro Andree preposito Verdensi notario nostro dedimus plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum, inter illustrem Hartmannum de Habesburch et de Kyburch comitem, Alsatie lantgravium filium nostrum karissimum et inclitam Iohannam magnifici principis domini Edwardi Anglorum regis filiam sponsalia contrahendi et ipsa sponsalia processu temporis cum predicto domino rege Anglie per subsequentem matrimonii copulam consumandi. Dantes eis nichilominus plenam potestatem et speciale mandatum in animam nostram iurandi, quod fide servabimus illibata nec ullo umquam tempore veniemus contra ea, que per ipsos acta fuerint in premissis vel in consequentibus ad premissa. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, VII. Kal. Octobr., regni nostri anno quinto.

159. *LITTERAE CREDENTIALES EIUSDEM. (1277. Sept. 25.)*

Codici T *duobus locis insertae sunt:* (1) *nr. 2, ubi rubrum* Applausus cum credencia, *itemque* (2) *nr. 80 cum lemmate* Responsiva congratulacionis; *praebet etiam* E *fol. 131 nr. 176, cuius rubrum v. apud Stobbe. Sed huius lectiones fere omnes male discrepantes omisimus itemque reliquorum codicum varias lectiones negleximus. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 863.* *(P. deest.)*

Regi Anglie, domino Hybernie ac duci Aquitanie[a] salutem et integre semper dilectionis augmentum[b].

Audivit nuper nostra serenitas, unde novum nobis accumulatum est gaudium, unde materia renovate iocunditatis accrevit, quod vos videlicet, in quo utique virtus nativis erecta potenciis una cum generosi sanguinis claritudine fortunacioris auspicii beatitudinem quasi quibusdam amplexibus individuis counivit, sublimacionis nostre fastigiis applausivo congratulantes affectu ad ea vos promptos impenditis et benivolos exhibetis, que titulos nostri honoris adaugeant[c] et provectus amplificent apciores. Quamobrem vice reciproca provocati revera gratanter ad omnia, que similiter vestris adicere valeant incrementis, ad cuncta, que vestrum demulceant animum, nos exponimus vobis ultroneos et offerimus[d] nos conformes. Et ecce quod honorabilem[e] virum t(alem), familiarem nobis[f] et placidum nobisque multimodis meritis sue probitatis accep-

159. a) Aq̄t *T* 1. b) Regi — augmentum *desunt T* 2. c) *deest T* 1. d) conferimus *T* 2. *E.* e) *loco* honorabilem — acceptum *T* 1: talem. f) vobis *T* 1.

tum[e] ad serenitatis vestre presenciam super quodam speciali nomine nostro vobiscum habendo tractatu fiducialiter duximus destinandum, celsitudinem regiam deprecantes, quatenus verbis suis, que ex parte nostra[g] pronuncianda decreverit, fidem credulam adhibere dignemini, sicut[h] nostris.

160. *PROMISSIONES PER PROCURATORES FACTAE.*

1278. Ian. 2.

Ex Rotulo 'Diplomatic Documents' I, 12 nr. 3. — Böhmer, Reg. imp. VI, 911. *(P. deest.)*

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris frater Henricus Dei gratia Basiliensis episcopus et magister Andreas prepositus Verdensis sacre imperialis aule notarius, serenissimi principis domini Rodulphi Dei gratia Romanorum regis nuncii, salutem in Domino sempiternam.

Universitatis vestre noticie declaramus, quod cum magnificus dominus noster R. Romanorum rex inclitus illustrem Hartmannum comitem de Habspurg et de Kiburg, Alsacie lantgravium natum suum inclite domicelle Iohanne, magnifici principis domini Edwardi Dei gratia regis Anglie, domini Hibernie et ducis Aquitanie filie, matrimonialiter copulare promiserit et super matrimonio inter eos sollempniter consummando mutuis hinc inde consensibus iam sponsalia sint contracta, ex tradita super hoc nobis a domino nostro Romanorum rege predicto potestate plenaria et ex eius expresso et speciali mandato in animam domini nostri Romanorum regis prefati iuravimus, quod inter eosdem Hartmannum predicti Romanorum regis filium et Iohannam prefati domini regis Anglie filiam matrimonium per contracta sponsalia tam salubriter inchoatum circa proximum instans festum nativitatis beate Marie vel circiter sive alio magis oportuno Sept. 8. vel congruo tempore, prout ipsi domino nostro Romanorum regi predicto de consilio nunciorum predicti regis Anglie, qui in brevi ad eiusdem domini nostri Romanorum regis[a] presenciam transmittentur, conveniencius expedire videbitur, floride ac iocunde sollempnitatis officio debeat saluberrime consummari. Promisimus insuper bona fide, quod super dotis et donacionis propter nupcias certificatione plenaria dicto regi Anglie vel nunciis suis, quos ad hoc deputare decreverit, competens caucio prestabitur, ut oportet. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Dat. London., die dominica in octava sancti Stephani prothomartiris, anno Domini MCCLXX septimo.

161. *AUCTORITAS CONSILIARIORUM REGIS ANGLIAE.* *(1278. Ian.)*

Ex eodem Rotulo nr. 12. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 912. *(P. deest.)*

Il semble al conseil, qe les covenaunces[a] del mariage de Alem(agne) porparles entre les deus reis sont si avaunt[b] alees[c], qe nul deus ne se pust retrere[d].

Dont il semble qe bon est, qe le rei enveie ses messages avisees al rei de Alem(agne) por saver[e] la custume del pais e por ver les terres assignees a la damaisele por mil marches de[c] tere e les autres choses por dis mil mars, qe il

159. g) s. q. v(obis) ex p. n. *T 2.* h) tanquam *T 2. E.*

160. a) reges *tr.*

161. a) *litteris parvissimis superscriptum est* pp *tr.* b) *in rasura tr.* c) *supra lineam additum tr.* d) *praecedit verbum incertum, sed deletum tr.* e) *fere evanidum in margine tr.*

est tenuz assigner a cele meme por altres mil marchees de terre, e veer les[f] teres, qil ad done et dorra a Hartman sun fiuz, e a ver e aprendre la seurte de cetes choses e de preer le rei, qe les choses, qil dorra al enfaunt, e sun[g] estat[h] face asseurer al honur del rei e al prou e a la seurte del enfaunt.

162. *INSTRUCTIO LEGATORUM REGIS ANGLIAE. (1278. Ian.)*

Ex eodem Rotulo nr. 14. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 912. *(P. deest.)*

1. Super curiali mandato et responso, que dominus rex Alemanie[a] fecit regi Anglie de matrimonio inter filium suum H. et filiam regis Anglie Iohannam, regraciatur ei rex Anglie plurimum, sicut nuncii ei plenius exponent viva voce.

2. Item sicut rex Alemanie curialiter et benigne incepit istud negocium et rex Anglie multum affectat idem negocium feliciter consummari, provideat idem rex Alemanie et ordinet de isto negocio iuxta sue beneplacitum voluntatis.

3. Et si queratur a nunciis, de quanto rex Anglie velit esse contentus, respondeatur de duabus milibus libr(arum) terre ad opus filie nomine dotalicii et de XM librarum terre ad opus filii habendis hereditarie[1].

4. Item nuncii rogent regem Alemanie, quod mittat filium suum in Angliam ad contrahendum et consummandum matrimonium prelocutum et infra quem terminum[2].

5. Item quod nuncii procurent prorogacionem missionis filie regis in Alemaniam propter teneritatem etatis sue.

6. Item quod nuncii petant a rege Alemanie, scilicet quod si contingat ipsum promoveri in imperatorem et ad honorem imperii, ita quod oporteat provideri de alio in regem Alemanie, quod idem rex nominabit istum filium suum, qui ducet filiam regis in uxorem, in regem Alemanie et quod toto posse procurabit, quod idem filius preficiatur in regem Alemanie. Et super hoc petatur bona et sufficiens securitas, secundum quod nuncii melius providebunt[3].

7. Item per nuncios petatur bona et omnimoda securitas de assignacione dotalicii filie regis Anglie, ita quod per curiam Romanam et prelatos Alemanie et alios, secundum quod magis videbitur expedire, fiat securitas antedicta[1].

8. Item petatur securitas de restituendo filie regis quinque milia vel X milia marcarum, secundum quod liberabuntur regi Alemanie, propter nupcias, si contingat maritum suum ipsa superstite decedere[1].

9. Item quod nuncii videant et cetera et inquirant caute de moribus et circumstantiis et cetera.

10. Item quod nuncii regracientur regine Alemanie de hoc, quod feliciter inchoavit istud negocium et c(etera)[4].

11. Item de Basiliensi episcopo et cetera.

163. *FACULTAS REGIS EDWARDI PROCURATORIBUS DATA. (1278. Ian.)*

Ex eodem Rotulo nr. 15. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 912. *(P. deest.)*

161. f) *sequitur rasura parva tr.* g) e sun *supra lineam tr.* h) *vix legi potest tr.*

162. a) Alem̄ *semper tr.*

1) *V. infra nr. 167.* 2) *Cf. nr. 169. 170.* 3) *V. nr. 164.* 4) *Cf. infra nr. 170 et litteras ibidem in adnotatione positas.*

Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Noverit universitas vestra, quod nos damus et concedimus per presentes venerabili patri in Christo domino G. Virdunensi episcopo et religiosis viris fratribus Andree Pentecoste et Iohanni de Sevenak(e) de ordine Predicatorum duobus vel alteri ipsorum exhibitoribus vel exhibitori presencium plenam et liberam potestatem recipiendi nomine nostro et Iohanne filie nostre, Hartmanno serenissimi principis domini Rod(olph)i Dei gratia Romanorum regis semper augusti filio maritande, securitatem seu caucionem de decem milibus marcarum sterlingorum, quas dicto Hartmanno cum eadem filia nostra dare tenemur in dotem, nobis vel dicte filie nostre restituendas, si dictum Hartmannum decedere contigerit, filia nostra superstite supradicta. Necnon recipiendi et acceptandi nomine nostro et dicte filie nostre assignacionem dotalicii seu doscli [1] vel donacionis propter nupcias eidem filie nostre a dicto rege vel eius filio faciendam ac eciam stipulandi pro nobis et dicta filia nostra et recipiendi obligacionem, quam [a] in premissis viderint seu viderit oportunam [b], et faciendi universa et singula, que in predictis vel circa predicta seu aliqua [c] vel aliquod predictorum nobis vel dicte filie nostre viderint seu viderit expedire. Ratum habituri et gratum pro nobis et dicta filia nostra, quicquid per omnes predictos duos vel alterum eorundem factum fuerit in omnibus et singulis supradictis. Et hoc omnibus quorum interest significamus tenore presencium litterarum.

Dat. et cetera.

164. *PROMISSIO SUPER HARTMANNO IN ROMANORUM REGEM ASSUMENDO. 1278. Apr. 25.*

Ex eodem Rotulo nr. 8. — Böhmer, Reg. imp. VI, 935. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum.

Desiderantes ex intimis nostri cordis, quod filio nostro karissimo desuper concedatur ascendere solium regie maiestatis, presencium serie pollicemur, quod nos omnimodas curas nostras et studia convertemus et laborabimus efficaciter bona fide, quod filius noster Hartmannus de Habspurg et de Kyburg comes, Alsacie lantgravius, cum imperiali diademate divina favente clemencia insigniti fuerimus, in Roman[or]um regem, imperii principum electorum interveniente consensu benivolo et concordi, sollempniter assumatur. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, VII. Kal. Maii, indict. VI, regni nostri anno quinto.

165. *PROMISSIO SUPER REGNO ARELATENSI. 1278. Apr. 25.*

Ex eodem Rotulo nr. 5. — Böhmer, Reg. imp. VI, 936 [2]. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum.

163. a) que *tr.* b) oportunum *tr.* c) aliquo *tr.*

1) doscli *corruptum esse ex* oscli, *quod est donatio ante nuptias osculo interveniente, monuit Zeumer. Cf. 'Formulae' p. 764 s. v.* osculum. 2) *Ceterum cf. Reg. imp. VI, 1298a.*

Nosse volumus universos et singulos per presentes, quod ad hoc efficaces curas nostras et operas applicare promittimus et magnopere laborare, quod carissimus filius noster Hartmannus comes de Habesburg et de Kiburg, Alsaciae lantgravius regnum Arelatense, Romani imperii principum applaudente consensu benivolo, valeat adipisci. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, VII. Kal. Maii, indict. VI, anno Domini MCCLXXVIII, regni vero nostri anno quinto.

166. *PROMISSIO DE DONATIONE PROPTER NUPTIAS AUGMENTANDA.*
1278. Apr. 25.

Ex eodem Rotulo nr. 9. — Böhmer, Reg. imp. VI, 937. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum.

Presencium serie profitemur, nos excellenti principi domino Edwardo Dei gratia Anglie regi amico et affini nostro karissimo spopondisse legaliter et fideliter polliceri, quod iuxta quod processu temporis filius noster carissimus Hartmannus comes de Habesburg et de Kyburg, Alsacie lantgravius largicione divina bonorum pariter et honorum temporalium incrementa susceperit, iuxta hac inclite domicelle Iohanne predicti regis Anglie filie, sponse ipsius filii nostri, donacio propter nupcias successivis augebitur incrementis. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi iussimus et nostri sigilli munimine roborari.

Dat. Wienne, VII. Kal. Maii, ind. VI, anno Domini MCCLXXVIII, regni vero nostri anno quinto.

167. *ASSIGNATIO DOTALITII PER REGEM RUDOLFUM DATA.*
1278. Mai. 3.

Ex eodem Rotulo nr. 2. — Böhmer, Reg. imp. VI, 939. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Cum inter Hartmannum de Habspurg et de Kyburg comitem, Alsacie lantgravium, filium nostrum carissimum illustrem et Iohannam natam magnifici principis domini Edwardi regis Anglie iam sollempniter sint contracta sponsalia super matrimonio consummando, nosse volumus universos, quod nos eidem domicelle Iohanne in hereditariis et peculiaribus terris nostris et bonis in donationem propter nuptias mille marcarum argenti redditus annuos et de aliis terris nostris, castris, opidis, bonis et possessionibus ad valorem decem milium marcarum secundum congruam estimacionem venerabilium Virdunensis, Basiliensis et Lausannensis episcoporum dilectorum principum nostrorum vel duorum ex eis, si omnes tres personaliter interesse non valeant, sive etiam illorum, quos dicti episcopi ad hoc duxerint subrogandos, libere damus et assignamus in bonis et locis inferius annotatis. (2) Damus enim et assignamus eidem domicelle Iohanne predicti regis Anglie filie, sponse predicti Hartmanni filii nostri, pleno et libero interveniente consensu universorum et singulorum nostrorum liberorum, castrum de Lenzburg cum hominibus, curtibus in Vilmeringen et Sure et universis aliis attinenciis, opidum Arowe, opidum Mellingen, castrum Castel, castrum[a]

167. a) *bis scriptum tr.*

Wiilesowe, opidum Sempach, opidum Surse, advocatiam Beronensem, opidum Zuge et curtem seu curiam ibidem et officium exterius cum omnibus attinenciis bonis attinentibus antedictis, vallem Agrei, vallem in Swize cum curiis de Kyburg et de Vroburgh et eorum pertinenciis. Item curiam Arte cum suis attinenciis ac totam Argoiam, secundum quod quondam comes Hartmannus iunior de Kyburg et pie memorie Albertus genitor noster et comes de Habspurg Eberhardus noster patruelis habebant et possidebant eandem, cum omnibus bonis cultis et incultis, viis et inviis, pratis, nemoribus, pascuis, stagnis, aquis aquarumque decursibus, cum hominibus, districtibus necnon omni iure pariter et honore, exceptis opidis Bremegarten, Meienberg, Brugge et bonis suis in predio, quod vulgariter dicitur in dem Eigen. (3) Ita quod dicta Iohanna, si ea superstite dictus H. filius noster sorte fatalitatis humane decesserit, omnia prenotata bona ad tempora vite sue pacifice et quiete possideat, ipsa tamen defuncta ad heredes nostros legittimos libere reversura, si prefatam I. a predicto H. filio nostro prolem non contigerit suscepisse. Verum si, filio nostro Hartmanno predicto pinguiori processu temporis arridente fortuna, prefato Anglorum regi placuerit, quod in aliis terris et locis, que ipsum filium nostrum adipisci contigerit, sepedicte filie sue Iohanne donacio propter nupcias assignetur, huiusmodi permutacio sibi fiet pro sue libito voluntatis. (4) Et super hiis omnibus tam sollerter quam fideliter adimplendis cauciones rationabiles et honestas, quas idem Anglorum rex habere maluerit, ei bona fide promittimus nos daturos. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. (5) Nos eciam Albertus et Hartmannus, filii serenissimi principis domini nostri R. Romanorum regis, de Hapsburg et de Kiburg comites, Alsaciae lantgravii suprascriptis omnibus nostrum liberum, plenum et ultroneum adhibentes assensum, ea in singulis suis articulis, prout sunt expressa superius, bona fide tam rata quam inconvulsa promittimus nos perpetuo servaturos, sigilla nostra in stabilis firmitatis indicium una cum sigillo predicti domini augusti genitoris nostri presentibus appendentes. (6) Testes autem huius rei sunt: G. Virdunensis et H. Basiliensis episcopi, A. maior Tullensis archidiaconus, G. Soliensis et A. Werdensis prepositi, frater Beringerius de ordine Hospitalis sancti Iohannis Ierosolomitani, H. de Kerstenberg, E. de Catzenellenbogen, . . de Toggenburg et R. de Raprehiswiller comites, C. burgravius de Nurenberg iunior, dapifer et . . camerarius Austrie, A. de Cunringen, Tumbo de Novo Castro, Petrus Scalarius de Basilea milites aliique quam plures.

Dat. Wienne, V. Non. Maii, indict. VI, anno Domini MCCLXXVIII[b], regni vero nostri anno quinto.

168. *RATIHABITIO PROMISSIONUM PER PROCURATORES DATARUM.* *1278. Mai. 3.*

Ex eodem Rotulo nr. 7. — Böhmer, Reg. imp. VI, 940. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Universitatis vestre noticie declaramus simpliciter et publice protestantes, quod cum iam pridem venerabilem H. Basiliensem episcopum principem nostrum carissimum et magistrum Andr(eam) prepositum Werdensem familiares nostros ad magnificum principem dominum Edwardum Dei gratia regem Anglie super matrimonio inter Hartmannum de Habspurg et de Kyburg comitem, Alsacie lantgravium, filium nostrum et

167. b) VII tr.

inclitam domicellam Iohannam eiusdem regis Anglie filiam contrahendo de nostro latere misissemus et super matrimonio ipso loco et tempore consummando inter eosdem Hartmannum et Iohannam iam sint contracta sponsalia et per ipsos nuncios quedam, que dicto negocio congruunt, vice nostra nostroque nomine sint sollempniter edite pactiones, nos universa et singula, que per nuncios memoratos tam super principali quam super accessoriis in premissis eidem regi Anglie sunt promissa, rata grataque tenentes fide super hoc prestita corporali constanter et inviolabiliter ea observare promittimus et in singulis suis articulis efficaciter adimplere. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigilli munimine iussimus roborari.

Dat. Wienne, V. Non. Maii, ind. VI, anno Domini MCCLXXVIII[a], regni vero nostri anno quinto.

169. *RATIHABITIO IURISIURANDI PER EOSDEM DATI.* *1278. Mai. 3.*

Ex eodem Rotulo nr. 4. — Böhmer, Reg. imp. VI, 941. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum venerabilis frater Henricus Basiliensis episcopus necnon honorabilis magister Andreas prepositus Werdensis notarius et familiaris noster dilectus plenum ac speciale a nobis in animam nostram iurandi mandatum habentes, de Hartmanno filio nostro dilecto de Habspurg et de Kyburg comite, Alsacie lancgravio, inclite Iohanne illustris domini Edwardi Dei gratia regis Anglorum filie matrimonialiter copulando, sponsalia contrahendi et nos ad consummacionem ipsius matrimonii congruis nexibus obligandi, vice nostra et nomine nostro in animam nostram sollempne ac corporale prestiterint iuramentum, quod inter eosdem Hartmannum filium nostrum et prefatam Iohannam natam predicti regis Anglie sponsalia iam contracta
Sept. 8. circa proximum instans festum nativitatis beate Marie virginis vel circiter sive alio magis oportuno tempore, prout nobis conveniencius expedire videbitur, per sollempnis matrimonii copulam debeant efficacissime solidari, nos idem iusiurandum per dictos fideles et devotos nostros in animam nostram de nostro speciali mandato nostraque auctoritate sic prestitum ratum et illibatum, fide super hoc interposita corporali, inviolabiliter observare promittimus et premissa universa et singula, prout superius sunt expressa, perverso ingenio penitus excluso fideliter adimplere. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. Wienne, V. Non. Maii, ind. VI, regni nostri anno quinto.

170. *PROMISSIO ANNAE REGINAE ROMANORUM.* *1278. Mai. 3.*

Ex eodem Rotulo nr. 11[1]. — Böhmer, Reg. imp. VI deest. *(P. deest.)*

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris Anna Dei gratia Romanorum regina salutem in Domino sempiternam.

168. a) septimo *tr.*

1) *Hic in adnotatione ponere liceat litteras eiusdem reginae sine dubio episcopo Basiliensi missas, quae servantur in* T *nr. 360, ubi rubrum falsum* De matrimonio regis Francie *(cf. Reg. imp. VI, 912):*

Certis iam pridem argumentorum[a] indiciis claruit evidenter affectionis integritas, qua honorem et decus incliti domini nostri R(udolfi) Rom(anorum) regis et nostrum probamini mente sollicita prosequi et in zelo laudabili gracius emulari. Hec nempe iam diu crebro prefigurata presagio, nunc de

a) *corr. ex* augmentorum *T.*

Noverit universitas vestra, quod nos illustrem Hartmannum comitem de Habesburg et de Kyburg, Alsacie lantgravium, filium nostrum inclite domicelle Iohanne magnifici domini Edwardi regis Anglorum filie dare promittimus in maritum, fide super hoc interposita corporali vice ac nomine iuramenti. Inter quos Hartmannum et Iohannam sponsalibus iam contractis circa proximum instans festum nativitatis beate Marie (Sept. 8.) virginis vel circiter, prout ipsi domino nostro regi Romanorum consulcius expedire videbitur, sub eiusdem fidei prestite religione[a] promittimus matrimonium cum sollempnitate consueta et debita consummare. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum fecimus apponi.

Dat. Wienne, V. Non. Maii, anno Domini MCCLXX octavo.

171. *FACULTAS REGIS RUDOLFI SUPER TRACTATU CUM COMITE SABAUDIAE INEUNDO. 1278. Mai. 3.*

Ex eodem Rotulo nr. 6. De ratione v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 942. (P. deest.)

Magnifico et excellenti principi domino Edwardo Dei gratia regi Anglorum illustri, amico suo karissimo et affini, Rudolfus per eandem Romanorum rex semper augustus salutem et integerrime semper dilectionis augmentum.

Tantus amor tantaque nos cura sollicitant ad perfectam vobiscum pariter et cum vestris indissociabilis amicicie contrahendam indivisibiliter unionem, quod vestra domo affinitate gratuita counita cum nostra, delectat nos eiusdem egregie domus vestre presignes nobis adoptare ramusculos, ut sic[a] utraque domus alterius amplexibus insignita perhenniter in coortivos future propaginis palmites adolescat. Idcirco magnopere cupientes, quod inter nos et illustrem Sabaudie comitem simultatum quarumlibet extirpatis omnino radicibus redivive dulcedinis seminaria reviviscant, ecce quod plenam et liberam vobis tribuimus facultatem inter nos et comitem prenotatum perpetue pacis et amicicie federa contrahendi. Super hoc ordinacioni vestre nos stare per omnia pollicentes, quatenus absque demembracione Romani imperii fieri id continget. Unde transmittimus vobis has litteras nostras in testimonium super eo.

Dat. Wienne, V. Non. Maii, indictione VI, anno Domini MCCLXXVIII, regni vero nostri anno quinto.

172. *CONSENSUS EIUSDEM DE DOTALICIO ORDINANDO. 1278. Mai. 4.*

Ex eodem Rotulo nr. 10. — Böhmer, Reg. imp. VI, 943. (P. deest.)

Rud(olphus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverint universi, nos ad hoc nostrum consensum liberum impertiri, quod illa decem milia marcarum, que inclitus rex Anglie illustri Iohanne filie sue et Hartmanno

novo quasi de camino caritatis ingenue copioso progrediens, luminosioribus nobis radiis apparenter illuxit, dum inclitam domum Anglie domui nostre tam firmo federe et familiari nexu contibulare nitimini per honeste copule mi[ni]sterium et spirituum unionem. Ex quibus derivanda successio nativitatis floride virgulis fecundanda beacius fulgidis prodeat nature titulis insignita. Super quo utique vobis ad grates uberrimas inclinantes, paternitatem vestram affectu plenissimo deprecamur, quatenus a qua vestris grata sint usibus vel affectibus blandiantur, que per nos valeant expediri, a nobis ea sub obtinendi fiducia requiratis. Propriis enim commoditatibus applicare videbimur, quicquid a prenotato domino nostro et nobis in vos et vestros contigerit graciosi favoris et benivolencie derivari.

170. a) religionis *tr.*

171. a) sicut *tr.*

nato nostro pro dote seu dotalicio assignabit, per duos industrios viros, quorum alterum idem rex Anglie et nos alium eligemus, in communem utilitatem converti valeant utriusque. Unde damus has nostras litteras nostro sigillo munitas in testimonium super eo.

Dat. Wienne, IIII. Non. Maii, regni nostri anno quinto.

173. *LITTERAE REGIS EDWARDI AD HARTMANNUM MISSAE. 1278. Nov. 8.*

Ex Rotulo signato 'Royal Letters' 1641 nr. 1. Hucusque ineditae sunt. *(P. deest.)*

Rex nobili domicello et sibi admodum predilecto Hartmanno R. illustris regis Romanorum semper augusti nato salutem cum sincere dilectionis continuis incrementis.

Significavit nobis rex pater vester tam per litteras quam per magistrum Andream de Alem(ania) nuncium suum, quod ipse ad nos in partibus Anglicanis vos pro quibusdam negociis vos tangentibus transmittit hiis diebus. Propter quod nos negocium illud sub illo quo decet honore fieri et expleri volentes, litteras domini regis Franc(ie) de conductu, pro quibus eundem dictus genitor vester et nos rogavimus ad opus vestrum et quas nuper recepimus, vobis per presencium exhibitorem duximus transmittendas, generositatem vestram specialiter postulantes, ut super adventu vestro necnon et tempore nos per eundem reddere velitis certiores, ut exinde premuniti die certo apud Wluesand contra vos aliquos de nostris mittere valeamus, qui vobis ibidem occurrant et vobis in veniendo ad nos honorabilem et decentem facere possint comitivam.

Dat. apud Westm(onasterium), VIII. die Nov., anno regni nostri sexto.

174. *LITTERAE EIUSDEM AD PROCURATOREM MISSAE. 1278. Nov. 8.*

Ex eodem Rotulo nr. 2. Praeterea ingrossatum brevioris formae et nonnullis locis variatum, quod 'Royal Letters' 1118 asservatur [1], *vulgavit Rymer 'Foedera' ed. Clarke et Holbrooke 1816 I, 2 p. 563.* *(P. deest.)*

Rex venerabili in Christo patri G. eadem gratia Verdun(ensi) episcopo salutem et sincere dilectionis semper augmentum.

Ex victoria, quam illustri regi Romanorum de suis adversantibus, prout litterarum vestrarum nobis directarum tenor edocuit, manus Altissimi divinitus est largita, nobis nova quedam crevit iocunditatis materia et considerantes, quod nosmet ipsos sicut eum in huiusmodi triumpho, quem Omnipotentis virtus potius quam hominum operata est, Dominus visitare dignabatur, laudavimus Altissimum et summo Redemptori quanta potuimus retulimus munera gratiarum. Ceterum super eo, quod nobis de mittendo nuncios nostros ad predictum regem ad partes Boemie et de scribendo prefato regi de huiusmodi victorie leticia, quam in animo gerebamus, et ut de statu eiusdem regis certioraremur, vestra consuluit paternitas reverenda, scire vos volumus quod in recepcione dictarum litterarum vestrarum adeo de victoria illa tocius populi rumor et clamor invaluit, quod tunc necessarium non censuimus nuncios ad partes illas ex hac causa destinare. Negotium siquidem, quod ducem Brabantie, prout scitis, contingebat et super quo nobis significastis vestrum consilium et voluntatem, nuper cum in presencia nostra fuerat, tractavimus cum eodem et taliter illud tractando deduximus

1) *Cf. etiam Hampe 'Neues Archiv' XXII, 286 n. 2 et Regesta imperii VI, 1033.*

et deducendo prelocuti fueramus, quod cum inde vobis ex nostra relacione constiterit, satis contenti eritis. Domino concedente, quia tunc aliqua inde vobis exponemus, que nuncio vel scripture minime committeremus ad presens. Porro vestram paternitatem, de qua specialissime confidimus, affectione qua possumus requirimus et rogamus, quatenus negocium matrimonii, quod inter nobilem domicellum Hartmannum illustris regis Romanorum filium et Iohannam filiam nostram per vos quasi ab inicio fuerat prelocutum, taliter effectui votivo mancipari procuretis, quod id ad nostrum et vestrum honorem atque ipsius domicelli, quem dictus rex pater suus ad idem negocium consummandum ad nos transmittet hiis diebus, valeat in posterum redundare, et ea, que in aliis litteris nostris quas vobis mittimus [continentur], quantum in vobis est taliter expleatis, quod inde in adventu vestro, quem modis omnibus festinetis ut rogamus, ad plenum nos possitis reddere certiores. Pro quo vobis quanto arcius possumus astringi volumus in futurum.

Dat. ut supra[1].

175. *ALIAE LITTERAE EIUSDEM.* *1278. Nov. 8.*

Ex eodem Rotulo nr. 3. Ingrossatum alterius formae v. apud Rymer l. c.
(P. deest.)

Rex eidem salutem et sincere dilectionis semper augmentum.

Cum serenissimus princeps R. rex Romanorum semper augustus nobilem domicellum Hartmannum filium suum ad prelocuti matrimonii, de quo scitis, consummacionem faciendam ad nos mittere proponat hiis diebus, sicut per litteras et nuncios nobis nuper demandavit, et in corde nostro quoquo modo concipere non possimus, quod negocium illud, quod quasi per vos extitit inchoatum, in absentia vestra valeat, prout decet, adeo ut vellemus feliciter expediri, paternitatem vestram rogamus affectione qua possumus ampliori, quatenus vobis grave non sit seu molestum vestros nobis acomodare labores consuetos[a] et ut huiusmodi matrimonii celebracioni, prout desideramus, interesse possitis, iter arripere velitis ad partes Angl(ie) in comitiva dicti domicelli, si fieri possit, veniendi. Quod si forte facere nequeatis, tunc quam cito poteritis adventum vestrum festinetis et hoc sicut de innata et experta amicitia vestra, de qua pre ceteris amicitiis specialiter et intime confidimus, nullo modo omittatis, ad memoriam revocantes, qualiter personam nostram et nostros[b], quod sepius[c] experti sumus ex opere, hactenus dilexistis et in recessu vestro a partibus Angl(ie) nobis promisistis, quod pro voluntate nostra ad nos rediretis et ea semper faceretis, que honori nostro regio et corone Angl(ie) crederetis convenire. Verumptamen quia de extenta[2] seu appreciacione terrarum dicti domicelli seu earum, que filie nostre, ut convenit, nomine dotis assignari debent, sicut nostis, quamvis super hoc per dominum Iacobum fratrem vestrum et Iohannem de Mounz, sicut nos mandasse meminimus, certioratos nos fuisse crediderimus, nichil certum hactenus accepimus, dilectionem vestram aggredimur exorantes, quod de huiusmodi extenta et appreciacione terrarum predictarum iuxta vestram discrecionem diligenter inquiri fac(iatis), prout alias extitit prelocutum, ita quod nos in vestro adventu inde possitis reddere plenius certiores. Huiusmodi autem incertitudinem longe equanimius sustinemus, eo quod memoratum regem et consilium suum bona fide erga nos in hac parte egisse credimus, quemadmodum nos sibi in omnibus fidem volumus observare.

Dat ut supra[1].

175. a) *consuetuos tr.* b) *sequitur deletum* hactenus semper *tr.* c) *supra lineam tr.*

1) *Videlicet nr. 173.* 2) *i. e. aestimatio.*

176. *LITTERAE EDWARDI AD RUDOLFUM REGEM DIRECTAE.* *1279. Apr. 11.*

Ex Rotulo signato 'Royal Letters' 1467. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1082. *(P. deest.)*

Illustri et magnifico principi domino R. Dei gratia Romanorum regi semper augusto amico et fratri suo karissimo Edwardus eadem gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie salutem et sincere dilectionis augmentum.

Pro eo quod super fortunatis et prosperis vestri status auspiciis per nobilem virum Conradum Warneri familiarem et militem vestrum annunciacione gratuita nostra precordia refecistis, serenitati vestre ad grates uberrimas assurgentes felicitati vestre delectabiliter congaudemus, ut nostre. Super eo preterea quod predictus miles, qui legacionis sue verba discrete proposuit, super causa retardacionis adventus[a] Hardemanni filii nostri dilecti nos plenius informavit, eo precipue quod post casum quondam regis Bohemie grandia satis vobis et vestris innuebat imminere pericula, propter quod fuisset incautum, quod ipsum filium nostrum cum comitiva milicie misissetis, que vobis tunc temporis magis necessaria videbatur, excusacionem super hoc per eum nobis exhibitam tam libenter quam liberaliter acceptamus, gracius et eligibilius affectantes de nostra vobis Anglicana copiosissime subvenisse milicia, quam vos minuissetis[b] de vestra. Porro iocundum adventum filii nostri prefati votivo congaudio prestolantes ordinatam per vos adventus et itineris sui formam et per prefatum militem nobis expositam ratam gerimus et acceptam, decencius et securius estimantes, quod per vestros districtus et nostros pertranseat, quam per aliquos alienos. Nos enim
Iun. 10. quindecim diebus ante instans festum nativitatis beati Iohannis baptiste usque in Holandiam apud Dordrich(um), ubi est facilis portus maris, sufficiens ei et suis navigii stolium transmittemus.

Dat. apud Brehull(um), XI. die Aprilis, anno regni nostri septimo[c].

177. *LITTERAE RUDOLFI AD EDWARDUM REGEM.* *(1279. Mai. Iun.)*

Servantur in T *nr. 355. Lectiones codicis* V *negleximus. Cf. epistolam Annae reginae, quem edidit ex codice* T *nr. 273 Bodmann l. c. 63. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1113.* *(P. deest.)*

Accincto nuper vel iam pridem illustri H. predilecto filio nostro ad procedendum in Angliam, ut celebria illa et sacra connubia inter eum et illustrem inclitam Io. filiam vestram felicis auspicio sideris ordinata divinitus proprie exhibicione presencie consummaret, ecce, quod vobis infesti stili denunciacione disserimus, ad tenellam et fragilem sui corporis fabricam dissolvendam inopinatam insultus contrarii machinam morbus inimicus erexit, qui diu contendens de repugnante natura degenerem reportare triumphum bellorum vices varias alternavit. Set tandem illius, qui infirma plerumque consolidat[1], manu misericorditer interiecta invalitudinis sue vigor elanguit, ipso filio

176. a) *supra lineam tr.* b) vos min. *alia manu scriptum super* demisse *deletum tr.* c) *linea dati eadem manu addita ac verba in nota* b *tr.*

1) *Cf. Ezech. 34, 4. 16.*

nostro pristine sospitatis effectui plenarie restituto. Propter quod honorabilem virum, di(lectum) fam(iliarem) nostrum et clericum specialem magistrum A.[1], fidum vestri honoris et glorie procul dubio zelatorem, ad vestram presenciam ante faciem prenotati filii nostri premittimus, ut ipsius more causas serenitati vestre lucidius exprimat et iocundum adventus sui diem prenunciet interpretacione certissima vive vocis. Cuius utique verbis fidem credulam adhibere vos petimus, ac si de nostri ore voce veridica resonarent.

178. *LITTERAE HARTMANNI EDWARDO REGI MISSAE.* *(1279.) Sept. 10.*

Ex 'Royal Letters' 1117 exemplavit iam olim R. Pauli, cuius apographon in bibliotheca regia Berolinensi lat. Fol. 385 asservatum hic proponimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1127. *(P. deest.)*

Magnifico et excellenti principi, suo patri et domino speciali, domino Edwardo Dei gracia regi Anglie, domino Ybernie et duci Aquitanie illustri Hartmannus serenissimi domini Romanorum regis filius atque suus, de Habispurg et de Kyburg comes, Alsacie lantgravius cum devota reverencia et filiali obediencia nichil aliud quam se totum.

Cum ex paterne dignacionis vestre litteris nuper intellexerim[a], graciosum[b] vestre celsitudinis animum ad consummanda votivi matrimonialis negocii federa inter me et inclitam laudande vestre magnitudinis filiam inita pio et paterno desiderio feliciter estuare, tante humanate dilectioni vestre, michi in hac parte consolabiliter declarate, volens de grato gratior et de devoto devotior inveniri, vestre dignacionis excellenti clemencie, coadunatis anime et corporis cunctis viribus et sensibus, assurgo et inclino ad devotissima munera graciarum, volens proinde ad paterne iussionis vestre beneplacitum et mandatum per filialis subiectionis indefessam promptitudinem disponere ac indeviabiliter dirigere gressus meos: preterea circa[c] IIII. Idus Septembris propter urgentissima negocia, que nulla racione nullave causa moram sine gravissimo periculo et dampno irrecuperabili sinebant, serenissimi domini et genitoris nostri Romanorum regis presenciam una cum inclito primogenito fratre meo [cur]su celeri accessurus[d], sperans fratrem meum in commissionem ducatus Austrie utiliter sublimari et meis negociis fructuose et congrue dispositis et peractis me in festo Omnium sanctorum ad propria rediturum, adventum sollempnium nunciorum vestrorum pro faciendis et reci- Nov. 1.
piendis hiis, que fieri et recipi oportebit, mente avida circa Basileam expectaturus et animo estuante, prout providus et discretus magister Petrus, mee puericie eruditor, disertius vestram excellenciam in hiis omnibus informabit.

Dat. in castro nostro Winterthür, IIII. Idus Septembris.

179. *LITTERAE HEINRICI EPISCOPI BASILIENSIS AD EDWARDUM REGEM.* *(1279.) Sept. 15.*

Ex 'Royal Letters' 1640 item exemplavit Pauli l. c. et denuo Karolus Hampe. Quorum apographa nos concinnavimus. Scriptura nonnullis locis fere evanuit,

178. a) intellexinus *P.* b) generosum *P.* c) cum *P.* d) accessurum *P.*

1) *Quis fuerit, nescimus.*

itaque ea, quibus textum sanare conati sumus, uncis inclusimus. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1127. *(P. deest.)*

Magnifico et excellenti principi domino Ed(wardo) regi Anglie, domino Ybernie, duci Aquitanie illustri suus devotus et humilis Basiliensis episcopus cum omni reverencia se paratum ad quevis genera famulatus.

(1) Memorie revocans graciose pietatis vestre gracia plena verbum, quo inclite domine regine Anglie respondistis, quod Iohannam claram natam vestram non tam Hartemanno serenissimi domini nostri Romanorum regis illustri filio quam mee fidei desponsastis, [co]gor merito vestra ad hoc me clemencia cogente et ad hoc ea quam fecistis michi gracia me ligante merito alligor, quod omnia et singula promoveam, que bono statui, honori et comodo prefate nate vestre possunt prospicere in futurum et que gloriose dignitatis vestre pie clemencie possunt cedere ad honorem. Quapropter predicto Hartemanno multa discussione previa consului bona fide, quod invictissimi domini nostri Romanorum regis illustris genitoris sui presenciam accederet indilate, petens et certa probans experiencia, ut[a] hac vice, antequam Angliam intraret, pro regia voluntate ordinet suum statum, quia hoc iud[ico con]dicere nominis vestri glorie et honori. (2) Unde prefatus Hart(emannus) domini nostri regis Romanorum adiit Nov. 1. maiestatem, volens circa festum Omnium sanctorum[1] de Wienna reversus nunciis vestris exhibere in partibus suis iocundum et hylarem occursum, quamobrem credo tunc temporis omnia hinc inde inter vos et regem Romanorum promissa pro voti vestri desiderio expediri. Tamen ut nucleus omnis veritatis vestre excellencie in omnibus patefiat, vestre magnificencie significo bona fide, quod primus adventus domini Hartemanni in Angliam fuit infirmitate legitima impeditus[2], secundus vero suus in Angliam adventus fuit propter negociorum tumultuosam multitudinem retardatus, tercius vero ex desidia et negliencia est hactenus imperfectus. Nec breviter dicendo neglienciam valeo excusare, licet ipsam consulam emendare. (3) Un[um tamen in] fide, qua vobis semper volo fideliter teneri, scribere vestre excellencie non obmitto, quod nomen et famam, quam de constancia et stabilitate vestra predicat totus mundus, in hoc facto constantem et firmum vos exhibend[o velitis o]pere declarare et michi vestro devoto servitori in hac parte fiducialiter vestre voluntatis beneplacitum rescribatis. Pro certo tenentes in fide et consciencia, qua teneor Iesu Christo, quod antequam vellem in promissis inter vos et dominum nostrum Romanorum regem vestram filiam fraudari, pocius eligerem per biennium et ultra a nostra dyocesi exulare et nunquam domini nostri Romanorum regis gracia refortari, cum ipsam in filiam, dominam et sponsam michi per dign[acionis] vestre verba graciosa[b] adoptaverim specialem. (4) Preterea ad clementis bonitatis vestre desideratam faciem libenti accederem voluntate, si non propter exercitum in Austriam contra regem Boemie ductum adhuc fuissem nimiorum debitorum onere pregravatus. Tamen cum per Dei graciam cicius relevabor, ad vestram[c] excellenciam veniam, quando et ubi vestre placuerit maiestati, dummodo serenissimus dominus noster Romanorum rex nostri valeat carere, quia dominus rex Ungarie iam Romane ecclesie et fidei chatolice se dicitur opposuisse[3] et propter hoc

179. a) ut *superscriptum super* si *deleto or.* b) *sequitur* eleg *deletum or.* c) *sequitur* exp *deletum or.*

1) *Cf. nr. 178.* 2) *V. supra nr. 177.* 3) *Cf. Reg. imp. VI, 1039. 1127.*

dominus noster Romanorum rex mei et aliorum principum servicio indigebit, ut idem regnum sue valeat subicere dicioni.

Dat. in castro nostro Burseke, in octava Virginis gloriose.

Latorem presencium vobis fideliter recommendo.

---

180. CONSTITUTIO VICARIORUM IMPERIALIUM IN PARTIBUS SAXONIAE.

1277. Sept. 27.

Autographon nunc deperditum, quod usque ad a. 1830. in tabulario serenissimae familiae Welficae asservabatur, olim ediderunt 'Origines Guelficae' IV, praef. p. 3. Apographon saec. XVIII. tabularii regii Hannoverani a. 1801. a viris d. Kestner et Schmidt-Phiseldeck autographo inspecto correctum exemplavit iam olim Bethmann, cuius exemplar hic repetimus. Cf. infra ad 1280. Aug. 24, Reg. imp. VI, 1219, cuius tamen contextus ex nostro documento non pendet. — Böhmer, Reg. imp. VI, 866. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod nos gerentes de circumspeccione et fide illustrium principum nostrorum Alberti Saxonie filii nostri et Alberti Bruneswicensis ducum fiduciam inconcussam, eisdem ac eorum sollicitudini nostras et imperii civitates Lubeke, Goslariam, Mulenhusen, Northusen et universas municiones, castra, villas et oppida, quocumque nomine nuncupentur, ministeriales, homines et vassallos ac omnia et singula iura, possessiones et redditus, quos et quas in terris Saxonie, Thuringie et Slavie possidemus seu de iure racione imperii possidere debemus, committimus per presentes, sic quod iidem principes nostri nostro et imperii nomine ipsis terris presint salubriter et easdem dirigant sapienter et quod de ipsis possint et valeant libere ordinare et facere omnia, que nobis et imperio noverint expedire. Item predictis nostris principibus plenam tradimus potestatem retractandi et revocandi ad ius et proprietatem imperii ministeriales, homines et vassallos, possessiones, redditus atque iura, quos et que ab imperio invenerint alienata illicite et distracta. Item iudicandi et iurisdiccionem exercendi nomine nostro in terris et provinciis antedictis et omnia et singula faciendi, que nostris et imperii utilitatibus viderint profutura. Propter quod universis et singulis nostris et imperii fidelibus in predictis provinciis habitantibus damus districcius in mandatis, ut supradictis nostris principibus in omnibus et singulis suprascriptis articulis nostro et imperii nomine obediant humiliter et intendant. In cuius testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo duximus roborandum.

Datum Wienne, V. Kal. Octob., indict. VI, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, regni vero nostri anno quarto.

181. OBLIGATIO CIVITATUM ET IURIUM IMPERII.

1278. Ian. 6.

Cum privilegium regis haud supersit, proponimus litteras comitis Iuliacensis a nobis in tabulario generali regni Bawarici inventas 'Tirol. fürstl. Archiv' fasc. 1, quo ex tabulario Oenopontano delatae sunt. Scriptae sunt in cancellaria regis. Sola foramina sigillo appendendo facta supersunt. Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 32. Cf. 'Mittheilungen des Instituts' XVI, 679 sq. et A. Werminghoff 'Die Verpfändungen der mittel- und niederrheinischen Reichsstädte' p. 93, Excurs I. — Böhmer, Reg. imp. VI, 914.
(P. decst.)

Nos Wilhelmus comes Iuliacensis universis Christi fidelibus volumus notum esse, quod serenissimus dominus noster dominus Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobis obligat et per patentes suas litteras obligavit Bobardiam et thelonium suum ibidem ac Wesaliam cum iuribus suis et attinenciis universis pro quatuor milibus marcarum Coloniensium et tribus milibus marcarum sterlingorum, quas felicis coronacionis domini nostri predicti tempore Aquisgrani pro consumacione coronacionis eiusdem et pro expediendis reipublice negociis Colonie ipsi nostro domino credidimus et in fidem nostram pro eodem recepimus, pro solucione eiusdem nos fideiussorie nichilominus obligando. (2) Item pro eo quod per racionabilem et legitimam computacionem nos pro memorato domino nostro exposuisse probaverimus et pro dampno, quod coram nuncio, quem ad hoc dominus noster rex duxerit deputandum, docuerimus legitime supradicto principali debito accrevisse, secundum quod nobilis vir . . comes Seynensis et is quem sepedictus dominus noster ad hoc deputaverit taxaverint, memoratas ypothecas nobis constituit obligatas. Hiis tamen modis et condicionibus, quod pro singulis decem marcis debiti principalis et dampni per dictos Seynensem comitem et procuratorem antedicti domini nostri moderandi unius marce redditum in predictis locis nobis assignet. (3) Et si apud Bopardiam in thelonio et aliis domini nostri iuribus sufficientes redditus pro modulo principalis debiti et accessorii quantitate ipse dominus noster dederit, Wesalia supradicta erit a nexu pignoris libera et soluta. Si vero minus predicta loca habuerint in redditibus, in vicinioribus[a] locis dominus noster nobis tenebitur hoc supplere. (4) Ex supradicta tamen obligacione nulli omnino in iure, quod sibi ex domini nostri predicti vel predecessorum suorum concessione divali, gracia vel privilegio competit, vult dominus noster preiudicium aliquod generari, set vult iura sua quibuslibet fore salva. (5) Idem eciam dominus noster in predictis locis Bopardia et Wesalia sibi[b] liberum introitum, exitum et adiutorium pro suis et imperii reservat negociis, prout prius habuit in eisdem. (6) Preterea vult idem dominus noster rex nos vel nostros successores in predictorum reddituum iuxta modum superius declaratum pacifica possessione gaudere, quousque per dominum nostrum vel suos successores predicta marcarum summa cum accessorio sive dampnis per dictos . . comitem et procuratorem ipsius nostri domini declarandis nobis et nostris heredibus plenarie fuerint exsolute. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. Wienne, in epiphania Domini, anno eiusdem MCCLXXVIII.

---

181. a) n *corr. super* o *or.* b) *supra lineam add. or.*

182—185.
LEGATIO CONRADI FRATRIS ORD. MIN. AD NICOLAUM III. PAPAM.

1278. Ian. 19.—Mai. 4.

182. *PROCURATORIUM REGIS.* *Ian. 19.*

Cum autographon iam deperierit [1], *proponimus ex transsumto a. 1278. Mai. 4. Romae facto, quod iterum recognovit Rudolfus rex Viennae a. 1279. Febr. 14. V. infra nr. 221. Cuius recognitionis autographon, quod exstat in tabulario secreto Vaticano Arm. I c. V nr. 7, contulit Paulus Kehr* [2]. *Imago heliographica publicata est 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 10. Edidit etiam Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 232 nr. 387. Item insertum est infra nr. 184 et 185, quorum textuum lectiones perpaucas praetermisimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 918.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Notum esse volumus per presentes litteras universis, quod nos devotus ecclesie Romane filius recognoscentes beneficia, que nobis sunt ab ipso Deo et eius vicario papa Romano concessa, ratificamus, approbamus, innovamus, concedimus et nichilominus de novo donamus sanctissimo patri nostro domino Nicolao pape tertio et ipsi Romane ecclesie matri nostre distincte, libere, plenarie et expresse confirmationes, concessiones, privilegia et cetera omnia, que nos hactenus fecimus et nostri predecessores reges Romani seu imperatores confirmasse, concessisse et fecisse noscuntur seu invenientur. Et ad maiorem predictorum omnium firmitatem constituimus religiosum virum fratrem Conradum ministrum fratrum Minorum superioris Alemanie nostrum nuntium et specialem procuratorem, dantes ei expressum et speciale mandatum pro nobis et nostro nomine recognoscendi, ratificandi, approbandi, innovandi, concedendi et nichilominus de novo donandi omnia et singula distincte, libere et expresse, que facta, acta, promissa, dicta, confirmata, donata sive concessa, recognita seu etiam iurata fuerunt hactenus per bone memorie O. prepositum Sancti Guidonis Spirensis regalis aule nostre cancellarium seu per quoscumque alios et per nos ipsos postmodum felicis recordationis domino Gregorio pape X., sive ipsi domino pape sive alii seu aliis eius nomine et Romane ecclesie recipienti vel recipientibus. Et nos ipsi nichilominus ea omnia et singula recognoscimus, ratificamus, approbamus, confirmamus, innovamus, concedimus et de novo donamus. Et etiam ad nostram conscientiam serenandam revocamus, cassamus, anullamus, irritamus et omnibus viribus vacuamus, quicquid contra predicta vel aliqua predictorum per nos seu per alios nostros nuntios vel officiales mandato nostro vel nomine seu quemcumque alium vel alios quocumque modo quacumque via factum esset vel promissum sive iuratum. Volentes et consentientes expresse, quod per hoc nullum ius nobis accrescat vel in aliquo ecclesie Romane depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem. Concedimus insuper et consentimus, quod ecclesia Romana per se et per alios accipiat, nanciscatur, intret et apprehendat absque ulla nostra vel alterius requisitione, auctoritate vel mandato ob-

1) *Quod adhuc commemorare videtur Zaccagni loco supra ad nr. 48 citato Append. p. 60 in margine et 113.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 40. Cf. iam supra ad nr. 89.*

tentis sive petitis possessionem et quasi omnium contentorum in predictis privilegiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus et iuramentis et omnium eorum, que pertinent ad predicta, et promittimus, quod nos per nos vel [per][a] alium seu alios non impediemus ipsam ecclesiam vel nuntios eius in predictis et quolibet predictorum, set eam in omnibus prefatis tam adipiscendis, quam tenendis [et][a] habendis nostro posse perpetuo iuvabimus. Damus etiam ipsi procuratori nostro specialem, generalem et liberam potestatem plenarie stabiliendi, solidandi, firmandi, complendi et perficiendi ac iurandi omnia et singula predicta in animam nostram, ita quod plenam omnimode perfectionis et solidationis habeant firmitatem, et promittendi, quod nos per nos ipsos eadem faciemus, promittemus, stabiliemus, plene solidabimus, firmabimus, perficiemus atque iurabimus, quandocumque per ipsam ecclesiam litteris vel nuntiis fuerimus requisiti, et faciendi omnia, que in premissis et circa premissa fuerint ipsi ecclesie Romane utilia, necessaria vel etiam oportuna, etiam si mandatum exigant vel exigerent speciale. Promittentes nos ratum[b] habituros et firmum, quicquid per ipsum procuratorem in omnibus et singulis supradictis fuerit recognitum, ratificatum, approbatum, innovatum, concessum, donatum, firmatum, stabilitum, solidatum, completum, perfectum atque iuratum, actum sive factum. In cuius rei testimonium et predictorum omnium firmitatem presentes litteras fieri fecimus et nostri sigilli munimine roborari.

Dat. Wienne, anno Domini MCCLXXVIII, XIIII. Kal. Februarii, regni nostri anno quinto.

183. *LITTERAE COMMENDATITIAE NICOLAO III. MISSAE. (Ian. 19.)*

Repetimus editiones C *II, 426 (= l. II, 37) et* G *p. 152 (= l. III, 9) iam ad nr. 148 adhibitas, quae omnino inter se concordant, ita tamen ut earum orthographiam ad libros formularum reducamus. De ratione et personis v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 919.* *(P. deest.)*

Sanctissimo etc. Rudolfus etc.

Sincere devocionis integritas et affectus congrui promptitudo, que circa sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram piissimam pridem in pectore nostro tenaciter radicata coaluit, nunc novissime hiis diebus, quibus nobis et christiano populo providencia summi Patris de apostolico patre providit ad votum, sic pullulat et excrescit uberius, sic in omnem iusticie semitam nostre mentis interiora convertit, quod non solum in nobis mali suspicio, qua nos eadem mater ecclesia poterat habuisse notabiles, iam perfecte rescinditur, sed et omnis mali species, que in re gesta oculata coniecturacione perpendi potuerat, ut intencio filialis, que nunquam revera declinavit in devium, claro clarius elucescat, in patris aspectibus penitus amputatur. Ecce igitur universa et singula, que a nobis hactenus alma mater ecclesia postulasse dinoscitur tam per nuncios quam per litteras speciales, applausu benevolo et assensu gratuito liberaliter approbantes, in hiis et omnibus aliis concepimus apostolicis beneplacitis equanimiter conformare, supplicantes humiliter vestre clementissime sanctitati, quatenus nos et creditum celitus nobis imperium ad honorem Altissimi et salutem populi christiani dignemini provida dispensacione dirigere nec non apostolice gracie beneficio confovere. Porro industrios et prudentes viros t(alem) et t(alem) ad beatitudinis vestre pedes fiducialissime destinamus, ut super principali negocio, super amicicia inter nos et inclitum t(alem) iuxta providencie vestre consilium, si hoc voto nostro consideat,

182. a) *obfuscatum tr.* b) u *corr. ex* a *tr.*

solidanda[1] et super omnibus aliis reipublice christiane negociis, que per vestre pietatis industriam promoveri desiderant, nutus vestri fotamine dirigantur. Idcirco peticiones nostras et eciam specialiter clericorum nostrorum, qui gratis et fructuosis obsequiis nobis valde se placitos exhibent ac acceptos, seu que ministerio nunciorum ipsorum eosdem vestre sanctitati proponi contigerit, exoptate propiciacionis vestre dulcedine petimus efficaciter exaudiri.

184. *CONFIRMATIO IURAMENTI LAUSANNAE PRAESTITI.* *Mai. 4.*

Ex eodem documento uti nr. 182. — Consimiles tres recognitiones, quibus cetera omnia acta conventus Lausannensis innovantur, in Registri Nicolai III. tom. II, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 40, fol. 8—24' insertas esse, iam supra ad nr. 91 commemoravimus. Editae sunt tam apud Zaccagni l. c. Append. 63—69 quam apud Theiner l. c. I, 228 nr. 385. Haec enim nostra apud Zaccagni l. c. 67 quarta est, tertia apud Theiner l. c. 230. — Böhmer, Reg. imp. VI, 944. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Ego frater Conradus minister fratrum Minorum superioris Alemanie, gloriosissimi et illustrissimi principis domini mei Rudolfi Dei gratia regis Romanorum semper augusti procurator et nuncius, habens ab ipso potestatem et mandatum in forma subscripta, constitutus[a] in presencia vestra, beatissime pater domine Nycolae divina providencia papa III, in consistorio vestro in papali palacio apud Sanctum Petrum in urbe Romana, assistentibus vobis reverendo cetu dominorum cardinalium, videlicet venerabilibus patribus dominis O. Tusculano, B. Albanensi et L. Ostiensi et Velletrensi episcopis, A. tituli Sancte Praxedis, G. tituli Sancti Marci et G. basilice XII Apostolorum presbiteris, I. Sancte Marie in Cosmidin, G. Sancti Georgii ad Velum aureum, M. Sancte Marie in Porticu, I. Sancti Eustachii et Iacobo Sancte Marie in Via lata dyaconis cardinalibus, recognosco et fateor, quod idem dominus meus rex constitutus in presencia pie memorie domini Gregorii pape decimi in ecclesia Lausanensi, assistentibus sibi reverendo cetu dominorum cardinalium, videlicet felicis recordacionis domino Innocencio V. tunc Petro Ostiensi episcopo et domino Adriano V. tunc Ottobono Sancti Adriani dyacono cardin(alibus), Romanis pontificibus, et reverendis patribus dominis Anchero tituli Sancte Praxedis et Guillelmo tituli Sancti Marci presbiteris, Iacobo[a] Sancte Marie in Cosmidin, Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum et Matheo Sancte Marie in Porticu diaconis cardinalibus et presentibus multis prelatis, principibus et nobilibus imperii, ipsi domino pape suisque successoribus spopondit, pollicitus est, promisit atque iuravit omnia et singula infrascripta, prout in eiusdem regis litteris suo sigillo cereo communitis plenius ac seriosius continetur.

(2) Quarum tenor per omnia talis est:

'In nomine sancte — anno tercio'. *supra nr. 89.*

(3) Que omnia et singula, ut premittitur, per eundem regem sponsa, pollicita, promissa atque iurata necnon et alia litteris eisdem quocumque modo quibuscumque verbis inserta ego predictus frater Conradus eiusdem domini regis nomine et pro ipso, habens ab eo expressum et speciale mandatum, libere, distincte et expresse recognosco, ratifico, approbo, innovo et nichilominus ea omnia et singula de novo dono atque con-

184. a) *sequitur rasura parva tr.*

1) *Rudolfus rex cum hic ad foedus amicitiae cum Karolo rege Siciliae faciendum respicit, epistolae Nicolai III. respondet 1277. Dec. 12. datae (Reg. imp. VI, 898; Theiner l. c. I, 223 nr. 382), quam recipere longum est. Repetuntur ibi priorum epistolarum a papis et cardinalibus missarum nr. 107. 120. 151. verba ac praecipue illius foederis tractatus quantocius resumendi commendantur.*

cedo beato Petro celestis regni clavigero ac vobis patri sanctissimo eius successori ceterisque vestris successoribus et ecclesie Romane. Et ad domini mei regis conscienciam serenandam et ut predicta omnia plenarie solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur et perficiantur, revoco, casso, annullo, irrito et omnibus viribus vacuo, quicquid[b] contra predicta vel aliqua predictorum per ipsum dominum regem seu alios eius nuncios vel officiales suo mandato vel nomine seu que[m]cumque alium vel alios quocumque modo quacumque via factum esset vel promissum sive iuratum. Ac volo et expresse consencio, quod per hoc nullum ius ipsi domino meo regi accrescat vel in aliquo ecclesie Romane depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem. Consencio insuper et concedo, quod vos, sanctissime pater, et eadem Romana ecclesia per vos et per alios nunc et semper accipiatis, nanciscamini, intretis et apprehendatis absque ulla ipsius domini regis vel alterius requisicione, auctoritate vel mandato obtentis sive petitis possessionem et quasi omnium contentorum in predictis privilegiis, confirmacionibus, concessionibus, innovacionibus, recognicionibus, donacionibus seu eciam iuramentis et omnium eorum, que pertinent ad predicta, et promitto, quod ipse dominus rex per se vel per alium seu alios non inpediet vos vel nuncios vestros in predictis et quolibet predictorum, sed pocius in omnibus prefatis tam adipiscendis quam tenendis et habendis suo posse perpetuo adiuvabit. Et ut hec omnia plenam omnimode perfeccionis et solidacionis habeant firmitatem, tactis sacrosantis ewangeliis iuro in animam predicti domini mei regis, habens ab eo super hoc speciale mandatum, eundem dominum regem predicta omnia et singula perpetuo inviolabiliter servaturum, et promitto, quod idem dominus rex per se ipsum ea omnia et singula faciet, promittet, stabiliet, plene solidabit, firmabit, perficiet atque iurabit, quandocumque per vos et predictam ecclesiam litteris vel nunciis extiterit requisitus.

(4) Tenor vero mei procuratorii super hiis habiti per omnia talis est:

'Rudolfus Dei gratia — anno quinto'. *supra nr. 182.*

(5) Volo insuper et expresse consencio, quod iidem tenores inserti presentibus easdem per omnia[c] vires habeant et obtineant, quas habent et obtinent ipse littere principales, ita quod si forsan ipsas principales litteras contingeret quomodolibet deperire, dicti tenores perinde vim et robur obtineant et in omnibus et per omnia in iudicio vel extra iudicium fidem faciant, sicut ipse principales littere facerent in sua prima f[igu]ra et integritate manentes, lege seu constitucione aliqua non obstante, et promitto, quod predictus rex idem per omnia sua regali auctoritate statuet et decernet. Porro ad certitudinem presencium et memoriam futurorum hec omnia conscribi et in publicum instrumentum redigi per magistrum Paulum de Reate apostolica auctoritate tabellionem subscriptum feci atque rogavi et sigillo commisse michi administracionis, quo utor ad presens, munivi. Volo tamen et consencio, quod si dictum sigillum quovis modo vel casu deperdi, frangi vel deformari contingerit, nich[il]ominus instrumentum ipsum in suo vigore permaneat ac si de ipso sigillo facta mencio non fuisset.

Actum Rome apud Sanctum Petrum, in consistorio in predicto[d] papali palacio, presentibus venerabilibus patribus dominis Bonifacio Ravennat(ensi) et Iohanne Barensi archiepiscopis, Heinrico Lunensi, Orlando Narniensi, Paparono Fulginat(ensi), Orlando Massan(ensi) ac Raymundo Massiliensi episcopis et honorabilibus viris domino[e] Angelo de Vezcosis domini pape camerario, domino Petro sancte Romane ecclesie vicecancellario, magistris Berardo de Neapoli et Benedicto de Anagnia eiusdem domini pape notariis[e], magistro Paulo de Interampn(is) clerico et procuratore in audiencia curie Romane predicti domini Rudolfi regis ac nobilibus viris dominis Vrso[f] curie domini

184. b) c *corr. ex* q *tr.* c) *in rasura tr.* d) *sequitur* in *deletum tr.* e) o *secunda corr. ex* is *tr.* f) *sequitur* domini *tr.*

pape marschalco[g], Adinolfo Comitis, Nicolao Comitis et Petro Comitis de Urbe militibus et quam pluribus aliis clericis et laicis in multitudine numerosa[c], anno Domini MCCLXXVIII, IIII. die mensis Maii, indict. VI, pontificatus vero domini Nycolai pape III. anno primo.

Ego Paulus de Reate apostolica autoritate et nunc camere domini pape notarius hiis omnibus interfui et de mandato eiusdem sanctissimi patris domini Nycolai ac de rogatu ipsius fratris Conradi scripsi, publicavi et signum feci.

185. *INNOVATIO CONFIRMATIONIS PRIVILEGIORUM ET IURAMENTORUM a. 1274. PER PROCURATOREM DATAE. Mai. 4.*

Autographon eiusdem tabularii Arm. I c. V nr. 9, cuius sigillum desideratur, contulit Paulus Kehr[1]. *Editum est apud Zaccagni l. c. Append. 57—62 et apud Theiner l. c. I, 203 nr. 358. Haec innovatio in Registrum Nicolai III. l. c. separatim non est recepta sed ibi recognitione illa alterius innovationis supra nr. 91 implicite continetur. V. Theiner l. c. I, 229 col. 1. — Böhmer, Reg. imp. VI, 944.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Ego frater Conradus minister fratrum Minorum superioris Alemanie, gloriosissimi et illustrissimi principis domini mei Rudolfi Dei gratia regis Romanorum semper augusti procurator et nuntius, habens ab ipso potestatem et mandatum in forma subscripta, constitutus in presentia vestra, beatissime pater domine Nicolae divina providentia papa III, in consistorio vestro in papali palatio apud Sanctum Petrum in urbe Romana, assistentibus vobis reverendo cetu dominorum cardinalium, videlicet venerabilibus patribus dominis O. Tusculano, B. Albanensi et L. Ostiensi et Velletrensi episcopis, A. tituli Sancte Praxedis, G. tituli Sancti Marci et G. tituli basilice XII[a] Apostolorum presbiteris, I. Sancte Marie in Cosmidin, G. Sancti Georgii ad Velum aureum, M. Sancte Marie in Porticu, I. Sancti Eustachii et Iacobo Sancte Marie in Via lata diaconis cardinalibus, recognosco et confiteor, quondam Ottonem prepositum ecclesie sancti Guidonis Spirensis regie aule cancellarium habuisse a predicto serenissimo principe domino Rudolfo Dei gratia rege Romanorum semper augusto mandatum sigilli sui munimine communitum infrascripti tenoris, cuius auctoritate nomine eiusdem domini regis coram pie memorie domino Gregorio papa decimo, astantibus sibi felicis recordationis domino Innocentio V. tunc Petro Ostiensi et Velletrensi episcopo, Adriano V. tunc Ottobono Sancti Adriani diacono cardinali et domino Iohanne XXI. tunc Petro episcopo Tusculano, Romanis pontificibus, et bone memorie Iohanne Portuensi, Vicedomino Prenestrino et fratre Bonauentura Albanensi episcopis, Symone tituli Sancti Martini presbitero et Vberto Sancti Eustachii diacono cardinalibus ac reverendis patribus predictis dominis A. tituli Sancte Praxedis, G. tituli Sancti Marci, Symone tituli Sancte Cecilie presbiteris, Iacobo Sancte Marie in Cosmidin, Gottifredo Sancti Georgii ad Velum aureum et Matheo Sancte Marie in Porticu diaconis cardinalibus et presentibus inibi venerabilibus patribus Henrico Treuerensi, Guarnerio Maguntino, Engueberto Coloniensi, Conrado Magdeburgensi et Giselberto Bremensi archiepiscopis, Conrado Argentinensi, Leone Ratisponensi, Brunone Brixinensi, Ottone[b] Mindensi, Frederico Merseburgensi, Widegone Misnensi, Iohanne Kimensi, Ildebrando

184. g) s *corr. ex* c *tr.*

185. a) basilice XII *in rasura or.* b) *in rasura or.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 35.*

Eistetensi episcopis et nobilibus viris Frederico burclavio de Nurenberk et Gottifrido comite Seunensi, processit ad omnia infrascripta, que in litteris inde confectis et eiusdem cancellarii sigillo signatis, quarum tenor de verbo ad verbum infra subicitur, seriosius continentur.

(2) Que quidem omnia et singula dicta, promissa, recognita, innovata, concessa, acta seu gesta, ratificata, confirmata sive iurata per eundem cancellarium, prout in eisdem litteris et tenore plenius exprimitur, eiusdem domini regis nomine et pro ipso distincte, libere et expresse recognosco, ratifico, approbo, innovo et nichilominus ea omnia et singula de novo dono atque concedo beato Petro celestis regni clavigero ac vobis patri sanctissimo eius successori ceterisque vestris successoribus et ecclesie Romane. Et ad domini mei regis conscientiam serenandam et ut predicta omnia plenarie solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur et perficiantur, revoco, casso, annullo, irrito et omnibus viribus vacuo, quicquid contra predicta vel aliqua predictorum per ipsum dominum regem seu per alios eius nuntios vel officiales suo mandato vel nomine seu quemcumque alium vel alios quocumque modo quacumque via factum esset vel promissum sive iuratum. Ac volo et expresse consentio, quod per hoc nullum ius ipsi domino meo regi accrescat vel in aliquo ecclesie Romane depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem. Consentio insuper[b] et concedo, quod vos, sanctissime pater, et eadem Romana ecclesia per vos et per alios nunc et semper accipiatis, nanciscamini, intretis et apprehendatis absque ulla ipsius domini regis vel alterius requisitione, auctoritate vel mandato obtentis sive petitis possessionem et quasi omnium contentorum in predictis privilegiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus, recognitionibus, donationibus seu etiam iuramentis et omnium eorum, que pertinent ad predicta, et promitto, quod ipse dominus rex per se vel per alium seu alios non impediet vos vel nuntios vestros in predictis et quolibet predictorum, set potius in omnibus prefatis tam adipiscendis quam tenendis et habendis suo posse perpetuo adiuvabit. Et ut hec omnia plenam omnimode perfectionis et solidationis habeant firmitatem, tactis sacrosanctis euangeliis iuro in animam predicti domini mei regis, habens ab eo super hoc speciale mandatum, eundem dominum regem predicta omnia et singula perpetuo inviolabiliter servaturum, et promitto, quod idem dominus rex per se ipsum ea omnia et singula faciet, promittet, stabiliet, plene solidabit, firmabit, perficiet atque iurabit, quandocumque per vos et predictam ecclesiam litteris vel nuntiis extiterit requisitus.

(3) Predictus[c] autem litterarum eiusdem cancellarii et mei procuratorii super hiis habiti tenores de verbo ad verbum per omnia tales sunt:

'In nomine Domini — munimine roborari'. *supra nr. 49.*

'Rudolfus Dei gratia — anno quinto'. *supra nr. 182.*

(4) Volo insuper et expresse consentio, quod iidem tenores inserti presentibus easdem per omnia vires habeant et obtineant, quas habent et obtinent ipse littere principales, ita quod si forsan ipsas principales litteras contingeret quomodolibet deperire, dicti tenores perinde vim et robur obtineant et in omnibus et per omnia in iudicio vel extra iudicium fidem faciant, sicut ipse principales littere facerent in sua prima figura et integritate manentes, lege seu constitutione aliqua non obstante, et promitto, quod predictus rex idem per omnia sua regali auctoritate statuet et decernet. Porro ad certitudinem presentium et memoriam futurorum hec omnia conscribi et in publicum instrumentum redigi per magistrum Paulum de Reate apostolica auctoritate tabellionem subscriptum feci atque rogavi et sigillo commisse michi administrationis, quo utor ad presens, munivi. Volo tamen et consentio, quod si dictum sigillum quovis

185. c) predcs *or.*

modo vel casu deperdi, frangi vel deformari contigerit, nichilominus instrumentum ipsum in suo vigore permaneat ac si de ipso sigillo facta mentio non fuisset.

Actum[a] Rome apud Sanctum Petrum, in consistorio in predicto papali palatio, presentibus venerabilibus patribus dominis Bonifatio Rauennat(ensi) et Iohanne Barensi archiepiscopis, Henrico Lunensi, Orlando Narniensi, Paparono Fulginat(ensi), Orlando Massan(ensi) ac Raymundo Massiliensi episcopis et honorabilibus viris domino Angelo de Veczosis domini pape camerario, domino Petro sancte Romane ecclesie vicecancellario, magistris Berardo de Neapoli et Benedicto de Anagnia eiusdem domini pape notariis, magistro Paulo de Interampn(is) clerico et procuratore in audientia curie Romane predicti domini Rudolfi regis ac nobilibus viris dominis Vrso curie domini pape marescalco, Adinolfo Comitis et Petro Comitis ac Nicolao Comitis militibus de Vrbe et quam pluribus aliis clericis et laicis in multitudine numerosa, anno Domini MCCLXXVIII, quarto die mensis Maii, indiction. VI, pontificatus vero domini Nicolai pape III. anno primo.

Ego Paulus de Reate apostolica auctoritate et nunc camere domini pape notarius hiis omnibus interfui et de mandato eiusdem sanctissimi patris domini Nicolai ac de rogatu ipsius fratris Conradi scripsi, publicavi et signum feci.

---

186. FACULTAS OFFICIATORUM CONSTITUENDORUM.

1278. Mart. 18.

Damus ex autographo in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 78½b asservato; fragmentum sigilli parvum iuxta servatur. Contulit b. m. Weiland. — Böhmer, Reg. imp. VI, 929. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Etsi ad omnes imperii Romani fideles munificencie nostre dexteram debeamus extendere debitricem, principes tamen velud bases egregias, quibus imperii celsitudo potenter initur[a], speciali prerogativa nos decet attollere condignisque benificencie nostre favoribus ampliare, presertim cum ex eo quod condiciones et tituli principum dilatantur, sacrum Romanum imperium honoris et glorie non modicum recipiat incrementum. Sane venerabilis Ortolfus monasterii Burrensis abbas, princeps noster dilectus et conventus ibidem culmini nostro humiliter supplicarunt, quod cum ipsi officiatorum sui monasterii principatui congruencium paterentur defectum, nos eis de suis ministerialibus et non aliunde quatuor officiatos, marschalcum, dapiferum, pincernam et camerarium videlicet, constituendi et eosdem congrue sine magno monasterii preiudicio infeodandi auctoritatem plenam tradere de benignitate regia dignaremur. (2) Nos igitur predictorum abbatis et conventus supplicacionibus utpote racionabilibus favora-

185. [a]) *precedit signum paragraphi or.*

186. [a]) *sic or.*

biliter inclinati permittimus et plenam ac planam eisdem concedimus facultatem, quod iuxta peticionis sue tenorem quatuor officiatos expressos superius, qui ipsius monasterii ministeriales sint, constituant et eosdem de monasterii bonis infeodent, sine gravi tamen monasterii dispendio et iactura. Hoc adiecto nichilominus, quod iidem officiati nichil in ipsis officiis motu proprio ordinare valeant seu disponere, nisi[a] quod de abbatis, qui tunc pro tempore fuerit, et conventus processerit voluntate. (3) Si quem eciam officiatorum migrare contigerit ab hac luce, decedentis primogenitus tantum debet in officii et feodorum ad idem spectancium possessione quieta et pacifica permanere, ne in plures heredes ipsum officium dividatur. Si vero aliquis ex huiusmodi officialibus extra potestatem ecclesie matrimonium contraxerit, heredes eiusdem idem officium nullatenus heredabunt et in hoc casu abbati et conventui antedictis tam officium quam feodum ipsi officio attinens in alium transferre licebit. In cuius testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, XV. Kal. Aprilis, indictione VI, anno Domini MCCLXXVIII, regni vero nostri anno quinto.

---

187. MANDATUM DE IMMUNITATE CIVITATUM IMPERII.

1278. Mai. 22.

Ineditum hucusque ex autographo tabularii civitatis Villingensis dedit vir d. Roder. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo[1]. *Cf. iam supra nr. 69. — Böhmer, Reg. imp. VI, 953.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam tenore presencium cupimus pervenire, quod nos universis nostris et imperii civitatibus hanc iam dudum graciam meminimus indulsisse, quod cives dictarum civitatum super nulla questione seu causa possint extra civitatem ad provinciale iudicium evocari, quin pocius coram civitatis iudice conveniri. E converso quoque statuisse recolimus, ut si civis alicui foraneo movere habeat questionem, illum non in civitate, sed extrinsecus coram suo iudice debeat convenire. Volentes itaque hanc libertatis graciam in suo robore permanere, vobis universis et singulis sub obtentu gracie nostre districte precipiendo mandamus, quatenus contra statuta huiusmodi nullatenus veniatis, si indignacionem regiam volueritis evitare.

Datum Wienne, XI. Kalendas Iunii, indictione VI, anno Domini MCCLXXVIII, regni vero nostri anno quinto.

---

186. a) *corr. ex* niq *or.*

1) *Cf. etiam Reg. imp. VI, 992 et 1787.*

188—191. MANDATA DE HOSTE FACIENDA.

(1278. Mai.)

Litteras, quae certe vim mandatorum habuerunt, damus e codice T, *de quo v. supra ad nr. 14—16. Desunt in aliis codicibus. Quarum tres ad bellum cum rege Bohemiae rursus suscipiendum spectant, quartam temporis incerti illis subiungere liceat. Cf. Reg. imp. VI, 958. 963. 964.*

188. *MANDATUM FIDELI MISSUM.*

Ex T *nr. 233. — Böhmer, Reg. imp. VI, 957.* *(P. deest.)*

Quia, ut veritatis seriem nudius detegamus, ad presens iuxta nostri status et negocii qualitatem non sumus illis circumdati, quibus confidere expedit et in quibus possimus ponere anchoram certe spei, eo quod reperti sunt facti evidencia sepius infideles [1], tanta nos circa fidam in fide miliciam nunc angit et urget neccessitas, quod neccessitatem huiusmodi existentem in foribus scripture non admittit officium nec eam perfecte valemus exprimere per effectum. Eapropter fid(elitatem) t(uam) mo(nemus) et ro(gamus) ple(nissimo) cum af(fectu) tibique precipimus ac in ea fide, qua te nobis sanguinis unit idemptitas et homagium fidelitatis astringit, te nichilominus obtestamur, quatenus necessitatem prefatam revera maiorem, quam mens possit concipere, formidabilibusque periculis plenam interne consideracionis oculis intuens diligenter, sicut nostrum honorem et imperii diligis, statim visis presentibus sine more cuiuslibet tarditate, que irrecuperabile posset inferre dispendium, XXX dextrarios coopertos vel plures, si poteris, ad nos quantocius permittere non omittas, ita quod inextinguibile fidei tue lumen argumento huiusmodi lucidius nobis clareat et clarissime rutilet in effectu, nec per tuam incuriam seu negligenciam morosam quod absit foveam incidamus nostri honoris et glorie oppressivam.

189. *MANDATUM COMITI DE HOHENBERG DIRECTUM.*

Ex T *nr. 306. — Böhmer, Reg. imp. VI, 961.* *(P. deest.)*

Quia, prout ex coniecturis certissimis colligimus et effectibus operum de die in diem evidencius experimur, cum antiquo hoste nostro rege Bohemie guerrarum nos oportet discrimina denuo inchoare, fid(elitatem) t(uam) sub indissolubili affinitatis idemptitate, que te pre ceteris nobis unit, ac fidei debito, quo racione imperii nostro te astringi culmini recognoscis, req(uirimus) et fiducialiter obtestamur, quatenus attendens provide, quanta cunctis consanguinitatis seu affinitatis nobis astrictis debito, tibi autem precipue de fortunatis regalium successuum auspiciis accrescit gloria, meditans quoque circumspecte, si quod future de nobis promocionis et exaltacionis beneficium prestolari volueris, ostendens eciam in hac parte dilucide, si ea, quam de te presumimus, dilectionis sinceritate felicem negociorum nostrorum exitum concupiscis, tocius diligencie tue ad hoc convertas studium nullis prorsus parcens laboribus vel expensis, quod collecto quanto decentiore potes milicie et aliorum armatorum exercitu maiestatis

1) *De ratione v. Regesta imperii.*

nostre presencie te acceleres presentare. Confidimus enim et speramus in eo, qui hactenus nostra et imperii negotia direxit feliciter in salutem, quod mediantibus tuis et aliorum, de quibus specialiter presumimus, auxiliis et consiliis oportunis contumacem predicti hostis nostri superbiam, qua contra nos insurgit et vehitur incessanter, sic potenter succulcare debeamus, succulcatam sic radicitus extirpare, quod nulla sibi facultas inantea suppetat contra nos et imperium quid contumelie vel gravaminis attemptandi. Ceterum sciat tua strennuitas pro constanti, quod si quod absit in hoc negocio, a quo nostrorum et imperii ac inclite A. contectalis nostre, tue sororis, ac liberorum nostrorum successuum felicium quoad presencia summa dependet, desidem te prebueris et remissum, nos revera vice versa hiis, que tuis et tuorum profectibus visa fuerint expedire, ea mentis alacritate, ea gracie nostre affluencia et favoris prerogativa sicut hactenus nullo umquam tempore intendemus.

190. *ALIUD MANDATUM.*

Ex T *nr. 304. — Böhmer, Reg. imp. VI, 962.* *(P. deest.)*

Cum secundum quod verisimilibus coniecturis perpendimus et certis indiciis experimur, futurarum guerrarum discrimina movenda cum inclito rege Bohemie evitare aliqualiter non possimus, ad quod, sicut videmus ad oculum, iam res congrue se disponunt, experte fidelitatis tue constanciam in eo fidei debito, quo nobis astringeris, seriose requirimus et propensius exhortamur, quatenus si honorem regium, de quo nequaquam ambigimus, diligis prosperari, si in hoste versuto nos desideras triumphare, si de regia maiestate perpetuis beneficencie sue muneribus in te et tuis volueris premiari, ad nostra et imperii servicia pro milicia decenti et congrua totis affectibus totisque viribus studeas diligencius laborare. Sciturus pro certo, quod si in hiis prompte devocionis studio votis nostris annueris et in hoc neccessitatis articulo, in quo fidei tue summam volumus experiri, tue servitutis obsequio nos duxeris honorandos, in uberi affluencia graciarum hoc ita compensare disponimus, quod grata et accepta huiusmodi servicia grato domino gratulaberis impendisse.

191. *ALIUD MANDATUM.*

Ineditum damus ex T *nr. 347. — Böhmer, Reg. imp. VI deest.* *(P. deest.)*

Hactenus te semper pura fide et devocione sincera indefessum[a] in obsequiis nostris invenimus et pro nostro[b] et sacri honore imperii attollendo in omnes eventus tam prosperos quam adversos accinctum. Ex hac igitur servicii promptitudine de tua fidelitate plena collecta fiducia rogamus, monemus et hortamur omni quo possumus studio et affectu, quatenus cum omnibus quos habere poteris in armis bellicis expeditos sine dilacione morosa ad nos venias et appareas honorifice coram nobis. Est enim ad presens nobis tua neccessaria presencia, cuius causam, dum ad nos veneris, plenius tibi pandemus oraculo vive vocis.

---

191. a) indefensum *T.* b) nr̄a *T.*

192—202.
LEGATIO GOTIFRIDI PROTHONOTARII AD NICOLAUM III. PAPAM.

1278. Mai. 29.—Iul. 1.

192. *FACULTAS REGIS. Mai. 29.*

Superest nonnisi in documentis infra nr. 200 et 201 edendis, quorum autographa exstant in tabulario secreto Vaticano. Hic sub numeris 1 *et* 2—4 *(= nr. 201* 1—3*) adhibita sunt. Contulit Paulus Kehr. Ceterum Kaltenbrunner 'Actenstücke zur Geschichte des Deutschen Reiches unter Rudolf I. und Albrecht I.' (= 'Mittheilungen aus dem Vaticanischen Archive' I. Wien 1889) p. VIII ex collectione Platinae copiam autographi, cuius bullam auream ille etiamtum vidit, adnotat. Neque vero in Catalogo chartarum archivi Romanae ecclesiae a. 1366, de quo v. infra ad nr. 206—209, autographi mentio fit. — Böhmer, Reg. imp. VI, 955. (P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Nicolao divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum filialis obeditionis reverentia devotissima pedum[a] oscula beatorum.

(1) Ad magnificentiam munerum et gratiarum quodammodo ineffabilem largitatem, que imperatores Roman(orum) et predecessores nostri reges Romanorum de Romane matris ecclesie uberibus susceperunt, ipsi velut devoti filii faciem gratitudinis convertentes nec minus attendentes, quod eadem ecclesia ipsos in dulcedinis benedictione preveniens transferendo de Grecis imperium in Germanos eisdem dederat[b] id quod erant, ut grati predicarentur filii, laudabilis recognitionis effectu inter cetera, que ipsi ecclesie confirmarunt, dimiserunt seu etiam concesserunt totam terram que est a Radicofono usque Ceperanum[c], marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, terram comitisse Mattildis, comitatum Bertenorii, exarchatum Rauenne, Pentapolim, Massam Trabariam cum adiacentibus terris et omnia alia bona, terras, possessiones et iura ad dictam ecclesiam pertinentia, in multis privilegiis imperatorum a tempore Ludowici expressa[1] sive contenta, ipsi beato Petro celestis regni clavigero eiusque successoribus et eidem ecclesie dimiserunt, renuntiaverunt, restituerunt et confirmarunt, et ad omnem scrupulum removendum, prout melius valeret et efficacius posset intelligi, contulerunt, concesserunt et etiam donaverunt, sicut in eorum privilegiis seu litteris continetur. (2) Nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellentie culmen assumpti predicta omnia in presentia recolende memorie domini Gregorii pape X. recognovimus ac ea omnia et singula ipsi pro predicta ecclesia, se suisque successoribus recipienti confirmavimus, innovavimus et de novo concessimus atque donavimus, ipsa nichilominus prestito corporaliter iuramento firmantes[1]. (3) Verum quia postmodum absque nostro consensu, conscientia vel mandato Rodulfus cancellarius noster a civibus Bononien(sibus), Ymolen(sibus), Faventin(is)[d], Foropopulien(sibus), Cesanatibus, Rauennatibus, Ariminen(sibus), Urbinatibus necnon et aliis aliorum civitatum atque locorum illarum parcium iuramentum fidelitatis nostro nomine dicitur recepisse, nos dilectum familiarem clericum nostrum magistrum Gottifridum prepositum Soliensem regalis aule prothonotarium transmittimus ad vestre presentiam sanctitatis, cui damus presentibus

192. a) reverentia — pedum *in rasura atque litteris minoribus scriptum* 1. b) dederant 1. c) Cepranum 1. 2. d) Faventinis 3.

1) *Cf. supra nr. 89.*

nostris patentibus litteris in mandatis, ut quicquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium[c] in predictis civitatibus, locis et terris seu per homines ipsorum civitatum, terrarum atque locorum actum, gestum, recognitum extitit et predicta iuramenta specialiter revocet, casset, annullet, irritet, cassa, nulla et irrita nuntiet ac omnibus viribus vacuet. Volentes et consentientes expresse, quod per hec[f] nullum ius nobis accrescat vel ecclesie Romane depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem in civitatibus, terris et locis prefatis ac hominibus[g] iuribus et iurisdictionibus eorundem, et universis et singulis civitatibus, communitatibus, locis et hominibus supradictis ex parte nostra omnia et singula predicta denuntiet, denuntiando sollicitet et inducat eosdem, quod vestrum et ecclesie predicte dominium recognoscentes vobis et ecclesie memorate tamquam eorum vero domino in omnibus et per omnia, sicut debent, obediant, pareant[h] et intendant. Promittentes nos ratum habituros et firmum, quicquid idem magister Gottifridus ordinandum seu faciendum duxerit in premissis.

Dat. Wienne, IIII. Kal. Iunii, indict. VI, anno Domini MCCLXXVIII[i], regni vero nostri anno quinto.

193. *LITTERAE PONTIFICIS RUDOLFO REGI MISSAE.*

Iun. 5. (correctae post Iun. 30.)

Registri Nicolai III. tom. II, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 40 fol. 3 denuo accuratissime contulit Pogatscher. De hiis, quae in nr. 193. 194. 195 in Registro post Iun. 30. deleta, correcta vel addita sunt, cf. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' II, 454 sqq. et Kaltenbrunner l. c. p. 155. Ediderunt etiam Zaccagni loco supra ad nr. 48 citato Append. p. 45, omnibus verbis, quae in Registro post addita vel correcta sunt, bene distinctis, et minus accurate Theiner l. c. I, 208 nr. 361. — Potthast 21332. Böhmer, Reg. imp. VI, 970. *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Intima mentis nostre, fili carissime, clare circumspicit preparatio sedis tue in gremio sedis apostolice constituta, sicut nuper ex hiis, que dilectus filius frater Conradus minister ordinis fratrum Minorum superioris Alamannie nuntius tuus ex parte tua nobis asseruit et fecit[a], collegimus inclita tue celsitudinis merita, quibus Deum et Romanam matrem ecclesiam tanquam princeps catholicus revereris. Nec dissimulare voluimus, set advertere potius, quod sicut speratur et creditur, Pater eternus tibi semitam suorum mandatorum aperiens solium tuum, prout claris auspitiis indicas, augebit et[b] diriget, magnificabit amplis honoribus et erga eandem ecclesiam tua devotione successive vigente roborabit tue celsitudinis incrementa, sicque promereri dinosceris[c] intra sedis eiusdem claustra recumbere ac habere in nobis, quod in patre devotus filius promeretur. (2) Nuper quidem[d] eundem nuntium, quem ad dictam sedem specialiter destinasti, affectione paterna recepimus et ipse in nostra et fratrum nostrorum presentia constitutus tanquam vir industrius multa sollicitudine circumspectus et fidelis commissi sibi negotii prosecutor sinceram devotionem et intentionem puram, quam ad eandem ecclesiam habuisti et habere dinosceris, prudenter exposuit et omnia et singula per quondam Ottonem prepositum Sancti Guidonis Spirensis, regie aule cancellarium,

192. e) *deest* 1. f) hoc 2. g) *corr. ex* omnibus 1. h) pareant, obediant 4. i) millesimo ducentesimo septuagesimo octavo 2—4.

193. a) *sequitur* digne, *sed deletum c.* b) augebit et *supra lineam additum c.* c) *super* demonstras *oblitteratum c.* d) *corr. ex* siquidem *c.*

dicta sive promissa, acta seu gesta[e] ac demum per te ipsum in presentia bone memorie Gregorii pape X. predecessoris nostri recongnita, confirmata, innovata, de novo concessa, promissa, dicta, acta seu gesta, statuta sive iurata, predictus frater Conradus in nostra et eorundem[f] fratrum[g] presentia tuo nomine et pro te, tuum super hiis exhibendo mandatum, distincte, libere et expresse recongnovit, ratificavit, approbavit, innovavit et nichilominus ea omnia et singula beato Petro celestis regni clavigero ac nobis eius licet immeritis[h] successori ceterisque nostris successoribus et ecclesie Romane de novo donavit adque concessit. Et ad tuam conscientiam serenandam et ut predicta omnia plenarie solidarentur, stabilirentur, firmarentur, complerentur et perficerentur, revocavit, cassavit, annullavit, irritavit et omnibus viribus vacuavit, quicquid contra predicta vel aliqua predictorum per te seu per alios tuos nuntios speciales vel officiales tuo mandato vel nomine seu quemcumque alium vel alios quocumque modo, quacumque via factum esset vel promissum sive iuratum, volens et tuo nomine expresse consentiens, per hoc nullum ius tibi tam circa possessionem quam circa proprietatem accrescere vel ipsi Romane ecclesie in aliquo deperire. (3) Consensit insuper et concessit, quod nos et eadem ecclesia Romana per nos et per alios tunc et semper possemus accipere, nancisci, intrare et apprehendere absque ulla tui vel alterius requisitione, auctoritate vel mandato obtentis sive petitis possessionem et quasi omnium contentorum in predictis privilegiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus, recongnitionibus, donationibus seu etiam iuramentis et omnium eorum que pertinent ad predicta, promittens nichilominus, quod tu per te vel per alium seu alios non impedies nos vel nuntios nostros in predictis et quolibet predictorum, set potius in omnibus prefatis tam adipiscendis quam tenendis et habendis tuo posse perpetuo adiuvabis. (4) Et ut hec omnia omnimode perfectionis et solidationis haberent plenariam firmitatem tactis sacrosanctis evangeliis iuravit in animam tuam, exhibens super hoc speciale mandatum, te predicta omnia et singula perpetuo inviolabiliter servaturum, promittens quod tu per te ipsum ea omnia et singula faceres, promitteres, stabilires, plene solidares, firmares, perficeres atque iurares, quandocumque per nos et predictam ecclesiam litteris vel nuntiis existeres requisitus*, prout hec et alia in instrumentis publicis inde confectis, tenores quorum per eundem fratrem Conradum tibi transmittimus, seriosius continentur[1]. (5) Ut igitur tue sinceritatis integritas interius exteriusque reluceat et appareat vas sincerum[2] premissa omnia et singula per specialia privilegia regali aurea bulla munita prompte, liberaliter et distincte recongnoscas, ratifices, confirmes, innoves et de novo concedas,

*) *in margine adduntur haec:* Et postmodum dilectus filius Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis Salzeburgensis diocesis, familiaris clericus et prothonotarius tuus, ex parte tua cum specialibus mandato et litteris ad nostram presentiam destinatus traditi sibi a te auctoritate mandati iuramenta fidelitatis seu alia, que Rodulfus cancellarius tuus a civibus Bononiensibus, Ymolensibus, Faventin(is), Forliviensibus, Foropopuliensibus, Cesanatibus, Ravennatibus, Ariminensibus, Urbinatibus necnon et aliis aliarum civitatum et terrarum illarum partium adque locorum, que ipsius ecclesie iuris existunt, pro te dicitur recepisse et quicquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium in eisdem civitatibus, terris et locis seu per potestates, capitaneos, consiliarios et communia seu alios homines ipsorum civitatum, terrarum adque locorum actum, gestum et recongnitum extitit, remittens, revocans, cassans, annullans, irritans, cassa, nulla et irrita nuntians ac omnibus viribus vacuans, eisdem potestatibus, capitaneis, consiliis et communibus ac aliis universis et singulis ex parte tua omnia et singula predicta et alia in eisdem contenta litteris nuntiavit et denuntiando sollicitavit et induxit eosdem, quod nostrum et eiusdem ecclesie recongnoscentes dominium nobis et eidem ecclesie tanquam vero domino in omnibus et per omnia, sicut debent, obediant, pareant et intendant, prout etc.[3] ut supra.

193. e) *sequitur* statuta seu iurata *subpunctum c.* f) eorundem *supra lineam add. c.* g) *sequitur* nostrorum *oblitteratum c.* h) tis *corr. ex* to *c.*

1) *Supra nr. 184. 185.* 2) *Cf. Prov. 25, 4.* 3) *Cf. infra nr. 200. 201.*

ea omnia corporali prestito iuramento firmando. (6) Et quia dudum absque tuis, sicut opinamur et credimus, consensu, conscientia vel mandato dictus[i] cancellarius [tuus a civibus Bononiensibus, Imolensibus, Faventin(is), Forliviensibus, Foropopuliensibus, Cesanatibus, Ravennatibus, Ariminensibus, Urbinatibus necnon et aliis aliarum civitatum illarum partium adque locorum, que ipsius ecclesie iuris existunt,][k] huiusmodi[i] iuramenta[i] nomine tuo recepit, tu mature conspiciens id in preiudicium iuris eiusdem ecclesie subsecutum, quicquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium tuo nomine in predictis civitatibus vel aliis locis et terris per homines ipsorum civitatum, terrarum adque locorum actum, gestum, recongnitum extitit sive iuratum, remittas[i], revoces, casses, annulles, irrites, cassum et irritum nunties ac omnibus viribus vacues, statuens et expresse consentiens, quod per hoc nullum ius tibi accrescat vel ipsi ecclesie depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem in civitatibus, terris et locis eisdem ac hominibus, iuribus et iurisdictionibus eorumdem. (7) Et quia decet regales actus in omni claritate procedere, ut omnem obscuritatem, quam frequenter generalitas consuevit inducere, tollat regalis expressio ac iura ecclesie predicte per tuam declarationem, quam decernas esse perpetuam, plenarie solidentur, recongnoscas, fatearis et speciali edicto ad perpetuam memoriam studeas declarare, Ravennam, Emiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivium, Faventiam, Ymolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam adque Gabellum, Ariminum, Urbinum, Montemferetrum, territorium Balnense cum omnibus finibus, territoriis adque insulis in terra marique ad civitates et loca predicta quoquo modo pertinentibus ad beatum Petrum celestis regni clavigerum et ad nos ac successores nostros Romanos pontifices et ad ipsam Romanam ecclesiam pleno iure integre in spiritualibus et temporalibus in solidum pertinere ac nostri et ipsius ecclesie pleni iurisdictionis ac principatus existere. (8) Et ad omnem dubitationis scrupulum in posterum abolendum et ut tua devotio erga ipsam ecclesiam clarius enitescat, predicta omnia et singula, prout melius et efficacius valet intelligi, nobis et per nos successoribus nostris Romanis pontificibus et ipsi ecclesie de novo distincte, libere, plenarie et expresse concedas, conferas et dones, ut sublata omnis contentionis et dissentionis materia firma pax et plena concordia inter ecclesiam et imperium perseverent[m], cum ea omnia et singula ex privilegiis et declarationibus predecessorum tuorum Romanorum imperatorum clare ac distincte pertinere ad Romanam ecclesiam dinoscantur[1]. (9) Et ut premissa omnia nobis et eisdem successoribus ac ecclesie per te ac[n] tuos successores Romanorum reges et imperatores serventur firmaque semper et inconvulsa permaneant, tue recongnitionis, declarationis et donationis privilegia[o] super hiis de tua conscientia et expresso mandato conscripta[p] facias aurea bulla typario tue maiestatis impressa muniri ac ipsa[q] ad perpetuam soliditatem et certitudinem pleniorem nobis et ipsi ecclesie* liberaliter exhiberi. (10) Et nichilominus, ut tua devotio claritate refulgeat et longe lateque ad aliorum notitiam deducatur, revocationem, cassationem, anullationem, irritationem, cassi et irriti nuntiationem, vacuationem, constitutionem et consensum ac alia supradicta predictis et aliis partium earundem per speciales litteras et nuntios fideles, utiles et aptos ad talia, qui fideliter et clare prout decet expediant nec involvant, studeas expressius nuntiare, liberalius

*) *in margine adduntur haec:* sub formis, quas per eundem fratrem Conradum tibi transmittimus[2].

193. i) *supra lineam add. c.* k) *oblitterata sunt in c., verbo adposito* va—cat. *Cf. p. 179 notam *.* l) *sequitur* fidelitatis *oblitteratum c.* m) *sequitur* presertim *oblitteratum c.* n) *corr. ex* et *c.* o) *corr. ex* privilegium *c.* p) *corr. ex.* conscriptum *c.* q) *corr. ex* ipsum *c.*

1) *V. infra nr. 194.* 2) *Cf. infra nr. 197 et 206—209.*

tua puritate prestito iuramento promittens, quod dicta privilegia, litteras, recongnitiones, ratificationes[r], innovationes, iuramenta, concessiones, donationes et cetera, que per te vel de mandato tuo facta fuerint circa premissa et quodlibet premissorum, infra octo dierum spatium, postquam dante Domino imperiale diadema susceperis, sub aurea bulla similiter innovabis, facies et de novo concedes adque iurabis ac nichilominus fideliter et prompte tuis magnificis studiis procurabis, quod principes Alamannie tam ecclesiastici quam seculares ad premissa suum adhibebunt assensum, ut omnia in sua soliditate remaneant et de bono in melius, exclusis inde quibuslibet dubiis, prosperentur et quietis ubertate vigente facundis titulis magnificetur gentibus nomen tuum. (11) Ceterum eundem fratrem Conradum, quem fidelitate conspicuum et sollicitudine circumspectum tuorum culminum et imperii felicium successuum zelatorem esse percipimus, ad te duximus remittendum, ut per ipsum de hiis que gesta sunt apertius informatus nostris et eiusdem sedis beneplacitis liberius te conformes et que tui honoris incrementa respiciunt, celerius et felicius prosperentur tuque precellentibus laudum titulis apud Deum et homines extollaris. Intendimus autem, quod dictus frater ad nos infra instans festum nativitatis[s] beate Virginis vel saltem Kalend. mensis Octubris[t] proxime Sept. 8. Oct. 1.
futuri revertatur, nobis que a te circa premissa collegerit portaturus et fideliter relaturus. Et si ad promotionem vel expeditionem premissorum et aliorum, que tractanda, agenda et ordinanda videntur, una cum ipso fratre Conrado utile fore putaveris alios nuntios destinare[1], id tue providentie in hac parte relinquimus, ut pensatis omnibus provideas et facias, quod videris expedire.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, Non. Iunii, pontificatus nostri anno primo.

194. *ALIAE LITTERAE EIUSDEM. Iun. 5. (corr. post Iun. 30.)*

Ex eodem Registro fol. 5. Contulit Pogatscher. Cf. nr. 193. Ediderunt Zaccagni l. c. Append. p. 50 et Theiner l. c. I, 210 nr. 362. De privilegiorum antiquorum tenore, qui hic inseritur, cf. Sickel 'Das Privilegium Otto I. für die römische Kirche vom Jahre 962' p. 53 n. 2. Animadvertere liceat, textum Heinriciani ut dicitur plerumque cum certis codicibus concordare, quod infra notavimus. — Potthast 21333. Böhmer, Reg. imp. VI, 971. (P. deest.)

Nicolaus episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Ad tue devotionis augmentum et iurium Romane ecclesie claritatem, quod civitas Ravenne et Emilia, Bobium, Cesena[a], Forumpopuli, Forlivium, Faventia, Ymola, Bononia, Ferraria, Comaclum, Adria adque Gabellum, Arimini, Urbinum, Montisferetri, territorium Balnense cum omnibus finibus, territoriis adque insulis in terra marique ad civitates et loca predicta quoquo modo pertinentibus ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure pertineant, per alias nostras litteras a te, fili karissime, cum expressione nominum predictorum civitatum, castrorum, villarum adque locorum sub certa forma petimus declarari et nichilominus, ut erga[b] eandem Romanam ecclesiam matrem tuam sinceritatis tue devotio amplius elucescat, omnia et singula de novo donari[2]. (2) Ne autem per hec nos aliquod novum petere[c] vel a tuis predecessoribus imperatoribus Romanorum insolitum extimes postulare, ad tuam conscientiam plenius serenandam, qualiter illa certi predecessores tui Romanorum imperatores expresserunt, qualiter illa

193. r) *sequitur* confirmationes *deletum c.* s) nativitatis *in rasura c. Cf. p. 184 n. g.* t) Octubris *in rasura c.*

194. a) Cesenam *c.* b) *supra lineam add. c.* c) *praecedit* petere *deletum c.*

1) *Cf. infra nr. 212.* 2) *Supra nr. 193.*

ad Romanam ecclesiam pertinere sub expressis terrarum distinctionibus declararunt, tibi de verbo ad verbum tenores privilegiorum ipsorum imperatorum, sicut in archivis Romane ecclesie repperimus, sub bulla nostra transmittimus. (3) Quorum etiam privilegiorum aliqua originalia, in quibus predictorum que petimus habetur plena distinctio, dilecto filio fratri Conrado nuntio tuo inspicienda commisimus et quoad hunc articulum exemplanda concessimus, quatenus super hiis note sibi veritatis fidelis assertor, declarationis per eum vise relator, omni nube de mente tua caliginose dubitationis exclusa, te possit clarius informare.

(4) Tenores[d] autem prefati eorumdem imperatorum quoad predicta tales sunt:

'In[1] nomine domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Ludovicus imperator augustus statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum et per te vicario tuo dompno Pascali summo pontifici et universali pape et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et dictione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam' etc. et infra: 'Necnon et[b] exarchatum Ravennatem sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, que pie recordationis dompnus Pipinus rex ac bone memorie genitor noster Karolus imperator beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam restituerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Ymolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum et Adrianis que et Gabellum cum omnibus finibus, territoriis adque insulis in terra marique ad supradictas civitates pertinentibus. Simul et Pentapolim, videlicet Ariminum[e], Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anchonam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemferetri, Urbinum et territorium Balnense, Callem, Luciolis, Egubium cum omnibus finibus ac terris ad easdem civitates pertinentibus.'

(5) Item tenor privilegii Ottonis imperatoris talis est:[2]

'In nomine domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Otto Dei gratia imperator augustus una cum Ottone glorioso rege filio nostro divina ordinante providentia spondemus adque promittimus per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni celorum et per te vicario tuo domno Iohanni summo pontifici et universali pape XII, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate adque dictione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam' etc. et infra: 'Necnon exarchatum Ravennatem sub integritate cum urbibus civitatibus, oppidis et castellis, que pie memorie domnus Pipinus et domnus Karolus excellentissimi imperatores, [predecessores] videlicet nostri, beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Ymolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum et Adrianis adque Gabellum cum omnibus finibus, territoriis adque insulis terra marique ad suprascriptas civitates pertinentibus. Simul et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anchonam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemferetri, Urbinum et territorium Balnense, Callis, Luciolis et Egubium cum omnibus finibus et territoriis ad easdem civitates pertinentibus.'

(6) Item tenor privilegii Henrici imperatoris talis est:[3]

'In nomine domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Henricus Dei gratia imperator augustus spondeo adque promitto per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni celorum et per te vicario tuo domno Benedicto summo pontifici et universali pape, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra[f] ac ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam' etc. et infra: 'Necnon et[f] exarchatum Ravennatem sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, quę pie recor-

194. d) *corr. ex* tenor *c.* e) Arimiminum *c.* f) *ita l. c. cod.* 1. 3.

1) *V. Hludowici Pii Pactum cum Paschali pontifice 817, Capitularia I, 352 nr. 172.* 2) *V. supra tom. I, 23 nr. 12.* 3) *V. supra tom. I, 65 nr. 33.*

dationis domnus Pipinus et domnus[g] Karolus et domnus Lodovicus et Otto et itidem Otto filius eius, predecessores videlicet nostri, beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiliam[f], Bobium, Cesenam, Forumpopoli, Forumlivii, Faventiam, Ymolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adrianis adque Gabellum cum omnibus finibus, territoriis adque insulis terra marique ad supradictas civitates pertinentibus. Simul et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anchonam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemfeltri, Urbinum[h] et territorium Balnense[i], Callis, Luciolis et Egubium cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus.'

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, Nonis Iunii, pontificatus nostri anno primo.

195. *LITTERAE PONTIFICIS CONRADO FRATRI ORD. MIN. DIRECTAE.*
Iun. 5. (correctae post Iun. 30.)

Ex eodem Registro fol. 6'. Contulit Pogatscher. Cf. nr. 193. Ediderunt Zaccagni l. c. Append. p. 54 et Theiner l. c. I, 207 nr. 360. — Potthast 21331. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 970. *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus servus servorum Dei dilecto filio fratri Conrado ministro fratrum Minorum superioris Alamannie salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Cum te ad karissimum in Christo filium nostrum Ro(dulfum) regem Romanorum illustrem pro certis negotiis remittamus, sic te gerere volumus in hiis, que tibi imminent facienda. In primis eundem regem ex parte nostra cum benedictionis dulcedine salutabis. Item presentabis sibi litteras nostras, que incipiunt: 'Intima mentis nostre etc.'[1] Item alias, que incipiunt: 'Ad tue devotionis augmentum etc.'[2]. Item alias, que incipiunt: 'In aliis, que tibi diriguntur etc.'[3]. (2) Deinde facias ratificari, innovari, recongnosci, confirmari et de novo concedi et nichilominus in tua presentia corporali prestito iuramento firmari per ipsum regem omnia et singula, que per te facta fuerunt suo nomine coram nobis, prout continentur in quinque instrumentis confectis[4] per manus magistri Pauli de Reate apostolica auctoritate et nunc camere nostre notarii, tuo sigillo signatis, quorum tenores de verbo ad verbum tibi fecimus exhiberi, ita quod de predictis quinque instrumentis ratificandis fiant quinque alia sub aurea bulla regis, videlicet de quolibet unum secundum notam, quam tibi tradi fecimus, que incipit: 'In nomine Domini amen. Nos Rodulfus Dei gratia rex Romanorum semper augustus ad eternam rei geste[a] memoriam recongnoscimus et fatemur etc.'[5] Proviso quod in diversitate ratificationum predictorum quinque instrumentorum verba competentia factis cum discretione et maturitate mutentur et ordinentur, sicut per eandem notam instructio tibi datur, diligenter attendens, quod inter testes alios, qui in ratificationibus huiusmodi apponentur, ponantur principes et alii nobiles cum subscriptionibus eorundem. (3) Item per ea, que in tenoribus privilegiorum Romanorum imperatorum propriis oculis inspexisti referendo ipsi regi, quomodo civitas Bononiensis, Ravenna et certe alie civitates et loca, que in litteris directis eidem regi expressius nominantur, ad nos et Romanam ecclesiam clare et distincte pertinere noscuntur, quorum etiam privilegiorum tenores per te dicto regi sub bulla nostra transmittimus[6], inducas eundem regem, ut omnia et singula, que tam in declarando quam in recongnoscendo et de novo etiam concedendo adque donando et alia faciendo, prout in notis, quas[b] tibi

194. g) dompnus c. h) ita cod. 1. i) Balnensem c.

195. a) supra lineam add. c. b) notis quas corr. ex nota quam c.

1) Supra nr. 193. 2) nr. 194. 3) Infra nr. 196. 4) Supra nr. 181. 185. 5) Infra nr. 197. 6) Supra nr. 191.

tradi fecimus, quarum una[c] sic incipit: 'Summa reipublice tuitio etc.'[1]* plenius continentur, prompte ac liberaliter faciat nobis super hiis suas litteras secundum formam ipsarum[d] notarum[d] sub bulla aurea concedendo, et nichilominus [procures][e]** per dictum regem litteras et nuntios fideles, utiles et aptos ad talia, qui fideliter et clare prout decet expediant nec involvant, ad partes illas sollempniter destinari, per quos ea, que idem rex fecerit in predictis, sollempniter publicentur et ad omnium notitiam deducantur et per eosdem circa predicta omnia fiant et integre impleantur, que nobis necessaria vel utilia videbuntur. (4) Item quia multum inheret nostris affectibus, ut inchoati tractatus solidande concordie inter karissimum in Christo filium nostrum K. Sicilie ac prefatum reges illustres dante Domino compleantur et intentionis nostre sit, super hiis per vias quas poterimus dare operam efficacem, ne ex defectu procuratorii vel mandati ex parte ipsius [regis] Romanorum bonum tante concordie contingeret impediri vel etiam retardari, procurare studeas diligenter, quod idem rex Romanorum mittat speciales ambasciatores et nuntios[2] ad nos cum plenaria potestate tractatus resumendi predictos illosque prosequendi necnon consumandi et circa dictam concordiam, caritatem, amicitiam ac federis unionem ordinandi, componendi, paciscendi, transigendi, compromittendi, promittendi et confirmandi cautionibus oportunis et omnia alia plene, libere, generaliter et specialiter faciendi, que in sollempnitate ac expeditione tanti negocii requiruntur, absque conditionali adiectione 'salvo iure vel[f] demenbratione imperii'[3] aut alia simili, cum tales clausule captiose plurimum videantur, cum intendamus ab eodem rege Sicilie ad solidationem predicte concordie potestatem similem procurare. (5) Hiis autem per sollicitudinem tuam cum omni celeritate qua poteris plenarie adimpletis, cum privilegiis, litteris prefati regis et aliis que petimus infra instans festum nativitatis[g] beate Virginis vel Kalend. futuri proximi mensis Octobris[h] ad nostram presentiam revertaris, intentionem eiusdem regis Romanorum in hiis et aliis que tibi commiserit nobis[i] fideliter relaturus. Intendimus enim, quod sive rex ipse mittat alios nuntios sive non, tu nichilominus ad nos in predicto termino in omnem eventum negotii redire aliquatenus non obmittas[4]. Ceterum predicta, que in memoriali huiusmodi continentur, et eorum quodlibet sic attente percurras, diligenti sollicitudine investiges ac sollicita diligentia prosequaris, quod nichil per incuriam negotio tanto depereat nichilque super hiis tue negligentie valeat imputari, quin potius diligentiam tuam possimus exinde merito commendare.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, Non. Iunii, pontificatus nostri anno primo.

196. *ALIAE LITTERAE EIUSDEM.* *Iun. 7.*

Ex eodem Registro fol. 6'. Contulit Pogatscher. Ediderunt Zaccagni l. c. Append. p. 53 et Theiner l. c. I, 211 nr. 363. — Potthast 21334. Böhmer, Reg. imp. VI, 972.
(P. deest.)

*) et reliqua: 'In nomine sancte et individue Trinitatis. Rodulfus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus. Ab eo solo etc.'[5]

*) omnia et singula, que fecit in nostra et nostrorum fratrum presentia magister Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis Salzeburgensis diocesis, ipsius regis prothonotarius, de mandato regis eiusdem facias confirmari secundum formam[6], quam tibi fecimus exhiberi, et procures attentius.

195. c) quarum una *supra lineam super* que *deletum c.* d) arum *in rasura c.* e) procures *oblitteratum c. Cf. notam* **. f) *supra lineam add. c.* g) *in rasura c.; prius scriptum erat* assumptionis. h) *in rasura c.* i) *oblitteratum videtur c.*

1) *Infra nr. 198.* 2) *Cf. infra nr. 210.* 3) *Cf. e. gr. supra p. 159 l. 27.* 4) *V. infra nr. 212.* 5) *Infra nr. 199.* 6) *Cf. infra nr. 209.*

Nicolaus episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Rodulfo regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

In aliis que tibi diriguntur ex parte nostra litteris inter alia continetur, quod infra octo dies, postquam dante Domino imperiale diadema susceperis, privilegia, litteras, recongnitiones, ratificationes, confirmationes, innovationes, iuramenta, concessiones, donationes et cetera, que inter te ac nos et Romanam ecclesiam aguntur ad presens et que per te vel de mandato tuo facta sunt hactenus et fieri contigerit circa predicta et quodlibet eorumdem, sub aurea bulla similiter innovabis, facies et de novo concedes et procurabis, quod principes Alamannie tam ecclesiastici quam seculares ad premissa suum adhibebunt assensum. Verum quia intendimus premissa in coronationis tue vel saltem sequenti die sollempnitate debita solidari, serenitatem regiam presentibus excitamus, quatenus id de mente nostra percipiens sic te ad omnia precingere ac ante tempora cum plena deliberatione, prout negotii qualitas exigit, ordinare procures, quod hec in die coronationis vel sequenti predicta iuxta nostrum desiderium, annuente Domino, ad laudem Altissimi et exaltationem christiani populi compleantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII. Idus Iunii, pontificatus nostri anno primo.

197. *FORMA RATIFICATIONIS GESTORUM FRATRIS CONRADI.*

Praeter consuetudinem, ut cartae parcamus, trium quae sequuntur formarum ad Rudolfum regem missarum contextum non integrum exhibemus, sed ad numeros 221—223 infra edendos lectorem relegamus, paucis quae non desunt in Registro variis lectionibus omissis.

Textum huius formae v. infra nr. 221. Servatur in Registro fol. 24'. Edidit Zaccagni l. c. 69. Cf. Reg. imp. VI, 970. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Nos Rudolfus Dei gratia rex Romanorum semper augustus ad eternam rei geste memoriam — roboris memoriam exhiberi. *infra nr. 221.*

Ponantur testes maxime principes, qui invenientur in exercitu et alii nobiles cum subscriptionibus.

In e(undem) m(odum) fiat de quatuor aliis[1], verbis competenter mutatis et cum discretione et maturitate debita ordinatis.

198. *FORMA PRIVILEGII REGII PRIMI.*

Textum v. infra nr. 222. Servatur in Registro fol. 25'. Edidit Zaccagni l. c. 70. Item servata est haec forma in formularum codice T, *de quo v. supra ad nr. 11—16, nr. 335*[2], *ubi rubrum* Privilegium super terris, *quem accuratissime nos ipsi contulimus, cuius lectiones infra nr. 222 proponemus. Cf. Reg. imp. VI, 970.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Nicolao pape III. Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad perpetuam rei memoriam.

Summa reipublice tuitio — ac plenarie faciemus. *infra nr. 222.*

Actum etc.

Et ponatur dies et signum regale, quod[a] in privilegiis consuevit apponi, et cetera omnia, que in talibus consueverunt fieri[a].

198. a) *loco* quod — fieri *T:* etc.

1) *De his v. supra ad nr. 184. 185. Edita sunt apud Zaccagni l. c. 63 - 69 et Theiner l. c. 228 sqq. nr. [illegible].* 2) *Cf. Bodmann l. c. 79 nr. 77.*

199. *FORMA PRIVILEGII REGII SECUNDI.*

Textum v. infra nr. 223. Servatur in Registro fol. 27. Edidit Zaccagni l. c. 70. Item servata est in T *nr. 336*[1], *ubi rubrum* Item de eodem, *quem contulimus. V. infra. Ceterum opinionem de huius formae indole et ratione in Regestis imperii VI, 440 propositam valde erroneam esse, iam supra ad nr. 90 exposuimus. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 970.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Rudolphus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus.

Ab eo solo — aliquatenus non assistent. Ut autem hec omnia vobis[a] — ac plenarie faciemus. *infra nr. 223.*

Actum etc.

Et ponatur dies et signum regale, quod in privilegiis consuevit apponi, et cetera omnia, que in talibus consueverunt fieri.

200. *INSTRUMENTUM PROTHONOTARII DE REVOCATIONE IURAMENTORUM. Iun. 30.*

Autographon tabularii secreti Vaticani Arm. I c. V nr. 4 descripsit Paulus Kehr[2]. *Sigillum desideratur. De ratione v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 977*[3]. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Nos Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis Salzeburgensis diocesis, magnifici principis domini Rudolfi regis Romanorum illustris familiaris clericus et prothonotarius, ad futuram rei memoriam.

Notum esse volumus universis, quod excellentissimus princeps dominus Rudolfus rex Romanorum illustris sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem et dominam recognoscens ac intendens eius iura non preripere, sed ea potius illesa servare, nos ad sanctissimum patrem et universalem dominum dominum Nicolaum divina providentia summum pontificem cum specialibus litteris destinavit, quarum tenor talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno quinto'. *supra nr. 192.*

Nos itaque traditi nobis ab eodem domino rege auctoritate mandati iuramenta fidelitatis seu alia, que Rodolfus cancellarius eiusdem domini regis a civibus Bononiensibus, Ymolensibus, Fauentinis, Foropopuliensibus, Cesanatibus, Rauennatibus, Ariminensibus et Vrbinatibus Ceruiensibus, Forliuiensibus ac hominibus castrorum Montisfeltri[a] et Bertenori ac aliis communitatibus, universitatibus et incolis civitatum et locorum partium eorumdem seu eorum aliquibus pro ipso domino rege dicitur recepisse, ac quicquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium in eisdem civitatibus, terris et locis sive per cives aut alios supradictos actum, gestum et recognitum extitit, remittentes, revocantes, cassantes, annullantes, irritantes, cassa, nulla et irrita nuntiantes ac omnibus viribus vacuantes, eisdem civibus, incolis et aliis universis et singulis ex parte ipsius domini regis omnia et singula predicta in eisdem contenta

199. a) *iam hic sequuntur in T:* etc. sicut in precedenti. Set ubi ibi ponitur recognicionis decl(aracio) etc., ponatur hic 'presens privilegium conscriptum iussimus aurea bulla typ(ario) etc.'

200. a) bus castrorum montis *in rasura or.*

1) *Cf. Bodmann l. c. 83 nr. 78.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 39.* 3) *Apud Potthast 21345 male indicatur.*

litteris denuntiamus et denuntiando eosdem cives, homines, communitates, universitates et incolas sollicitamus et inducimus, quod eorumdem domini pape et ecclesie recognoscentes dominium, dictis domino pape et ecclesie tanquam vero domino in omnibus et per omnia, sicut debent, obediant, pareant et intendant.

Porro ad certitudinem presentium et memoriam futurorum hec omnia conscribi et in publicum instrumentum redigi per magistrum Paulum de Reate apostolica auctoritate tabellionem subscriptum fecimus atque rogavimus et proprio sigillo munivimus. Volumus tamen et consentimus, quod si dictum sigillum quovis modo vel casu deperdi, frangi vel deformari contigerit, nichilominus instrumentum ipsum in suo vigore permaneat, ac si de ipso sigillo facta mentio non fuisset.

Actum Viterbii in episcopali palatio, in magno consistorio in presentia sanctissimi patris summi pontificis predicti domini Nicolai pape III. et venerabilium patrum sacri cetus dominorum cardinalium, coram hiis testibus, scilicet domino B. archiepiscopo Rauennate, domino G. archiepiscopo Corinthiensi, domino H. episcopo Lunensi, domino P. episcopo Firmano, domino . . episcopo Viterbiensi, domino R. episcopo Massiliensi, domino . . episcopo Burgensi, domino . . episcopo Gallicensi, domino . . episcopo Aprutino, domino . . episcopo Balneoregensi, domino . . episcopo Eugubino, domino V. episcopo Egitaniensi, domino . . episcopo Taurinensi, domino . . episcopo Famagustano et domino . . episcopo Aurasicensi ac multis aliis clericis et laicis in multitudine numerosa, anno Domini MCCLXXVIII, II. Kal. Iulii, indict. VI, pontificatus domini Nicolai pape III. anno primo.

Ego Paulus de Reate apostolica auctoritate et nunc camere domini pape notarius predictis interfui et ut supra legitur rogatus scripsi, publicavi et signum feci. (S. N.)

201. *LITTERAE EIUSDEM CIVITATIBUS ROMANIOLAE DIRECTAE.*

Iun. 30.

Tria autographa eiusdem tabularii servata 1) 2) *Arm. I c. V nr. 3 et nr. 5, quorum sigilla adhuc pendent,* 3) *inter 'Instrumenta miscellanea', cuius sigillum desideratur, contulit Kehr*[1]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 977*[2]. *(P. deest.)*

Providis viris potestatibus, capitaneis, consiliis et communibus Bononiensibus, Ymolensibus, Faventin(is)[a], Foropopuliensibus, Cesenatibus, Ravenatibus, Ariminensibus, Urbinatibus, Ceruiensibus et Forliuiensibus, Montisfiltri[b] et Bertenorii ac aliis communitatibus, universitatibus et incolis aliorum civitatum, castrorum, terrarum et locorum partium earumdem Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis Salzeburgensis diocesis, magnifici principis domini Rudolfi[c] regis Romanorum illustris familiaris clericus et prothonotarius, salutem in Domino.

Excellentissimus princeps dominus Rudolfus rex Romanorum illustris sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem et dominam recognoscens ac intendens eius iura non preripere, set ea pocius illesa servare, nos ad sanctissimum patrem et universalem dominum dominum Nicolaum divina providentia summum pontificem cum specialibus litteris destinavit, quarum tenor talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno quinto'. *supra nr. 192.*

Nos itaque traditi nobis ab eodem domino rege auctoritate mandati iuramenta fidelitatis seu alia, que Rodulfus cancellarius eiusdem[d] domini regis a vobis seu aliquibus vestrum pro ipso domino rege dicitur recepisse, ac quicquid per eundem can-

201. a) Faventinen 3. b) Montisfeltri 3. c) o *in rasura* 1. d) eius *in rasura* 1.

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 258 nr. 36. 37. 38.* 2) *Apud Potthast 21315 male indicatur.*

cellarium seu quemcumque alium in vestris civitatibus, terris et locis, seu per vos aut alios homines ipsorum civitatum, terrarum atque locorum actum, gestum et recognitum extitit, remittentes, revocantes, cassantes, anullantes, irritantes, cassa, nulla et irrita nunciantes ac omnibus viribus vacuantes, vobis universis et singulis ex parte ipsius domini regis omnia et singula predicta[e] in eisdem contenta litteris denuntiamus et denuntiando vos sollicitamus et inducimus, quod eorumdem domini pape et ecclesie recognoscentes dominium, dictis domino pape et ecclesie tanquam vero domino in omnibus et per omnia, sicut debetis, obediatis, pareatis et etiam intendatis.

Porro ad certitudinem presentium et memoriam futurorum hec omnia conscribi et in publicum instrumentum redigi per magistrum Iacobum Sorbulensem de Parm(a), eiusdem domini pape camere clericum, imperiali auctoritate notarium publicum infrascriptum fecimus atque rogavimus et proprio sigillo munivimus. Volumus tamen et consentimus, quod si dictum sigillum quovis modo vel casu deperdi, frangi vel deformari contigerit, nichilominus instrumentum ipsum in suo vigore permaneat, ac si de ipso sigillo facta mentio non fuisset.

Actum Viterbii in episcopali palatio, in magno consistorio in presentia sanctissimi patris summi pontificis predicti domini Nicolai pape III. et venerabilium patrum sacri cetus dominorum cardinalium, coram hiis testibus, scilicet domino archiepiscopo Ravenat(e), domino G. archiepiscopo Corrinthiensi, domino H. episcopo Lunensi, domino P. episcopo Firmano, domino . . episcopo Viterbiensi, domino R. episcopo Massiliensi, domino . . episcopo Burgensi[f], domino . . episcopo Gallicensi, domino . . episcopo Aprutino, domino . . episcopo Balneregensi[g], domino B. episcopo Eugubino, domino V. episcopo Egitaniensi[h], domino . . . episcopo Taurinensi, domino P. episcopo[i] Famagustano et domino . . . episcopo Aurasicensi ac multis aliis clericis et laicis in multitudine numerosa, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, II. Kal. Iulii, indictione VI, pontificatus predicti domini Nicolai pape III. anno primo.

(S. N.) ‖ Et ego ‖ Iacobus Sorbulensis de Parm(a), sanctissimi[k] patris domini pape predicti camere clericus, imperiali auctoritate notarius, predictis interfui, prout superius legitur, rogatus scripsi et in publicam formam redegi.

202. *MANDATUM PONTIFICIS PROTHONOTARIO DIRECTUM. Iul. 1.*

Ex eodem Registro fol. 31. Contulit Pogatscher. Edidit Zaccagni l. c. 80. — Potthast 21346. *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus etc. dilecto filio magistro Gottifrido preposito etc. salutem et a(postolicam) b(enedictionem).

Sicut communis tenet opinio, Rudolfus cancellarius karissimi in Christo filii nostri Rudolfi regis Romanorum illustris a Bononiensibus, Imolensibus, Faventinis, Foropopuliensibus, Cesanatibus, Ravennatibus et Forliviensibus ac hominibus Montisferetri, Brittenorii, Ariminensibus et Urbinatibus, communitatibus, universitatibus, civibus et incolis aliorum civitatum, terrarum, castrorum seu locorum partium earundem certa iuramenta fidelitatis vel alia eiusdem regis nomine et pro ipso sibi fecerat exhiberi. Unde cum civitates, terre ac loca predicta Romane ecclesie pleni iuris et proprietatis existant et earum dominium ad eandem ecclesiam pertinere noscatur, idemque rex, ut asseris, tibi commiserit, ut iuramenta ipsa et quicquid per eundem cancellarium seu quemcunque alium in predictis civitatibus, terris et locis seu per homines ipsorum

201. e) suprascripta 3. f) domino R. episcopo Massiliensi — Burgensi *desunt* 1. g) Balneoregeñ. 3. h) Egitaneeñ. 3. i) *postea add.* 3. k) *in rasura* 1.

civitatum terrarum atque locorum actum, gestum et recognitum extitit, ad dictum nostrum remitteres, vacuares, cassares, annullares, irritares, cassa, nulla et irrita nuntiares ac omnibus viribus vacuares, nostri beneplaciti ac voluntatis existit, ut eadem iuramenta et quidquid secutum est ex eis per te iuxta quod idem rex tibi commisit vel per quemcumque alium habentem ad hoc ab eodem rege mandatum remittantur et penitus revocentur.

Dat. Viterbii, Kalend. Iulii, pontificatus nostri anno primo.

---

203. 204. EDICTA CONTRA HAERETICOS.

(1278. Iun.)

203. *INNOVATIO CONSTITUTIONIS FRIDERICI II.*

Constitutionis Friderici II. contra haereticos a. 1238—1239. supra tom. II, 284 nr. 211 innovationem, cuius textus cum litteris ad inquisitores haereticae pravitatis missis nr. 204 passim concordat, a viro cl. Redlich in Regestis imperii summa probabilitate anno 1278. adsignatam hic proponimus ex codicibus formularum, quos iam ad nr. 148 adhibuimus. Vulgata est C *II, 487 (= l. III, 47) et* G *p. 173 (= l III, 24), quorum textus fere omnino inter se concordant. Orthographiam ad libros formularum reduximus. Dedit etiam* B *Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 367 nr. 484 e codice Vindobonensi 2493 (Philol. 383) saec. XIV. fol. 11. De tempore et ratione v. ea, quae in Regestis imperii adnotata sunt* [1]. *— Böhmer, Reg. imp. VI, 1051.* *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem cum noticia subscriptorum.

(1) Quoniam pestilentes heretice calliditatis argucias Deo abhominabiles et hominibus odiosas, que sua contagione commaculant oves gregis dominici, tamquam amaritudinis felle baiulas detestandas indesinenter prosequimur et propter hoc ad extirpacionem earum omnimodam libet extendere crediti nobis divinitus gladii potestatem, quedam capitula constitucionum per dominum Fridericum quondam Romanorum imperatorem predecessorem nostrum contra hereticos editarum, que integra, non cancellata, non abolita nec in aliqua sui parte viciata sigillo suo vidimus consignata, presentibus duximus annotanda, statuentes ea ab omnibus, qui christiana professione censentur, fideliter observari[a]. (2) Est autem constitucionum huiusmodi tenor talis:

'Incipiunt etc.'[b.2].

(3) Nos itaque, qui pro tuicione fidei catholice principaliter, teste Altissimo, regie dignitatis honorem et onus assumpsimus, premissa universa et singula in eradicacionem huiusmodi secte npharie et corroboracionem fidei christiane pie ac provide instituta solempniter approbamus et ad observancias eorumdem nos testificacione presencium obligamus. Volentes pariter et mandantes hec eadem ab omnibus, ad quos Romane dicionis imperium se extendit, firmiter et inviolabiliter observari. In quorum testimonium etc.

203. a) *observare B.* b) Incipiunt etc. *desunt B.*

1) *Cf. etiam Reg. imp. VI, 2506 infra edendum.* 2) *Supra tom. II, 284 lin. 12.*

204. *LITTERAE INQUISITORIBUS MISSAE.*

Supersunt in libris formularum, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. Praebent T *nr. 16 et* E *fol. 111' nr. 66, cuius rubrum v. apud Stobbe. Lectiones codicis* V *fol. 58' (v. editionem p. 396) praetermisimus. Textus passim cum nr. 203 concordat. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1050. (P. deest.)*

Rud(olfus) etc. religiosis et[a] prudentibus viris fratribus t(ali) et t(ali)[b] de ordine fratrum Predicatorum[c], apostolice sedis inquisitoribus contra hereticam pravitatem, egregiis fidei orthodoxe pugilibus sibi dilectis salutem et omne bonum.

Pestilentes heretice calliditatis argucie[d] Deo abhominabiles et hominibus odiose, que sua contagione contaminant oves gregis dominici et vineam Domini moliuntur ad modum vulpecule demoliri, sic nostris[e] ex ipso revera narratu infeste sunt auribus sicque sunt amaritudinis fellee[f] baiule[g] detestande, quod qui pro tuicione catholice fidei principaliter teste Altissimo regie dignitatis honorem et onus[h] assumpsimus, iuxta vestrarum, quas affectione benigna suscepimus, continenciam litterarum ad extirpacionem omnimodam huius secte nepharie, ubicumque sub nostre districtu potencie poterit deprehendi, finaliter exercere disponimus crediti nobis divinitus gladii potestatem in eorundem non solummodo exterminium, set per consequens in ipsorum propaginem huiusmodi[i] infecte malicie sectatricem velut in maiestatis divine omnipotencie ream [1] desevituri[k] iudicialiter et potentialiter processuri. Dummodo, ut decet, legitimis documentis appareat et verisimilibus pateat argumentis, quod sint super huiusmodi pravitate convicti et sentencialiter condempnati.

---

205. DECLARATIO DE IURISDICTIONE ARCHIEPISCOPI SALISBURGENSIS.

1278. Iul. 4.

Autographon tabularii Vindobonensis iam olim exemplavit b. m. Wattenbach. Sigillum pendet loro membranaceo. Ediderunt etiam Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden zur Verfassungsgeschichte' p. 121 nr. 58. — Böhmer, Reg. imp. VI, 981. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili F(riderico) archiepiscopo Salzburgensi principi suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Ex concessione tuorum regalium, quibus te nostra serenitas iam dudum apud Hagnowiam investivit[2], plenam et liberam potestatem in tuis districtibus et territoriis iudicandi more maiorum nostrorum principum in causis civilibus et criminalibus accepisti. Cum enim unum te esse ex sublimibus principibus Romani imperii cognoscamus, dubitari a nemine volumus, quin merum imperium tuo principatui sit annexum, per quod habes ius animadvertendi in facinorosos[3] homines et gladii potestatem, per alium tamen, prout ordini et honori tuo congruit, exhercendam. Ceterum cum iuxta legittimas

204. a) religiosis et *desunt E.* b) *loco* t(ali) et t(ali) *E:* talibus etc. c) Minorum *male E.* d) argute *E.* e) nobis *E.* f) felle | fellice *E.* g) baiole *E.* h) honus *T;* onus *erasum ex* honus *E.* i) huius *E.* k) deserviturі *E.*

1) *Conferendam esse legem 'Quisquis' (Cod. Iust. VIIII, 8, 5 § 1) monuit Zeumer.* 2) *1274. Aug. 4, Reg. imp. VI, 194. Cf. supra nr. 67. 68.* 3) *Dig. II, 1, 3.*

sanctiones delictum omnem emunitatem auferat et privilegium omne tollat, volumus et mandamus, quatinus omni privilegio, nobilitate seu eciam dignitate cessantibus, iusto et communi iudicio iudices et iudicari facias pro qualitate criminum criminosos tam in facultatibus quam personis. Tu igitur formam boni presidis induens[1], ad cuius sollicitudinem maxime pertinet, ut provincia sibi commissa malis hominibus expurgetur[1], ad iudicandum sine delectu et differentia personarum viriliter accingaris eterni Regis sequens imperium, qui precepit dicens: 'Ita iudicabis magnum ut parvum'[2]. Nec dubites, quin ad tuas iustas sentencias quas protuleris exequendas regalem potentiam, si opus fuerit, adducamus. Illud eciam nostro proposito et Romanis legibus est adversum, ut pro cuiuslibet criminosi crimine puniendo regalis auctoritas specialiter requiratur, cum iuxta statuta divorum principum Romanorum non crimina, sed vindicte criminum[3] sint regiis auribus inferende.

Datum Wienne, anno Domini MCCLXXVIII, IIII. Non. Julii, regni vero nostri anno quinto.

206—209. RATIFICATIO GESTORUM CONRADI ET GOTIFRIDI.

1278. Aug. 29.

Praeter consuetudinem quattuor documentorum nr. 206—209, quorum textus in tabulario secreto Vaticano a. 1900. frustra quaesivimus, summaria tantum proponimus, quae praebet vetus ille 'Catalogus chartarum archivi sanctae Romanae ecclesiae' a. 1366. iussu pontificis Avinione confectus, quem vulgavit Muratorius 'Antiquitates Italicae medii aevi' VI, col. 75—190. Quod ea de re faciendum esse nobis persuasimus, ne inter longam privilegiorum a Nicolao III. petitorum seriem illa desiderarentur, quae statim post pugnam Aug. 26. cum Ottokaro commissam, dum rex adhuc in castris est Moravicis, data sunt.

Catalogus enim ille quanti pretii sit, viros doctos adhuc fugit. Cuius codices praeter Estensem, quo Muratorius usus est, supersunt duo, unus in tabulario secreto Vaticano Arm. XXXV tom. 9[4], alter in bibliotheca Parisiensi lat. 5181 ex archivio Avinionensi eo delatus[5]. Quibus facile fieri potest, ut alios addat, si quis attentius circumspexerit. Nos primi passim 'Neues Archiv' XXV, 721 sqq. ex catalogo illo multum novi disci posse monuimus, etiam uberius alio loco de eo acturi[6]. Hic sufficiat commemorare, catalogum illum eorum documentorum indicem esse, quae a. 1366. Avinione exstiterint. Ergo ut illorum mentio non fit, quae tunc temporis alibi asservabantur, ita etiam alia indicantur, quae hodie non iam supersunt. Restat autem, ut catalogum quam diligentissime perscrutati eruamus, quid diplomatum imperatorum vel regum, quae quidem perierint, in illo catalogo commemoretur.

Quamquam huius catalogi summaria non ita confecta sunt, ut penitus cognoscatur, quid in ipsis documentis scriptum fuerit quodque documentum singulis summariis signi-

1) *Cf. Dig. I, 18, 3. 13 pr.* 2) *Cf. Deuteron. 1, 17.* 3) *C. Iust. I, 26, 3, ut monuit Zeumer.* 4) *Cf. Kehr 'Nachrichten der Gottinger Gesellschaft der Wissenschaften' 1900 p. 370. Cuius apographon servatur Arm. XXXIII tom. 38.* 5) *Apographon eiusdem Baluzianum servatur lat. 5181 A. V. 'Archiv' VII, 57.* 6) *Dum hanc plagulam corrigo, nova commentatio prodit viri d. Ch. Samaran 'Note sur quelques manuscrits de l'inventaire des archives pontificales rédigé en 1366—1367 sous le pontificat d'Urbain V' (Mélanges d'archéologie et d'histoire XXII, 379—381). Cui contigit, ut codicem Estensem, quem olim Muratorius adhibuit, a nobis frustra quaesitum in tabulario Mutinensi investigaret. Ubi item huius inventarii auctoritas meritis laudibus effertur.*

ficetur, tamen hoc certo certius est, summaria illa, quae propposituri sumus, non ad privilegia, quorum formas v. supra nr. 198. 199, innovanda spectare. Immo nihil aliud illa summaria praebent, quam ratificationes earum recognitionum, quas prius Conradus Mai. 4. fecerat, itemque omnium eorum, quae Gotifridus Iun. 30. Viterbii gesserat. V. supra nr. 184. 185. 200. 201. Qua cum re convenit, quod ipse papa in litteris infra nr. 216 c. 4 aliqua ex eisdem privilegiis ratificata, alia omissa esse dicit, quodque m. Decembri eiusdem anni ipsorum privilegiorum formae denuo regi Rudolfo per Giffridum de Anagnia transmittuntur. Cf. infra nr. 218.

206. *RATIFICATIO GESTORUM CONRADI PRIMA. Aug. 29.*

Apud Muratori l. c. col. 91. Codicem tabularii secreti Vaticani signatum Arm. XXXV tom. 9 fol. 29' denuo contulit Pogatscher.

Item alia patens littera continens, qualiter Rudolphus rex Romanorum ratificando, approbando et de novo concedendo omnia donata privilegiaque et terras per predecessores suos ecclesie Romane concessa in Lausan(a), presentibus multis prelatis et nobilibus dominoque Gregorio pape X. et ecclesie Romane iuramentum fidelitatis prestitit anno MCCLXXV, regni sui tercio. Postque ratificando ut supra fratrem Conradum ministrum ordinis Minorum procuratorem suum Romam destinavit. Qui domino N(icolao) pape tercio simili modo omnia privilegia et terras dicte ecclesie Romane concessa approbavit et concessit apud Sanctum Petrum in publico consistorio papali, anno MCCLXXVIII, IIII. die Maii. Et idem imperator postea ratificavit omnia supradicta et litteras suas concessit super hec.

Sub data in castris Dyax[a], IIII. Kalendas Septembris, regni sui anno V.

Videtur esse ratificatio primae recognitionis Conradianae ex serie nempe earum, quas supra in prooemiis ad nr. 91 et 184 commemoravimus, quam Theiner l. c. 228 col. 1 exhibet. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1001. (P. deest.)

207. *RATIFICATIO GESTORUM CONRADI ALTERA. Aug. 29.*

Apud Muratori l. c. col. 90. Eundem codicem fol. 27' contulit Pogatscher.

Transumptum autenticum plurium privilegiorum per imperatores Romanorum ecclesie Romane concessorum, extractum de archivis thesauri ecclesie Romane in domo Minorum de civitate Assisii, in quo cavetur forma iuramenti per Rudolphum imperatorem seu procuratorem suum prestiti domino N(icolao) pape III.

Dat. originalis ut supra in proximo[1]. Dat. transumpti ut supra in aliis transumptis Assisii.

Cum minus probabile sit, hoc Iohannis de Amelio[2] transumptum esse illius ipsius recognitionis, quae in Catalogo praecedit, id est infra nr. 208, opinari licet, de ratificatione tertiae recognitionis Conradianae Theiner l. c. 230 col. 1 agi, quae iuramentum continet. — Böhmer, Reg. imp. VI deest. (P. deest.)

208. *RATIFICATIO GESTORUM CONRADI TERTIA. Aug. 29.*

Apud Muratori l. c. col. 90. Eundem codicem fol. 27 contulit Pogatscher.

Item instrumentum continens, qualiter Rudolphus rex Romanorum ratificavit, approbavit et de novo concessit omnia privilegia donata, concessa, recognita et iurata

206. a) *sic infra nr. 210;* drax c.

1) *Scilicet infra nr. 208.* 2) *De transsumtis a. 1339. ab Iohanne de Amelio iussu pontificis Assisii confectis v. Denifle 'Archiv für Litt.- und Kirchengeschichte' II, 1—105 et Kehr 'Neues Archiv' XIV, 374 sqq.*

per predecessores suos et principes imperii ecclesie Romane. Primo per dictos principes apud Frankenfort anno Domini MCCXX[a], VIIII. Kal. Maii, deinde per se in civitate Lausan(e) MCCLXXV. et regni sui anno tercio. Item ratificavit et de novo iuravit omnia et singula premissa et facta suo nomine per fratrem Conradum[b] ministrum Minorum superioris Alamannie procuratorem suum hic seriosius expressata.

Dat. in castris apud Dyax[c], IIII. Kalendas Septembris, anno Domini MCCLXXVIII, regni sui anno V.

Est ratificatio quartae recognitionis Conradianae, quae litteras principum continet; v. Theiner l. c. 230 col. 2. — Böhmer, Reg. imp. VI, 999. *(P. deest.)*

209. *RATIFICATIO GESTORUM GOTIFRIDI.* *Aug. 29.*

Apud Muratori l. c. 91. Eundem codicem fol. 28' contulit Pogatscher.

Ad eternam rei memoriam. Littera patens continens, qualiter Rudolphus rex Romanorum recognitis et approbatis omnibus donis sive donationibus factis et privilegiis per predecessores suos Romanorum reges et imperatores a tempore Ludovici beato Petro celestis regni clavigero eiusque successoribus et ecclesie Romane concessis, specialiter terrarum que sunt a Radicofano usque ad Ceperanum, marchie Anconitane, ducatus Spoletani, terre comitisse Matildis, comitatus Bertinorii, exarcatus Ravenne, Pentapolis, Masse Trabarie cum adiacentibus terris et iuri[s]dictionibus necnon Bononiensis, Imolensis, Faventine, Foropopuliensis, Cesenatis, Ravennatis, Ariminensis, Urbinaten(sis), Cerviensis[a] et Foroliviensis, Montisfeltri et Bertenorii cum civitatibus, castris, villis, terris, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis eorum ac generaliter omnibus aliis, que etiam ratificaverat et recognoverat[b] domino Gregorio pape X, volens perpetuo valere. Ac revocans et cąssans penitus omnes recognitiones per R. cancellarium suum a nobilibus, universitatibus, communitatibus et hominibus terrarum predictarum ac fidelitatis iuramenta nomine suo postea recepta et ad annullandum cassandumque penitus omnia facta per dictum cancellarium super hec, scribendo domino N(icolao) pape tercio et nobilibus [et] communitatibus dictarum terrarum magistrum Gaufridum prothonotarium suum specialem destinavit. Qui in magno consistorio papali Viterbii prefato domino N(icolao) pape III. et dominis cardinalibus presentibus gesta per dictum cancellarium imperii totaliter irritavit et anullavit ac precepit iuxta mandatum dicti imperatoris nobilibus et civibus dictarum civitatum, castrorum et terrarum, ut dictum dominum N(icolaum) papam et ecclesiam Romanam tenerent et recognoscerent pro veris eorum dominis eisque perpetuo facerent fidelitatem et prestarent sacramentum. Et sic factum fuit.

Datum in castris apud Dyax[c], IIII. Kalendas Septembris, anno MCCLXXVIII, regni sui[d] anno quinto.

Sine dubio est ratificatio omnium eorum, quae Gotifridus Viterbii in consistorio Iun. 30 supra nr. 200. 201. gessit, cuius formam a papa ad Rudolfum regem missam ex Registro edidit Zaccagni loco supra ad nr. 48 citato Append. p. 77—80, quam recipere longum est. Hanc formam denuo mense Decembri ad regem transmissam esse, instructione papae infra nr. 218 c. 4 comperimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1000. *(P. deest.)*

208. a) *sequitur deletum* Anno MCCXX. *c.* b) Conrardum *c.* c) *sic c.*

209. a) Comensis? *c.* b) recognoscerat *c.* c) drax *c.* d) sui regni *c.*

210—212. LITTERAE CREDENTIALES.

1278. Sept. 5. — (Oct.)

210. *LITTERAE AD PAPAM DE UNIONE CUM REGE SICILIAE TRACTANDA. Sept. 5.*

Supersunt nonnisi in transsumto ab Iohanne de Amelio a. 1339. ex originali confecto, quod adhuc exstat in tabulario secreto Vaticano Arm. XIV c. VIII. nr. 46[1]. *Descripsit P. Kehr. Edidit etiam Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' III, 1 p. 293 nr. 3. Errat autem Kaltenbrunner, cum loco supra ad nr. 192 citato p. VIII autographon ipsum inter documenta olim ex arce S. Angeli in tabularium Vaticanum translata adhuc superesse dicit*[2]. *Cf. Reg. imp. VI, 1004 atque acta infra nr. 235 sqq. edenda. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1003. (P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Nicolao divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum filialis obeditionis reverentia devotissima pedum oscula beatorum.

Gerentes tamquam devotissimus vester et ecclesie Romane filius de inobliquabilis sanctitatis vestre rectitudine, qua cuilibet quod suum est sine personarum delectu tribuitis equa lance, et ex fervore caritatis intrinsece, qua inter quoslibet christiane religionis et potissime inter illustres et superillustres ut reges et principes, ex quorum dissidencia tanto gravius suboriri posset periculum, quanto maiori preminent dignitate, concordiam, unionem et amicitiam tamquam pater piissimus toto corde diligitis, indubitate fiducie plenitudinem: ecce quod super familiaritate, confederatione et indissolubilis amicitie unione inter nos et inclitum K. regem Cicilie nomine nostro tractanda, facienda, firmanda seu solidanda per matrimonia et quascumque obligationes et modos alios vestra sanctitas viderit expedire vestre beatitudini nos ducimus committendum, super hoc concedentes quantum in nobis est plenam et liberam ac omnimodam potestatem. Constituentes nichilominus honorabiles viros fratrem Conradum de ordine Minorum ministrum superioris Alemannie et magistrum Godefridum prepositum ecclesie Soliensis vestrum cappellanum nostrumque prothonotarium procuratores nostros ad informandum nostro nomine vestram paternitatem de facti et negocii circumstanciis, cum necesse fuerit et a vestra sanctitate fuerint requisiti. Ratum habentes et gratum, quicquid

1) *V. Kehr 'Neues Archiv' XIV, 375 nr. 19. In Catalogo a. 1366. l. c. fol. 26' transsumtum sic commemoratur:* Item unum aliud transcriptum, extractum de archivis thesauri ecclesie Romane in civitate Assisii in domo Minorum, continens procuratorium, quod misit dominus Rudolphus imperator domino N(icolao) pape III. super discordia vertente inter ipsum imperatorem ex una parte et Carolum regem Sicilie ex altera. Dat. anno Domini MCCLXXVIII, Non. Septembr. Dat. vero transumpti ut supra. *V. etiam Denifle l. supra p. 192 n. 2 citato p. 97 sub* GC. *Cf. notam sequentem.* 2) *Tamen in Catalogo a. 1366. l. c. fol. 64' etiam autographi mentio fit cum hisce verbis:* Item est quedam alia littera, in qua conceditur reverenter domino N(icolao) pape III. per Rudolphum regem Romanorum, quod super confederatione et amicitia facienda inter ipsum regem Romanorum et dominum Carolum regem Sicilie interponere placeat partes suas. Dat. in castris apud Drax, anno Domini MCCLXXVIII, VI.(!) Non. Septembris. — *In adnotatione ponatur hic descriptio sigilli in transsumto data:* Inter alia vero elegimus ac vidimus et diligenter inspeximus litteras continentie inscripte, sigillo magno cereo more regali inpendenti cum cera alba sigillatas, ut prima facie apparebat. In quo quidem sigillum solum ab una parte inpressa erat ymago Rudolfi Romanorum regis sedentis in solio more regali, tenentis in manu sua dextra baculum imperialem cum lilio, in sinistra vero pomum rotundum cum cruce desuper posita. In cuius sigilli circumferentia erant et apparebant inpresse littere sic referentes: 'Rudolfus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus'.

paternitatis vestre providencia super bono concordie, familiaritatis et amicitie ac ipsius solidacione sub forma premissa egerit, fecerit sive nostro nomine duxerit ordinandum. In cuius testimonium et evidenciam pleniorem presentes litteras sanctitati vestre transmittimus maiestatis nostre sigilli robore communitas.

Dat. in castris apud Dyax, Non. Septembr., indictione VI, anno Domini MCCLXXVIII, regni vero nostri anno quinto.

211. *EPISTOLA CIVITATI TUSCIAE CUIDAM DIRECTA.* *(Sept. Oct.)*

Ex T *nr. 365, de quo v. supra ad nr. 14—16. De tempore et ratione v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1026.* *(P. deest.)*

(1) Dum consideracionis nostre volumina volvimus, dum cunctorum fidelium nostrorum et principum sub imperio Romano degencium fidem et merita, quibus eidem famulantur imperio, regalis circumspectionis providencia contemplamur, ad vos tamquam fide, devocione et opere clariores benignum convertimus nostre consideracionis intuitum[1], sedula meditacione pensantes, qualiter huiusmodi clara vestre devocionis insignia, quibus nos et imperium hactenus coluistis, condigne retribucionis muneribus honoremus, quo magis accensa vestra devocio continuacione laudabili floride perseveret. Sane t(alem) ad maiestatis nostre presenciam in vestre legacionis officio destinatum benigne suscepimus et ea quidem, que nobis vestro nomine referre voluit, advertimus diligenter. (2) Siquidem de facto, super quo frater Ch.[2] vobiscum nostro nomine contulisse dinoscitur, prout etiam t(alis) plenius nos instruxit, responso finali vobis ad presens non possumus respondere. maxime quamdiu causa seu questio, que inter nos et marchionem Brandenburgensem emersit hoc tempore, non est ad partem alteram terminata. Qua statim ut credimus expedita, sollempnes nuncios nostros super his et aliis plenius informatos ad vestram presenciam e vestigio dirigemus affectuose rogantes, quatinus interim taliter vestra negotia dirigatis, ut si per ipsos ad nostra servicia vocari contigerit, ad ea reperiamini expediti. (3) Super facto autem Tuscie vestre peticioni annuissemus de facili, immo nostra in hoc et imperii utilitate pensata fecissemus id ipsum procul dubio non rogati, si non summi . . patris petentis ibidem quendam cognatum suum per quandam convenienciam collocari precurrens petitio vos in ipso negocio prevenisset.

212. *LITTERAE AD PAPAM MISSAE.* *(Oct.)*

Litteras, quibus alteri procuratorum alius ad negotia inter Nicolaum III. et Rudolfum regem explenda substituitur, damus ex T *nr. 346. Est rubrum* Pape. *De tempore et ratione v. Regesta imperii. Cf. supra nr. 193 c. 11 et nr. 195 c. 5. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1025.* *(P. deest.)*

Inmensa[a] divine bonitatis clemencia quanto profusius nobis affluit, tanto strictius nos astringit, ut eius nos beneplacitis conformemus humiliter, qui humiliatis nostris hostibus nostrisque viribus roboratis mansuetudinis nostre solium eorum protervie pretulit excellenter. Et quia vos patrem sanctissimum nichil aliud velle credimus

212. a) *corr. ex* inmensam *T.*

1) *Cf. arengam similem supra nr. 101.* 2) *Cum hic codex* T *siglam* Ch *evidentissime exhibeat, de nullo alio quam de fratre Conrado, qui m. Iun. 1278. ex Italia revertitur, cogitari posse apud nos constat. Itaque omnia penitus cadunt, quaecumque a viris doctis tam citra montes quam ultra de fratre H. nimis argute coniectata sunt, quorum de coniecturis v. Reg. imp. VI, 1026.*

nichilque aliud affectare speramus, quam ut eius sequamini, cuius vices geritis, voluntatem, ecce quod ad omnia et singula pro vestro beneplacito consumanda, que pro negociis Romane ecclesie petivistis a nobis, t(ales) destinavimus ad vestre presenciam sanctitatis plenum habentes a nobis mandatum tam ad vestra et Romane ecclesie explenda negotia sive facta, sicut in vestris peticionibus continetur, quam eciam ad ea, que honorem nostrum et bonum statum Romani imperii pertinent, apud vestram clemenciam procuranda, non obstante quod in quibusdam nostris aliis litteris prius datis[1] t(alis) cum t(ali) noster constituitur procurator ad omnia supradicta complenda. Nos enim, quantum ad personam predicti pertinet, voluntate mutata predictum magistrum t(alem)[2] in locum eius subrogavimus, quem tam vestris quam nostris exequendis negociis predicto preposito[3] novimus apciorem.

213—215. SUSCEPTIO REGNI BOHEMIAE GUBERNANDI.

(1278. post Oct. 17.)

Hos tractatus quamquam ad effectum non sunt perducti, sed statim rebus intervenientibus exinaniti sunt, tamen recipere expedit, de quorum tempore et ratione cf. Reg. imp. VI, 1021. Cf. etiam VI, 1223a. 1225. 1230a.

213. *ASSIGNATIO REDDITUUM.*

Damus ex T *nr. 364, de quo v. supra ad nr. 14—16, ubi rubrum* De bonis assignatis regine Bohemorum. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1022.* *(P. deest.)*

Virtutum radiis illustrata domina Ch. inclita regina Bohemie probitate sua nos compulit et venusta morum honestate coegit, ut ei, quam duri temporis multipliciter angustavit acerbitas, et salubriter consulamus et liberaliter succurramus. Decet quidem regie maiestatis honorem, ut eadem domina, que ad nostre protectionis presidium confidenter se transtulit, sperate graciam pietatis inveniat et a nostra celsitudine amplius quam sperare valuerit consequatur. Sane cum de predicte domine regine consilio et consensu regnum Bohemie susceperimus sub certis pactis et condicionibus inter nos et ipsam habitis pro utilitate et commodo liberorum suorum illustrium gubernandum, prout hec in aliis nostris litteris clarius exprimuntur, dicta domina regina cum instancia postulavit a nobis, ut determinatas possessiones et certos redditus assignaremus eidem, quibus vice et loco donacionis sibi facte propter nupcias a quondam O. illustri rege Bohemie vite sue temporibus uteretur. Nos itaque predicte domine regine precibus favorabiliter annuentes, ei trium milium marcarum proventus et redditus assignamus et faciemus assignari, videlicet Opaviensem provinciam et cetera. Quodsi forte viri fideles et providi nec ipsi regine suspecti, quos ad hoc deputabimus, ut taxent et estiment redditus, qui ex dictis bonis annis singulis percipi poterunt, nobis retulerint, quod proventus eorundem bonorum non sufficiant ad complendam summam superius [expressam], extunc de aliis bonis regni Bohemie aut marchionatus Moravie procurabimus summam quam supra diximus adimpleri. Si

1) *Scilicet supra nr. 210.* 2) *Quis fuerit, nescimus.* 3) *Gotifrido. Cf. etiam infra nr. 216 c. 4.*

vero redditus assignandi ultra summam predictam taxati fuerint, tunc hoc quod summam excedit de assignacione quam fieri volumus deducetur. Et si forte pars reddituum assignandorum evinceretur a domina regina, tunc in locum eius, quod evictum ab ipsa fuerit, aliud quod tantumdem valeat reponemus. Ipsa autem domina regina presentem assignacionem gratanter a nobis suscipiens se nobis ad certa pacta voluntarie obligavit, quorum tenor et ordo in litteris suis patentibus, quas super hiis nobis tradidit, plenius continentur. Ad hec prefata domina regina, si premissa quod absit infringeremus, a pactis et promissionibus nobis factis erit libera penitus et soluta.

214. *IURAMENTUM REGINAE BOHEMIAE.*

Ex T *nr. 373. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1023.* *(P. deest.)*

Post decessum clare memorie domini et mariti nostri quondam O. illustris regis Bohemie adversitatum nobis imminencium innumerabiles impetus declinare volentes, ad serenissimi domini nostri Rudolfi Romanorum regis semper augusti transivimus graciam, spem habentes, quod idem nobis maritali presidio viduatis paternali clemencia provideret. Et quoniam idem dominus sub protectione Romani imperii favorabiliter nos collegit nobisque certas possessiones et redditus in vicem et locum donacionis nobis facte propter nupcias a predicto nostro quondam domino et marito liberaliter assignavit, que et qui in suis litteris propriis nominibus exprimuntur, in aliis quoque nostris peticionibus nostro beneplacito factus nobis placabilis benivole acquievit, nos vicem quam possumus reddere cupientes eidem, tactis sacris ewangeliis sibi promittimus et iuramus, quod honorem suum et utilitatem semper promovebimus bona fide et quod ad hoc omnem nostram diligenciam, operam et sollicitudinem impendemus, ut omnes tractatus, pacta, promissiones et placita inter ipsum et nos de pueris suis et nostris nuper facta et omnia alia, que in aliis nostris litteris sibi per nos datis exprimuntur, integre compleantur et quod nulla occasione, nullo inductu nullisque promissionibus inclinabimur in favorem vel partem illorum, qui impediunt in presenti vel impedire volent in posterum, ut ille ordinaciones et pacta et placita, de quibus supra meminimus, differantur vel deficiant vel in parte aliqua immutentur, nisi prius ad hoc accedat predicti domini nostri Romanorum regis beneplacitum et consensus. Illud eciam cavebimus toto posse et bona fide, quod nullum servicium, consilium, favor et auxilium de bonis et hominibus nobis assignatis fiat predicti domini nostri Romanorum regis inimicis presentibus vel futuris, illis maxime qui impedimentum prestant vel prestabunt, ne pacta, conventiones et placita inter dominum nostrum et nos habita, de quibus supra diximus, compleantur. Hec omnia et singula de certa consciencia nostra et habito sane deliberacionis consilio promittimus predicto domino nostro recipienti promissionem nostram sub religione iurisiurandi quod ei prestitimus, venerabili patre domino H. Basiliensi episcopo nobis iuramentum huiusmodi, quod sponte suscepimus, deferente ac per fideles interpretes exponente tenorem presencium litterarum. Cuius episcopi iurisdictioni nos subicimus, renunciantes privilegio fori, si contingeret, quod Deus avertat, per nos aliqua de premissis infringi. Promittimus nichilominus, ut bonorum nobis factorum assignacio sit cassa et irrita et ad predictum dominum revertantur et quod extunc illi, qui nobis iuraverunt vel iurabunt fidelitatem, a iuramenti[a] nobis facti vel faciendi sint vinculo absoluti et predicto domino nostro nobis relictis adhereant et intendant et omnes gracie nobis facte sint viribus vacue et prefatus dominus noster a promissionibus singulis et placitis nobis factis quantum sibi placuerit sit solutus, si nos ab hiis, que supra meminimus, occasione vel modo aliquo recedemus.

214. [a]) *i corr. ex o T.*

215. *MANDATUM REGIS BOHEMIS DIRECTUM.*

Ex T *nr. 358. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1024.* *(P. deest.)*

Quia de iure nobis et imperio nunc de novo vacare cepistis, fidelitatem vestram monemus et hortamur studio quo possumus ampliori, quatinus ad instar nobilium, baronum ac civitatum multarum per Moraviam vos nostre gracie studeatis submittere humiliter et devote, considerantes attente, quanta ex indevocione vobis poterunt suboriri discrimina et ex fide commoda provenire. Non enim plus racionis habundat in vobis quam in ceteris, qui se nostre clemencie submiserunt. Propter quod vos nobis et sacro imperio in pura devocione adiungite et nos affluentibus vos graciarum muneribus attollemus. Super hiis vestros nuncios qualibet auctoritate suffultos cum confidencia transmittatis, quos quidem vobis in personis et rebus intactos cum omnis securitatis munimine remittemus.

216—231. ACTA RATIFICATIONIS FINALIS PRIVILEGIORUM ROMANAE ECCLESIAE CONCESSORUM.

1278. Nov. 17. — 1279. (Sept. 27.)

Sub hoc lemmate comprehendimus novas tractationes, quibus res inter regem et papam tandem peracta est, i. e. ea omnia acta, quae ad legationem Gi ffridi de Anagnia a Nico lao III. in Germaniam missi spectant et ad eiusdem iter Germanicum, quod ut cum singulis principibus tam ecclesiasticis quam saecularibus de consensu praebendo negotiaretur, aggressus est. Qua ex legatione ille confirmationes privilegiorum consensusque principum, quae etiam papae sufficere visa sunt, tandem reportavit. De omnibus his rebus cf. etiam ea, quae Kaltenbrunner 'Mittheilungen des Instituts' Ergänzungsband I, 376—398 atque post 'Actenstücke zur Geschichte des Deutschen Reiches' (cf. supra ad nr. 192) passim disseruit.

216. *LITTERAE NICOLAI III. AD RUDOLFUM REGEM. Nov. 17.*

Ex Registri Nicolai III. tom. II, iam in serie Registorum tabularii Vaticani tom. 40 fol. 46. Denuo contulit Pogatscher. — Potthast 21485. Böhmer, Reg. imp. VI, 1028. (P. deest.)

Nicolaus episcopus etc. regi Romanorum illustri.

(1) Claret in gentibus tue serenitatis amenitas, refulgent in ea radii claritatum et sua claritate prospere succrescente resplendet sicque infra matris ecclesie menia regale solium roboras, honoribus amplias et adauges feliciter magnificis incrementis. Talis quidem splendor mentem nostram clarificat, serenat intrinseca et excitat affectus patris ad filium infra claustrum pectoris recumbentem, ut claris succrescas auspitiis, secure proficias et in ipsa matre sicut preclarus filius solideris. Ad hoc enim cogitatus nostros extendimus et plenis vigiliis laboramus, ut in quibuslibet tuis processibus omnis maturitas observetur, ut ipsi consulte ac provide dirigantur. Ad hoc intendimus et

ipsa laborat ecclesia, quod omnibus deliberatione plenaria limitatis et discussis attentius nos et eadem ecclesia grata iurium nostrorum perceptione letemur et illis clara distinctione fruamur tuque tali preponderatione in omni puritate procedens quiete fulciaris accepta et a futuris anfractibus[a] preserveris. Ad hoc quoque tua cum nostris debent vota concurrere, cum ex hiis quies succedat salubrius utriusque, tua potissime, qua ipsi ecclesie carus astringeris et affabiliter presentaris. (2) Sane dudum, sicut nosti fili karissime, dilectus filius frater Conradus minister ordinis fratrum Minorum superioris Alamannie per te ad sedem apostolicam destinatus devotionem sinceram et intentionem puram, quam ad Romanam geris ecclesiam, nobis et fratribus nostris prudenter exposuit et omnia et singula per quondam Ottonem prepositum ecclesie sancti Guidonis Spirensis, regie aule cancellarium, dicta sive promissa, acta seu gesta et demum per te ipsum in presentia felicis recordationis Gregorii pape X. predecessoris nostri recongnita, confirmata, innovata et de novo concessa, promissa, dicta, acta seu gesta statuta sive iurata dictus frater in nostra et eorumdem fratrum tuo nomine et pro te debitis et plenis sollempnitatibus recongnovit, ratificavit et etiam approbavit[1]. (3) Et postmodum dilectus filius Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis Salzeburgensis diocesis, familiaris clericus et prothonotarius tuus, ex parte tua cum specialibus mandato et litteris ad sedem transmissus eandem, traditi sibi a te auctoritate mandati iuramenta fidelitatis seu alia, que Rodolfus cancellarius tuus a civibus Bononiensibus, Ymolensibus, Faventinis, Foroliviensibus, Foropopuliensibus, Cesanatibus, Ravennatibus, Ariminensibus, Urbinatibus necnon et aliis aliarum civitatum et terrarum illarum partium adque locorum, que ipsius ecclesie iuris existunt, pro te dicitur recepisse et quicquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium in eisdem civitatibus, terris et locis seu per potestates, capitaneos, consiliarios et communia seu alios homines ipsorum civitatum, terrarum atque locorum actum, gestum et recongnitum extitit, remittens, revocans, cassans, anullans, irritans, cassa, nulla et irrita nuntians ac omnibus viribus vacuans, eisdem potestatibus, capitaneis, consiliis et communibus ac aliis universis et singulis ex parte tua omnia et singula predicta et alia in regiis contenta litteris nuntiavit et denuntiando sollicitavit et induxit eosdem, quod nostrum et eiusdem ecclesie recongnoscentes dominium, nobis et eidem ecclesie tanquam vero domino in omnibus et per omnia, sicut debent, obediant, pareant et intendant, prout hec omnia et alia in instrumentis publicis inde confectis[2], tenores quorum per eundem fratrem tibi transmisimus, et in aliis nostris tibi directis litteris seriosius continentur. (4) Nos autem, ut tue serenitatis integritas reluceret, petivimus, quod tu premissa omnia et singula per specialia privilegia regali aurea bulla munita distincte recongnosceres, ratificares, confirmares, innovares et de novo concederes, omnia corporali prestito iuramento firmando, et ipsa privilegia super hiis et aliis in eisdem nostris contentis litteris de tua conexpresso mandato conscripta faceres aurea bulla typario tue maiestatis impressa scientia et muniri ipsaque ad perpetuam soliditatem et certitudinem pleniorem nobis et ipsi ecclesie sub formis, quas per eundem fratrem tibi transmisimus[3], exhiberi. Tu vero benedictionis alumpnus apostolicis beneplacitis te conformans, aliqua ex eisdem privilegiis nobis per eosdem fratrem et prothonotarium destinasti[4], super quo tue promptitudinis studium multipliciter in Domino commendamus. Verum quia nonnulla, que per nos ordinata fuerant, et maxime prestationem iuramenti petitam et assensum principum omissa comperimus, dilectum filium Giffridum de Anagnia decanum ecclesie sancti Audomari Morinensis diocesis capellanum nostrum ad te duximus destinandum, ut suppleantur omissa et omnia soliditate debita compleantur, et pro

216. a) aufranctibus c.

1) *Supra nr. 184. 185.* 2) *nr. 200. 201.* 3) *Cf. supra nr. 197.* 4) *A. 1278. m. Septembri, cf. supra nr. 206–209.*

celeriori premissorum expeditione, predicto Gottifrido ad te ad presens cum eodem decano remisso, predictum fratrem Conradum in Romana curia retinemus, ut ipse tractatum inter te et carissimum in Christo filium nostrum K. regem Sicilie illustrem, prout negotii qualitas exegerit, prosequatur prospera dante Domino prosecutione complendum. (5) Ut igitur affectus tue devotionis, quem sic gratanter inherere sensibus nostris inspicimus, in effectum perfecte soliditatis appareat et residere in omni puritate probetur et ut prosperitas tuorum successuum, videlicet de hostium[b] tuorum depressione victoria, quos diebus istis in manibus tuis divini iudicii virga conclusit, in mansuetudinis gratia, que post triumphum regales actus adornat, te nobis gratum et aliis representet acceptum ac de regia gratitudine post felicitatem maiorem nobis et eidem ecclesie mansueta presagia repromittat et successive nos reddat de tua sinceritate maiori perfectione securos, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eadem privilegia iuxta intentionem nostram, quam dictus decanus tibi ex parte nostra explicabit apertius, suppleas et perfici facias et procures, quod principum Alamanie, quibus super hoc scribimus[1], ad id accedat assensus, ita quod eisdem privilegiis in omni claritate ac soliditate perfectis, ipsorum nova data suppletiones[c] et perfectiones huiusmodi comprehendat et nos ac eadem ecclesia fructus, quos repromittis in floribus, perfectione sincera iuxta nostra desideria colligamus et exinde nobis et tibi quietis arrideant incrementa. Super premissis autem per predictum decanum, de cuius fidelitate ac circumspectione confidimus, plenius informari et eius instructionibus percipere poteris, quod presens negotium ex eminenti sua qualitate requirit.

Dat. Rome, XV. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

217. *LITTERAE EIUSDEM AD REGEM SICILIAE.* *Nov. 22.*

Repetimus editionem, quam paravit Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 154 nr. 139 ex eodem Registro fol. 43' profluam[2]. *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus etc. carissimo in Christo filio . . regi Sicilie illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Inter ceteras sollicitudines, que Romanam angunt ecclesiam et nos maiori cura perstringunt, ad illas potissime cogitatus nostros extendimus, quibus inter catholicos orbis terre magnificos principes provenire auspicia sincere caritatis inspicimus, et quibus eis mentium serenitates arrideant, iidem conglutinentur amplexibus et reges ac regna tranquille pacis vigeant ubertate. Ad hec itaque continuis vigiliis nostra studia convertentes, certos tractatus diebus istis apud sedem apostolicam cum nunciis karissimi in Christo filii nostri R. regis Romanorum illustris et tuis assumpsimus et in eorum prosecutione nos et fratres nostri oportuna sollicitudine, quantum nobis ex alto permittitur, vigilamus, ut exinde placidus Deo, nobis acceptus et extollendus in gentibus exitus subsequatur. Verum quia in horum aliquibus specialiter tuam presentialem consultationem tractatus ipsi requirunt, ut clarius et solidius Deo propitio ad laudem sui nominis consumentur, celsitudinem regiam requirimus et hortamur attente, quatinus in aliquibus regni tui locis Urbi vicinis te nobis celeriter appropinques, ut in hiis per litteras et nuncios frequentius et commodius, sicut expediet, requiraris et per hoc salubrius ac celerius ipsis tractatibus consulatur, nobis sperate prosperitatis dulcedinem et eidem regi et tibi fructus uberes producturis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

216. b) ostium c. c) supplectiones c.

1) *Infra nr. 220.* 2) *Cf. Posse 'Analecta Vaticana' nr. 941.*

218. *INSTRUCTIO PAPAE GIFFRIDO TRADITA.* *Dec. 18.*

Dedit Zaccagni loco supra ad nr. 48 citato Append. p. 94. Registri Nicolai III. tom. II (Reg. Vat. tom. 40) fol. 50 denuo contulit Pogatscher. — Potthast 21500. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1028. *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus etc. dilecto filio Giffrido de Anagnia decano ecclesie sancti Audomari Morinensis diocesis capellano nostro salutem et apostolicam benedictionem. De tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, te ad carissimum in Christo filium nostrum R(odulfum) regem Romanorum illustrem duximus destinandum et ut eo securius, que tibi commisimus, prosequaris, quo clarius a nobis extiteris informatus, sic in huiusmodi prosecutione procedas:

1. In primis regem ipsum ex parte nostra cum apostolice benedictionis gratia salutabis et presentabis sibi litteras nostras, que incipiunt: 'Claret in gentibus etc.'[1].

2. Deinde facias ratificari, innovari, recongnosci et de novo concedi ac nichilominus in tua presentia corporali prestito iuramento firmari per ipsum regem omnia et singula, que per dilectum filium fratrem Conradum ministrum fratrum Minorum superioris Alamanie facta fuerunt ipsius regis nomine coram nobis, prout continentur in quinque instrumentis confectis per manus magistri Pauli de Reate apostolica auctoritate et nunc camere nostre notarii, eiusdem ministri sigillo signatis, quorum tenores de verbo ad verbum tibi fecimus exhiberi. Ita quod de predictis quinque instrumentis ratificandis fiant quinque alia sub aurea bulla regis et aliis oportunis solempnitatibus, videlicet de quolibet unum secundum notam, quam tibi tradi fecimus, que incipit: 'In nomine Domini amen. Nos Rodulfus Dei gratia rex Romanorum semper augustus ad eternam rei geste memoriam recongnoscimus et fatemur etc.' Diligenter attendens, quod inter testes alios, qui in ratificationibus huiusmodi apponentur, ponantur principes et alii nobiles cum subscriptionibus eorundem[2].

3. Item narrando predicto regi civitates, terras et loca, que ad nos et Romanam ecclesiam clare ac distincte pertinent, inducas eundem regem, ut omnia et singula, que tam in declarando quam in recongnoscendo et de novo etiam concedendo atque donando et alia faciendo, prout in notis, quas tibi tradi fecimus, quarum una sic incipit: 'Summa reipublice tuitio etc.'[3] et reliqua: 'In nomine sancte et individue Trinitatis. Rodulfus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus. Ab eo solo etc.'[4] plenius continentur, prompte ac liberaliter nobis faciat super hiis suas litteras secundum formam ipsarum notarum sub bulla aurea, ad hec assensu principum procurato.

4. Et nichilominus omnia et singula, que fecit in nostra et fratrum nostrorum presentia magister Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis Salzeburgensis diocesis ipsius regis prothonotarius de mandato regis eiusdem, facias confirmari secundum formam note, quam super hoc tibi fecimus exhiberi[5].

5. Item presentabis alias litteras nostras cum salutationibus et benedictionibus decentibus singulis principibus Alamanie, que sic incipiunt: 'Statuit in terris etc.'[6]. Et postmodum procurabis, quod iidem principes omnes simul vel divisim aut singulariter, sicut melius et cautius fieri poterit, quicquid factum est per eundem regem et predecessores suos inter nos et predecessores nostros et ecclesiam ipsam ac regem

1) *Supra nr. 216.* 2) *Supra nr. 197 = infra nr. 221; cf. recognitiones, quas ad nr. 91 et 181 commemoravimus, Zaccagni l. c. Append. p. 63—69, Theiner l. c. I, 228 nr. 385.* 3) *Supra nr. 198 = infra nr. 222.* 4) *Supra nr. 199 = infra nr. 223.* 5) *Cf. supra nr. 209 et recognitiones ibi commemoratas, quas exhibet Zaccagni l. c. Append. p. 77—80.* 6) *Infra nr. 220.*

predictum et fieri contigerit, iuxta formam per nos tibi traditam dictis principibus deferendam, que sic incipit: 'Nos principes etc.', ratificent, approbent et confirment[1].

Quibus omnibus cum ea perfectione qua convenit expeditis et instrumentis vel litteris principum eorundem confectis et sigillis autenticis sigillatis ac illis et predictis privilegiis regiis nomine nostro receptis, privilegia, instrumenta vel litteras prefata nobis cum diligenti custodia deferes et ad nostram presentiam reverteris. Ceterum predicta, que in memoriali huiusmodi continentur, et eorum quodlibet sic attente percur[r]as, diligenti sollicitudine investiges ac sollicita diligentia prosequaris, quod nichil per incuriam negotio tanto depereat nichilque super hiis tue negligentie valeat imputari, quin potius diligentiam tuam possimus exinde merito commendare.

Dat. Rome apud S. Petrum, XV. Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

219. *ALIA INSTRUCTIO DE INTERPRETIBUS.* *Dec. 18.*

Repetimus editionem, quam dedit Kaltenbrunner l. c. 161 nr. 146 ex eodem Registro fol. 50' profluam[2]. *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus etc. eidem.

Cum te ad partes Alamanie pro magnis et arduis negotiis destinemus, quia diversos tractatus negotia ipsa requirunt et tu idyomata partium earundem ignoras, nos dispendiis, que ex hoc possent emergere, obviare volentes presentium tibi auctoritate concedimus, ut in eisdem negotiis, tradita tibi forma servata, cum expedit aliquem vel aliquos religiosos vel seculares fideles, de quibus expedire videris, assumere possis interpretes, quos iurare facias, quod tibi et illis, cum quibus huiusmodi tractatus habueris, fideliter referant et exponant, que hinc et inde in eisdem tractatibus narrabuntur, et quod illa, que secreto tenenda fuerint, per eosdem iuratos aliis nullatenus detegantur, eosdem religiosos et seculares, cuiuscumque status vel conditionis existant, ad hec, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante, si eis vel eorum aliquibus aut ordinibus eorundem a sede apostolica sit indultum, quod ad hec compelli seu quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XV. Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

220. *LITTERAE PONTIFICIS PRINCIPIBUS IMPERII MISSAE.* *Dec. 21.*

Litteras pontificis, per quas principibus electoribus formam transmisit[3]*, secundum quam privilegiis a rege concessis consentirent, dedit iam olim Zaccagni l. c. Append. p. 92. Idem Registrum fol. 47' denuo contulit Pogatscher. — Potthast 21502. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1028.* *(P. deest.)*

Nicolaus episcopus etc. dilecto filio nobili viro Iohanni marchioni Brandeburgensi salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Statuit in terris Altissimus Romanum imperium et eius culmina dirigi voluit providi stabilitate consilii et maturitate provida gubernari, ut secure procederet et in negotiis non erraret. Cuius presidi per te ac alios Alamanie principes datur in elec-

1) *Infra nr. 225. Cf. nr. 220.* 2) *Cf. Posse nr. 945.* 3) *Cf. similes litteras ceteris principibus vocem in electione non habentibus directas apud Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 162 nr. 147 ex Registro fol. 48 et ea quae disseruit idem 'Mittheilungen des Instituts' l. c. p. 377 sq. et 'Mittheilungen des Instituts' V, 265, ubi etiam imago photographica addita est.*

tione principium, vos ipsos illi columpnas adiungitis et assistitis in eius gubernatione custodes. Certe multa te ac alios predictos potentia dignitatis amplificat, quam artat in providis circumspectio veritatis. Nam quanto eminentius consilium vestrum extollitur, tanto maturius vos oportet attendere, quod in agendis expediat, ut ex quibuslibet vestris actibus Pater collaudetur eternus, decor servetur ecclesie, amplietur cultus iustitie ac in omnibus debitum observetur, cum ex hiis regnorum et principum quietes adveniant et eorum solia roborentur, incrementa vigoris et gratie perceptura. (2) Cum igitur ex tenoribus privilegiorum et declarationibus Romanorum imperatorum, que in archiviis suis Romana servat ecclesia, evidenter appareat, totam terram, que [est] a Radicofano usque Ceperanum, marchiam Anchonitanam, ducatum Spoletanum, terram comitisse Mattildis, civitates Ravenne, Emilie, Bobii, Cesene, Forumpopuli, Forlivii, Faventie, Ymole, Bononie et Ferrarie, Comaclum, Adriam atque Gabellum, Ariminum, Urbinum, Montemferetri, territorium Balnense, comitatum Brectenorii, exarchatum Ravenne, Pentapolim et Massam Trabariam cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus territoriis atque insulis in terra marique ad civitates et loca predicta quoquomodo pertinentibus, necnon civitatem Romanam, regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum pertinentibus tam citra Farum quam ultra, Corsicam quoque adque Sardiniam cum ceteris terris et iuribus ad ipsam ecclesiam spectantibus ad nos et eandem ecclesiam pleno iure pertinere ac nostri et ipsius ecclesie iuris, ditionis et principatus existere, et carissimus in Christo filius noster Rodulphus rex Romanorum illustris hec omnia predicta et plura alia, que per eosdem imperatores et alios predecessores suos facta, promissa et gesta fuerant, recongnoverit, ratificaverit, declaraverit ac de novo concesserit per se ac suos nuntios speciales: nos cupientes, ut hec omnia in sua soliditate permaneant in futurum, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus premissis omnibus et aliis, que per eundem regem vel alios de mandato suo facta, gesta, promissa, recongnita et ratificata sunt vel fieri, promitti, recongnosci et ratificari contigerit, tuum prebens assensum sic ea studeas promptis studiis approbare iuxta formam, quam tibi per dilectum filium Giffridum de Anagnia decanum ecclesie sancti Audomari Morinensis diocesis capellanum nostrum transmittimus, quod devotio tua promptitudine vigente reluceat, obvietur futuris anfractibus et nos ac eadem eccclesia, dictus rex et tu etiam successive plene quietis ubertate fruamur et in predicti regis et vestris successibus prosperis non immerito delectemur. (3) Ut autem de premissis plenius informeris, predictum capellanum, de cuius fidelitate ac circumspectione confidimus, ad partes illas duximus destinandum, cuius instructionibus percipere poteris, quid presens negotium ex eminenti sua qualitate requirit.

Dat. Rome, XII. Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

In e[undem] m[odum] dilecto filio nobili viro Iohanni duci Saxonie.
In e. m. dil. fil. nobili viro Ludowico comiti palatino Reni duci Bawarie.
In e. m. dil. fil. nobili viro Alberto duci Saxonie.
In e. m. archiepiscopo Treverensi
In e. m. archiepiscopo Coloniensi
In e. m. archiepiscopo Maguntino } Hoc excepto quod istis tribus dicitur ibi: 'ro. et hor. at. per apost. tibi scripta mandantes, quatenus etc.'[1].

'Nos principes imperii universis presentem paginam inspecturis.
Complectens ab olim — munimine roboratum.
Actum etc. Dat. etc.' *infra nr. 225*[2].

1) *Supra l. 25.* 2) *Haec forma in Registro fol. 19 sequitur litteras principibus vocem in electione non habentibus directas. V. supra p. 202 n. 3 et imaginem photographicam l. c. commemoratam.*

221. *RATIFICATIO GESTORUM FRATRIS CONRADI. 1279. Febr. 14.*

Quam primo loco proponimus, ratificatio ad formam a papa transmissam supra nr. 197 confecta, cuius bulla aurea iam olim deperiit, una inter omnes ea re excellit, quod omnes testes iussu regis Nicolao obsequentis aut manu propria aut per suum quisque vel alterius notarium subscripserunt. Contulit autographon in tabulario secreto Vaticano Arm. I c. V nr. 7 asservatum vir cl. Paulus Kehr[1]. *Ediderunt Zaccagni l. c. Append. p. 96—101 et Theiner l. c. I, 232 nr. 387. Praebent etiam imaginem heliographicam 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 10. Cf. textum, quem scripsit Herzberg-Fränkel, p. 272 sq.*

Fieri non potest, ut diploma ab homine Italo Giffridi comite scriptum sit, ut putavit Herzberg-Fränkel l. c., quamquam ipse sibi diffidens. Nam et ductus litterarum et orthographia ci- *pro* ti- *et nomina testium ratificationi ipsi assistentium more Germanico scripta ingrossatorem cancellariae regiae aperte indicant. Neque quicquam tribuendum est ei rei, quod in testium serie pro Hartmanni nomine (p. 205 l. 45) male scriptum est* H^{7}mann^{9}; *quod nescio utrum ex compendio* H *per ignorantiam male solutum an mera negligentia factum sit; quamquam in annalibus Anglicis passim ita peccari (Herimannus pro Hartmannus) non ignoramus*[2].

Ceteras quoque quattuor recognitiones Conradianas eodem die Febr. 14 in sollemniori forma a rege innovatas esse, verisimillimum est, quippe cum papa in instructionis supra nr. 218 c. 2 hoc quoque flagitaverit. Itemque recognitionem gestorum Gotifridi, uti iam data est 1278. Aug. 29. supra nr. 209, denuo a rege ratificatam esse, sicut etiam papa ibidem c. 4 monuerat, pro certo habemus, itemque per testimonium episcoporum infra nr. 224 probatur. Omnia autem haec documenta hic proponere non opus est, cum deperierint.

Praeter consuetudinem ista vice adnotamus nonnullas, quae in R *Registri Nicolai III. tom. II (Reg. Vat. tom. 40) fol. 24' leguntur, varias lectiones, quibus, quamvis parvi sint momenti, tamen forma huius documenti a papa transmissa supra nr. 197 appareat. Quas iam notavit Zaccagni l. c. in margine. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1062.*

(P. deest.)

In nomine Domini amen.

Nos Rudolfus Dei gratia rex Romanorum semper augustus ad eternam rei geste memoriam recognoscimus et fatemur, religiosum virum fratrem Conrädum ministrum ordinis fratrum Minorum superioris Alemanie habuisse a nobis mandatum sigilli nostri munimine communitum infrascripti tenoris, cuius mandati auctoritate nostro nomine processit coram vobis[a] sanctissimo patre domino Nycolao papa III. et reverendo cetu[b] cardinalium ac prelatorum et aliorum clericorum et laicorum multitudine copiosa ad omnia infrascripta, que in litteris inde confectis, quarum tenor infra subicitur, seriosius continentur. Que quidem omnia et singula per eundem fratrem Conradum recognita, ratificata, app[ro]bata, [inno]vata[c], de novo donata atque concessa, dicta, promissa, acta seu gesta, confirmata sive iurata, prout in eisdem litteris et tenore plenius exprimitur, recognoscimus et fatemur nomine nostro et de voluntate nostra recognita, ratificata, approbata, innovata, de novo donata atque concessa, dicta, promissa, acta seu gesta, confirmata atque iurata, eaque[d] nichilominus acceptamus, ratificamus, rata et firma volumus et decernimus permanere ac insuper ea omnia et singula confirma-

221. a) vobis *deest R.* b) *litteris parvissimis add. or.* c) *uncis inclusa eluta sunt humore or.* d) omnia et singula *add. R.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 40.* 2) *In testimonio episcoporum infra nr. 224 certe ab homine Italo scripto* Artimannus *legitur; haec enim est forma Italicis propria.*

mus, innovamus et nichilominus ipsa de novo concedimus atque donamus. Et ad nostram conscienciam serenandam et ut predicta omnia plenarie solidentur, stabiliantur, firmentur[d], compleantur et perficiantur, revocamus, cassamus, anullamus, irritamus et omnibus viribus vacuamus, quicquid contra predicta vel aliqua predictorum per nos seu per alios nostros nuncios vel officiales nostro nomine vel mandato seu quecumque alium vel alios quocumque modo quacumque via factum esset vel promissum sive iuratum, volentes et consencientes expresse, quod per hoc, quod contra hec factum esset, nullum ius nobis seu successoribus nostris regibus aut imperatoribus Romanorum accrescat vel in aliquo ecclesie Romane depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem.

(2) Consentimus insuper atque concedimus, quod vos, sanctissime pater domine Nycolae papa III, et eadem Romana ecclesia per vos et per alios nunc et semper accipiatis, nanciscamini, intretis et apprehendatis absque ulla[e] nostra, successorum nostrorum vel alterius requisicione, auctoritate vel mandato obtentis sive petitis possessionem et quasi omnium contentorum in nostris et predecessorum nostrorum privilegiis, confirmacionibus, concessionibus, innovacionibus, recognicionibus, donacionibus seu iuramentis et omnium eorum, que quoquo modo pertinent ad predicta, et promittimus, quod nos per nos vel per alium seu alios non inpediemus vos vel nuncios vestros in predictis et quolibet predictorum, sed pocius in omnibus prefatis tam adipiscendis quam tenendis et habendis nostro posse perpetuo adiuvabimus. Et ut hec omnia plenam omnimode perfectionis et solidacionis habeant firmitatem, tactis sacrosanctis ewangeliis iuramus in animam nostram, predicta omnia et singula nos perpetuo inviolabiliter servaturos. Statuimus preterea regali auctoritate atque decernimus, ut idem tenor insertus presentibus easdem per omnia vires habeat et obtineat, quas habent et obtinent ipse littere principales, ita quod si forsan ipsas principales litteras contingeret quomodolibet deperire, dictus tenor perinde vim et robur obtineat in iudicio et extra iudicium et in omnibus et per omnia fidem faciat, sicut ipse littere principales facerent in sua prima figura et integritate manentes, lege seu constitucione aliqua non obstante. Promittimus insuper, quod postquam Romam ad recipiendam [unction]em, [coronacionem][b] et imperiale dyadema pervenerimus ipsaque perceperimus, infra octo dies premissa omnia et singula innovabimus et de novo integre ac plenarie faciemus.

(3) Tenor autem predictus de verbo ad verbum per omnia talis est:

'In nomine Domini — signum feci'. *supra nr. 184.*

(4) Porro ad certitudinem presencium et memoriam futurorum et ut hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Nycolao sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici vestrisque successoribus per nos et nostros successores Romanorum[f] reges et imperatores perpetuo observentur firmaque semper[g] et inconvulsa permaneant, presens scriptum aurea bulla typario nostre magestatis inpressa munitum fieri fecimus et vobis ad perpetui roboris memoriam exhiberi.

Testes[h], quibus presentibus hec sunt acta, sunt: venerabiles Fridericus archiepiscopus Salzpurgensis, Iohannes Kymensis et Wernhardus Secouiensis episcopi, Rudolfus curie nostre cancellarius, magister[i] Gotfridus prepositus Soliensis prothonotarius noster, . . abbas Admontensis, . . archidiaconus Tudertinus, illustres Albertus et Hermannus[k] fratres de Habspurch et de Kyburch comites, lantgravii Alsacie, filii nostri, ac spectabiles viri Fridericus burgravius de Nurenberch, marchio de Hahperch, Burchardus de Hohenberch et H. de Furstenberch comites, H. Sluzzelinus capellanus

221. d) *e corr. ex a or.* e) *praecedit rasura or.* f) Rom *corr. ex* Reg *or.* g) *sequitur rasura or.* h) *ab hoc verbo eadem manu, sed atramento fusciori or.* i) *in rasura or.* k) H⁷manno *or.*

noster, magister Conradus de Herwelingen, magister Angelus, H. de Lovbenberch, Iohannes de Hedingen milites ostiarii nostri.

Dat. Wienne, per manum magistri Gotfridi prothonotarii nostri predicti.

Acta sunt hec XVI. Kal. Marcii, indict. VII, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, regni vero nostri anno sexto.

† Ego Fridericus Salzburgen(sis) ecclesie archiepiscopus interfui et per manum Iohannis Chym(ensis) episcopi subscripsi.

† Ego Iohannes Chym(ensis) episcopus interfui et subscripsi.

† Ego Wernhardus Secovien(sis) episcopus interfui et subscripsi.

† Ego Rŭdol(fus) imperialis aule cancell(arius) interfui, recognovi et subscripsi.

† Ego magister G. prepositus Solien(sis) regalis curie prothonot(arius) interfui et subscripsi.

†[l] Ego abbas Heinr(icus) Admonten(sis)[m] interfui et subscripsi.

† Ego Nicolaus archid(iaconus) Tudertinus interfui et subscripsi.

† Ego Albertus domini R. Rom(anorum) regis primogenitus interfui et subscripsi.

† Ego Hartmannus domini R. Rom(anorum) regis filius interfui et subscripsi.

†[n] Ego Fr. burcgravius de Nvrenberch interfui et per manum[o] R. not(arii) mei subscripsi.

† Ego Heinricus marchio de Habberg interfui et per manum Alberti notarii comitis Heinrici de Furstenberg subscripsi.

† Ego Bur. comes de Hohinberc interfui et per manum Petri not(arii) mei subscripsi.

† Ego Heinricus comes de Furstenberg interfui et per manum Alberti notarii mei subscripsi.

† Ego Heinricus Slusseli Rom(anorum) regis cappellanus interfui et subscripsi.

† Ego Cvnradus de Herwiling(e)n not(arius) regis Rom(anorum) interfui et subscripsi.

† Ego Angelus canonicus ecclesie sancti Valent(ini) de Ferent(ino) interfui et subscripsi.

†[p] Ego H. de Louenberegh interfui et per manum D. can. Beken. subscripsi[q].

† Ego Iohannes de Hedingen interfui et subscripsi[r].

222. *PRIVILEGIUM REGIUM PRIMUM. 1279. Febr. 14.*

Autographon bulla aurea adhuc pendenti insigne, quod asservatur in tabulario secreto Vaticano Arm. I c. V nr. 6, contulit Kehr[1]. *Ediderunt Zaccagni l. c. Append. p. 102—105 et Theiner l. c. I, 236 nr. 388.*

Etiam hic in varia lectione adnotavimus ea, quae in formularum codice T 335, *de quo v. supra ad nr. 14—16, quem nos ipsi contulimus, leguntur; quibus lectionibus quamquam haud gravibus indicaretur huius privilegii forma a papa transmissa supra nr. 198.*

Litteras minores in cap. 2 ponere supersedimus, cum hic iuramenti supra nr. 89 verba satis mutata essent, econtra in cap. 6. 7 ita excudenda curantes ea, quae cum privilegio nr. 90 c. 7 concordant. Cf. infra nr. 223. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1063.

(P. deest.)

221. l) *incipit secunda columna or.* m) admontn̄ *supra lineam scriptum or.* n) *incipit tertia columna or.* o) *sequitur* dm̄ *deletum or.* p) *incipit quarta columna or.* q) *supra lineam signo posito add. in margine or.* r) p *corr. ex* b *or.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 41.*

Sanctissimo in Christo patri et domino[a] Nycolao pape III. Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad perpetuam rei memoriam.

(1) Summa reipublice tuicio de stirpe duarum rerum sacerdocii et imperii divina institucione proveniens vimque suam exinde muniens humanum genus salubriter gubernavit in posterum et reget[b] Deo propicio in eternum. Hec sunt duo dona Dei maxima quidem in omnibus a superna collata clemencia, videlicet auctoritas sacra pontificum et regalis excellencia potestatis. Hec duo salvator noster mediator Dei et hominum Iesus Christus sic per se ipsum actibus propriis et dignitatibus distinctis exercuit, ut utraque ab ipso tamquam ex uno eodemque principio manifeste procedere omnibus indicaret. Ab eo igitur solo vivo et vero Deo recognoscentes omnia, a quo reges et regna sumpsere principia, et sacrosancte Romane ecclesie beneficia erga nos innumera recolentes, plenis excitamur affectibus ea que possumus illi retribuendo rependere, a qua nobis et nostris predecessoribus regibus Romanorum tam grandia, tam excellencia dona conspicimus esse tributa. (2) Prefati itaque predecessores ad magnificenciam munerum et graciarum quodammodo ineffabilem largitatem, que de ipsius matris ecclesie uberibus susceperunt, faciem gratitudinis convertentes nec minus attendentes, quod eadem mater ecclesia ipsos in dulcedinis benediccione preveniens transferendo de Grecis imperium in Germanos eisdem dederat id quod erant, ut grati predicarentur filii laudabili recognicionis effectu, inter cetera, que ipsi Romane ecclesie confirmarunt, dimiserunt seu eciam concesserunt, totam terram que est a Radicofano usque Ceperanum, marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, terram comitisse Mattildis[c], comitatum Brictenorii[d], exarchatum Rauenne, Pentapolim, Massam Trabariam[e] cum adiacentibus terris et omnia alia bona, terras, possessiones et iura ad Romanam ecclesiam pertinencia, in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodwici[f] expressa sive contenta, ipsi beato Petro, celestis regni clavigero, eiusque successoribus et Romane ecclesie dimiserunt, renuntiaverunt, restituerunt et confirmarunt, et[g] ad omnem scrupulum removendum, prout melius valeret et efficacius posset intelligi, contulerunt[g], concesserunt et eciam donaverunt, sicut in eorum privilegiis seu litteris continetur. (3) Nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellencie culmen assumpti, ut de susceptis donis innumeris, que de manibus dicte matris accepimus, non minoris recognicionis debitum solveremus, predicta omnia in presentia recolende memorie domini G.[i] pape X. recognovimus ac[k] ea[l] omnia et singula ipsi pro Romana ecclesia, se suisque successoribus recipienti confirmavimus, innovavimus et de novo concessimus atque donavimus, ipsa nichilominus proprio prestito corporaliter iuramento firmantes. (4) Verum quia postmodum absque nostro consensu, consciencia vel mandato Rudolfus cancellarius noster a civibus Rauennatibus, Bobiensibus, Cesanatibus, Foropopuliensibus, Forliuiensibus, Fauentin(is), Ymolensibus, Bononiensibus, Vrbinatibus ac hominibus Montis Feretri, Bertenorii necnon et aliis aliarum civitatum atque[m] illarum parcium et locorum, que ipsius Romane ecclesie[n] iuris existunt, iuramentum fidelitatis nomine nostro dicitur recepisse, nos conspicientes id in preiudicium iuris dicte matris ecclesie subsecutum, quicquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium in predictis civitatibus[o], locis et terris seu per homines ipsorum civitatum, terrarum atque locorum actum, gestum, recognitum extitit sive iuratum, et specialiter predicta iuramenta remittimus, relaxamus et eis renunciamus ac predicta omnia revocamus, cassamus, anullamus, irritamus, cassa et irrita nunciamus ac omnibus viribus vacuamus, volentes, statuentes et consencientes expresse, quod per id nullum ius nobis et imperio accrescat vel ipsi ecclesie

222. a) domino *add. T.* b) roget *or.* c) Metildis *T.* d) Bretenorii *T.* e) Trebariam *T.* f) Lodoici *T.* g) *deest T.* i) Gregorii *T.* k) et *T.* l) *eadem manu post in linea add. or.* m) seu *T.* n) eccl. Rom. *T.* o) *praecedit rasura duarum litterarum in! or.*

Romane depereat tam circa possessionem quam circa proprietatem in civitatibus, terris et locis prefatis ac hominibus, iuribus et iurisdictionibus eorundem. (5) Et quia decet regales actus in omni claritate procedere, ut omnem obscuritatem, quam frequenter generalitas consuevit inducere, nostra tollat regalis expressio ac iura ipsius matris ecclesie per nostram declaracionem, quam decernimus esse perpetuam, plenarie solidentur, recognoscimus, fatemur et oraculo presentis edicti ad eternam memoriam declaramus, civitatem Rauennatem et Emiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli[p], Forlinium, Favenciam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam[q] atque Gabellum, Ariminum, Vrbinum, Montemferetri[r], territorium Balnense, suprascriptas provincias, civitates, loca et territoria necnon et omnia supradicta cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique ad provincias, civitates, territoria et loca supradicta[s] quoquomodo pertinentibus ad beatum Petrum celestis regni clavigerum et ad vos patrem beatissimum[t] dominum Nicolaum[u] papam III. et ad successores vestros Romanos pontifices et ad ipsam Romanam ecclesiam pleno iure ac integre non solum in spiritualibus, sed eciam in temporalibus in solidum pertinere ac vestri et ipsius Romane ecclesie pleni iurisdictionis ac principatus existere. (6) Et ad omnem dubitacionis scrupulum in posterum abolendum, ut et nostra devocio erga ipsam matrem ecclesiam clarius enitescat, predicta omnia et singula tam propriis seu specialibus provinciarum, terrarum, civitatum atque locorum expressa vocabulis, quam eciam non expressa, prout melius valet et efficacius[v] intelligi, ipsi beatissimo Petro et vobis, sanctissime pater domine N. papa III, et per vos successoribus vestris Romanis pontificibus et ipsi Romane ecclesie de novo libere et plenarie concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contencionis et dissensionis materia, firma pax et plena concordia inter ecclesiam et imperium perseverent. (7) Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro[w] domino Nycolao[u] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici vestrisque successoribus et ipsi Romane ecclesie per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores in perpetuum observentur firmaque semper et inconcussa[x] permaneant, presens nostre recognicionis, declaracionis, concessionis et donacionis privilegium de consciencia nostra et expresso mandato conscriptum iussimus aurea bulla typario nostre magestatis inpressa muniri ac ipsum ad perpetuam soliditatem et certitudinem vobis et ipsi Romane ecclesie exhiberi. (8) Promittimus insuper, quod postquam Romam ad recipiendam[y] unccionem, coronacionem et imperiale dyadema pervenerimus ipsaque perceperimus, infra octo dies premissa omnia et singula innovabimus et de novo integre ac plenarie faciemus[z].

Testes[a] autem hii sunt: venerabiles Fridericus archiepiscopus Salzpurgensis, Iohannes Kymensis et Wernhardus Secouiensis ecclesiarum episcopi, Giffridus decanus ecclesie sancti Audomari Morinensis dyocesis domini pape capellanus, Heinricus abbas Admontensis, Nicolaus archidiaconus Tudertinus, illustres Albertus et Hartmannus fratres de Habspurch et de Kyburch comites, lantgravii Alsacie, filii nostri, ac spectabiles viri Fridericus burgravius de Nurenberch, Hainricus marchio de Hahperch, Burchardus de Hohenberch et Heinricus de Furstenberch comites, Heinricus Sluzellinus capellanus noster, magister Chunradus de Herwelingen, magister Angelus canonicus Sancti Valentini de Ferentino, Heinricus de Lovbenberch et Iohannes de Hedingen milites ostiarii nostri et quam plures alii.

⁞ Signum domini Rudolfi Romanorum regis invictissimi. (M.) ⁞

Ego Rudolfus imperialis aule cancellarius vice domini Wernheri archiepiscopi Maguntini ac per Germaniam sacri imperii archicancellarii recognovi.

222. p) Foropopulum *T.* q) Adrianis *T.* r) Montemfeltri *T.* s) predicta *T.* t) sanctissimum *T.* u) N. *T.* v) et efficacius valet *T.* w) *deest T.* x) inconconcussa *or.;* inconvulsa *VU et T.* y) recipiendum *T.* z) *sequitur* Actum, *sed deletum punctis suppositis or.; cf. formam supra nr. 198.* a) *ab hoc verbo eadem manu, sed atramento fusciori or.*

Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, indict. VII, regnante domino Rudolfo Romanorum rege glorioso, anno regni eius sexto.

Dat. Wienne, per manus magistri Gotfridi prepositi Soliensis prothonotarii nostri, XVI. Kalend. Marcii.

223. *PRIVILEGIUM REGIUM SECUNDUM.* *(1279. Febr. 14.)*

Etiam hoc privilegium, quod in Regestis imperii frustra quaesieris[1], *quo privilegium a. 1275. Oct. 21. Lausannae a Rudolfo rege concessum supra nr. 90, sed uberiore locorum serie auctum innovatur, eodem die ac nr. 221 et 222 emanavisse apud nos constat, atque etiam instructionis supra nr. 218 c. 3 id plane evincitur. Autographon iam olim deperiit, cum in catalogis archivi Romanae ecclesiae saec. XIV. confectis haud commemoraretur. Itaque proponimus ex* R *Registri Nicolai III. tom. II (Reg. Vat. tom. 40) fol. 27, quod contulit Pogatscher, ubi forma tantum a papa transmissa, quam iam supra nr. 199 notavimus, exhibetur; collato a nobis ipsis codice* T *336, in quem eadem forma recepta est. Monere liceat, codicem* T *cum* VU *variis locis artius cohaerere, quam Registrum. Quae concordant cum* VU *privilegio supra nr. 90, litteris minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI deest.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Rudolfus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus.

(1) Ab eo solo, per quem reges regnant et potentes scribunt iusticiam, recognoscentes inextimabilem nostre promotionis gratiam, qui regali iam in nobis culmine consumato nos ad optinendum imperialis glorie solium sua sola pietate disponens, ut non solum cum principibus sedeamus, set ut illis presideamus, erexit, sancteque matris ecclesie ac vestra, pater reverentissime domine Nicolae[a] divina providentia papa III, immensa beneficia, quibus nos in benedictione dulcedinis prevenistis felicibus eiusdem promotionis nostre[b] auspitiis, multiplicibus concurrendo favoribus et ipsam favorabilis prosecutionis auxiliis confovendo, attenta sollicitudine recensentes, reddimur corde solliciti, cogimur cogitare profundius, qua tante dignitatis gratiam digna saltem, prout humana insufficientia sufficit, gratitudine prosequamur. Illi ergo, a quo cuncta procedere novimus et humiliter confitemur quod ab eo recepimus, offerentes eius et apostolice sedis ac vestris obsequiis, nos quicquid possumus, quicquid sumus in perpetuum[c] humili voto et* incommutabili proposito devovemus, vobisque, beatissime pater, et[d] omnibus successoribus vestris catholicis ac eidem sancte Romane ecclesie, speciali matri nostre, omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus[e] impendisse noscuntur, nichil exinde volentes diminui, set magis augeri, ut nostra magis[f] devotio enitescat. (2) Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse noscuntur et dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sancimus, ut electiones prelatorum libere et canonice fiant, quatinus ille preficiatur ecclesie viduate, quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nichil desit de canonicis institutis. (3) Appellationes autem in negotiis et causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. (4) Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprie voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut[g] que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo recta

223. a) N. *T.* b) *cf. VU.* c) imperpetuum *R.* d) ac *T.* e) predecessoribus *R.* f) magis nostra *T.* g) Et *R.*

1) *De quo v. supra ad nr. 199 et nr. 90.*

distributione reddantur. (5) Super eradicando autem heretice pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. (6) Possessiones etiam[h], quas Romana[i] ecclesia recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores; et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mattildis[k], civitas Ravenne et Emilia, Bobium, Cesena, Forumpopuli, Forlivium, Faventia, Ymola, Bononia, Ferraria, Comaclum, Adrianis atque Gabellum, Ariminum, Vrbinum, Monsferetri[l], territorium Balnense, comitatus Brictenorii[m], exarchatus Ravenne, Pentapolis, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad Romanam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis in terra marique ad provincias, civitates[n], territoria et[o] loca predicta quoquo modo pertinentibus, ut suprascriptas[p] provincias, civitates, loca et territoria necnon et omnia supradicta[p] habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum coronam imperii vel pro neccessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab ipsis. (7) Omnia igitur supradicta tam propriis seu specialibus provinciarum, terrarum, civitatum atque locorum expressa vocabulis quam etiam non expressa et quecunque alia pertinent ad Romanam ecclesiam de voluntate et[i] conscientia, consilio et consensu principum imperii libere illi dimittimus, renuntiamus et restituimus, necnon ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet et efficacius intelligi, de novo concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentionis et dissensionis materia, firma pax et plena concordia inter ecclesiam et imperium perseverent. (8) Adiutores erimus ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum, quam ultra, necnon Corsicam et Sardiniam ac[q] cetera iura que ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. (9) Promittimus quoque beato Petro, celestis regni clavigero, ac vobis patri sanctissimo ipsius beati Petri ceterisque vestris successoribus et eidem Romane ecclesie, quod per nos vel per alium seu alios non occupabimus nec invademus in totum vel in partem aliquas terras ipsius ecclesie Romane aut vassallorum eius, quas[r] iure feudi vel sub census seu alterius prestationis titulo sive alio quocumque modo tenent ab ipsa ecclesia, nec eas vel earum aliquam procurabimus occupari per alium seu alios vel invadi. Quin etiam nec ipsas nec tenentes easdem, se vel terras ipsas nobis ultro volentes subicere, nec officium aliquod aut dignitatem vel quamcunque potestatem in terris eisdem et specialiter in civitate Romana recipiemus sub quocumque colore sine vestra seu successorum vestrorum licentia speciali. Et si qui eas occupare vel invadere temptarent, non solum denegabimus illis auxilium, consilium et favorem publicum et occultum, verum etiam ad requisitionem vestram vestrorumve successorum adiutores erimus contra illos in defendendis et conservandis eisdem. (10) Nec offendemus per nos vel per alium[s] vassallos ecclesie ipsius et specialiter magnificum principem dominum Carolum regem Sicilie illustrem seu heredes ipsius, nec volentibus ipsum offendere prestabimus auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, nec regnum Sicilie, quod idem rex Carolus ab eadem Romana tenet ecclesia, vel aliquam eius partem occupabimus aut invademus per nos vel per alium aut occupari vel invadi procurabimus, nec invadere aut occupare temptantibus prestabimus publicum vel occultum auxilium, consilium aut[t] favorem. (11) Alios etiam devotos ipsius ecclesie, qui eidem ecclesie astiterunt contra quondam Fredericum olim Romanorum imperatorem, heredes aut successores ipsius, propterea non gravabimus, set nichilominus favorabiliter prosequemur. Vassallos autem nostros contra predictorum aliquod facientes compescemus pro viribus bona fide. Servabimus

223. h) vero *R.* i) *deest R.* k) Mathildis *T.* l) Monsfeltri *T.* m) Britenorii *T.* n) *sequitur deletum* loca et *R.* o) et loca—et territoria *eadem manu in margine R.* p) *loco* suprascriptas—supradicta *VU:* eas. q) et *R.* r) sub *add. R.* s) alias *R.* t) vel *R.*

preterea et faciemus omnia et singula, que in canonibus positis sexagesima tertia distinctione, quorum quidem canonum alter 'Ego Lodovicus', alter vero 'Tibi domino pape' incipit, continentur. (12) Postquam autem Romam ad recipiendam unctionem, coronationem et imperiale diadema pervenerimus ipsaque perceperimus, premissa omnia et singula innovabimus seu de novo faciemus, et sine aliqua difficultate iuramenta prestabimus, que imperatores Romani hactenus prestiterunt. (13) Promittimus insuper, quod bona fide sine fraude ac malo ingenio procurabimus, quod omnes principes Alamanie laici promittent et iurabunt, se bona fide curaturos[u] et facturos[v], quod nos premissa omnia et singula inviolabiliter observemus, et si quod absit eadem non servaremus, ipsi principes nobis in hoc aliquatenus non assistent. (14) Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino N(icolao) sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici vestrisque successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur firmaque semper et inconvulsa permaneant, presens privilegium conscriptum iussimus aurea bulla typario nostre maiestatis impressa muniri ac ipsum ad perpetuam soliditatem et certitudinem vobis et ipsi Romane ecclesie exhiberi. (15) Promittimus insuper, quod postquam Romam ad recipiendam unctionem, coronationem et imperiale diadema pervenerimus ipsaque perceperimus, infra octo dies premissa omnia et singula innovabimus et de novo integre ac plenarie faciemus[1].

224. *TESTIMONIUM EPISCOPORUM DE IURAMENTO A REGE PRAESTITO. 1279. Febr. 14.*

Autographon, quod in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea' asservatur, descripsit Kehr[2]. *Sigillorum quattuor nonnisi fila serica supersunt. Cum membrana hic illic lacerata sit, textus lacunas emendare conati sumus. Dedit iam Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' III, 1 p. 294 nr. 4, qui non omnia recte emendavit.*

Hoc quidem testimonium scriptum esse ab homine Italo, formis nominum propriorum, inter quae Artimannus *legitur, satis evidenter evincitur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1064. (P. deest.)*

‖ Universis ‖ presentes litteras inspecturis Fredericus archiepiscopus Salseburgensis, Iohannes Chimensis et Wernahardus Saccouiensis episcopi salutem in auctore salutis.

Attendentes provide et intenta consideratione [pen]santes, quod fidelium gesta principum, illa potissime, per que Deo primum et eius vicario summo pontifici quod est dignum inpenditur et sancte matri ecclesie redditur [quod debetur, i]deo[a] scripturis autenticis committuntur, ut eorum semper durante memoria calumpnie retundantur aculei et dubitationis cuiuslibet propulsa caligine veritas ipsa [cunctis Christi fi]delibus[b] enitescat, presenti pagina duximus declarandum ad notitiam presentium et memoriam futurorum, quod serenissimus princeps dominus Rudolf[us Dei gratia Ro]manorum rex semper augustus in nostra et discreti viri magistri Giffridi decani ecclesie sancti Audomari Morinensis diocesis domini pape capellani et nun[cii ac aliorum quam p]lurium[a] propter hoc presentia constitutus, recitatis sibi [et] singillatim expositis hiis, que pluries religiosus vir frater Corradus minister fratrum [Minorum superior]is Alamanie primo et postmodum magister Gottifridus prepositus ecclesie Soliensis eiusdem regis prothonotarius, procuratores regis ipsius, in presen[tia sanctissimi pa]tris[c] domini N. pape III. et fratrum suorum ac aliorum multorum eiusdem regis nomine recognoverunt, ratificaverunt, acceptaverunt, confirmaverunt, [decreverunt], declaraverunt, innovaverunt, iuraverunt, dixerunt et fecerunt, de novo donaverunt et concesse-

223. u) facturos *R.* v) curaturos *R.*

224. a) *lacuna 11 litterarum or.* b) *13 litterae.* c) *12 litterae.*

1) *Cf. supra nr. 222 c. 8.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 42.*

runt ac etiam promiserunt eidem domino pape recipienti pro se et successoribus suis et Romana ecclesia, revocando etiam et annullando, quecumque per dictum regem vel quemcumque alium eius nomine contra predicta facta, dicta seu iurata fuerunt, prout in scripturis super hiis confectis plenarie continentur, recognovit expresse, quod predicta omnia et singula de suo speciali mandato et consensu recognita, ratificata, acceptata, confirmata, decreta, declarata, innovata, iurata, dicta et facta, de novo donata et concessa atque promissa, gesta et acta fuerunt. Et propterea volens ea robur firmitatis perpetue obtinere, ipsa omnia et singula recognovit, ratificavit, acceptavit, confirmavit, statuit et decrevit, innovavit, de novo donavit et concessit atque promisit memorato domino pape et suis successoribus ac Romane ecclesie supradictis, et voluit ac expresse concessit, quod eadem omnia et singula supradicta semper et inrefragabiliter plenam obtineant in iudicio et extra iudicium roboris firmitatem, ac si idem rex personaliter ipsa fecisset, dixisset, promisisset, iurasset, declarasset, statuisset ac decrevisset, lege seu constitutione aliqua non obstante, et que contra predicta[b] per se vel per alium facta, dicta seu iurata fuerunt, revocavit, cassavit et annullavit et omnibus viribus vacuavit. Et ut omnia et singula supradicta[c] maiori subsisterent firmitate, tactis sacrosanctis euangeliis iuravit in animam suam, se [fact]urum, impleturum et observaturum perpetuo ipsa omnia et singula, prout in predictis scripturis seriosius continentur, et quecumque alia, ad quorum observationem se per se ipsum vel per dictos procuratores obligaverit, continentur in eis, et contra ipsa vel eorum aliquod non venturum per se vel per alium perpetuo nec facturum[1]. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum una cum sigillo dicti decani munimine roborari.

Actum in castro Wienne[d], presentibus nobiscum et cum dicto decano discretis viris Henrico abbate Admontensi, Rudolfo imperialis aule cancellario, magistro Gottifrido preposito Soliensi prothonotario dicti regis, Nicolao archidiacono Tudertino, illustribus viris dominis Alberto et Artimanno fratribus ipsius regis filiis, de Habspurch et de Kyburch comitibus, lantgraviis Alsatie, ac spectabilibus viris dominis Frederico bulgravio de Nurenberch, Hanrico marchione de Hahperch, Burchardo de Hohenberch et Henrico de Furstenberch comitibus, Henrico Sluzellino ipsius regis capellano, magistro Chunrado de Herwelingen et pluribus aliis.

Dat. anno Domini millesimo CCLXXIX, indictione VII, regnante predicto domino R. Romanorum rege glorioso, anno regni eius VI, XVI. Kalen. Marcii.

225. *LITTERAE CONSENSUS PRINCIPUM ELECTORUM CONIUNCTIM SCRIPTAE. 1279.*

Litteras has, quae nostro idiomate 'Gesamtwillebrief' dici solent, de quarum indole et ratione Kaltenbrunner 'Mittheilungen des Instituts' Ergänzungsband I, 376—398 fusius egit, cuius commentationi imago photographica adiecta est, proponimus ex duobus autographis in tabulario secreto Vaticano 1) *Arm. I c. VIII nr. 1 et* 2) *ibidem nr. 2 asservatis, quae contulit Kehr*[2]. *Pendent novem sigilla filis sericis, de quibus v. ea quae notata sunt apud Kaltenbrunner l. c. 376 n. 2. Sigillorum autographi* 1 *desideratur sigillum Iohannis marchionis Brandeburgensis; apud* 2 *desunt sigilla Treverensis, Coloniensis archiepiscoporum, alterius Ottonis marchionis Brandenburgensis. Inter sigilla quae pendent*

224. b) *fere evanidum or.* c) *praecedit parva rasura or.; erasum esse videtur* et. d) Wienn̄ *or.*

1) *V. supra nr. 221 prooemium.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIV, 358 nr. 43. 44. Autographon* 2 *superesse, vir d. Kaltenbrunner ignorabat. Quod novem subscriptiones autographas dicit Kehr l. c., memoria virum doctissimum lapsum esse apertum est.*

duorum ducum Saxoniae triumque marchionum Brandenburgensium minora intercedere intervalla notandum est; cf. Kaltenbrunner l. c. 378.

Exaratum est utrumque autographon ab homine Italo Giffridi comite, ut ex orthographia et formis nominum plane evincitur.

Sigilla, prout Giffridus iter Germanicum absolveret, appensa sunt ita: Trevirensis die Sept. 27, Coloniensis Iun. 2, Moguntini Sept. 27[1]*, Palatini comitis et ducum Saxoniae Viennae Mart. 19*[2]*, marchionum Brandeburgensium Sept. 5. 6. 12*[3]*. De quibus v. Kaltenbrunner l. c. 382 sq. et infra p. 215 n. 3. Cf. etiam ea quae nostri documenti plicae inscripta sunt. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1062.* *(P. 421.)*

Nos principes imperii universis presentem paginam inspecturis.

Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quasi quadam[a] germana caritate Germaniam illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen[4] temporaliter tantum presidentium super terram, plantans in ea principes tanquam arbores preelectas et rigans ipsas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirande potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti velut germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena Romani[b] teneret imperii, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesie per luminare maius[5], Christi vicarium, illustratum. Hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit et convertit, ut eius presidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et bonorum[6]. Ut igitur omnis materia dissentionis et scandali seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam et imperium auferantur et hii duo gladii in domo Domini constituti debito federe copulati se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filii devotionis et pacis[7], qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur[8], quicquid per dominum nostrum R. Dei gratia Romanorum regem semper augustum sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao pape III. eiusque successoribus et ipsi Romane ecclesie recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum sive concessum, iuratum et actum seu factum est per privilegia vel quecunque[c] alia scripta quorumcunque[d] tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus et factis seu gestis tam aliorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum regis eiusdem quam ipsius regis, et specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia et reverentia per Romanos[b] imperatores et reges Romanis pontificibus et ipsi ecclesie impendendis ac possessionibus, honoribus et iuribus eiusdem ecclesie, et nominatim super tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra comitisse Matildis, civitate Rauenne et Emilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Forliuio,

225. a) quadam quasi 2. b) Romañ 1. 2. c) quecūque 1; quecumque 2. d) quorumcumque 2.

1) *Cuius appensionis testimonium v. infra nr. 231.* 2) *V. etiam infra nr. 226. 227.* 3) *V. etiam infra nr. 228.* 4) *Phil. 2, 9.* 5) *Cf. Gen. 1, 16 et c. 6 De maior. et obed. X (I, 33). Hanc duorum luminarium doctrinam ab Innocentio III. in epistola a. 1198. Oct. 30 priori et aliis rectoribus Tusciae et Ducatus directa (I, 401. Potthast 403) fusius exponi itemque c. 10 Di. 96 conferendum esse, monuit vir cl. M. Tangl.* 6) *1. Petr. 2, 14.* 7) *Luc. 10, 6.* 8) *Bona huius enuntiati pars consentit cum arenga consensus principum de recuperationibus Romanae ecclesiae et regni Siciliae a. 1220. Apr. 23 supra tom. II, 84 nr. 72, cuius verba sunt haec:* Nos principes imperii universis presentem paginam inspecturis. Ut tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis seu etiam rancoris occasio inter ecclesiam et imperium, et hii duo gladii in domo Domini constituti intime dilectionis federe copulati exurgant in reformationem universi populi christiani et merito mundo appareant in omnem exhibitionem iustitie et veritatis illa duo magna luminaria posita in medio firmamenti, et nos in opere et voluntate filii inveniamur omni tempore devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur ac etiam unanimiter gubernare quicquid *etc.*

Fauentia, Ymola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atque Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetri, territorio Balnensi, comitatu Brectenorii, exarcatu Rauenne, Pentapoli, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique ad provincias, civitates, territoria et loca predicta quoquo modo spectantibus, necnon super civitate Romana et regno Sicilie cum omnibus ad ipsam spectantibus, tam citra Farum quam ultra, Corsica quoque atque Sardinia et ceteris terris ac iuribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus nos nostri nomine principatus in omnibus et per omnia approbamus et ratificamus ac eisdem omnibus et singulis et quibuscunque[e] aliis super eisdem per eundem regem quoquo modo factis et in posterum faciendis voluntatem nostram, assensum atque consensum unanimiter et concorditer exhibemus et promittimus, quod contra premissa vel aliquod premissorum nullo unquam tempore veniemus, set[f] ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hec nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio a nobis eisdem Romanis pontificibus et ecclesie in perpetuum observentur, hoc presens scriptum inde fieri fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratum.

Act. et dat. anno Domini millesimo CC septuagesimo nono, indictione VII, regnante domino nostro predicto domino R. Romanorum rege glorioso, regni eius anno sexto.

In plica aliis ut videtur, sed eiusdem cancellariae manibus, ut singula sigilla, prout Giffridus iter Germanicum absolveret, suo quodque loco appenderentur, inscripta sunt haec:

Sigillum[g] Henrici archiepiscopi Treuerensis.
§ Sigillum[g] Sifridi archiepiscopi Coloniensis.
Sigillum Warneri[h] archiepiscopi Maguntini.
§ Sigillum[g] Ludouici comitis palatini Reni ducis Bawarie.
§ Sigillum[g] Iohannis ducis Saxonie.
§ Sigillum[g] Alberti ducis Saxonie.
Sigillum[g] Iohannis marchionis Brandeburgensis.
Sigillum[g] Ottonis marchionis Brandeburgensis.
Sigillum[g] Ottonis[i] marchionis Braudeburgensis.

226. *LITTERAE CONSENSUS LUDOWICI COMITIS PALATINI SEPARATIM DATAE. 1279. Mart. 19.*

Praeter consensum nr. 225 a principibus electoribus coniunctim datum iubente Nicolao III. papa scriptae sunt singillatim 28 litterae, scilicet ab eisdem novem electoribus aliisque 19 principibus ecclesiasticis et saecularibus, inter quos etiam comes Tirolensis et Goricensis, de quo v. Kaltenbrunner 'Mittheilungen' l. c. 383 n. 1. Quarum litterarum omnium textus vel summaria invenit Kaltenbrunner (l. c. 382) in Libri privilegiorum Romanae ecclesiae fragmentis, quae praebet cod. Ottobonianus 2546 fol. 1—61; summaria postea publicavit 'Actenstücke' p. 166 sqq. passim. Nos satis habemus, sub nr. 226—228 integras edere eas, quarum autographa adhuc supersunt[1]; ceteroquin omnes in adnotatione

225. e) quibuscumque 2. f) sed 2. g) Sig. 1. h) Werneri 2. i) *fere evanidum* 1. 2.

1) *Omnia quaecumque Kaltenbrunner 'Mittheilungen' l. c. 379 n. 3 de editionibus explicare nescit, ad Baronii Annales ecclesiasticos redeunt. Unde et Goldastus litteras consensus quattuor principum saecularium, quas in Constitutionum collectione (editio a. 1713 I, 312 = editio a. 1607 I, 92; cf. Rationale a. 1607 p. 85) praebet, suo Marte fabricatus est, quem Lünigius deinceps et alii in ea re secuti sunt; et Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 135 didicit, quo die duces Saxoniae consensum praebuerint.*

enumeramus, ordinem secuti, non eum quem Liber privilegiorum adhibet ad contextuum affinitatem dispositum levi modo inter se discrepantium, sed chronologicum, ex quo et Giffridi, qui usque ad finem m. Martii Viennae moratus est, itinerarium[1] *et eius cum archiepiscopis Rhenanis negotiationes*[2] *cognoscuntur*[3].

Autographon litterarum Ludowici comitis Palatini, quod exstat in tabulario Vaticano Arm. I c. VIII nr. 3, descripsit Kehr[4]. *Sigillum adhuc pendet. Edidit in forma abbreviata Zaccagni l. c. Append. p. 112; editio Theineri l. c. I, 247 sub nr. 393 ex transsumto Iohannis de Amelio sumpta est*[5]. *Scriptum est ab homine Italo, Giffridi comite; concordat cum lectionibus autographi* 2 *supra nr. 225. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1075.*

(P. deest.)

Lodowicus Dei gratia comes palatinus Reni dux Bawarie universis presentem paginam inspecturis salutem in auctore salutis.

Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quadam quasi germana caritate Germaniam illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum presidentium super terram, plantans in ea principes tanquam arbores preelectas et rigans ipsas gratia singulari[a], illud eis dedit incrementum mirande potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti velut germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena Romani[b] teneret imperii, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesie per luminare maius, Christi vicarium, illustratum. Hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit et convertit, ut eius presidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et bonorum. Ut igitur omnis materia dissentionis et scandali seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam et imperium auferantur et hii duo gladii in domo Domini constituti debito federe copulati se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filius devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur, quicquid per dominum nostrum R. dei gratia Romanorum regem semper augustum sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao pape III. eiusque successoribus et ipsi Romane ecclesie recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum sive concessum, iuratum et actum seu factum est per privilegia vel quecumque alia scripta quorumcumque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus et factis seu gestis tam

226. a) ipsas gratia siu *in rasura or.* b) Romañ *or.*

1) *Cf. Kaltenbrunner 'Mittheilungen' p. 385 sq.* 2) *V. infra nr. 229. 230.* 3) *Dederunt litteras consensus 1279. Mart. 8 Viennae Heinricus comes Palatinus (Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 166 nr. 151); Mart. 19 (Viennae) duces Saxoniae, itemque Ludowicus comes Palatinus (ibidem nr. 152 et p. 167 nr. 153); Mart. 23 Viennae archiepiscopus Salzburgensis (ibidem nr. 154); Apr. 9 episcopus Wirzburgensis (nr. 155); Iun. 2 archiepiscopus Coloniensis (p. 173 nr. 161); Iun. 7 episcopus Leodiensis (p. 184 nr. 171); Aug. 6 dux Brabantiae (p. 186 nr. 174); (Aug.) episcopus Monasteriensis (p. 189 nr. 177); Sept. 5. 6. 12 marchiones Brandenburgenses quattuor (ibidem nr. 178. 179. 180 et p. 190 nr. 181); Sept. 13 dux Brunswicensis (ibidem nr. 182); Sept. 27 archiepiscopi Moguntinus et Treverensis, episcopus Spirensis (nr. 183. 184 et p. 191 nr. 185); Sept. 28 episcopus Argentinensis (ibidem nr. 186); Sept. 29 abbas Murbacensis (nr. 187); Oct. 19 episcopus Basiliensis (p. 193 nr. 190); Oct. 23 episcopus Constantiensis, abbates S. Galli et Augiae (ibidem nr. 191. 192. 193); Oct. 29 episcopus Augustensis (p. 194 nr. 194); Nov. 1 episcopus Ratisponensis (ibidem nr. 195); Nov. 4 episcopus Pataviensis (nr. 196); Nov. 6 episcopus Gurcensis (nr. 197); Nov. 7 ultimus comes Tirolensis (nr. 198). — Böhmer, Reg. imp. VI, 1062. 1071. 1075. 1151.* 4) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 45. Quod vir d. Kaltenbrunner non vidit.* 5) *V. ibidem 375 nr. 21.*

aliorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum regis eiusdem quam ipsius regis, et specialiter super fidelitate obedientia, honorificentia et reverentia per Romanos[b] imperatores et reges Romanis[b] pontificibus et ipsi ecclesie impendendis ac possessionibus, honoribus et iuribus eiusdem ecclesie, et nominatim super tota terra, que est á Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra comitisse Matildis, civitate Rauenne et Emilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Forliuio, Fauentia, Ymola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atque Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetri, territorio Balnensi, comitatu Brectenorii, exarcatu Rauenne, Pentapoli, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique ad provincias, civitates, territoria et loca predicta quoquo modo spectantibus, necnon super civitate Romana et regno Sicilie cum omnibus ad ipsam spectantibus tam citra Farum quam ultra, Corsica quoque atque Sardinia et ceteris terris ac iuribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus nos nostri nomine principatus in omnibus et per omnia approbamus et ratificamus ac eisdem omnibus et singulis et quibuscumque aliis super eisdem per eundem regem quoquo modo factis et in posterum faciendis voluntatem nostram, assensum atque consensum sponte ac inrevocabiliter[c] exhibemus et promittimus, quod contra premissa vel aliquod premissorum nullo unquam tempore veniemus, sed ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hec nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio á nobis eisdem Romanis pontificibus et ecclesie in perpetuum observentur, hoc presens scriptum inde fieri fecimus nostri[d] sigilli munimine roboratum.

Act. et dat. anno Domini millesimo CC septuagesimo nono, XIIII. Kalen. Aprilis, indictione VII, regnante domino nostro predicto domino R. Romanorum rege glorioso, regni eius anno sexto.

227. *LITTERAE CONSENSUS DUCUM SAXONIAE SEPARATIM DATAE.*
1279. Mart. 19.

Autographon eiusdem tabularii Arm. C fasc. 37 nr. 2 descripsit Kehr[1]. *Cuius sigillum plica avulsa periit. Neque vero quicquam est, cur de diplomate olim sigillato dubitemus. Ediderunt integre Kopp l. c. III, 1 p. 295 nr. 5 et in forma abbreviata Theiner l. c. I, 248 sub nr. 393. Scriptum est ab homine Italo; item concordat cum lectionibus autographi* 2 *supra nr. 225. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1075.* *(P. deest.)*

Iohannes et Albertus fratres duces Saxonie universis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus.

Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quadam quasi germana caritate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum presidentium super terram, plantans in ea principes tanquam arbores preelectas et rigans ipsas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirande potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti velut germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena Romani teneret imperii, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesie per luminare maius, Christi vicarium, illustratum. Hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit et convertit, ut eius presidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et

226. c) sponte ac inrevocabiliter *in rasura or.; cf. nr. 225.* d) *sequitur rasura or.; cf. ibidem.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 46.*

bonorum. Ut igitur omnis materia dissencionis et scandali seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam et imperium auferantur et hii duo gladii in domo Domini constituti debito federe copulati se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filii devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur, quicquid per dominum nostrum R. Dei gratia Romanorum regem semper augustum sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao pape III. eiusque successoribus et ipsi Romane ecclesie recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum sive concessum, iuratum et actum seu factum est per privilegia vel quecumque alia scripta quorumcumque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus et factis seu gestis tam aliorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum regis eiusdem quam ipsius regis et specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia et reverentia per Romanos[a] imperatores et reges Romanis pontificibus et ipsi ecclesie impendendis ac possessionibus, honoribus et iuribus eiusdem ecclesie et nominatim super tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra comitisse Matildis, civitate Rauenne et Emilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Forliuio, Fauentia, Ymola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atque Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetri, territorio Balnensi, comitatu Brectenorii, exarcatu Rauenne, Pentapoli, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique ad provincias, civitates, territoria et loca predicta quoquomodo spectantibus necnon super civitate Romana et regno Sicilie cum omnibus ad ipsam spectantibus tam citra Farum quam ultra, Corsica quoque atque Sardinia et ceteris terris ac iuribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus nos nostri nomine principatus in omnibus et per omnia approbamus et ratificamus ac eisdem omnibus et singulis et quibuscumque [aliis][b] super eisdem per eundem regem quoquo modo factis et in posterum faciendis voluntatem nostram, assensum atque consensum unanimiter et concorditer exhibemus et promittimus, quod contra premissa vel aliquod premissorum nullo unquam tempore veniemus, sed ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hec nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio a nobis eisdem Romanis pontificibus et ecclesie in perpetuum observentur, hoc presens scriptum inde fieri fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratum.

Act. et dat. anno Domini millesimo CC septuagesimo nono, XIIII. Kaln. Aprilis, indictione VII., regnante domino nostro predicto domino R. Romanorum rege glorioso, regni eius anno sexto.

228. *EPISTOLA PAPAE ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO MISSA.*
1279. Aug. 29.

Dedit ex Registri Nicolai III. tom. II (Reg. Vat. tom. 40) fol. 79' iam olim Zaccagni l. c. Append. p. 106. Denuo contulit Pogatscher. Cf. epistolam similem archiepiscopo Trevirensi directam ex eodem Registro profluam Zaccagni l. c. Append. p. 107. — Potthast 21631. *(P. deest.)*

Nicolaus etc. archiepiscopo Maguntino.

Cedere tuis sensibus in suavitatis et delectationis debet augmentum, apostolica mandata semper devote suscipere ac illa prosequi reverenter, cum ad hoc ex debito tenearis nec deceret, immo inconveniens haberetur, si secus interdum contingeret in-

227. a) Romañ *or.* b) *evanidum or.*

veniri, maxime cum de nostris et ecclesie Romane negotiis ageretur. Miramur igitur nec indigne animi concitatione movemur, quod cum dilectus filius Giffridus de Anagnia decanus ecclesie sancti Audomari Morinensis diocesis capellanus noster tibi ex parte nostra super huiusmodi negotiis sub certa forma litteras apostolicas presentasset[1], te certis hesitationibus dubitante, quas nuper nobis per dilectum filium Conradum cantorem ecclesie Aschafnburgensis Maguntine diocesis tuum nuntium intimasti, obtatus effectus ex eisdem apostolicis litteris non advenit. Quod eo gravius in te nec mirum attendimus, quo pontificali preditus dignitate maiori teneris affectione precurrere ac tui exemplo alios excitare ad nostrorum observantiam mandatorum. Quare fraternitatem tuam monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus nostris et ipsius ecclesie beneplacitis te conformans tenorem litterarum ipsarum tibi per capellanum presentatarum eundem sic prompte ac provide adimpleas et observes, quod nullum in te locum reprehensionis morsus inveniat, sed providam promptitudinem, quam ad nos et eandem geris ecclesiam, in hoc specialiter representes nec occasione tui dispositio sedis apostolice quomodolibet differatur.

Dat. Suriani, IIII. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno secundo.

229. *LITTERAE CONSENSUS MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS SEPARATIM DATAE. 1279. Sept. 12.*

Autographon eiusdem tabularii Arm. I c. VIII nr. 7 contulit Kehr[2]. Pendet sigilli fragmentum. Edidit Zaccagni l. c. Append. p. 110; editio Theineri l. c. I, 248 sub nr. 3 ex transsumto Iohannis de Amelio[3] sumpta est. V. etiam supra pag. 215 n. 3. Scriptum est ab homine Italo. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1075. (P. deest.)

Otto Dei gratia marchio Brandeburgensis universis presentem paginam inspecturis.

Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quadam quasi germana caritate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum presidentium super terram, plantans in ea principes tanquam arbores preelectas et rigans ipsas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirande potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti velut germen electum per ipsorum electionem illum qui frena Romani[a] teneret imperii, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesie per luminare maius Christi vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit et convertit, ut eius presidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et bonorum. Ut igitur omnis materia dissencionis et scandali seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam et imperium auferantur et hii duo gladii in domo Domini constituti debito federe copulati se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filii devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur, quicquid per dominum nostrum R. Dei gratia Romanorum regem semper augustum sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao pape III. eiusque successoribus et ipsi Romane ecclesie recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum sive concessum, iuratum et actum seu factum est per privilegia vel quecumque alia scripta quorumcumque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus et factis seu gestis tam aliorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum regis eiusdem quam ipsius regis et spe-

229. a) Romañ *or.*

1) *Supra nr. 220.* 2) *V. 'Neues Archiv' 359 nr. 47.* 3) *V. ibidem 375 nr. 22.*

cialiter super fidelitate obedientia honorificentia et reverentia per Romanos[a] imperatores et reges Romanis pontificibus et ipsi ecclesie impendendis ac possessionibus, honoribus et iuribus eiusdem ecclesie et nominatim super tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra comitisse Matildis, civitate Rauenne et Emilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Forliuio, Fauentia, Ymola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atque Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetri, territorio Balnensi, comitatu Brectenorii, exarcatu Rauenne, Pentapoli, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus territoriis atque insulis in terra marique ad provincias civitates territoria et loca predicta quoquomodo spectantibus nec non super civitate Romana et regno Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum quam ultra, Corsica quoque adque Sardinia et ceteris terris ac iuribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, nos nostri nomine principatus in omnibus et per omnia approbamus et ratificamus, ac eisdem omnibus et singulis et quibuscumque aliis[b] super eisdem per eundem regem quoquomodo factis et in posterum faciendis voluntatem nostram, assensum atque consensum inrevocabiliter exhibemus et promittimus, quod contra premissa vel aliquod premissorum nullo unquam tempore veniemus, sed ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hec nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio a nobis eisdem Romanis pontificibus et ecclesie in perpetuum observentur, hoc presens scriptum inde fieri fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratum.

Dat. et act. anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, II. Idus Septembr., regnante predicto domino nostro domino R. Romanorum rege glorioso, regni eius anno sexto.

230. *EPISTOLA PAPAE GIFFRIDO DIRECTA.* (*Sept.*)

Dedit ex eodem ac nr. 228 Registro fol. 80 Zaccagni l. c. Append. p. 107. Denuo contulit Pogatscher. — Potthast 21638. (*P. deest.*)

Nicolaus etc. dilecto filio Giffrido de Anagnia decano ecclesie de sancto Audomaro Morinensis diocesis capellano nostro salutem etc.

Receptarum nuper ex parte tua litterarum prelectione collegimus, quod a venerabilibus fratribus nostris . . Maguntino et . . Treverensi archiepiscopis, non completis hiis pro quibus ad eos iuxta beneplacitum nostrum accesseras[a], quasi non rediturus ulterius recessisti. Ad quod scire te volumus, quod diebus istis preteritis ad nos duos eorum clericos iidem archiepiscopi destinarunt, nobis certas causas quare id contigerat nuntiantes. Quos quidem clericos e vestigio cum litteris nostris ad archiepiscopos ipsos remisimus, per quas, sicut dicti clerici coram nobis certitudinaliter asserebant, premissorum consumationem provenire speramus. Studeas itaque per te ipsum vel per nuntios aut alios sicut expediet sollicite procurare, quod ea que de mandato nostro prosequeris, effectu prospero per eosdem archiepiscopos compleantur.

Dat. Viterbii[1].

231. *RECOGNITIO GIFFRIDI MOGUNTINO ARCHIEPISCOPO TRADITA.* (*Sept. 27.*)

Autographon huius recognitionis, per quam Giffridus archiepiscopum Moguntinum litteras consensus quae dicuntur 'Gesamtwillebrief' supra nr. 225 sigillavisse testatur,

229. b) *evanidum or.*

230. a) *sequitur* ad eos *deletum c.*

1) *Hic papa certe diebus Sept. 13 usque ad Oct. 9 morabatur.*

superest in tabulario generali regni Bawarici 'Mainz Erzstift' fasc. 27. Pendet sigillum Giffridi fere illaesum loro membranacco. Quod a. 1897. a nobis inventum iam publicavimus 'Neues Archiv' XXIII, 671 nr. 2, quam editionem hic repetimus. Cf. p. 215 n. 3. — Böhmer, Reg. imp. VI deest. *(P. deest.)*

Nos Gifridus de Anagnia decanus ecclesie sancti Audomari, domini pape capellanus et nuncius, recognoscimus dominum Wernherum archiepiscopum Maguntinum sigillasse subscriptas litteras in hec verba:

'Nos principes imperii universis presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim — munimine roboratum.

Act.[a] et dat. anno Domini millesimo CCLXXVIIII, indict. VII, regnante domino nostro predicto domino R. Romanorum rege glorioso, regni eius anno sexto.' *supra nr. 225.*

---

232. COLLECTIO STURAE GENERALIS TERRAE AUSTRIAE.

(1278.)

Cum mandata regis iam non supersint, proponere liceat litteras excusatorias cuiusdam episcopi regi directas, quae traduntur in E *fol. 157' nr. 292, de quo codice v. supra ad nr. 14—16. Est enim rubrum* Excusacio collectoris sture apud regem. *De tempore et ratione v. Regesta imperii VI, 906 et 904a. Epistola cum in* E *media inter alia documenta Salzburgensia legatur, dubitari vix potest, quin et ipsa a Friderico archiepiscopo Salzburgensi ad regem directa sit. — Böhmer, Reg. imp. VI, 906.*

(P. deest.)

Serenissimo domino etc.

Nichil in regia maiestate lucidius quam fideles ab infidelibus discernere et utrorumque opera et merita ponderare, ut ex regali consideracione infideles[a] pro eorum delictis penam debitam suscipiant et fideles pro eorum meritis condigna premia recipiant et reportent. Hinc est quod apicem vestre celsitudinis condecet opera favorabiliter considerare, que dilectus t(alis) t(alis) monasterii prepositus, noster capellanus, tamquam servus fidelis et prudens in[b] commisso sibi ex parte vestri negocio prudenter et fideliter operatur, in eo videlicet quod in colleccione sture generalis possessiones cultas ab incultis, mendicos et inopes a divitibus segreget[c] et discernat, imponens unicuique secundum sue possibilitatis modulum summam congruentem. Cum igitur pro maiori parte possessiones t(alis) ecclesie tam in partibus superioris Austrie circa Anasum quam in Stir(ie) et Karint(ie) partibus tum propter sediciosi preteriti temporis maliciam, tum eciam propter sterilitatis et pestilencie serviciam reperiantur proch dolor adeo desolate, quod et prefatus t(alis) in colleccione steure vobis debite consequi ad plenum suam non poterit intencionem, sicut et quam plures fidedigni una nobiscum per legittima documenta edocti testimonium perhibent veritati, vestram regalem excellenciam duximus attencius exhortandam, quatinus si emuli nostri, persecutores nostri

231. a) *linea dati atramento fusciori mutato ductu scripta est or.*

232. a) infidelibus *E.* b) et *E.* c) segregat *E.*

commodi et honoris, aliud forte vobis et de prelibato t(ali) falso scribunt vel suggerunt, quam se veritas habeat, vestra serenitas aliud credere dedignetur, quia nullatenus eiusdem t(alis) vel alterius personam coram maiestate regia discrecionis et fidei tytulis extolleremus, quam sciremus alicuius perfidie maculis obfuscatam. Idem enim t(alis) Deo teste in huiusmodi steure colleccione nichil obmisit de contingentibus nec obmittit, adhibendo omnem quam potest [ad] finem consummacionis opem et operam diligentem.

---

233. CONFIRMATIO SENTENTIAE IN FAVOREM FORI ECCLESIASTICI.

1279. Febr. 14.

Confirmationem sententiae Friderici II. a. 1218. Oct. 22. prolatae praebet tom. VI fol. 34' nr. 51 Librorum camerae Salzburgensis ('Salzburger Kammerbücher') in tabulario Vindobonensi asservatorum, quem nos ipsi contulimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1065. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presentibus profitemur, quod viri venerabiles nuncii et canonici capituli Salzburgensis ecclesie litteras incliti predecessoris nostri domini Friderici divi Romanorum regis semper augusti nostris obtulerunt oculis et manibus penitus in hec verba:

'Fridericus Dei gratia — indictione VII.' *supra tom. II, 76 nr. 63.*

Cupientes itaque ad imitacionem divorum principum Romanorum sentencias publicas a sacri inperii obtimatibus conditas et que videntur ex equitatis visceribus emanare non solum equo animo tolerare, verum eciam virtute Romani culminis defendere ac tueri, supradictam sentenciam ratam habentes et gratam ipsam presencium robore innovamus.

Datum et actum Wienne, anno Domini MCCLXX nono, regni nostri anno sexto, XVI. Kalen. Marcii.

---

234. STATUTUM DE INQUISITIONE VULGARI PER CARINTHIAM OBSERVANDA.

1279. Mart. 8.

Contulimus autographon in tabulario Vindobonensi asservatum. Pendet sigillum parum laesum. De ratione v. Regesta imperii[1]. *— Böhmer, Reg. imp. VI, 1070. (P. deest.)*

1) *Conferenda sunt etiam statuta Heinrici regis Bohemiae, ducis Carinthiae a. 1312. Apr. 25. contra terrae nocivos Theotonice promulgata, quorum autographon item servatur in tabulario Vindobonensi; quod iam olim publici iuris fecit Hormayr 'Beyträge zur Geschichte Tirols' II, 399.*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis comitibus, nobilibus, ministerialibus, vassallis, militibus ac ceteris terre Karinthie incolis dilectis fidelibus suis imperpetuum[a].

Quoniam ex assumpti regiminis debito subiectorum fidelium nostrorum profectibus invigilare nos convenit et eisdem grata quietis et pacis ubilibet commoda preparare, nos de statu terre vestre collapso deformiter reformando solliciti plurimum et intenti, cum principibus et fidelibus nostris ac specialiter quibusdam ministerialibus terre predicte ad hoc eciam advocatis, tractatum habuimus salutarem disquirentes attencius, qualiter antedicta provincia in anxietatibus et pressuris posita circumquaque salutifere provisionis nostre remedio liberetur a noxiis et iuxta sui pristini status formam votivis tranquillitatis commodis pociatur. Itaque deliberacione super premissis habita diligenti de consilio principum, fidelium et ministerialium predictorum ad abolendas quasdam consuetudines iuri ac racioni contrarias in magnum ipsius terre dispendium hactenus observatas hoc statutum, quod imperpetuum observari precipimus inconcussum, pro conservacione patrie duximus edicendum: videlicet quod super culpis, excessibus et forefactis quibuslibet, que in prefata terra in communis pacis excidium et reipublice detrimentum non modicum hactenus emerserunt aut eciam in futurum emerserint, corrigendis per inquisicionem vulgarem, que vulgariter gewizzende dicitur, erit semper inantea contra pacis et patrie turbatores quoslibet procedendum, non obstante qualibet consuetudine per iuris abusum ibidem in contrarium hactenus observata. Ut autem hec nostra constitucio in terra sive ducatu predicto perpetuo stabilis et inconvulsa permaneat et ab omnibus terre incolis firmiter observetur, presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Actum et datum Wienne, VIII. Idus Marcii, indiccione VII., anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, regni vero nostri anno VI.

235—258. TRACTATUS UNIONIS CUM KAROLO REGE SICILIAE.

1279. Iun. 3. — 1281. Sept. 5.

Quoniam litteras regis Rudolfi Nicolao III. papae directas de tractanda cum rege Siciliae unione una cum aliis litteris credentialibus iam supra nr. 210 proposuimus, hic primum Nicolai epistolas et instructiones accuratissimas, quibus ille regum tractationes dirigi voluit, alia deinceps acta procuratorum amplius negotiantium, Rudolfi regis privilegia et litteras itemque omnia alia documenta ad hos tractatus spectantia eodem sub lemmate exhibemus. His tamen ex documentis ea acta, quae ad constitutionem vicariorum generalium in Tuscia spectant, quamvis artissime cum ceteris quoad personas et tempora cohaereant, non hoc loco, sed separatim infra sub nr. 265—269 edemus.

De omnibus his rebus cf. ea quae Kaltenbrunner 'Actenstücke' sub nr. 162. 166. 208. 224. 230. aliis, atque Redlich in Regestis imperii VI, 1092. 1096. 1154. 1156a. 1298a. fusius exposuerunt.

234. a) Imperpetuum *litteris maioribus atramento pallidiori, fortasse alia manu additum or.*

235. *LITTERAE NICOLAI III. AD RUDOLFUM REGEM. 1279. Iun. 3.*

Dedit Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 173 nr. 162 ex Registro Nicolai III. tom. II (Reg. Vat. tom. 40) fol. 70', cuius editionem repetimus. Cf. Kaltenbrunner l. c. nr. 163—165 hic non repetendos, quos iam notavit Posse 'Analecta Vaticana' nr. 980 (Böhmer, Reg. imp. VI, 1093. 1094. 1095). — Potthast 21592. Böhmer, Reg. imp. VI, 1092.

(P. deest.)

Nicolaus etc. carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Mundum pugillo continens[1] omnium conditor[a], rex eternus principes in illo constituit populo, quem redemit limitatis gradibus dignitatum, et illos sibi preelectos assumens eos columpnas infixit, quibus populus christianus inhereat et sub eorum ducatu tuti procedant ambulantes in luce per eius semitas mandatorum ac eis relucentibus radiis claritatum hesitantes in fide catholica contremiscant et pseudopopuli conculcentur. Hii sunt Christi pugiles, quorum strenuitate christiani populi proteguntur et exultant in Domino sic protecti. Hii sunt turres fortitudinis[2], in quibus dulci sopore quiescit ecclesia et hiis dimicantibus in huius seculi stadio militari tabescunt et fremunt impii ac pereunt desideria peccatorum. Voluit quoque summus ille provisor horum habere custodes, Petri videlicet successores, qui more pastorum vigiles et principes et populos custodirent, gratia salutari dirigerent et unitate servarent, ut et ipsi talium unitate succincti extirparent errores, protervos abicerent et oberrantes reducerent ad semitam veritatis. (2) Digne quidem ab olim Romana desideravit et affectat ecclesia et nos, qui gerimus in terris licet immeriti vices Christi, sollicitudinis pastoralis officio nostrum exercitium excitamus indefessis studiis intendentes, quod inter te et carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem, quos sibi eadem ecclesia in filios specialiter adoptavit et divina provisio multorum principes statuit populorum, sinceritatis amenitas et intime caritatis integritas nutriantur, ut sub potentatus utriusque dominio cessent seculi tempestates et fluctuationes abeant procellarum. Nec indigne infra precordia nostra gaudio multo reficimur et exultamus in Domino, dum illum nobis et tibi ac eidem regi sentimus esse propitium, qui gloriosus trinus et unus ubique servari precepit gratiam unitatis, dum eo liniente percipimus corda vestra dulcescere, immo uniri potius commixtione licorum nutrientium caritatem, et dum speramus, vos in unum nobis unanimes sincera devotione constringere, serenare precordia et in vestris quod in nostris affectibus resultare, ut nos et vos solide in agendis ad laudem Altissimi procedamus, hec inquam in pectore nostro dulcescunt et grate referimus. (3) Nam sicut diebus istis amena suavitate collegimus, nos cogitatus nostros circa premissa non sine multis studiis diffundentes, in eo potissime grata perceptio serenavit, quod te ac tandem regem eundem super hiis requisitos a nobis invenimus unitatis gratie sectatores. Unde non immerito per predecessores nostros super hoc habitos tractatus[3] resumpsimus et illos per nos ac alios, prout videbamus expediens, extitimus prosecuti sicque ut futuris eventibus quevis sinistri tollatur occasio et radicetur in solido tante solium caritatis, diversos et varios articulos, pro ipsius regis hactenus parte petitos, ad limam correctionis nostre reduximus et sollicitudinibus laboriosis et studiis pro maiori quiete tua ex eis resecatis aliquibus et aliis, ut decuit, temperatis, nonnullos etiam in favorem tuum per nos ipsos inventos et de novo confectos de pleno regis eiusdem et mansueto consensu in certa capitula[4] redigi fecimus tibi non immerito placitura, que per nos et fratres nostros perfecta

235. a) condituro *K*.

1) *Cf. Ies. 40, 12.* 2) *Ps. 60, 4.* 3) *Cf. supra p. 169 n. 1.* 4) *Infra nr. 237.*

maturitate discussa sub bulla nostra transmittimus tuis applicanda sensibus, regio vallanda consensu et placide memorie conscribenda. Et quia indissolubile matrimonii vinculum divinitus institutum ex institutione sua virtutem in se obtinet connexivam, inter alia non sine multa discussione providimus, quod inter te ac regem eundem caritatis unitas affinitatis linea coniungatur, prout in capitulis ipsis exprimitur et venerabilis frater noster . . Tripolitanus episcopus lator presentium tibi clarius enarrabit. (4) O iocunda refectio, qua nos Altissimus fecundabit, cum te ac regem prefatum et per consequens alios vestros senserimus mentium idemptitate connexos et irrefragabiliter copulatos, ut ex hoc diversarum gentium et etiam nationum accepta Deo, nobis placida et mundo perutilis coniunctio subsequatur, que preter inextimabiles alios fructus tam utiles Terre Sancte negotio repromittit. O quanta securitate quiescet ecclesia, dum sic electis pugilibus inter alios singulari sibi specialitate coniunctis, quos suis lactat uberibus, perceperit se suffultam, ita quod ipsis eorum signa victricia in idem conflantibus, hostes exterminet altissimi Redemptoris et evertat fantasmata infidelium Iesu Christi, qui catholice fidei fedis obiectionibus contradicunt. O quanta ubertate gentes gaudebunt et affluent, cum talibus radiis sic refulgentibus sub uno nitore concurrent et in unum convenient sentiendi commercium etiam ydiomatum organo dissonantes. Per hoc enim fertilior fructus pacis exuberat et latius in gentibus nomen Domini collaudatur. (5) Profecto quod in premissis mentaneis oculis intuemur et plenis desideramus affectibus, presentialiter cupimus celeri prosecutione videre ac effectu prospero consumari, ut consumata proficiant et obtatum fructum germinent in terris utilem et placidum in excelsis, in quo eadem exultet ecclesia et nos psallentibus clericis et tripudiantibus populis ad laudem Altissimi delectemur. Ad hec itaque, prout noster exuberat animus, absque intermissione qualibet intendentes, eundem . . episcopum, nobilem genere, meritis et religione preclarum, virum alti consilii, attentione providum, in magnis et arduis circumspectum et oriundum de domo nostre domui affinitate coniuncta[1], et quem tanti boni cognoscimus zelatorem sicut illum, qui prosperitatum commoda sensit, interdum eiusdem terre palpavit tedia et adversitatum incendia pertulit in illis partibus diutius conversatus, ad te pro premissis sicut oleum lenitivum et solidativum antidotum de fratrum nostrorum consilio duximus destinandum, ut per eum circa predicta seriosius et clarius informeris. (6) Quare serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatinus dictum episcopum sereno vultu respiciens et mente sincera complectens et in hoc nostrum et regis eiusdem zelum puritatis advertens nec avertens grandia premia, que Pater eternus humilibus spiritu repromittit, sic in eodem episcopo nos intimis precordiis contempleris, sic germen electum veluti benedictionis alumpnus divinis et nostris beneplacitis te conformes et illa toto animo prosequaris sicque visis eisdem capitulis et memorato episcopo plenius intellecto conceptum nostrum compleas, complendo perficias, munias et robores et in omni claritate serenes, quod fugatis quibuslibet nubibus universali ecclesie, nobis, tibi et regi prefato ac omnibus fidem catholicam profitentibus oculus divine maiestatis arrideat, augeatur prosperitas et tandem populi sic ubertate refecti facilius ad salutaria dirigantur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, III. Non. Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

236. *ALIAE LITTERAE.* *(1279. Iun. 3.)*

Dedit Kaltenbrunner l. c. p. 179 nr. 166 ex eodem Registro fol. 72', cuius editionem repetimus[2]. *Haec epistola dubium esse an umquam tradita sit, monuit Redlich l. c. Ceteras papae litteras eodem die emissas v. Kaltenbrunner l. c. nr. 167—170. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1096.* *(P. deest.)*

1) *Cf. Kaltenbrunner l. c.* 2) *V. Posse 'Analecta Vaticana' nr. 980.*

Nicolaus etc. eidem R. regi Romanorum.

Promptitudinem et fervorem devotionis eximie, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, per grandia celsitudinis tue merita evidenter experti sic paternis desideriis affectamus, ut regie magnitudinis status felicius exaltetur et tua culmina maneant semper obtata felicitate fecunda, sicque perficere ministerio sollicitudinis apostolice que tibi sint grata proponimus, quod in nobis velud specialis alumpnus paternum recognoscens affectum ad quelibet ipsius ecclesie beneplacita[a] mentem affluenti desiderio dirigas et ad prosecutionem eorum oportunis temporibus fortius[b] animeris. De nobis itaque, fili, potes sicut de benivolo patre confidere ac nobis circa ea, que augmentum et consumationem tui negotii requirunt, fiducialiter per nuncios sollempnes et litteras, sicut qualitas negotii exiget, intima tui pectoris aperire. Nam proponimus, prout decuerit et nobis fuerit ex alto permissum, annuere favorabiliter votis tuis. Ad hec quidem, fili, nos inducunt et merito clara tue devotionis auspitia, que per operis evidentiam percepimus et sentimus, et de tuis preclaris actibus grata presagia nobis perseverantiam et perpetuam constantiam in Dei, nostra ac Romane ecclesie devotione in tuis futuris, dante Deo, successibus repromittunt. Unde non indigne speramus, quod quanto benignius a nobis et eadem ecclesia te honorari perspexeris, tanto facundius in eadem devotione concrescas et animum in illa tue sinceritatis affigas et mente consurgas ad nostra et ecclesie predicte beneplacita prosequenda, ut eadem ecclesia te sibi gratum filium recognoscens tue prosperitatis augmenta veluti mater in filium exuberans merito prosequatur. Ex hiis igitur concepta fiducia, ut que de te infra nostra precordia resonant aliis etiam[b] explicentur, principes Alamannie per alias nostras litteras caritativis monitis excitamus[1], ut ad te mente et animo consurgentes sincera se tibi devotione conforment et ad ea, que tuorum culminum incrementa respiciant, sic prudenter vigilent sicque tibi faveant et se ad horum prosecutionem preparent et accingant, quod ad requisitionem tuam inveniantur accincti nosque ipsorum studia possimus exinde merito commendare.

Dat. ut supra proxima[2].

237. *ARTICULI SUPER PACE TRACTANDA. 1279. Iun. 7.*

Edidit Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' II, 3 p. 327. Nos ipsi idem Registrum fol. 75 denuo contulimus.

Hos articulos Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 246—265 sub nr. 233 ita discerpsit, ut singula capita suo quodque loco in margine apponeret magni illius transsumti, quod de omnibus documentis ad hoc foedus spectantibus a Martino IV. papa a. 1281. Mai. 24. fieri iussum infra nr. 257 edemus.

Econtra nos hisce articulis in margine numeros eorum privilegiorum adscripsimus, quibus quae papa in singulis articulis praecepit perficiuntur. Numeros capitum duplices posuimus prius nostros, deinde uncis inclusos typisque minoribus expressos eos, quibus Kaltenbrunner l. c. in margine usus est. Adnotationes vero v. infra sub singulis documentis. — Potthast 21597. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1092. *(P. deest.)*

Nicolaus etc. episcopo Tripolitano.

Isti sunt articuli pro unitate inter carissimos in Christo filios nostros R. Romanorum et C. Sicilie reges illustres dante Domino solidanda per nos et fratres nostros cum multa deliberatione discussi:

236. a) *corr. ex* ipsius beneplacita ecclesie *c.* b) *supra lineam add. c.*

1) *Kaltenbrunner l. c. 180 nr. 167.* 2) *i. c. nr. 235.*

nr. 246 c. 1. 1. (1.) In primis agitur quod rex Alamanie confirmet et de novo donet regi Sicilie ad vitam suam, si tantum voluerit, infrascripta possidere et heredibus suis, qui processerunt de ipso et regina Beatrice, olim consorte sua, et omnibus heredibus et successoribus eorum in perpetuum comitatum et marchionatum Provincie et Folkakerie cum omnibus iurisdictionibus et iuribus et cum omnibus pertinentiis eorum et omnia, que imperatores Romani olim per eorum privilegia donaverunt domino Raymundo Berengario quondam comiti et marchioni Provincie et comiti Folkakerie et predecessoribus eius.

ibid. c. 2. 2. (2.) Promittat quoque idem rex Alamanie, se per se, alium seu alios nullam donationem, confirmationem, investituram, concessionem vel contractum fecisse aut aliquid cum regina Francie vel eius procuratoribus vel nuntiis aut aliis quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus, per que huiusmodi confirmatio et de novo donatio sive concessio aut aliquid, quod in isto articulo continetur, habere non possit vel non debeat firmitatem vel per que confirmationi, donationi et concessioni predictis ac hiis, que in huiusmodi articulis continentur, aliquod afferri possit vel debeat nocumentum seu predictarum confirmationis, donationis, concessionis vel aliorum contentorum in articulo effectus aliquatenus impediri.

3. (3.) In isto primo articulo, ubi agitur quod regi Sicilie ad vitam suam, si tantum voluerit, confirmentur et de novo donentur predicta, videtur necessarius esse consensus principis, cum ipse princeps videatur in eis hereditario iure succedere.

ibid. c. 1. 4. (4.) Item attendendum est in eodem articulo, si marchionatus et comitatus Provincie supponant idem vel diversum.

nr. 247 c. 1. 5. (5.) Item videtur quod si predicta procedant per regem Alamanie, fiat una littera per se, in qua caveatur regine Francie, quod per ea, que fient ipsi regi Sicilie et heredibus suis in predictis comitatibus, nullum preiudicium generetur ipsi regine in iure, si quid in eisdem comitatibus obtineret.

nr. 245 c. 1. 6. (in 5.) Fiat et alia littera regi Sicilie per regem Alamannie[a], in qua ipse rex Alamanie[b] promittat, declaret, ordinet, decernat et statuat et ad hoc se specialiter obliget et expresse, se facturum et curaturum, quod per ea, que facta sunt ab ipso regine Francie vel que fient per litteras predictas, nullum omnino preiudicium fiat ipsi regi Sicilie et heredibus suis vel in[c] iure preterito, quod eisdem in predictis comitatibus competebat seu competit, vel in confirmatione et concessione predictis que fient, sicut in articulo continetur.

nr. 217 c. 2. nr. 249 c. 2. 7. (in 5.) Et addatur in littera regis Alamannie[b] quod sequitur: 'Cum rex Sicilie nos requisiverit, ut in possessione dictorum comitatuum, quos tenet et possidet ac longo tempore pacifice tenuit et possedit, turbari non permittamus eundem, presertim cum paratus sit et se offerat eidem regine in nostra curia de iusticia respondere, nos qui huiusmodi petitionem dicti regis utpote iuri consonam non admittere nec possumus nec debemus, volumus et presentium tenore decernimus et etiam prohibemus, quod predicta regina per se vel per alios regem Sicilie vel heredes suos in possessione predictorum comitatuum aliquatenus non perturbet, set ius, si quod in ipsis comitatibus habere se credit, in nostra curia si voluerit prosequatur.'

nr. 248 c. 3. 8. (6.) Item fiat similis littera, in qua caveatur ecclesiis illarum partium, quod per ea, que fient per donationes vel concessiones eorundum comitatuum, nullum preiudicium fiat eis.

nr. 244 c. 1. 9. (7.) Item quod pro servitiis debitis hactenus imperatoribus vel regibus Romanorum non prestitis vel pro censu hactenus eisdem debito non soluto pro quibuscumque hactenus factis vel omissis contra imperatores vel reges Romanorum per regem

237. a) Alamāne *c.* b) Alamañ *fere semper c.* c) *supra lineam add. c.*

Sicilie vel per quoscumque, qui olim exercuerunt dominium in predictis comitatibus et terris, aliquid per regem Alamanie vel imperatorem ratione preteriti temporis peti non possit nec ad solutionem seu exhibitionem predictorum seu eorum aliquod ipse rex Sicilie vel heredes ipsius possint constringi. Immo si aliqua culpa, mora vel pena in predictis vel predictorum occasione in aliquo est contracta seu commissa, per eadem privilegia remittatur omnino, quatenus personam regis Romanorum vel imperium contingunt, ita [quod] per hec persona tertia vel ius tertii in aliquo non ledatur nec predicta remissio ad eorum ius aliquatenus extendatur, pena tamen peti non possit.

10. (8.) Item pro servitio seu servitiis, que debentur vel debebuntur pro terris, ibid. c. 2. quas tenent vel tenebunt rex Sicilie et primogenitus suus in imperio, non debeant nec possint citari, cogi vel vocari ad personale servitium et si vocarentur vel citarentur, non teneantur personaliter ire. Set sufficiat eis servitium per alios facere.

11. (9.) Item quod rex Sicilie et primogenitus eius in predictis comitatibus et ibid. c. 3. marchionatu possint facere homagium regi Alamannie[a] pro ipsis comitatibus per alium et non teneantur personaliter ire ad ipsum homagium faciendum.

12. (10.) Item quod non debeant rex Sicilie et primogenitus eius pro aliqua ibid. c. 4. causa personaliter citari nec regis Alamanie seu imperatoris personaliter teneantur subire iudicium et si vocarentur, quod non teneantur personaliter venire. Set liceat eis in agendo et possint per procuratorem in defendendo in quacumque causa agere et respondere et in loco tuto.

13. (11.) Item agitur quod per regem Alamanie, quatenus personam suam con- ibid. c. 5. tingunt vel imperium, remittantur regi Sicilie quecumque per ipsum vel per quoscumque ipsius auctoritate vel occasione facta, commissa seu illata sunt in imperio vel extra imperium in personis, rebus mobilibus vel immobilibus quibuscumque retroactis temporibus usque in hodiernum diem, ita quod nec contra ipsum nec contra aliquem alium ipsorum occasione ullo unquam tempore coram rege Alamanie vel quibuscumque iudicibus eius vel aliis quibuscumque dictus rex Romanorum vel imperium aut aliquis eorum nomine audiatur. Nec teneatur ipse rex Sicilie vel aliquis alius pro predictis seu predictorum aliquo, quatenus regem Romanorum vel imperium contingunt, in iudicio vel extra iudicium coram predictis rege Alamanie vel eius iudicibus seu quibuscumque aliis respondere aut eorum pro aliqua causa occasione predictorum aliquatenus subire iuditium. Non tamen per hoc aliquod immobile vel ius, quod spectet ad imperium, occupatum vel detentum iniuste valeat detineri, set licite possit repeti. Set nulla res mobilis predictorum occasione peti valeat vel se movens, licet remittatur occupationis offensa et pena. Si qui tamen alii a rege vel imperatore seu imperio preteritorum occasione super rebus mobilibus et immobilibus, iuribus, dampnis, fructibus et interesse suam iustitiam voluerint prosequi, non regis vel imperatoris aut imperii nomine, super eis possint coram Romano pontifice vel iudicibus dandis ab eo civiliter experiri in casibus, in quibus iuste petere poterunt, ita tamen quod nulla pena extra rem occasione predictorum possit exigi vel imponi. Salvis etiam aliis legitimis defensionibus et iuribus hinc et inde.

14. (12.) Item quod rex Alamanie regem Sicilie vel heredes suos per se vel ibid. c. 6. per alios non offendet in aliquo, nec volentibus ipsos offendere prestabit auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte. Regnum etiam Sicilie et totam terram, que est citra Farum usque ad confinia terrarum Romane ecclesie, que idem rex Sicilie a Romana tenet ecclesia, non occupabit vel invadet per se vel per alium nec occupari vel invadi procurabit, nec invadere vel occupare temptantibus prestabit auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum. Salvis in premissis que[d] in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis.

237. d) *bis scriptum c.*

ibid. c. 7. 15. (13.) Item vassallos suos contra predictorum aliquod facientes pro posse bona fide compescet et puniet. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis.

ibid. c. 8. 16. (14.) Item si rex Alamanie contra predicta vel aliquod predictorum, que in precedenti articulo ubi loquitur de regno Sicilie continentur, faceret, liceat omnibus et singulis principibus, baronibus, vassallis et communitatibus imperii, ad mandatum Romani pontificis vel sedis apostolice iuvare regem Sicilie et heredes suos contra regem Alamanie et imperatorem Romanorum ad defensionem regni Sicilie et terre, quam ut predicitur a Romana tenet ecclesia. Et pro eo quod iuvabunt regem Sicilie vel heredes suos ad defendendum regnum Sicilie et terram, quam a Romana tenet ecclesia, contra imperatorem vel regem predictum, non reputentur aliquid egisse vel agere contra homagium vel fidelitatem ab ipsis prestita vel prestanda regi Alamanie vel imperatori Romanorum. Et quod propter auxilium vel iuvamen, quod in hoc casu ad mandatum Romani pontificis vel sedis apostolice prestabunt regi Sicilie vel heredibus suis, nullum dampnum, detrimentum vel iacturam ipsi vel eorum heredes in feudis et terris, que in imperio tenent, incurrent vel accipient. Et quod homines seu vasalli regis Alamanie vel imperatoris Romanorum non teneantur obedire ipsi regi vel imperatori volenti per se vel per alium regnum Sicilie seu terram, que ut supra dictum est a Romana tenet ecclesia, ut dictum est, occupare, invadere seu in aliquo offendere. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel sedis apostolice.

ibid. c. 9. 17. (15.) Item rex Alamanie non iuvabit inimicos regis Sicilie contra ipsum nec rex Sicilie inimicos regis Alamanie contra ipsum. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel sedis apostolice. Et excepto quod si rex Alamanie haberet guerram contra ecclesiam vel ecclesia contra ipsum, possit rex Sicilie Romanam ecclesiam libere adiuvare, et si rex Sicilie haberet guerram contra ecclesiam vel ecclesia contra ipsum, possit rex Alamanie Romanam ecclesiam libere adiuvare. Possit etiam rex Sicilie regem Ungarie iuvare in defendendo et regem Francie, ut tenetur. Et nichilominus teneatur servire non personaliter regi Alamanie, ut tenetur. Set nec de hominibus imperii possit servire alicui contra regem Romanorum vel imperatorem nec de hominibus regis Francie possit servire alicui contra regem Francie. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis.

ibid. c. 10. 18. (16.) Item si aliqua discordia oriretur inter predictos reges Sicilie et Alamanie, unus non movebit propter hoc guerram alii nec terram vel vassallos alterius molestabit per se vel per alios. Salvis mandato et auctoritate summi pontificis vel sedis apostolice. Sed recurrent ad Romanum pontificem et super huiusmodi discordiis stabunt dicto ipsius Romani pontificis, si ipsi inter se non poterunt concordare.

19. (17.) Item super predictis et predictorum quolibet[e] fiant promissiones, cautiones et privilegia sufficientia firmitatibus convenientibus et penis adiectis per regem Alamanie sicut per regem et post eius coronationem tanquam per imperatorem[1].

20. (18.) Item satis videtur decens et expediens, si placet summo pontifici, super ipsis privilegia sua facere in forma convenienti. Super hoc faciet Romanus pontifex, sicut sibi videbitur[2].

237. e) quodlib; *c.*

1) *Articulorum c. 19 item ac c. 23 saepius in illis privilegiis efficitur, scilicet nr. 246 c. 3 vel nr. 247 c. 3. 4 et deinceps passim, quod etiam atque etiam monere supersedimus.* 2) *V. infra nr. 257 c. 7.*

21. (19.) Item quod fiat matrimonium olim tractatum per dominum Gregorium, quod illa filia regis Alamanie, de qua tractatum fuit et que debet dari primogenito principis, mittatur ad regem Sicilie, sicut et quando videbitur domino pape.

22. (20.) Item de dote sit in beneplacito Romani pontificis.

23. (21.) Omnium autem, que inter Romanorum et Sicilie reges illustres super premissis agentur, antequam ordinentur et dum ordinabuntur et postquam etiam erunt ordinata et firmata per partes, plena interpretatio et declaratio Romani pontificis in hiis omnibus eidem Romano pontifici reservetur, cuius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo partes teneantur servare[1].

24. (22.) Item agitur quod rex Sicilie vel eius heredes regem Alamanie per se vel per alios non offendent in aliquo, nec volentibus ipsum offendere prestabunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte. Imperium etiam vel aliquam eius partem non occupabunt vel invadent per se vel per alios nec occupari vel invadi procurabunt, nec invadere vel occupare temptantibus prestabunt auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis. nr. 250 c. 1.

25. (23.) Item vassallos suos contra predictorum aliquid facientes pro posse bona fide compescent et punient. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis. ibid. c. 2.

26. (24.) Item si rex Sicilie contra predicta vel aliquod predictorum, que in precedenti articulo ubi loquitur de imperio continentur, faceret, liceat omnibus et singulis principibus, baronibus, vassallis et comunitatibus regni Sicilie et totius terre, que est citra Farum usque ad confinia terrarum Romane ecclesie, que idem rex Sicilie a Romana tenet ecclesia, et omnium aliarum terrarum suarum, que sunt in imperio, ad mandatum Romani pontificis vel sedis apostolice iuvare regem Alamanie et imperatorem Romanorum contra regem Sicilie et heredes suos ad defensionem imperii. Et pro eo quod iuvabunt imperatorem vel regem predictum ad defendendum imperium contra regem Sicilie vel heredes suos, non reputentur aliquid egisse vel agere contra homagium vel fidelitatem ab ipsis prestita vel prestanda regi Sicilie et heredibus suis. Et quod propter auxilium vel iuvamen, quod in hoc casu ad mandatum Romani pontificis vel sedis apostolice prestabunt imperatori vel regi Romanorum, nullum dampnum, detrimentum vel iacturam ipsi vel eorum heredes in feudis et terris, que in regno Sicilie et tota terra predictis tenent, incurrent vel accipient. Et quod homines seu vassalli regni Sicilie non teneantur obedire ipsi regi Sicilie volenti per se vel per alium imperium vel aliquam eius partem, ut dictum est, occupare, invadere seu in aliquo offendere. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis. ibid. c. 3.

27. (25.) Item rex Sicilie non iuvabit inimicos regis Alamanie contra ipsum nec rex Alamanie inimicos regis Sicilie contra ipsum. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis. Et excepto quod si rex Sicilie haberet guerram contra ecclesiam vel ecclesia contra ipsum, possit [rex Alamanie] Romanam ecclesiam libere adiuvare, et si rex Alamanie haberet guerram contra ecclesiam vel ecclesia contra ipsum, possit rex Sicilie Romanam ecclesiam libere adiuvare. Possit etiam rex Alamanie regem Ungarie iuvare in defendendo. Set nec de hominibus imperii possit rex Sicilie servire alicui contra regem Romanorum vel imperatorem nec de hominibus regis Francie teneatur servire alicui contra regem Francie. Salvis in premissis que in hoc articulo continentur auctoritate et mandato Romani pontificis vel apostolice sedis. ibid. c. 4.

1) *V. p. 228 n. 1.*

ibid. c. 5. 28. (26.) Item si aliqua discordia oriretur inter predictos reges Sicilie et Alamanie, unus non movebit propter hoc guerram alii nec terram vel vasallos alterius molestabit per se vel per alios. Salvis mandato et auctoritate summi pontificis vel sedis apostolice. Set recurrent ad Romanum pontificem et super huiusmodi discordiis stabunt dicto ipsius Romani pontificis, si ipsi inter se non poterunt concordare.

ibid. c. 6. 29. (27.) Omnium autem, que inter Romanorum et Sicilie reges illustres super premissis agentur, antequam ordinentur et dum ordinabuntur et postquam etiam erunt ordinata et firmata per partes, plena interpretatio et declaratio Romani pontificis in hiis omnibus eidem Romano pontifici reservetur, cuius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo partes teneantur servare.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII. Id. Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

238. *INSTRUCTIO PAPAE INTERNUNTIO DATA.* *1279. Iun. 7.*

Edidit Kopp l. c. p. 332. Denuo contulimus idem Registrum fol. 74. — Potthast 21596. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1092. *(P. deest.)*

Nicolaus etc. venerabili fratri P. Tripolitano episcopo etc.

(1) Ut in commissis tibi per nos cum ea qua convenit cautela tute procedas, modum quem te servare volumus in processu tibi ad tui instructionem sub brevitate describimus. In primis igitur regem Romanorum ex parte nostra cum paterne benedictionis dulcedine salutabis. Deinde sibi litteris illis que incipiunt 'Mundum etc.'[1] et aliis que incipiunt 'Dum ad ea etc.'[2] ac aliis que incipiunt 'In aliis etc.'[3], aliis quoque que incipiunt 'Pro unitate etc.'[4] presentatis, exponas eidem, quod nos considerantes sue promotionis auspitia que a Deo fuisse conicitur et ea que matri sue Romane ecclesie devotionis assidue presentavit inditia ac confidentes devotionem huiusmodi in ipso semper augeri, sub tali de ipso nec immerito concepta fiducia de sui statu prospero et suorum felicitate successuum delectamur. (2) Quibus sub verborum convenientium decentia explicatis prudenter et caute exponas eidem loci et temporis oportunitate captata, quomodo ab olim Romana ecclesia quieti regis ipsius, tranquillitati mundi ac Terre Sancte negotio plurimum expedire cognoscens, quod idem et carissimus in Christo filius noster C. Sicilie rex illustris ad invicem sincere caritatis unione et vinculo indissolubilis amicitie iungerentur, suos ad hoc cogitatus apposuit, sollicite laboravit et tandem nos ab ipsius nostre promotionis initiis sollicitudines istas nobis assumpsimus, tractatus ipsos accepimus et recensendo preterita, ponderando presentia, nonnullos articulos dudum cum multa instantia pro ipsius regis Sicilie parte petitos una cum fratribus nostris cum multa maturitate discussimus. Et demum multis ex eis qui graviores hactenus videbantur amotis et aliis ut decuit temperatis, aliquos articulos in favorem ipsius regis Romanorum addendos fore previdimus et ut nexus unionis huiusmodi solidior haberetur, tractatum olim matrimonium inter filiam ipsius regis Romanorum et primogenitum filii ipsius regis Sicilie voluimus consumari, et tandem post labores non modicos, favente divina clementia votis nostris, hec omnia consensu et voluntate eiusdem regis Sicilie processerunt, sicut articuli super hoc confecti declarant[5]. (3) Deinde ad consumationem felicem predictorum omnium ipsorum articulorum servata substantia cum debita maturitate procedas, aperiens regi Romanorum prefato super traductione puelle, de qua in eisdem articulis continetur, animi nostri modum, quem in hoc servari volumus. Intendimus enim, quod puella predicta

1) *Supra nr. 235.* 2) *Kaltenbrunner l. c. p. 177 nr. 163.* 3) *ibidem p. 178 nr. 164.* 4) *ibidem nr. 165.* 5) *Supra nr. 237.*

immediate cum honorificentia debita traducatur, ut matrimonii huiusmodi desiderata coniunctio ad laudem Dei et pacem mundi obtata celeritate populis innotescat. (4) Si autem hec omnia una cum matrimonio, sicut speramus et volumus, feliciter compleantur tibique innotuerit ea, que per dilectum filium Giffridum de Anagnia decanum ecclesie sancti Audomari capellanum nostrum petivimus ab ipso rege Romanorum et principibus, esse perfecta[1], tunc demum et non ante nec aliter, quod tibi in virtute obedientie et sub vinculo prestiti iuramenti districte precipimus, eidem regi litteras nostras, que incipiunt 'Promptitudinem etc.'[2] presentabis, exponens eidem prudenter et caute super hiis que continentur in ipsis litteris nostre intentionis affectum et eidem litteras, que diriguntur principibus super eadem materia, assignabis per suos nuntios vel tuos religiosos vel alios, si magis voluerit, destinandas. (5) Ea vero, que per ipsum regem Romanorum fieri contigerit in predictis, diligenter et caute redigi facias in scripturam deferendam per te nobis vel per fidelem nuncium transmittendam. Quibus omnibus auxiliante Deo expeditis feliciter revertaris.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII. Idus Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

239. *RESPONSUM RUDOLFI REGIS. (1279. Dec.)*

Litteras memorabiles, quibus Rudolfus rex Nicolai III. epistolis supra nr. 235. 236 respondit, servavit solus codex Ottobonianus 2115, de quo v. supra ad nr. 14—16, fol. 27' nr. 18. Edidit Redlich 'Wiener Briefsammlung' p. 142 nr. 129, cuius editionem repetimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1154. (P. deest.)

(1) Apostolice sanctitatis litteras, quas nuper venerabilis pater dominus P. Tripolitanus episcopus presentavit, reverenter accepimus, ex quarum nobis diligenter exposito ac sepius repetito tenore perpendimus et videmus aperte, quod ad laudem Dei et commune commodum populi Christiani pertinet et nichilominus ad subsidium Terre Sancte multum proficere poterit, si inter nos et magnificum principem dominum regem Sicilie illustrem solide pacis tranquillitas indissolubilis amicicie nexibus roboranda firmetur. Ha[n]c pacis et amicicie puritatem tanto amplius amplectimur et amamus, quanto clarius intelligimus et sentimus, quod ad ipsam formandam et inter nos perpetuo confirmandam apostolice pietatis auctoritas multe diligencie studio se exercet, quod non faceret utique, si communem fructum et nostra privata commoda per ipsam procedere non videret. Set nec patrem tam provide et preclare prudencie, ut est predictus episcopus, ad nostram presenciam vestra sanctitas destinasset, nisi negocium de quo agitur vestre clemencie cordi esset. Etenim ex nuncii qualitate metimur mittentis affectum. (2) Unde nostrum in hac parte propositum, quod a vestro nunquam dissenciet, vestre subicimus sicut et prius subiecimus sanctitati, volentes tam de sponsalibus quam de traductione karissime filie nostre Clemencie, tam eciam de aliis, que in articulis nobis per dictum dominum episcopum exhibitis continentur, finaliter vestram sequi et facere voluntatem, quam primum impedimenta quedam obstancia sponsalibus et difficultates contente in articulis aliquibus, sicut in alia littera exprimuntur, ad formam et modum utrique parti decentem et congruum, prout vestre reverencia sanctitatis decrevit, formabuntur, pro quo vestre gracie cum devota instancia supplicamus. Placet quidem nobis plurimum et petimus diligenter, ut impedimentis et difficultatibus huiusmodi per vestram clemenciam plenius intellectis et misericorditer moderatis, certam formam instrumentorum et privilegiorum per nos regi predicto et nobis per eundem dandorum in curia vestra confici faciatis, in quibus utriusque statui

1) *Cf. supra nr. 220.* 2) *Supra nr. 236.*

et honori iuxta qualitatem negociorum equaliter caveatur, ad hoc maxime ne inter nostros consiliarios et predicti regis nuncios circa formas litterarum contencio, per quam differri posset negociorum expedicio, oriatur. (3) Nos quidem sub tanta fiducia vestris ordinacionibus inheremus vobisque subicimus statum nostrum, quod in hiis negociis nostris, que de gracia vestra apud vos tractanda suscipitis, firmiter arbitramur honori nostro per vos amplius prospici et caveri, quam si per nos ipsos aut nostros familiares consiliarios eadem tractarentur. Litteras eciam apud vos fieri petimus, per quas illustri regine Francie adversus regem predictum et ipsi regi adversus reginam taliter caveatur, ut per nos neutri parti fiat iniuria vel offensa et littere, quas hinc inde dabⁱmus, honestatem regii nominis non offendant. (4) Nos quidem clare meminimus, quod domine regine nichil aliud concessimus, contulimus aut promisimus, quam quod sibi in comitatibus Provincie et Folkekerie de iure dicebat competere et quod nos ei iuxta antiquam imperii consuetudinem de iure concedere, conferre, recognoscere tenebamur. Et hoc ipsum fecimus sine iuris preiudicio alicui[us], que verba in litteris, quas eidem concessimus, continentur expresse. (5) Placuit eciam nobis et utile videbatur, quod predictus dominus episcopus apud nos responsum vestre clemencie expectaret, cui propter multiplicia sue merita probitatis libencius et securius quam alii persone nobis incognite committemus filiam nostram iuxta vestrum beneplacitum traducendam.

240. *EPISTOLA RUDOLFI CIVITATI ITALIAE MISSA. (1280. Ian.)*

Damus ex T *nr. 34, de quo v. supra ad nr. 14—16. De tempore et ratione v. Regesta imperii. Cf. etiam supra nr. 211. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1223.*
(P. deest.)

Vere fidei vestre puritas, constantis devocionis integritas ac inquassabilis perseverancia utriusque, quibus ad nostram et imperii exaltacionem propositis radicatis vestra universitas fibulatur, utpote que nec aqua, nec igne, nec gladio aut cuiuscunque persecucionis angustiis hactenus immutari potuit aut avelli, quin in nostra et imperii devocione debita subsisteret et fideli, in nostre contemplacionis oculis collocata multe vos recommendacionis et gratitudinis premiis apud nostram excellenciam merito dignos facit. Itaque vobis de letis nostre magnificencie rumoribus avidis saturari presentibus innotescat, quod universa nostra et imperii negocia in partibus Alem(anie) voto diriguntur optato, intendentes in proximo vos per solempnes nuncios nostros de adventu nostro ad Italicas naciones [1] ac alias de intentionis nostre proposito plenius informatos in gaudio visitare. Qui nichilominus ad curiam Romanam procedentes apud summum pontificem et illustrem regem Sicilie pro liberacione concivium vestrorum, si qualitas loci et temporis applauserit oportuni, cum summa diligencia laborabunt. Demum nosse vos volumus, quod nos dilecto fideli nostro t(ali) pro conservacione iurium vestrorum litteras nostras dirigimus efficaces, volentes in hiis et in aliis, que vestris profectibus obsecundant, vobis et vestris grati semper favoris auxilia impertiri.

241. *EPISTOLA NICOLAI III. AD RUDOLFUM REGEM. 1280. Ian. 23.*

Edidit Kopp l. c. p. 334. Denuo cum eodem Registro fol. 89' contulit Pogatscher. Cf. epistolam papae regi Siciliae directam, quae cum nostra in multis verbis concordat, Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 204 nr. 208. — Potthast 21673. Böhmer, Reg. imp. VI, 1161. *(P. deest.)*

1) *Cf. infra nr. 269.*

Nicolaus episcopus etc. carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri.

(1) Pridem dum eorum, que inter te et carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem per nos tractata sunt hactenus, audire finem prosperum plenis desideriis sperabamus, ex parte tua litteras[1] et tam tuos quam aliquos redeuntes ex hiis qui ad te pro parte dicti regis accesserant nuntios, tuam et regis eiusdem in eis contemplando personas, affabilitate paterna recepimus et benigne satis audivimus, que ipse continebant littere et dicti nuntii in nostra presentia retulerunt. Et licet fuisset nobis acceptius, quod obtatus effectus nostris conceptibus advenisset nec fuisset ea occasione quam percepimus sic gratum nobis negotium retardatum, cum talis occasio satis videretur sine aliqua requisitione nostra potuisse subduci salvo dispensationis articulo, super quo debuerat hactenus provideri, nec ipsius provisio in tempora ista differri, tamen ad tractatus huiusmodi nostra studia convertentes ac volentes providere sollicite, ne tot sollicitudinibus et laboribus in premissis adhibitis concursus tractantium eorundem labores ulterius conculcaret, quia propter emergentia undique negotia, que gerenda humeris nostris incumbunt, vacare comode presentialiter circa premissa nequivimus, dilecto filio nostro M. Sancte Marie in Porticu diacono cardinali commisimus, ut ipse advocato secum dilecto filio magistro Benedicto de Anagnia notario nostro, qui huiusmodi negotii noticiam habere dinoscitur, tam ipse cardinalis quam dictus notarius quid huiusmodi negotium ex eminenti sui qualitate requireret, attente circumspectionis studio providerent. (2) Ipsis itaque tractatibus per eosdem cardinalem et notarium cum multa deliberatione discussis, iidem cardinalis et notarius super hiis, que per te ac regem eundem facienda tractatus ipsi requirunt et specialiter per te tam erga ecclesias quam regem eundem et carissimam in Christo filiam nostram Margaritam reginam Francorum illustrem, notas cum temperatione moderaminum petitorum ex parte tua de tui et dicti regis nuntiorum assensu, licet ad id mandatum iidem nuntii non haberent, fieri seu formari fecisse dicuntur, in regia privilegia redigendas, formam et modum, prout negotii qualitas exigit, quibus sit ad consumationem negotii procedendum, prout eisdem cardinali et notario ac tuo et predicti regis nuntiis fuit visum expediens, explicantes. Et huiusmodi note cum expressione forme ac modi predictorum, sicut audivimus, sub sigill(is) eorundem cardinalis et notarii venerabili fratri nostro P. episcopo Tripolitano mittuntur[2], ut tam episcopus ipse quam tu per eundem episcopum premissorum noticiam obtinentes ad perfectionem tam utilis, tam obtati negotii, prout tue ac predicti regis quieti ac utriusque bono statui congruit, absque ulterioris more dispendio procedatis. (3) Serenitatem itaque regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eiusdem episcopi salutaribus circa premissa suasionibus et consiliis regali mansuetudine acquiescens et mentem nostram ac eiusdem regis affectum nec minus effectum ex tanti et talis negotii consumatione Deo propitio secuturum inspiciens, sic premissa, que ut accepimus quieti tue utilia dinoscuntur, precordiis tue serenitatis ascribas, sic omnia et singula observes et quiete ac prompte perficias, quod eis felici consumatione completis de sollicitudinibus et laboribus nostris in predictis adhibitis obtata gaudia fine debito sollicitudinibus ipsis imposito colligamus, et tu ac dictus rex et dilectus filius nobilis vir C. princeps Salernitanus primogenitus eius regnaque ac terre vestra serenis successibus ad laudem divini nominis iuxta nostra desideria concurratis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, X. Kal. Februarii.

242. *EPISTOLA LEGATORUM RUDOLFO REGI MISSA. 1280. Febr. 3.*

Dedit Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 213 nr. 212 ex eodem Registro fol. 95', cuius editionem repetimus[3]. *Litteras eorundem conformes regi Siciliae directas v. l. c. p. 210 nr. 211. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1163.* *(P. deest.)*

1) *Supra nr. 239.* 2) *Infra nr. 243.* 3) *Cf. ea quae exposuit Kaltenbrunner l. c. in nota ad nr. 212.*

Magnifico principi et amico carissimo domino R. Dei gratia regi Romanorum illustri Matheus miseratione divina Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis et Benedictus de Anagnia domini pape notarius salutem in eo, per quem reges regnant.

(1) Placuisset sanctissimo patri et domino nostro domino N. divina providentia pape III, si consumatio eorum, que inter vos et magnificum principem dominum C. Sicilie regem illustrem, sicut nostis, [tractata sunt hactenus, non fuisset ea occasione, quam idem dominus noster percepisse dinoscitur, retardata, cum talis occasio satis videretur sine alia requisitione sua potuisse subduci, salvo dispensationis articulo, super quo debuerat hactenus provideri nec ipsius provisio in tempora ista differri. Tamen dictus dominus noster ad tractatus huiusmodi sua studia benigne convertens ac volens providere sollicite, ne tot sollicitudinibus et laboribus in premissis adhibitis concursus tractatuum eorundem labores ulterius conculcaret, quia propter emergentia undique negotia, que gerenda humeris eius incumbunt, vacare commode presentialiter circa premissa nequibat, commisit nobis, ut quod huiusmodi negotium ex eminenti sua qualitate requireret, attente circumspectionis studio videremus. (2) Ipsis itaque tractatibus per nos cum multa deliberatione discussis][a], super hiis, que per vos et eundem dominum regem ac nobilem virum dominum C. principem Salernitanum primogenitum ipsius domini regis facienda tractatus ipsi requirunt, notas et formam et modum, prout negotii qualitas exigit, quibus sit ad consumationem negotii procedendum, prout vestris ac ipsius domini regis nunciis fuit visum expediens, explicantes, de nunciorum eorundem assensu, licet ad id mandatum iidem nuncii non haberent, fieri seu formari fecimus et ex eis illas, de quibus per vos confici privilegia convenit, sub sigillis nostris venerabili in Christo patri domino P. episcopo Tripolitano transmittimus in regia privilegia redigendas, prout in litteris nostris quas sibi transmittimus plenius continetur. (3) Vos itaque premissa et affectum predicti domini nostri ac negotii qualitatem nec minus honoris vestri decentiam advertentes, faciatis si placet, quod omnia quantum in vobis est per vos in ea perfectione qua convenit compleantur, ita quod prefato domino nostro exinde merito placeatis et vobis laudis adveniat incrementum. Attendendum est etiam, visum fore expediens nunciis supradictis, quod in promissionibus et firmitatibus faciendis una cum procuratoribus sit tabellio publicus, qui de ipsis promissionibus et firmitatibus conficiat publica instrumenta, concipiendo ac formando verba promissionum et stipulationum tam in persona procuratorum quam etiam in persona sua recipiendo semper nomine regis et principis predictorum. Et idem fiat pro parte vestra in promissionibus faciendis a rege ac principe supradictis.

Dat. Rome, III. Non. Februarii, anno Domini MCCLXXX, pontificatus domini Nicolai pape III. anno tertio.

243. *INSTRUCTIO EORUNDEM INTERNUNTIO DATA.* *1280. Febr. 3.*

Edidit Kopp l. c. p. 335. Denuo cum eodem Registro fol. 92 contulit Pogatscher. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1163. *(P. deest.)*

Venerabili in Christo patri et amico carissimo domino P. Dei gratia episcopo Tripolitano Matheus miseratione divina Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis et Benedictus de Anagnia domini pape notarius salutem et sinceram in Domino caritatem.

(1) Placuisset sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao divina providentia pape III, si consumatio eorum, que inter magnificos principes dominum R. Ro-

242. a) *Cf. ea quae adnotavit Kaltenbrunner l. c.*

manorum et dominum C. Sicilie reges illustres, sicut nostis, tractata sunt hactenus, non fuisset ea occasione, quam idem dominus noster percepisse dinoscitur, retardata, cum talis occasio satis videretur sine alia requisitione sua potuisse subduci, salvo dispensationis articulo, super quo debuerat hactenus provideri nec ipsius provisio in tempora ista differri. Tamen dictus dominus noster ad tractatus huiusmodi sua studia benigne convertens ac volens providere sollicite, ne tot sollicitudinibus et laboribus in premissis adhibitis concursus tractatuum eorundem labores ulterius concularet, quia propter emergentia undique negotia, que gerenda humeris eius incumbunt, vacare comode presentialiter circa premissa nequibat, commisit nobis, ut quod huiusmodi negotium ex eminenti sui qualitate requireret, attente circumspectionis studio videremus. (2) Ipsis itaque tractatibus per nos cum multa deliberatione discussis, super hiis, que per eosdem reges et nobilem virum dominum C. principem Salernitanum primogenitum ipsius domini regis Sicilie facienda tractatus ipsi requirunt et specialiter per dictum dominum regem Romanorum tam erga ecclesias quam erga eundem dominum regem Sicilie et magnificam dominam Margaretam reginam Francorum illustrem, notas cum temperatione moderaminum petitorum ex parte ipsius domini regis Romanorum, de sui et dicti regis Sicilie nuntiorum assensu, licet ad id mandatum iidem nuntii non haberent, fieri seu formari fecimus, in regia privilegia redigendas[1]. Ita videlicet quod ex notis ipsis personas ipsius domini regis Sicilie et dicti principis contingentibus non ut in utriusque persona, sed in alterius tantum privilegia conficienda finaliter robur obtineant, sicut proximo distinguetur, quod ea fuit consideratione provisum, ut vitatis discursibus obtata ipsius negocii consumatio celerius sequeretur. (3) Et huiusmodi notas sigillatas sigillis nostris vobis mittimus presentibus interclusas, ut tam vos quam idem dominus rex Romanorum per vos premissorum notitiam obtinentes, huiusmodi privilegia per dictum dominum regem Romanorum conficienda, specialiter erga prefatum dominum regem Sicilie, diversimode in persona dicti domini regis Sicilie per se ac alia circa idem verbis competenter mutatis in persona ipsius principis tantum fiant, ut si consensus ipsius principis aderit in concessione paterna et de hoc facta fuerit domino nostro fides, confectum in persona dicti regis Sicilie privilegium in suo vigore remaneat, reliquo confecto in persona dicti principis laniando. Et si predicti principis consensus minime haberetur, confectum in persona predicti principis privilegium vigeat et confectum in persona prefati regis Sicilie similiter lanietur. (4) Que quidem privilegia et eorum quodlibet sic in personis utriusque confecta et etiam alia supradicta, videlicet prefata ipsarum ecclesiarum et regine privilegia[2], conrespondentia supradictis, eidem domino nostro fideliter, regine videlicet triplicatum et reliqua omnia, sicut in rubricis notarum[3] continetur, duplicata vel triplicata mittantur, ut premissa forma servata in illis, que regem Sicilie et principem contingunt eosdem, illius, quod ut predicitur in vigore manebit, et de quolibet aliorum ecclesiarum et regine predictarum unum conrespondens dictus dominus noster dare possit, prout expedire viderit, et aliud tenoris eiusdem apud se pro maiori cautela negotii retineat, aliis omnibus in persona reliqui et ei conrespondentibus, de quibus domino nostro videbitur, laniandis. (5) Preterea non sine multa deliberatione est pro maiori negotii firmitate provisum, quod in matrimonio inter nobilem mulierem dominam Clementiam natam eiusdem domini regis Romanorum et nobilem virum C. primogenitum prefati principis dante Domino consumando sicut prefati domini regis Sicilie sic et dicti principis consensus expressus iureiurando firmandus accedat et quod speciale procuratorium in persona memorati principis habeatur ad sponsalia et matrimonium huiusmodi solidanda. Et

1) *Hucusque verba concordant supra cum nr. 242 c. 1. 2.* 2) *Cf. prooemium ad nr. 244.* 3) *Infra nr. 217. 218.*

quia id propter absentiam sepedicti principis aliquam dilationem merito requirebat, providus vir magister Henricus de Turego prepositus ecclesie Frisingensis ad predictum dominum regem Romanorum cum ordinatione ac deliberatione premissis vertitur, ut idem dominus rex Romanorum habita pleniori notitia premissorum, que per eum circa dicta privilegia et alia fieri expedit, interim regia providentia compleat et via preparetur lucidior ad alia in adventu nuntiorum supradicti regis ad laudem Altissimi et maiorem quietem gentium consumanda. (6) Et ut premissa et alia, que circa hec tractata sunt hactenus, et ex eis secutura prosecutione clara distincta sine aliarum ulterius ordinationum concursibus seu implicationibus dante Domino compleantur, nuper est de consensu simili ordinatum, quod dictorum dominorum regum privile-
Mai. 1. Iun. 1. gia per eos complenda ut predicitur predicto domino nostro infra Maii vel Iunii Kalendas proximo futuras ad tardius presententur, infra quod quidem tempus appareat, utrum dictus dominus rex Romanorum velit, quod homagium sibi per dominum regem Sicilie vel eius primogenitum extra Alamaniam, ubi idem rex et primogenitus fuerint, faciendum per eundem dominum regem Sicilie vel dictum primogenitum, vel in Alamania per suos nuncios prefato regi Romanorum fiat[1], ut hoc percepto nuntii dictorum domini regis Sicilie et domini principis propter hoc et alia predicta infra
Iul. 1. Aug. 1. Iulii vel Augusti Kalendas proximo futuras similiter ad tardius, prout decuerit, cum plenis mandatis, instructionibus et alias plene muniti mittantur. (7) Infra Kalendas
Sept. 1. quoque Septembris proximo futuras predicta sponsalia contrahantur, ita quod dicta
Oct. 1. Clementia infra Kalendas Octobris proximo sequentes ad tardius per nuncios prefati domini regis Romanorum usque Bononiam conducatur, ibidem per dictum dominum regem Sicilie vel per suos recipienda et ad virum suum honorificentia debita traducenda[2]. Et extunc infra tres menses, postquam dicta Clementia ut predicitur ducta fuerit et recepta, vel citius, prout prefato domino nostro placuerit, de predictis privilegiis pro ecclesiis ac regina et personis regis et principis predictorum diversimode conficiendis per dictum dominum regem Romanorum ac mittendis predicto domino nostro ut predicitur,laniatis laniandis iuxta modum predictum et de quolibet aliorum predictorum ac aliis conficiendis per dictum dominum regem Sicilie, cui super hoc similiter scribimus, per memoratum dominum nostrum, uno retento, cuiuslibet simile ecclesiis, eidem regi Romanorum, dicte regine ac regi Sicilie vel principi predictis liberaliter assignentur. (8) Cautiones vero et firmitates prestande iuxta formam tractatuum habitorum super hiis, ita videlicet quod promissiones et obligationes et iuramenta interveniant et partes nichilominus super omnibus et singulis absolute ac libere Romano pontifici spiritualiter
Sept. 1. et temporaliter se submittant, infra easdem Kalendas Septembris in Alamania prestabuntur. (9) Vos itaque premissa et affectum predicti domini nostri ac negotii qualitatem necnon et honoris nostri decentiam advertentes procuretis et sollicite faciatis, quod omnia in ea perfectione qua convenit compleantur, ita quod prefato domino nostro exinde merito placeatis et vobis laudis adveniat incrementum, et diligentius advertatis notas rubricatas, verba et abreviationes ipsarum, ne per transcursum vel occupationem in faciendo, scribendo, duplicando seu triplicando et mittendo aliquid omittatur. (10) Attendendum est etiam, visum fore expediens nunciis supradictis, quod in promissionibus et firmitatibus faciendis una cum procuratoribus sit tabellio publicus, qui de ipsis promissionibus et firmitatibus conficiat publica instrumenta, concipiendo ac formando verba promissionum et stipulationum tam in persona procuratorum, quam etiam in persona sua recipiendo semper nomine regis et principis predictorum. Et idem fiat pro parte regis Alamanie in promissionibus, faciendis a predictis rege et principe.

Dat. Rome, III. Non. Februarii, anno Domini MCCLXXX.

1) *Supra nr. 237 c. 10.* 2) *Cf. infra nr. 254.*

244. *PAX RUDOLFI CUM REGE SICILIAE. 1280. Mart. 27.*

Dedit, uti etiam nr. 245–250, Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 255 nr. VI ex transsumto infra nr. 257 edendo, cuius editionem repetimus. In margine omnium horum documentorum posuimus numeros capitum Articulorum supra nr. 237. Cf. privilegium regis Siciliae correspondens infra nr. 250.

Hic animadvertere liceat, quod ad nr. 244–250 varias binarum ingrossationum lectiones e Registro Nicolai III. sumptas et specialia eiusdem papae de singulorum diplomatum numero, sigillatione, traditione praecepta tam plene et accurate proposuit Kaltenbrunner ll. cc. atque etiam in Regestis imperii adnotata sunt, ut in nostra editione eis careri posse consulto censuerimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1177. (*P. deest.*)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis ad perpetuam rei memoriam.

(1) Ut ea, que solium maiestatis nostre contingunt et aguntur vel agentur in nr. 237. c. 9. posterum inter nos et dominum Carolum regem Sicilie illustrem, distincte ac clare in debito vigore procedant[a], volumus et tenore presentium declaramus, quod pro servitiis debitis hactenus imperatoribus vel regibus Romanorum de comitatu et marchionatu Provincie et comitatu Folkalkerie non prestitis aut pro censu olim eisdem pro ipsis vel eorum altero debito non soluto pro quibuscumque dudum factis vel omissis contra imperatores vel reges Romanorum per eundem regem Sicilie vel per quoscumque, qui olim exercuerunt dominium in eisdem comitatu et marchionatu Provincie ac comitatu Folkalkerie et terris eorundem, aliquid per nos vel per successores nostros ratione preteriti temporis peti non possit nec ad solutionem seu exhibitionem predictorum seu alicuius eorum ipse rex Sicilie, primogenitus eius vel heredes ipsorum possint astringi. Quin immo si aliqua culpa, mora vel pena in predictorum occasione in aliquo est contracta seu commissa, omnino remittimus, quatenus personam nostram vel imperium contingunt, ita quod per hoc persona tertia vel ius tertii in aliquo non ledatur nec huiusmodi remissio ad eorum ius aliquatenus extendatur, pena tamen peti non possit. (2) Pro servitio vero seu servitiis, que debentur vel debebuntur pro predictis comitatibus, c. 10. marchionatu et terris, quas tenent vel tenebunt dictus rex et primogenitus eius vel alter eorum in eodem imperio, non debeant nec possint citari, cogi vel vocari ad personale servitium et si vocarentur vel citarentur, ire personaliter minime teneantur. Sed sufficiat eis per alios ydoneos et decentes[b] servitium exhibere. (3) Et quod c. 11. iidem rex et primogenitus possint facere nobis homagium pro comitatibus et marchionatu predictis per alium vel si magis elegerimus, ipsi iidem rex et primogenitus coram nunciis nostris destinandis ad eos personaliter illud prestent, et non teneantur venire personaliter ad homagium huiusmodi faciendum. (4) Nec debeant dicti rex c. 12. et primogenitus pro aliqua causa citari personaliter vel nostrum seu imperiale personaliter teneantur subire iudicium et si vocarentur, venire personaliter minime teneantur. Sed liceat eis in agendo et possint per procuratorem in defendendo in quacumque causa respondere ac agere et in loco tuto. (5) Et quia dictum regem munificentia gratiosa c. 13. prosequimur, quecumque per ipsum vel per quoscumque ipsius auctoritate vel occasione facta, commissa seu illata sunt in imperio vel extra imperium in personis vel rebus mobilibus vel immobilibus quibuscumque retroactis temporibus usque in hodiernum diem, eidem de nostra liberalitate remittimus, ita quod nec contra ipsum nec contra aliquem alium ipsorum occasione ullo umquam tempore coram nobis vel iudicibus

244. a) procedatur c. b) detentos c.

nostris seu aliis quibuscumque nos vel imperium aut aliquis nostro nomine audiamur. Nec teneatur dictus rex vel aliquis alius pro predictis seu predictorum aliquo, quatenus nos vel imperium contingunt, in iudicio vel extra iudicium coram nobis vel iudicibus nostris seu quibuscumque aliis, ut predicitur, respondere aut nostrum pro aliqua causa occasione predictorum aliquatenus subire iudicium. Non tamen per hoc aliquod immobile vel ius, quod spectet ad imperium, occupatum vel detentum iniuste valeat detineri, quin immo licite possit repeti. Sed nulla res mobilis predictorum occasione peti valeat vel se movens; remittimus tamen offensam occupationis et penam. Si qui tamen alii a nobis vel imperio preteritorum occasione super rebus mobilibus et immobilibus, iuribus, dampnis, fructibus et interesse suam iusticiam voluerint prosequi, non nostro aut imperii nomine, super eis possint coram Romano pontifice vel iudicibus dandis ab eo civiliter experiri in casibus, in quibus iuste petere poterunt, ita tamen quod nulla pena extra rem occasione predictorum possit exigi vel imponi. Salvis etiam aliis
c. 14. legitimis defensionibus et iuribus hinc et inde. (6) Promittentes, quod regem, primogenitum et heredes eosdem per nos vel per alios non offendemus in aliquo, nec volentibus ipsos offendere prestabimus consilium, auxilium vel favorem publice vel occulte. Regnum etiam Sicilie et totam terram, que est citra Farum usque ad confinia terrarum Romane ecclesie, que predictus rex ab ipsa tenet ecclesia, non occupabimus vel invademus per nos vel per alium nec occupari vel invadi procurabimus, nec invadere vel occupare temptantibus prestabimus auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum[1]. In hiis auctoritate et mandato Romani pontificis vel sedis
c. 15. apostolice semper salvis. (7) Vassallos quoque nostros contra predictorum aliquod facientes compescemus et puniemus bona fide pro posse[2]. In hiis auctoritate et man-
c. 16. dato Romani pontificis vel sedis apostolice semper salvis. (8) Volumus insuper, quod si nos contra predicta vel aliquod predictorum, que continentur in precedenti articulo, ubi loquimur de regno Sicilie, faceremus, liceat omnibus et singulis ecclesiasticis et secularibus principibus, baronibus, vassallis et collegiis ac communitatibus imperii, ad mandatum Romani pontificis vel sedis apostolice iuvare regem et heredes eosdem ad defensionem regni Sicilie ac terre, quam ut predicitur idem rex ab eadem tenet ecclesia. Et pro eo quod iuvabunt regem vel heredes prefatos ad defendendum regnum et terram eadem contra imperium vel nos, non reputentur aliquid egisse vel agere contra homagium vel fidelitatem nobis ab ipsis prestita vel prestanda. Et quod propter auxilium vel iuvamen, quod in hoc casu ad mandatum eorundem Romani pontificis vel apostolice sedis regi vel heredibus prestabunt eisdem, nullum dampnum, detrimentum vel iacturam ipsi vel eorundem heredes in feudis et terris, que imperio tenent, incurrant vel accipiant. Et quod homines seu vassalli nostri vel imperii Romanorum non teneantur obedire nobis volentibus per nos vel per alium regnum Sicilie vel terram, que dictus rex ab eadem tenet ecclesia, ut dictum est, occupare, invadere seu quomodolibet offendere. In hiis auctoritate et mandato Romani pontificis et sedis
c. 17. apostolice semper salvis. (9) Preterea inimicos regis eiusdem non iuvabimus contra ipsum nec volumus, quod ipse inimicos nostros adiuvet contra nos. Salvis auctoritate et mandato predictis. Et excepto quod si nos haberemus guerram contra predictam Romanam ecclesiam vel eadem ecclesia contra nos, possit idem rex dictam ecclesiam libere adiuvare, et si predictus rex haberet guerram contra prefatam ecclesiam vel ipsa ecclesia contra ipsum, libere nos memoratam ecclesiam adiuvare possimus. Possit etiam predictus rex Sicilie regem Ungarie iuvare in defendendo et regem Francie, ut tenetur. Et nobis ut tenetur[c] servire non personaliter nichilominus teneatur. Sed

244. c) ut *add. c.*

1) *Cf. supra nr. 90 c. 10.* 2) *Cf. ibidem c. 11.*

nec de hominibus imperii possit servire alicui contra nos nec de hominibus ipsius regis Francie servire possit alicui contra ipsum. In premissis auctoritate ac mandato Romani pontificis et sedis apostolice semper salvis. (10) Quod si quod absit aliqua c. 18. discordia inter nos et Sicilie regem oriretur eundem, unus non movebit propter hoc guerram alii nec terram vel vassallos alterius aliquatenus molestabit. Salvis auctoritate ac mandato predictis. Sed nos et dictus rex Sicilie ad Romanum pontificem recurremus et super huiusmodi discordiis nos et ipse rex Sicilie stabimus dicto memorati Romani pontificis, si forsan inter nos nequiverimus concordare. (11) Super hiis c. 23. autem omnibus et singulis plenarie observandis absolute ac libere Romano pontifici et spiritualiter et temporaliter nos tenore presentium duximus submittendos. In omnibus autem et singulis supradictis consentimus expresse et in eisdem omnibus et singulis plenariam interpretationem et declarationem eidem Romano pontifici ad presens et in posterum reservantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo nos servaturos specialiter auctoritate presentium obligamus. (12) Pro- c. 19. mittentes nichilominus, predicta omnia et singula, postquam imperiale diadema dante Domino susceperimus, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem. (13) Premissa vero omnia et singula iuramento corporaliter prestito promittimus inviolabiliter observare.

Actum et datum Wienne, VI. Kalendas Aprilis, indictione VIII, anno Domini MCC octuagesimo, regni vero nostri septimo.

245. *DECLARATIO DE PRIVILEGIO REGINAE FRANCIAE CONCEDENDO.* *1280. Mart. 27.*

Dedit Kaltenbrunner l. c. 249 nr. III, cuius editionem repetimus. Cf. ad nr. 244. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1178. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus magnifico principi Karolo illustri regi Sicilie, amico sincere dilecto, salutem et omne bonum.

(1) Cum litteras infrascripti tenoris domine Margarete regine Francorum illustri nr. 237. c. 6. duxerimus concedendas, tamen puritatem intentionis nostre quam inesse decet regalibus actibus declarantes, promittimus, declaramus, ordinamus, decernimus et statuimus et hoc nos facturos et curaturos expresse ac specialiter obligamus, quod per predictas litteras et que continentur in ipsis nullum omnino preiudicium fiat vobis et heredibus vestris vel in iure preterito, quod vobis et ipsis in comitatu et marchionatu Provincie ac comitatu Folkalkerie competebat seu competit, vel in confirmatione et concessione, quas nuper vobis fecimus seu facimus de eisdem. (2) In omnibus autem et singulis c. 23. supradictis plenariam interpretationem et declarationem Romano pontifici ad presens et in posterum reservantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo nos servaturos specialiter auctoritate presentium obligamus. (3) Pro- c. 19. mittentes nichilominus, predicta omnia et singula, postquam imperiale diadema dante Domino susceperimus, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem.

(4) Tenor autem litterarum earundem talis est:

'Rudolfus Dei gratia — perpetuam firmitatem'. *infra nr. 247.*

Actum et datum Wienne, VI. Kalendas Aprilis, indictione octava, anno Domini MCC octogesimo, regni vero nostri anno VII.

246. *INFEUDATIO REGIS SICILIAE. 1280. Mart. 28.*

Dedit Kaltenbrunner l. c. 245 nr. I, cuius editionem repetimus. Cf. ad nr. 244. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1179. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus magnifico principi Karolo regi Sicilie illustri, amico sincere dilecto, salutem et omne bonum.

(1) Munificentiam nostri culminis ad vos et domum regiam convertentes, comi-
nr. 237 c. 4. tatum et marchionatum Provincie, intendentes hec duo nomina, scilicet comitatum et
c. 1. marchionatum, esse sinonima et unum non diversa supponere, et comitatum Folkalkerie cum omnibus iurisdictionibus, iuribus et pertinentiis eorundem ac omnia, que infra comitatus ipsos consistentia Romanorum imperatores per eorum privilegia quondam domino Raymundo Berengario comiti et marchioni Provincie ac comiti Folkalkerie ipsiusque predecessoribus donaverunt[1], presenti privilegio confirmamus, concedimus et de novo tam vobis ad vitam vestram, si tantum volueritis, quam heredibus vestris, qui processerunt ex vobis et clare memorie Beatrice regina Sicilie consorte vestra, et omnibus heredibus et successoribus eorundem in feudum sub consuetis censu et servitiis prestandis in posterum a vobis et ipsis in perpetuum possidenda donamus.
c. 2. (2) Et promittentes, quod per nos vel alium seu alios nullam donationem, confirmationem, investituram, concessionem vel contractum aut aliquid cum domina Margareta regina Francie illustri vel eius procuratoribus aut nunciis seu aliis quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus fecimus, per que huiusmodi confirmatio et de novo donatio sive concessio aut aliquid, quod in eodem concesso vobis super hiis privilegio continetur, habere non possit vel non debeat firmitatem vel per que confirmationi, donationi et concessioni predictis ac hiis que in dicto privilegio continentur, aliquod afferri possit vel debeat nocumentum seu predictarum confirmationis, donationis, concessionis et aliorum contentorum in privilegio supradicto effectus aliquatenus impediri, circa ea, que forsan extra comitatus eosdem predicta donatio imperatorum comprehenderet eorundem, nichil ad presens penitus innovato, declaramus, ordinamus, decernimus, statuimus et expresse facturos ac curaturos nos specialiter obligamus, quod per ea, que facta sunt a nobis ipsi regine Francie, nullum omnino preiudicium fiat vobis et heredibus vestris vel in iure preterito, quod vobis et eis in predictis comitatibus competebat seu competit, vel hiis que in confirmatione ac concessione predictis continen-
c. 19. tur. (3) Promittentes nichilominus predicta omnia et singula, postquam imperiale diadema dante Domino susceperimus, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem.

Actum et datum Wienne, V. Kalendas Aprilis, indictione VIII, anno domini MCC octogesimo, regni vero nostri anno septimo.

247. *PRIVILEGIUM REGINAE FRANCIAE CONCESSUM. 1280. Mart. 28.*

Dedit Kaltenbrunner l. c. 247 nr. II, cuius editionem repetimus. Cf. ad nr. 244. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1180. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus preclare domine Margarete inclite Francorum regine sibi dilecte salutem et omne bonum.

(1) Licet comitatum et marchionatum Provincie, intendentes hec duo nomina, scilicet comitatum et marchionatum, esse sinonima et unum non diversa supponere, ac comitatum Folkalkerie cum omnibus iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis eorundem ac omnia, que infra comitatus ipsos consistentia Romanorum imperatores per eorum privilegia quondam domino Raymundo Berengario comiti et[a] [marchioni] Provincie ac comiti Folkalkerie ipsiusque predecessoribus donaverunt, per speciale privi-

247. a) *deletum c.*

1) *Cf. Böhmer, Reg. imp. V, 1678.*

legium confirmemus, concedamus et de novo tam domino C. regi Sicilie illustri ad vitam suam, si tantum voluerit, quam heredibus regis eiusdem, qui processerunt ex eodem rege et clare memorie Beatrice regina Sicilie consorte sua, et omnibus heredibus et successoribus eorundem in feudum sub consuetis censu et servitiis prestandis in posterum ab eisdem rege, heredibus et successoribus in perpetuum possidenda donemus, et promittentes, quod per nos vel alium seu alios nullam donationem, confirmationem, investituram, concessionem vel contractum aut aliquid vobiscum vel cum vestris procuratoribus aut nunciis seu aliis quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus fecimus, per que huiusmodi confirmatio et de novo donatio sive concessio aut aliquid, quod in eodem concesso dicto regi super hiis privilegio continetur, habere non possit vel non debeat firmitatem vel per que confirmationi, donationi et concessioni predictis ac hiis, que in dicto privilegio continentur, aliquod afferri possit vel debeat nocumentum seu predictorum confirmationis, donationis, concessionis et aliorum contentorum in privilegio supradicto effectus aliquatenus impediri, circa ea, que forsan extra comitatus eosdem predicta donatio imperatorum comprehenderet eorundem, nichil ad presens penitus innovato, declaraverimus, ordinaverimus, decreverimus, statuerimus et expresse facturos et curaturos nos specialiter obligaverimus, quod per ea, que facta sunt vobis a nobis, nullum omnino preiudicium fiat regi et heredibus ac successoribus supradictis in iure preterito, quod eis in predictis comitatibus competebat seu competit, vel hiis, que in confirmatione ac concessione predictis continentur, tamen puri- nr. 237 c. 5. tatem intentionis nostre, quam regalibus actibus decet inesse, in ipso actu ipsius negotii declarantes expresse, dicimus, volumus, ordinamus atque statuimus, quod per hoc in iure, si quod in eisdem comitatibus obtinetis, nullum vobis preiudicium generetur[1]. (2) Sed cum idem rex nos requisiverit[b], ut in possessione dictorum comi- c. 7. tatuum[c], quos tenet et possidet ac longo tempore pacifice tenuit et possedit, turbari non permittamus eundem, presertim cum paratus sit et se offerat vobis in nostra curia de iustitia respondere, nos qui huiusmodi petitionem dicti regis utpote iuri consonam, non admittere nec possumus nec debemus, volumus et presentium tenore decernimus ac etiam prohibemus, quod vos per vos vel per alios regem predictum vel heredes eosdem in possessione predictorum comitatuum[c] nullatenus perturbetis, sed ius, si quod in ipsis comitatibus habere vos creditis, prosequamini si volueritis in curia supradicta[1]. (3) In omnibus autem et singulis supradictis plenariam inter- c. 23. pretationem et declarationem Romano pontifici ad presens et in posterum reservantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam et etiam simplici verbo nos servaturos specialiter auctoritate presentium obligamus. (4) Promittentes nichilominus, c. 19. predicta omnia et singula, postquam imperiale diadema dante Domino susceperimus, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem.

Actum et datum Wienne, V. Kalendas Aprilis, indictione octava, anno Domini MCC octogesimo, regni vero nostri anno VII.

248. *PRIVILEGIUM ECCLESIIS DATUM. 1280. Mart. 28.*

Dedit Kaltenbrunner l. c. 253 nr. V, cuius editionem repetimus. Cf. ad nr. 244. Ad idem Registrum omnes redeunt editiones. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1181.

(P. 423.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus archiepiscopis, episcopis ceterisque comitatus et marchionatus Provincie ac comitatus Folkalkerie ecclesiarum prelatis, devotis suis predilectis, gratiam suam et omne bonum.

247. b) *corr. ex* requisierit *c.* c) comitatum *c.*

1) *Cf. etiam supra nr. 239 c. 3. 4.*

(1) In quibuslibet nostris actibus ecclesiis et personis ecclesiasticis gratificari sollicitis studiis affectantes, earum dispendia quantum nobis ex alto permittitur evitamus. (2) Licet igitur comitatum et marchionatum Provincie, intendentes hec duo nomina, scilicet comitatum et marchionatum, esse sinonima et unum non diversa supponere, ac comitatum Folkalkerie cum omnibus iurisdictionibus, iuribus et pertinentiis eorundem ac omnia, que infra comitatus ipsos consistentia Romanorum imperatores per eorum privilegia quondam domino Raymundo Berengario comiti et marchioni Provincie ac comiti Folkalkerie ipsiusque predecessoribus donaverunt, per speciale privilegium confirmemus, concedamus et de novo tam domino C. regi Sicilie illustri ad vitam suam, si tantum voluerit, quam heredibus regis eiusdem, qui processerunt ex eodem rege et clare memorie Beatrice regina Sicilie consorte sua et omnibus heredibus et successoribus eorundem in feudum sub consuetis censu et servitiis prestandis in posterum ab eisdem rege, heredibus et successoribus, in perpetuum
nr. 237 c. 8. possidenda donemus, (3) et promittentes, quod per nos vel alium seu alios nullam donationem, confirmationem, investituram, concessionem vel contractum aut aliquid cum domina Margareta regina Francorum illustri vel eius procuratoribus aut nunciis seu aliis quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus fecimus, per que huiusmodi confirmatio et de novo donatio sive concessio aut aliquid, quod in eodem concesso dicto regi super hiis privilegio continetur, habere non possit vel debeat firmitatem vel per que confirmationi, donationi et concessioni predictis ac hiis, que in dicto privilegio continentur, aliquod afferri possit vel debeat nocumentum seu predictorum confirmationis, donationis, concessionis et aliorum contentorum in privilegio supradicto effectus aliquatenus impediri, circa ea, que forsan extra comitatus eosdem predicta donatio imperatorum comprehenderet eorundem, nichil ad presens penitus innovato, declaraverimus, ordinaverimus, decreverimus, statuerimus ac expresse facturos et curaturos nos specialiter obligaverimus, quod per ea, que facta sunt a nobis predicte regine Francie, nullum omnino preiudicium fiat regi et heredibus ac successoribus supradictis vel in iure preterito, quod eis in predictis comitatibus competebat seu competit, vel hiis, que in confirmatione ac concessione predictis continentur, nichilominus tamen declaramus, ordinamus, decernimus atque statuimus, quod per confirmationes, donationes et concessiones comitatuum eorundem ecclesiis et personis ecclesiasticis illarum partium nullum omnino preiudicium generetur, cum intentionis nostre sit earum
c. 23. iura non minuere sed augere. (4) In omnibus autem et singulis supradictis plenariam interpretationem seu declarationem Romano pontifici ad presens et in posterum reservantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo
c. 19. nos servaturos specialiter auctoritate presentium obligamus. (5) Promittentes nichilominus, predicta omnia et singula, postquam imperiale diadema dante Domino susceperimus, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem.

Actum et datum Wienne, V. Kalendas Aprilis, indictione octava, anno Domini MCC octogesimo, regni vero nostri anno VII.

249. *MANDATUM SUBDITIS DIRECTUM.* *1280. Mart. 30.*

Dedit Kaltenbrunner l. c. 252 nr. IV, cuius editionem repetimus. Cf. ad nr. 244. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1183. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus archiepiscopis, episcopis ceterisque prelatis, nobilibus, baronibus, communitatibus ac hominibus universis per comitatus Provincie ac Folkalkerie constitutis, dilectis suis et imperii Romani fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum,

(1) Munificentiam nostri culminis ad magnificum principem Carolum Sicilie regem illustrem et heredes eius gratiosius convertentes, comitatum et marchionatum Provincie, intendentes hec duo nomina, scilicet comitatum et marchionatum, esse sinonima et unum non diversa supponere, necnon comitatum Folkalkerie cum omnibus iurisdictionibus, iuribus et pertinentiis eorundem ac omnia, que infra comitatus ipsos consistentia Romanorum imperatores per eorum privilegia quondam domino R.[a] Berengario, comiti et marchioni Provincie ac comiti Folkalkerie, ipsiusque predecessoribus donaverunt, prefato regi et heredibus suis, qui processerunt ex eodem et clare memorie Beatrice regina Sicilie, consorte sua, et heredibus et successoribus eorundem confirmavimus, concessimus et in feudum de novo donavimus sub consuetis censu et servitiis, nobis et imperio ab ipsis prestandis in posterum, imperpetuum possidendum. (2) Et cum idem rex nos requisiverit, ut in possessione comitatuum, marchionatus et aliorum consistentium infra eos, que tempore nostre creationis et longis ante temporibus pacifice possedit et nunc pacifice possidet et quiete, turbari non permittamus eundem, presertim cum paratum se offerat de premissis omnibus petentibus in nostra curia de iustitia respondere, nos qui petitionem ipsam utpote iuri consonam non admittere nec possumus nec debemus, dignum vidimus sic ipsius regis et heredum suorum in possessione predicta providere quieti, ut tam eis quam aliis, in quos pacifice provisionis dirigere debemus intuitum, sublata cuiuslibet dissensionis[b] materia in diebus nostris solide pacis tempora subsequantur. (3) Quocirca universitatem vestram rogamus attente vobis auctoritate regali nichilominus firmiter iniungentes, quatinus in predictis comitatibus, marchionatu et aliis consistentibus infra eos prefatum regem et heredes suos seu alios eorum ibidem vices gerentes per vos vel alium seu alios non turbetis. Sed si aliquis ius habere se credit in illis, prosequatur si voluerit suam iustitiam coram nobis, cum parati sumus omnibus petentibus expedite iustitie plenitudinem exhibere. nr. 237 c. 7

Actum et datum Wienne, III. Kalendas Aprilis, indictione VIII, anno Domini MCC octuagesimo, regni vero nostri anno septimo.

250. *PRIVILEGIUM REGIS SICILIAE RUDOLFO CONCESSUM.*
1280. Mai. 10.

Dedit Kaltenbrunner l. c. 260 nr. VII, cuius editionem repetimus. Cf. ad nr. 244, quod est simile privilegium regis Rudolfi. Ad idem Registrum omnes redeunt editiones. V. Böhmer, Reg. imp. VI, 1177[1]. *(P. 424.)*

Karolus Dei gratia rex Ierusalem, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, princeps Achaie, Andegavie, Provincie, Folkalkerie et Tornodori comes universis presentes litteras inspecturis ad perpetuam rei memoriam.

(1) Munificentie gratiam et affabilitatis affectus, quibus magnificus princeps dominus Rodulphus Romanorum rex illustris nos et domum nostram prosequitur, cognoscentes ac intendentes regem ipsum et Romanum imperium debite gratitudinis studio revereri, promittimus pro nobis et heredibus nostris, quod nos vel ipsi heredes per nos vel per alios non offendemus regem eundem in aliquo, nec volentibus ipsum offendere prestabimus auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte. Imperium etiam vel aliquam eius partem non occupabimus vel invademus per nos vel per alios nec nr. 237 c. 21.

249. a) R. *supra lineam c.* b) dissentionis *c.*

1) *Cf. etiam Reg. imp. VI, 1193a. 1210.*

occupari vel invadi procurabimus, nec invadere vel occupare temptantibus prestabimus
auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum. In hiis auctoritate et man-
c. 25. dato Romani pontificis vel sedis apostolice semper salvis. (2) Vassallos quoque
nostros contra predictorum aliquod facientes pro posse bona fide compescemus et
c. 26. puniemus. Salvis auctoritate ac mandato predictis. (3) Et si nos contra predicta
vel aliquod predictorum, que superius de imperio loquimur, faceremus, liceat omnibus
et singulis ecclesiasticis et secularibus principibus, baronibus, vassallis ac collegiis ac
communitatibus regni Sicilie ac totius terre, que est citra Farum usque ad confinia
terrarum Romane ecclesie, que ab ipsa tenemus ecclesia, et omnium aliarum terrarum
nostrarum, que sunt in eodem imperio, ad mandatum eorundem Romani pontificis vel
apostolice sedis iuvare predictum regem et imperatorem Romanorum contra nos et
heredes eosdem ad defensionem imperii. Et pro eo quod iuvabunt imperatorem vel
regem predictum ad defendendum imperium contra nos et heredes eosdem, non repu-
tentur aliquid egisse vel agere contra homagium vel fidelitatem ab ipsis prestita vel
prestanda nobis et heredibus supradictis. Et quod propter auxilium vel iuvamen,
quod in hoc casu ad mandatum Romani pontificis vel sedis apostolice predictorum
prestabunt imperatori vel regi Romanorum, nullum dampnum vel detrimentum aut
iacturam ipsi vel eorum heredes in feudis et terris, que in regno Sicilie ac tota terra
predictis tenent, incurrent vel accipient. Et quod homines seu vassalli regni Sicilie
non teneantur obedire nobis volentibus per nos vel per alium imperium vel aliquam
eius partem, ut dictum est, occupare, invadere seu offendere in aliquo. Salvis auc-
c. 27. toritate ac mandato Romani pontificis vel sedis apostolice predictorum. (4) Preterea
inimicos regis eiusdem non iuvabimus contra ipsum. Salvis auctoritate ac mandato
predictis. Et excepto quod si nos haberemus guerram contra eandem ecclesiam
Romanam vel ipsa ecclesia contra nos, possit idem rex ecclesiam libere adiuvare, et
si predictus rex haberet guerram contra ecclesiam predictam vel eadem ecclesia contra
ipsum, libere nos memoratam ecclesiam adiuvare possimus. Possit etiam[a] rex pre-
dictus regem Ungarie iuvare in defendendo. Sed nec de hominibus imperii possimus
nos alicui servire contra regem Romanorum vel imperatorem nec de hominibus regis
Francie servire teneamur alicui contra ipsum. Possimus quoque et nos regem Ungarie
in defendendo iuvare. Salvis in hiis auctoritate ac mandato Romani pontificis vel
sedis apostolice predictorum. Possimus etiam iuvare regem Francie, ut tenemur.
c. 28. (5) Quod si forte quod absit inter eundem regem Romanorum et nos aliqua discordia
oriretur, unus non movebit propter hoc guerram alii nec terram[b] vel vassallos alterius
molestabit per se vel per alios. Salvis mandato et auctoritate Romani pontificis vel
sedis apostolice supradictis. Sed recurremus ad Romanum pontificem et super huius-
modi discordiis prefatus rex Romanorum et nos stabimus dicto memorati Romani
c. 29. pontificis, si forsan inter nos nequiverimus concordare. (6) Super hiis autem omni-
bus et singulis plenarie observandis absolute ac libere Romano pontifici spiritualiter
et temporaliter nos tenore presentium duximus submittendos. In omnibus autem et
singulis supradictis consentimus expresse et in eisdem omnibus et singulis plenariam
interpretationem et declarationem eidem Romano pontifici ad presens et in posterum
reservantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo
c. 19. nos servaturos specialiter auctoritate presentium obligamus. (7) Promittentes nichi-
lominus, predicta omnia et singula, postquam prefatus rex imperiale dyadema susce-
perit, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem. (8) Premissa vero omnia et
singula iuramento corporaliter prestito promittimus inviolabiliter observare. In cuius

250. a) eadem *add. c.* b) terrarum *c.*

rei testimonium presens privilegium ex hiis fieri et aurea bulla typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Actum Neapoli, anno Domini MCC octogesimo, die decimo Maii, octave indictionis, regnorum nostrorum Ierusalem anno quarto, Sicilie vero quinto decimo.

251. *PROROGATIO CONVENTIONALIS INTER REGES FACTA.*
1280. Dec. 23.

Quem iam adhibuimus in nr. 206—209 supra editis morem secuti, proponimus summarium tantum illius documenti ex eodem Catalogi a. 1366.[1] *codice fol. 64', quem denuo contulit Pogatscher. Cf. supra.*

Item prorogatio conventionalis inter R.[a] regem Romanorum et Carolum Sicilie et Ierusalem regem facta super quibusdam privilegiis, que erant in deposito apud dominum papam, prout in presentibus litteris asseritur.

Dat. Vienne, anno Domini MCCLXXX, die XXIII. Decembris.

De tempore et ratione v. Regesta imperii, ubi etiam aliud documentum item deperditum, quod ex nr. 253 infra edendo cognoscimus, commemoratur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1240. *(P. deest.)*

252. *MANDATUM RUDOLFI REGIS DE MUTUO CONTRAHENDO.*
1281. Ian. 5.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXVII, 698 paratam, quae nititur transsumto a. 1297. Iul. 30. in tabulario regio Florentino 'Prov. Strozzi-Uggucioni' asservato. Membranae valde exesae textum nonnullis locis sanare conati sumus. — Böhmer, Reg. imp. VI deest. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentium inspectoribus gratiam suam et omne bonum.

Noverit universitas vestra et omnes et singuli firmiter cognoscatis, quod cum virum honorabilem Rudolfum aule nostre cancellarium, fidelem et familiarem nostrum dilectum, cum nata nostra Clemencia karissima in Apuliam et ad partes Tuscie mitteremus, eidem nostro et Romani imperii | nomine a quocunque mercatore vel quibuscunque mercatoribus aut persona vel | personis quibuscunque usque ad summam duorum milium marcarum argenti et | plus, secundum quod sibi sufficere crediderit vel etiam expedire, [. . . . in][a] | agendis et consummandis causis et negociis nostris [. . . . tam in][b] | cur(ia) Romana quam in eisdem Tuscie partibus . . . .[c] | dedimus et concessimus plenam et liber[am potestatem . . . .][d] | et vocandum se quietum et pagatum de pec[unia accepta nostro et][b] imperii | dicti nomine et renunciandi exceptioni non numerate pecunie et non solute et omnibus aliis exceptionibus, per quas nos iuvare possemus quomodolibet vel tueri, et obligandi nos et omnia bona predicti imperii Romani mobilia et inmobilia, ac promittendi nostro et imperii memorati nomine restituere omnia dampna expositionis ac interesse cum sorte pecunie mutuate loco et termino statuendis, ac observandi omnes condiciones et pacta adicienda inter ipsum cancellarium nostrum et mercatorem vel mercatores et personam vel personas quascun-

251. a) *F. c.*

252. a) *desunt 12 litterae vel quasi tr.* b) *18 litterae.* c) *25 litterae.* d) *28 litterae.*

1) *Muratori l. c. VI, 107. De quo v. supra ad nr. 206—209.*

que, ut supra dictum est, et omnia alia circa premissa faciendum, que nos ipsi faceremus vel facere possemus, si presentes essemus. Ratum, gratum et acceptum habituri, quicquid in premissis per prefatum cancel | larium nostrum actum fuerit seu etiam ordinatum. In cuius [rei testimoni][a] | um presentes litteras fieri et pendenti sigillo [nostre regie maiestatis][e, 1] | in evidens testimonium et cautelam firmi[orem precepimus communiri.

Dat.][d] Vienne, anno Domini m[illesimo ducentesimo octuage][f] | simo primo, indictione nona, Non. I[anuarii, regni][g] nostri | anno octavo.

253. *PROCURATORIUM REGIS. 1281. Ian. 9.*

Duobus transsumtis 1) *infra nr.* 256 *c.* 6 *et* 2) *nr.* 257 *c.* 6 *sub VIII insertum est. V. infra.* 1 *contulit Paulus Kehr;* 2 *edidit Kaltenbrunner 'Actenstücke'* 263 *nr. VIII. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1256.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum.

(1) Noverit universitas vestra, quod nos venerabilem Iohannem Gurcensem episcopum principem nostrum et Rudolfum cancellarium aule nostre, dilectos fideles et familiares nostros constituimus, facimus et ordinamus procuratores nostros et nuntios speciales [vel] quemlibet eorum in solidum ita ut non sit melior conditio occupantis[2], ad presentandam et assignandam Clementiam natam nostram carissimam excellenti principi domino Karolo regi Sicilie illustri, amico nostro carissimo, aut nuntiis et procuratoribus ipsius ad hoc habentibus speciale mandatum ad nobilem virum C. primogenitum nobilis viri domini C. principis Salernitani primogeniti regis predicti, sponsum predicte Clementie transducendum. (2) Et ad petendum et recipiendum nomine nostro corporale sacramentum [a][a] rege predicto super observandis et adimplendis omnibus et singulis promissionibus submissionibus obligationibus conditionibus conventionibus pactis modis et formis et omnibus et singulis aliis, que in quodam suo privilegio aurea sub bulla bullato penes bone memorie dominum Nicolaum[b] papam III.[c] deposito nobis dando, cuius narratio sic incipit: 'Munificentie gratiam' et sic finit: 'iussimus communiri. Actum Neapoli', continentur[3], et ad stipulandum a rege predicto et sollempnem promissionem recipiendam ab ipso pro nobis et nomine nostro super censu et servitiis nobis et Romano imperio solvendo et prestandis pro marchionatu et comitatu Prouincie et comitatu Folkalker(ie), sicut inter nos actum et conventum est, et ad faciendum super hiis omnibus et singulis fieri publica instrumenta et ad petendum ipsa sigillari sigillo domini regis predicti. (3) Et ad omnia et singula prosequenda et exigenda nomine nostro a rege predicto, que venerabilis pater dominus Petrus Capudaquensis episcopus et nobiles viri dominus Amelio de Angoto[d] dominus Curbani et Riccardus de Ayrola procuratores predicti regis et nuntii speciales nobis procuratorio nomine promiserunt pro rege predicto et ipsum nobis obligaverunt, sicut nos ipsi petere prosequi et exigere ea possemus, si presentes essemus, et ad ea facienda, ordinanda, acceptanda et recipienda omnia et singula, que per nos fieri, ordinari, acceptari et recipi debent et possunt secundum formas, modos, conventiones et ordinationes inter nos ambos reges hactenus habitas et conscriptas. (4) Et specialiter ad recipienda

252. e) *20 litterae.* f) *27 litterae.* g) *13 litterae.*

253. a) *evanidum* 1. b) N. 2. c) tertium 2. d) *sic Kopp ex* 1, *Kaltenbrunner ex* 2; Augoto *probabilius Kehr.*

1) *Eschatocollum ad instar infra nr.* 265, *quod eodem die emanavit, supplevimus.* 2) *Cf. supra p.* 64 *n.* 2. 3) *Supra nr.* 250.

privilegia et litteras deposita penes predictum dominum N. papam III. danda nobis et regi predicto iuxta ordinationem et formam in quodam publico instrumento manu magistri Pauli de Reate tunc notarii camere domini pape predicti confecto plenius comprehensas, cuius narratio sic incipit: 'Pateat universis per hoc publicum instrumentum, quod venerabilis pater dominus Iohannes Gurcensis episcopus' et sic finit: 'eius simplici verbo stetur. Actum Suriani' [1], et ad acceptanda et recipienda pro nobis ipsa privilegia sub illis tenoribus modis et formis, sub quibus ipsa privilegia et littere sunt conscripta et specialiter ad petendum laniari et laniata sibi restitui litteras et privilegia concepta in persona principis supradicti deposita penes predictum dominum papam et ad recipiendas litteras nostras datas nuntiis et procuratoribus supradictis in Moravia conceptas [2] super certis terminis, infra quos promisimus predictam filiam nostram transmittere. (5) Et quedam alia adimplere, que in eisdem litteris plenius recitantur, et ad omnia et singula facienda pro nobis et nomine nostro, que nos ipsi facere deberemus circa omnia et singula supradicta, si presentes essemus et ad que de iure mandatum requiritur speciale. (6) Promittimus enim, nos ratum habituros et firmum, quicquid per predictos procuratores nostros vel alterum[e] ipsorum factum fuerit in premissis aut quolibet premissorum.

Dat. Wienne, anno Domini MCC octogesimo primo, VIIII. Ianuar., regni nostri anno octavo.

254. *SCRIPTUM PROCURATORUM RUDOLFO MISSUM. (1281.) Mart. 5.*

Epistolam ambassiatorum de itineris progressu satis lepide referentium servat solus codex Ottobonianus 2115, de quo v. supra ad nr. 14—19, fol. 44 nr. 103, ubi rubrum Episcopus regi Romanorum. *Cuius editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 181 nr. 166 paratam repetimus. In temporibus quodammodo peccatum esse apertum est; cf. Redlich l. c. 182. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1267. (P. deest.)*

Excellentissimo domino suo R. Romanorum regi inclito Iohannes Dei gracia Curcensis[a] episcopus et Rudolfus humilis suus cancellarius se devotos ad sua mandata

(1) Processus nostri qualitatem usque in Paduam tunc, cum abinde processissemus ulterius, magnificencie vestre tam per litteras [3] quam nuncium vestrum Chunradum de Marchpurga, quem vobis remisimus, sufficienter declaravimus, unde id quod scripsimus presentibus non repetimus, sed sufficiant vobis semel scripta. (2) Sciatis tamen, quod recedentes de Padua et districtu Paduanorum, per quem ab ipsis Paduanis fuimus lautissime procurati, terminos marchionis Astensis[a] intravimus, in quibus ab ipso marchyone et suo filio honeste fuimus recepti, laute et lete[b] procurati et recedentes de Ferraria in navibus sollempnissimis et multitudine infinita populi per ipsum marchionem gloriose ad duarum leucarum associati. Deinde vero Bononiam processimus, ubi nobis nuncii Karoli letissime occurrerunt ante civitatem ad tres leucas et ipsi cives Bononienses nobis in recepcione honesta honorem similiter impenderunt. Quo cum venissemus, die dominica Invocavit, videlicet crastino, in ecclesia Mart. 2.
sancti Petri ibidem dominam nostram vestram natam nunciis predictis sollempniter presentavimus ut decebat, qui eam tamquam suam dominam iocundissime receperunt et tamen eam in suis expensis nostre custodie relinquerunt. (3) Die Iovis autem Mart. 6.
proximo subsequente iter arripuimus ulterius procedendi, cuius processus eventus

253. e) altorum 1. f) LXXXI. 2.

254. a) *sic O.* b) *sequitur* fuimus *erasum O.*

1) *Servatum non est; cf. Kaltenbrunner l. c. p. 266.* 2) *Servatas non habemus; cf. ibidem et supra nr. 251.* 3) *Quae servatae non sunt.*

futuros ad presens vobis scribere non possumus, set eos vobis suo tempore declarare nullatenus obmittemus. Credimus tamen firmiter, quod sicut hucusque feliciter processimus, sic in procedendo amplius debeamus felicius prosperari. (4) Ceterum ego cancellarius dominam meam de Lovanio vestram neptem suo marito ut decuit presentatam iuxta vestrum mandatum tam in argento[c] quam in omnibus aliis totaliter expedivi et capitula[d] circa alia michi iniuncta[d] exequi non obmittam. (5) Novissime papa creatus est, dominus Symon Turonensis videlicet, et vocatur Martinus[1], qui vestra negocia in concilio Lugdunensi satis fideliter studuit promovere, et credimus, quod circa vos et vestros pii et gratiosi patris officium debeat exercere. Ad presens hec sufficiant.

Datum Bononie, feria IIII. post Invocavit.

255. *LITTERAE RUDOLFI AD REGEM SICILIAE.* *(1281. Apr. Mai.)*

Servatur in formularum codicibus T *nr. 140 et* E *fol. 143' nr. 232, de quibus v. supra ad nr. 14—16. Est rubrum in* T Regi Sicilie; *inscriptionem solus praebet codex* E. *De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1343.* *(P. deest.)*

Illustri et magnifico principi domino Karolo Dei gracia regi Sycilie, amico suo karissimo et affini R(udolfus) eadem gracia Romanorum rex semper augustus salutem et integre semper dilectionis augmentum[a].

Inter cetera quelibet augustalium titulorum insignia nobis attributa divinitus, inter multa votive felicitatis auspicia, quibus dextera Domini latera nostra circumdedit, incessanter id animo nostro revera suavitatis arrisit in osculo, id[b] immense leticie poculo nostra precordia fecundavit, quod inter nos et vos, in quem utique proavita strennuitas vires et animos propagavit, affinitatis amice[c] connubia sunt contracta. Que[d] quidem eo indissociabilius, eo indisiunctius semper servare[e] non solum, set et corroborare disponimus, quo cum inclita domo[f] Francie couniri desiderabilius nos delectat. De nobis igitur quesumus regia celsitudo fiducie[g] plenioris ex litterarum nostrarum affatibus argumenta suscipiat, quod in oportunitatibus vobis nostra sollicitudo non deerit, set ad[e] cuncta, que vobis honoris et glorie incremento cessura noverimus, se officiose benivolam[h] et ultroneam exhibebit.

256. *INSTRUMENTUM SUPER REDDITIONE PRIVILEGIORUM CONFECTUM.* *1281. Mai. 24.*

Autographon tabularii secreti Vaticani Armar. C fasc. 37 nr. 3 asservatum descripsit Paulus Kehr[2]. *Edidit etiam Kopp l. c. III, 1, 297 nr. 6, qui non omnia recte legit. Verba nonnullis locis evanida uncis inclusimus. Quoad c. 3 conferenda etiam sunt ea, quae ad nr. 244 et 257 notavimus. — Potthast 21758. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1298 a.* *(P. deest.)*

254. c) argumento *O.* d) causa . . iniuncta *O.*

255. a) *inscriptio in solo E.* b) ac *E.* c) auirē *E.* d) quē *E.* e) *deest E.* f) inclito domino *E.* g) fuducie *E.* h) benivolencia *E.*

1) *Scilicet Viterbii 1281. Febr. 22.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 48. — In Catalogo a. 1366, de quo v. supra ad nr. 206—209, autographon sic commemoratur (Muratori l. c. VI, 107):* Item quoddam instrumentum continens, quod dominus Martinus papa IIII. pontificatus sui anno primo quedam privilegia et instrumenta penes eum deposita per reges Romanorum et Sicilie iuxta conventionem appositam in deposito partem restituit, aliqua cancellavit et aliqua sibi retinuit. Dat. apud Urbemveterem, anno Domini MCCLXXXI, die XXIIII. mensis Maii.

In nomine Domini amen.

Anno Domini MCCLXXXI, indict. VIIII, mense Maii XXIIII. die intrante, pontificatus domini Martini pape IIII. anno primo.

(1) Pateat omnibus per hoc publicum instrumentum, quod cum olim venerabilis pater dominus Iohannes Gurcensis episcopus nuntius et magister Paulus de Interampn(is)[a] tunc procurator domini Rodulfi illustris regis Romanorum pro parte ipsius regis et nomine eius et nobiles viri dominus Amelius dominus Corbani, Iohannes de Vambecort, Riccardus de Arola et magister Petrus de Latyara nuntii, familiares et consiliarii domini Karoli illustris regis Sicilie pro parte ipsius regis Sicilie quedam privilegia aurea bulla bullata et [litte]ras[b] sub nomine eiusdem regis Romanorum et quoddam privilegium sub nomine predicti regis Sicilie confecta penes felicis recordationis dominum Nicolaum papam III. sub certa forma ea conditione duxerint deponenda, quod processu temporis, postquam domina Clementia filia ipsius regis Romanorum, tunc desponsanda Carolo nepoti dicti domini regis Sicilie, data et recepta foret, nonnulla ex ipsis privilegiis et litteris redderentur partibus, aliqua vero laniarentur et aliqua in archivo Romane ecclesie conservari deberent, prout in instrumento publico inde confecto[1] manu mei Pauli notarii camere domini pape plenius continetur. (2) Comparentibus tandem coram sanctissimo patre et domino domino Martino divina providentia summo pontifice prefato domino rege pro se in persona propria et prefato domino episcopo Gurcensi et magistro Rodulfo cancellario dicti domini regis Romanorum procuratoribus, prout de procuratorio ipsorum constitit per patentes regias litteras ipsius regis Romanorum, quarum tenor infra subicitur[2], pro parte ipsius regis Romanorum et supplicantibus cum instantia eidem domino pape, ut cum dicta domina Clementia, desponsata nepoti dicti domini regis Sicilie, data sit et recepta ab ipso domino rege Sicilie pro dicto nepote suo secundum formam instrumenti predicti, prefatus dominus Martinus papa predicta privilegia et litteras sic deposita reddenda redderet, lanianda laniaret et conservanda faceret in archivo Romane ecclesie conservari, idem dominus Martinus papa assistentibus sibi fratribus suis, videlicet venerabilibus patribus domino O. Tusculano, domino L. Ostiensi, domino G. Sabinensi et domino Ieronimo Prenestrino episcopis, domino Anchero tituli Sancte Praxedis, domino Guillelmo tituli Sancti Marchi et domino Hugone tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiteris, domino Iacobo Sancte Marie in Cosmidin, domino Gottifrido Sancti Georgii ad Velum aureum, domino Matheo Sancte Marie in Porticu, domino Iordano Sancti Eustachii, domino Iacobo Sancte Marie in Via lata et domino Benedicto Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconis cardinalibus, huiusmodi supplicationes benigne admisit et in presentia mei Pauli notarii et testium subscriptorum servata forma instrumenti prefati predicta privilegia et litteras reddenda reddidit, lanianda laniari fecit et retinenda conservari mandavit in archivo predicte Romane ecclesie in hunc modum:

(3) (I) Inprimis videlicet unum privilegium confectum seu litteras per dominum regem Romanorum sub bulla aurea in persona domini regis Sicilie, quod incipit: 'Munificentiam nostri culminis etc.' et finit: 'ad maiorem et perpetuam firmitatem. Actum et datum Wienne etc.'[3] Dandum parti regis Sicilie reddidit ipsi regi. (II) Item aliud privilegium seu litteras triplicatum sub bulla aurea confectum per eundem regem Romanorum in persona regine Francie, quod incipit: 'Licet comitatum etc.' et sic finit: 'et perpetuam firmitatem. Actum et datum Wienne etc.'[4] Unum retinendum per dominum papam retinuit et etiam

256. a) Interapn *or.* b) *uncis inclusa evanuerunt or.*

1) *Quod servatum non est. Cf. etiam supra nr. 251 et Reg. imp. VI, 1240.* 2) *Supra nr. 253.* 3) *Supra nr. 246.* 4) *nr. 247.*

unum dandum regine et reliquum reddendum parti regis reddidit ipsi regi Sicilie. (III) Item aliud privilegium sub bulla aurea duplicatum confectum per dictum dominum regem Romanorum in persona ipsius domini regis Sicilie, quod incipit: 'Cum litteras etc.' et [finit][c] 'ad maiorem et perpetuam firmitatem. Actum et datum Wienne etc.'[1]. Unum retinendum retinuit et aliud dandum parti regis Sicilie reddidit ipsi regi. (IV) Item quandam litteram confectam per eundem regem Romanorum sub sigillo cereo triplicatam, per quam scribitur comitatibus et baronibus et hominibus Prouincie, que incipit: 'Munificentiam etc.' et finit: 'iustitie plenitudinem exhibere. Actum et datum etc.'[2]. Unam [retinendam][b] per dominum papam retinuit et alias dandas regi Sicilie tradidit ipsi regi. (V) Item aliud privilegium triplicatum sub bulla [aurea confectum][b] per eundem regem Romanorum, quod dirigitur prelatis illarum partium et incipit: 'In quibuslibet[d] etc.' et sic [finit][b]: 'perpetuam firmitatem Actum et dat. etc.'[3]. Unum retinendum in archivo ecclesie Romane et reliqua duo retinuit danda, prout [viderit][b] expedire. (VI) Item aliud privilegium duplicatum sub bulla aurea confectum per dictum dominum regem Romanorum ad perpetuam rei memoriam, quod incipit: 'Ut ea que solium etc.' et finit: 'promittimus inviolabiliter observare. Actum et dat. etc.'[4]. Unum retinendum retinuit et aliud dandum parti eiusdem regis Sicilie reddidit ipsi regi. (VII) Item aliud privilegium duplicatum confectum sub bulla aurea per dictum dominum regem Sicilie ad perpetuam rei memoriam sic incipiens: 'Munificentie gratiam etc.' et sic finiens: 'iussimus communiri. Actum Neapoli etc.'[5]. Unum retinendum per dominum papam retinuit et aliud dandum parti ipsius regis Romanorum reddidit prefatis domino episcopo Gurcensi et cancellario procuratoribus recipientibus nomine ipsius regis Romanorum.

(4) Item quedam privilegia et litteras sub bulla aurea confecta in persona domini Karoli principis Salernitani primogeniti dicti regis Sicilie, [que secundum][b] formam predicti instrumenti lanianda erant, dictus dominus papa laniari fecit in presentia predictarum partium, que sunt ista: (I) In primis unum privilegium confectum per dominum . . regem Romanorum in persona domini principis conrespondens, quod incipit; 'Munificentiam nostri culminis etc.' et finit: 'ad maiorem et perpetuam firmitatem. Actum et dat. Wienne etc.' Fuit in presentia predictarum partium laniatum. (II) Item aliud privilegium triplicatum confectum per ipsum dominum regem Romanorum in persona domine regine Francie conrespondens, quod incipit: 'Licet comitatum etc.' et finit: 'et perpetuam firmitatem. Act. et dat. Wienne'. Laniatum extitit cum duobus duplicatis ex illo. (III) Item duo privilegia eiusdem tenoris confecta per eundem regem Romanorum in persona ipsius principis conrespondentia, que incipiunt: 'Cum litteras etc.' et finiunt: 'ad maiorem et perpetuam firmitatem. Act. et dat. Wienne etc.' Laniata fuerunt. (IV) Item tres littere eiusdem tenoris cum sigillo cereo confecta per predictum regem Romanorum, per quas scribitur prelatis, communitatibus et baronibus ac hominibus Prouincie, conrespondentes, que incipiunt: 'Munificentiam etc.' et finiunt: 'iustitie plenitudinem exhibere. Act. et dat. etc.' Laniate fuerunt in presentia eorundem. (V) Item tres alie littere sive privilegia confecta per dictum regem Romanorum, que erant eiusdem tenoris conrespondentia similiter, quorum quodlibet incipiebat: 'In quibuslibet etc.' et finiebat: 'perpetuam firmitatem. Actum et dat. etc.' Laniata fuerunt in presentia partium earumdem. (VI) Item duo alia privilegia eiusdem tenoris confecta per eundem regem Romanorum ad per-

256. c) *omissum or.* d) *praecedit parva rasura or.*

1) *Supra nr. 245.* 2) *nr. 249.* 3) *nr. 248.* 4) *nr. 244.* 5) *nr. 250.*

petuam rei memoriam conrespondentia, que incipiunt: 'Ut ea que solium etc.' et finiunt: 'promittimus inviolabiliter observare. Actum et dat. etc.' Laniata similiter extiterunt in presentia partium predictarum.

(5) Quibus privilegiis et litteris ut predicitur redditis, retentis et etiam laniatis dictus dominus rex Sicilie pro se et dicti dominus episcopus et cancellarius procuratores nomine dicti regis Romanorum recognoscentes predicta privilegia et litteras hinc inde reddita per ipsum dominum papam et etiam retenta esse et laniata fuisse sub eisdem formis et tenoribus, sicut conscripta sunt, et existere illa eadem, que fuerant deposita penes dominum Nicolaum papam predictum, confessi sunt, se recepisse et habuisse ab eodem domino Martino papa omnia que eis reddenda erant, et super redditione et recognitione huiusmodi promiserunt suas patentes litteras concedere et ipsi domino exhibere, prefato domino pape[d] recipienti pro se et successoribus suis et ecclesia Romana, de omnibus et singulis supradictis finem et refutationem perpetuam nichilominus facientes.

(6) Tenor autem predicti procuratorii de verbo ad verbum est talis:

'Rudolfus Dei gratia — nostri anno octavo'. *supra nr. 253.*

Actum apud Vrbemveterem in superiori camera, in qua moratur dominus papa coram prefatis partibus et hiis testibus rogatis et vocatis, scilicet domino Petro sancte Romane ecclesie vicecancellario, domino Berardo de Neapoli domini pape notario, magistro Raynaldo thesaurario ac magistro Petro de Latyera capellano eiusdem domini pape et domino Leonardo cancellario Achaie et pluribus aliis ibi presentibus.

Ego Paulus de Reate apostolica auctoritate et nunc camere domini pape notarius predictis interfui et a predictis domino rege Sicilie ac procuratoribus prefati regis Romanorum rogatus scripsi, publicavi et signum feci. (S. N.)

257. *TRANSSUMTUM OMNIUM PRIVILEGIORUM IUSSU PAPAE CONFECTUM. 1281. Mai. 24.*

Edidit ex Registri Martini IV. tom. I, iam in serie Registrorum tabularii secreti Vaticani tom. 41 fol. 4 Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 243 nr. 233, cuius editionem repetimus[1]. *Est ibi rubrum* Littere conventionales habite inter Rudolfum Romanorum et Carolum Sicilie reges illustres. *Cf. iam supra ad nr. 244.* *(P. deest.)*

Martinus etc. ad futuram rei memoriam.

(1) Dudum super quibusdam tractatibus, conventionibus conditionibus atque pacis inter carissimos in Christo filios nostros Rudolfum Romanorum et Carolum Sicilie reges illustres per Romanam ecclesiam et tractatores ab ea super hoc datos habitis, tractatis et etiam ordinatis nonnulla per reges eosdem privilegia et littere sunt confecta, ex quibus aliqua regum ipsorum aureis bullis bullata, quedam vero ipsius regis Romanorum littere suo pendente sunt cereo sigillo munite. Que quidem omnia privilegia et litteras nuncii et procuratores regum ipsorum eorum nomine felicis recordationis Nicolao pape predecessori nostro presentaverunt et assignaverunt tenenda et custodienda per ipsum et demum infrascripto modo reddenda, videlicet quod procuratores utriusque regis tempore redditionis litterarum et privilegiorum eorundem, scilicet infra tres menses, postquam Clementia filia dicti regis Romanorum, desponsanda nepoti dicti regis Sicilie, data foret et recepta, cum pleno et sufficienti mandato comparerent coram ipso predecessore nostro, quibus ipsa privilegia et littere redderentur, ita quod

256. d) pp *or.*

1) *Cf. Posse 'Analecta Vaticana' nr. 1032. Cf. etiam Böhmer, Reg. imp. VI, 1177.*

in mandatis eorum contineretur expressa, quod ipsi procuratores possint privilegia et litteras ipsa recipere et acceptare sub illis tenoribus, modis et formis, sub quibus ipsa littere et privilegia sunt confecta. (2) Et supplicaverunt ambe partes, quod placeret, ut ipsorum verbis utamur, eidem, tunc cum privilegia et littere ipsa redderentur, per suas litteras exprimere cum toto tenore privilegia et litteras, que dabuntur, et cui et sub quibus modis et formis reddentur, recipientur et acceptabuntur, et quod in ipsis litteris apostolicis expressa fieret mentio de forma mandatorum et procuratorum ipsorum, prout hec omnia continentur in quodam instrumento publico, manu dilecti filii magistri Pauli de Reate camere nostre notarii confecto super depositione ac redditione privilegiorum et litterarum eorundem ac faciente distinctam de ipsorum principiis et finibus mentionem[1]. (3) Nuper autem prefatus rex Sicilie pro se et venerabilis frater noster I. Gurcensis episcopus ac dilectus filius Rodulfus eiusdem regis Romanorum cancellarius, ipsius regis Romanorum procuratores, cum eius pleno et sufficienti ad hoc mandato, cuius tenor de verbo ad verbum inferius continetur[2], pro dicto rege Romanorum in nostra presentia comparentes ipsaque privilegia et litteras acceptantes sub illis tenoribus, modis et formis, sub quibus privilegia ipsa et littere sunt conscripta, voluerunt concorditer et a nobis petierunt instanter, ut cum Clementia filia dicti regis Romanorum, desponsata nepoti dicti regis Sicilie, data iam sit, sicut conventum exstitit, et recepta nec postea sit dictum tempus elapsum[b], nos privilegia ipsa et litteras eiusdem regis Romanorum ipsi regi Sicilie ac predictam litteram ipsius regis Sicilie ipsis episcopo Gurcensi et Rodulfo cancellario, procuratoribus regis Romanorum eiusdem, pro eo reddere et restituere necnon et litteras super hoc nostras totum tenorem litterarum et privilegiorum ac mandati predictorum, ut premittitur, continentes unicuique partium concedere dignaremur. (4) Nos autem predicti Sicilie regis ac ipsorum procuratorum Romanorum regis petitionem utpote iuri consonam de fratrum nostrorum consilio admittentes, reddidimus eidem regi Sicilie infrascripta privilegia et litteras regis Romanorum eiusdem, quorum tenores de verbo sunt hii:

(I) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno septimo'. *supra nr. 246.*

(II) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno VII'. *supra nr. 247.*

(III) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno VII'. *supra nr. 245.*

(IV) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno septimo'. *supra nr. 249.*

(V) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno VII'. *supra nr. 248.*

(VI) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno septimo'. *supra nr. 244.*

(5) Predictis vero episcopo et cancellario, procuratoribus prefati regis Romanorum, pro eo reddidimus prenominatam litteram ipsius regis Sicilie, cuius tenor de verbo ad verbum talis est:

(VII) 'Karolus Dei gratia — vero quinto decimo'. *supra nr. 250.*

Omnia autem privilegia et litteras confecta in persona dilecti filii nobilis viri Karoli principis Salernitani, primogeniti regis Sicilie supradicti, deposita per ipsius regis Romanorum procuratores penes eundem predecessorem nostrum, quia sic actum exstitit et conventum, iussimus et fecimus laniari ac eisdem regis Romanorum procuratoribus restitui laniatas[3].

(6) Tenor autem predicti mandati per ipsos episcopum Gurcensem et cancellarium exhibiti talis est:

(VIII) 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno octavo'. *supra nr. 253.*

257. b) nec — elapsum *in marg. add. c.*

1) *Cf. p. 249 n. 1.* 2) *Supra nr. 253.* 3) *Cf. supra nr. 256.*

Diese Seite wieder heften hinter S. 457

(7) Volentes insuper predictorum regis Sicilie ac procuratorum regis Romanorum petitionem in hac parte plenius adimplere, presentes litteras predictorum privilegiorum, litterarum et procuratorii tenores totaliter continentes dupplicari ac unicuique partium, prout petierunt a nobis, ad perpetuam memoriam tradi iussimus singulas nostra bulla bullatas[1].

Datum apud Urbemveterem, VIIII. Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno primo.

258. *CONSENSUS DUCIS SAXONIAE DE REGNO ARELATENSI.* *1281. Sept. 5.*

Gravissimum hoc documentum ex autographo Pisis in tabulario nobilissimae familiae Roncioni nr. 416 asservato iam olim publici iuris fecit I. Ficker 'Die Ueberreste des Deutschen Reichsarchives zu Pisa' p. 34 nr. 13 (= Wiener Sitzungsberichte 1854 p. 170), cuius editionem hic repetimus. Sigillum deperiit, solis foraminibus relictis. Cf. ea quae de indole et ratione huius consensus in Regestis imperii VI, ad 1156a et 1298a et apud Ficker l. c. exposita sunt. *(P. deest.)*

Nos Iohannes Dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux burgraviusque Magdeburgensis ac sacri imperii marscalcus ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod cum, prout certa relacione cognovimus et veritas attestatur, regnum Viennense quod et Arelatensis nomine nuncupatur, quod olim ab imperio tenebatur et adhuc teneri debet in feodum, per vacacionem diuturnam immo longissimam ducentorum annorum et amplius sit distractum in tantum, quod ipsius regni iurium et limitum memoria vix existat et ex hoc Romanum imperium utilitatibus debitis et honore congruo defraudetur, nos qui tenemur ex debito honori ipsius imperii consulere et augmentum honoris eiusdem ubilibet pro viribus ampliare, quia in provisione regni predicti honor et utilitas imperii evidenter exurgat, laudamus consilium, approbamus et eciam consentimus expresse, quod serenissimus dominus noster Rodolfus Romanorum rex semper augustus dicto regno de persona magnifici principis domini Karuli principis Salernitani, honoris[2] sancti Angeli domini, incliti principis domini Karuli regis Sicilie primogeniti, pro honore imperii provideat et eidem ac Karulo suo primogenito sponso domine Clemencie, memorati domini regis filie, et heredibus eorum ipsum regnum in feodum, prout ipsi domino nostro regi pro utilitate ipsius imperii utilius videbitur, conferat solempnitatibus debitis et consuetis. Gratum habentes et ratum, quicquid predictus dominus noster fecerit in premissis et sequentibus ad premissa, dummodo decima imperio de predicto regno annis singulis exsolvatur, quemadmodum sepedictus dominus noster rex ordinandum duxerit, et Bisuntina et Lausanensis civitates cum diocesibus imperio salve permaneant una cum Burgundie comitatu. In quorum testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum.

Datum Wittenberghe in nostra civitate, anno Domini MCCLXXXI, XVII. Kal. Octobris.

---

1) *Cf. Articuli supra nr. 237 c. 20.* 2) *i. e. districtus.*

259. SENTENTIA DE IURE ADVOCATIAE VACANTIS.

1279. Iun. 17.

Autographon, quod in tabulario monasterii Seitenstettensis adhuc servatur, iam olim exemplavit b. m. Wattenbach. Pendet sigillum filis sericis flavi et rubei coloris. Ediderunt etiam Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden' p. 122 nr. 59, ubi in regesto datum male indicatur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1101. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Nobis nuper Wienne pro tribunali sedentibus in placito generali venerabilis Rudolfus abbas monasterii de Seytenstetin devotus noster dilectus per sentenciam coram nobis hoc peciit diffiniri: si princeps aliquis, comes aut nobilis zelo devocionis inductus aliqua predia sive bona ad ipsum proprietatis iure spectancia alicui monasterio conferat propter Deum, retento tamen sibi iure advocaticio in eisdem, et idem postmodum nullo sibi herede vel successore legitimo succedente decedat, utrum advocacia bonorum huiusmodi, que sic vacat, ad ipsum terre principem, cum alium successorem non habeat, merito debeat pertinere. Hac itaque questione sub forma prescripta proposita assidencium et astancium nobis principum, comitum, nobilium et aliorum nostrorum fidelium multitudo sentenciando taliter diffinivit: quod in casu predicto ius advocacie in bonis huiusmodi ad neminem alium quam ad verum terre principem pleno iure devolvitur et transfertur. Nos itaque prefatam sentenciam utpote rite latam et provide approbantes, ipsam auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo duximus roborandum.

Datum Wienne, XV. Kal. Iulii, ind. VII, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, regni vero nostri anno sexto.

---

260. LITTERAE DE COMITATU CAMERACENSI ET BONIS IMPERII.

1279. Aug. 23.

Dedit iam olim Bethmann ex autographo tabularii Insulensis; sigilli magni a tergo impressi vestigia tantum exstant. Edidit ex eodem, ut videtur, autographo tunc capituli Cameracensis (Mutte) 'Mémoire pour mgr. l'archevêque de Cambrai' (Paris 1772) p. 58 nr. 30 (= Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 333 nr. 423). — Böhmer, Reg. imp. VI, 1122. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabilibus viris . . preposito, . . decano totique capitulo Cameracensis ecclesie suis devotis graciam suam et omne bonum.

Litteris vestris, quas nuper nostre celsitudini destinastis, affectione benigna susceptis ut decuit et plenius intellectis, aliquantulum mirabamur, ex eo quod earumdem tenor tenuit litterarum, ad vestram noticiam quorundam relatibus pervenisse, quod nos comitatum Cameracensem, quem pontifices vestre ecclesie a tempore cuius non constat memoria tenuerunt, ab ipsa Cameracensi ecclesia alienare vellemus in eius non leve dispendium et gravamen. Unde cum ex officii desuper nobis crediti debito teneamur vestram ecclesiam et quaslibet alias in suis iuribus et libertatibus gubernacione felici protegere et servare, ut sub nostro regimine proficiant in votive salutis augmento, sinceritati vestre ad predicta, que vestra epystola continebat, ex animo taliter respondemus, quod illud propositum numquam ascenderat in cor nostrum, per quod vobis in vestris et ecclesie vestre iuribus et libertatibus quibuscumque possit vel debeat aliquod preiudicium generari. Sed tantum nobili viro H. comiti de Lutzelenburch dilecto nostro fideli meminimus commisisse, ut iura imperii que predecessores nostri imperatores et reges Romani hactenus habuerunt in vestra dyocesi, nostre retraheret potestati. Nec tamen occasione commissionis huiusmodi in vestri et predicte ecclesie vestre iuris preiudicium quicquam volumus per ipsum comitem vel per quemcumque alium attemptari. De quo vobis per presentes litteras indubitabilem certitudinem elargimur.

Dat. Wienne, X. Kal. Septembris, ind. VII, regni nostri anno VI.

---

261. SENTENTIA DE CONSTRUCTIONE MUNITIONUM.

1279. (Sept.)

Supersunt duo autographa inter se aliquantum differentia: 1) *Karlsruhae in tabulario generali asservatum 'Selekt der Kaiserurkunden' nr. 96, cui appendent sigilli fragmenta loro membranaceo; denuo contulit vir cl. Schulte;* 2) *exemplar episcopi Bambergensis in cancellaria regis certe exaratum, in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' 84 a nobis a. 1896. inventum et collatum. Cui appendent parva sigilli fragmenta loro membranaceo.* 1 *iam adhibuit Pertz. Quoad lineam dati v. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 182*[1]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1126.* *(P. 422.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri[a] Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis volumus notum esse[b], quod nobis anno Domini MCCLXXIX[c], indictione[d] VII, Wienne pro tribunali sedentibus ad instanciam nobilis viri H.[e] marchionis de Hahper per communem omnium astancium sentenciam est obtentum, quod nullus homo qualiscumque condicionis fuerit[f] in alicuius comitis comicia castrum vel municionem aliam qualemcunque erigere sive[g] construere debeat, nisi prius ipsius comitis super eo requisito beneplacito et obtento.

261. a) *deest* 2. b) *loco* volumus notum esse 2: notum facimus per presentes. c) millesimo 2. d) ind. 2. e) . . 2. f) extiterit 2. g) erigere sive *desunt* 2.

1) *Cf. etiam Reg. imp. VI, 2218, cuius editionem paravimus 'Neues Archiv' XXIII, 35 nr. 8 ex autographo tabularii generalis regni Bawarici.*

Quam sententiam utpote rite et racionabiliter prolatam approbantes et etiam[h] confirmantes, universis vobis inhibemus, ne quis vestrum sentenciam huiusmodi violet vel[i] infringat.

Datum Wienne[k], die et loco predictis, regni nostri anno VI.

---

262. REVOCATIO STATUTI DE MERCIMONIIS CIVIBUS INDULTA.

1279. Dec. 7.

Autographon asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' 83, ex archivo Ratisponensi profluum; cuius editionem a nobis 'Neues Archiv' XXIII, 33 iam paratam hic repetimus. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei et flavi coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1152. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos devota et utilia que prudentes viri cives Ratisponenses fideles nostri dilecti nobis et imperio impenderunt obsequia graciosius intuentes, ipsis hanc nostre munificencie graciam pre ceteris dignum ducimus impertiri, videlicet quod statutum illud, quod de recipiendo a quibuscumque mercatoribus partem octavam mercimoniorum omnium statuisse dinoscimur, quoad eos presentibus irritamus et simpliciter revocamus, promittentes bona fide, quod nullo unquam tempore inantea ipsos cives Ratisponenses aliquibus novis statutis, qualitercunque ordinata fuerint, volumus pregravare, sed eos ab illis, si qua fierent statuta, liberos prorsus esse volumus et exclusos. Preterea volumus et eisdem civibus liberaliter indulgemus, quod more solito dicti cives de Ungaria per terras Austrie libere argentum suum deducant, universis et singulis tenore presencium firmiter inhibentes, ne quis ipsos contra indultam eis huiusmodi serenitatis nostre graciam in deductione argenti huiusmodi aliqualiter impedire presumat. In cuius rei testimonium presens scriptum magestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, VII. Idus Decembr., anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, indicc. VIII, regni vero nostri anno septimo.

---

263. CONSTITUTIO VICARIORUM IMPERIALIUM IN PARTIBUS SAXONIAE.

1280. Aug. 24.

Contulimus Copiarium Marchicum saec. XIV. R. 78a. 3 fol. 26' tabularii regii Berolinensis, quo omnes redeunt editiones. Ubi rubrum Commissio amministracionis

261. h) auctoritate regia 2. i) seu 2. k) Wienne *deest* 2.

quorundam bonorum Iohanne, Ottone et Conr. marchionibus Branden. *De linea dati, quam Riedel male legit, dubitare non licet. Cf. iam supra nr. 180. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1219.* *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis inperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum[a].

Gerentes de illustribus viris Al(berto) duce Saxonie genero nostro necnon de Io(hanne), Ot(tone) et Conr(ado) marchionibus de Branden(burg) principibus nostris dilectis fiduciam inconcussam, ipsis civitates, opida, castra, municiones, villas, possessiones et iura quelibet in partibus Saxonie et Thuringie ad nos et imperium pertinencia, que clare memorie quondam Al(bertus) dux Brůnsw(icensis) cum dilecto Al(berto) duce Saxonie ex nostra commissione[1] amministravit et rexit, cum civitate nostra Lubicensi committimus vice nostra et inperii nomine fideliter dirigenda, ut quecunque alienata sive distracta repererint, ad proprietatem imperii bona fide fideli studio[b] debeant revocare et se mutuo in amministracione predicta et extra amministracionem in singulis suis negociis adiuvare consilio et auxilio manuali. Unde mandamus et precipimus vobis universis et singulis in predictis locis nobis et imperio attinentibus, quatinus memoratis principibus tanquam a[m]ministratoribus et rectoribus nostro nomine in singulis intendatis et ipsis fidelitatis exhibeatis nostro nomine sacramentum.

Datum Wyenne, IX. Kalen. Sept., indictione VIII, regni nostri anno septimo.

---

264. CONSTITUTIO ADVOCATI GENERALIS PER BRISGOVIAM ET ALSATIAM.

1280. Dec. 17.

Ex autographo tabularii Darmstadensis 'Hanau-Lichtenberg. Urkunden' nr. 35 dedit b. m. A. Wyss. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, desideratur[2]. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1236. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis iudicibus, scultetis, advocatis, rectoribus et villicis per universam Brisgoiam et Alsaciam[a] a Basilea usque ad nobilis viri Friderici de Liningen officium constitutis, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod nos de fidei claritate nobilis viri Ottonis de Ohssenstein consanguinei nostri dilecti, qua nobis et imperio duplici vinculo tum sanguinis unione tum fidelitatis et homagii iure constringitur, fiducie plenitudinem obtinentes, supradictas duas provincias cum civitatibus, castris, oppidis, foris et villis ac universis bonis et pertinenciis earundem ad nos et imperium Romanum spectantibus imperii nomine atque nostro commisimus ac presencium auctoritate committimus gubernandas. Dantes eidem plenam et liberam potestatem universos

263. a) *sequitur* Gere *oblitteratum c.* b) studeo *c.*

264. a) Brisgoiam et Alsaciam *in rasura,* Brisgoiam et *artius scripta sunt or.*

1) *Supra nr. 180.* 2) *Cf. Teusch, 'Die Reichs-Landvogteien in Schwaben und Elsass im 13. Jahrhundert' (Bonn. Diss. 1880) p. 43.*

dictarum provinciarum scultetos, iudices, advocatos, rectores et villicos vel quocumque alio nomine censeantur instituendi, destituendi vel eciam commutandi et quelibet alia faciendi, que nos facere possemus, si presentes essemus. Quapropter vobis universis et singulis civitatibus, oppidis, civitatum, oppidorum, castrorum et villarum rectoribus provinciarum et districtuum predictorum sub obtentu gracie nostre districte precipiendo mandamus, quatinus prefato Ottoni in omnibus, que ad predictum commisse sibi amministracionis officium pertinent, iuxta formam premissorum pareatis humiliter et reverenter in omnibus intendatis. In cuius commissionis nostre testimonium et cautelam presentem litteram nostri appensione sigilli iussimus communiri.

Dat. Wienne, XVI. Kalen. Ianuar., indict. VIIII, anno Domini MCCLXXX, regni vero nostri anno VIII.

265—269. CONSTITUTIO VICARIORUM GENERALIUM IN TUSCIA.

1281. Ian. 5.—Mai. 24.

Vide ea, quae iam supra ad nr. 235—258 commemoravimus et specialiter nr. 252. 253. — Ceterum graviora quaedam documenta ad ea pertinentia, quae vicarii generales ex commisso sibi officio in Tuscia gesserunt, infra in Appendice Actorum vicariorum generalium in Italia fungentium exhibebimus.

265. *CONSTITUTIO VICARIORUM GENERALIUM. Ian. 5.*

Proponimus ex 1) *Libro censuum civitatis Pistoriensis saec. XIII. fol. 139', quem contulit v. cl. Oswaldus Holder-Egger*[1]*;* 2) *transsumto coaevo tabularii regii Florentini 'Prov. San Miniato', quod etiam litteras Rudolfi cancellarii 1283. Mai. 28. aliasque regis Rudolfi 1283. Nov. 5. datas exhibet*[2] *infra edendas; item contulit Holder-Egger;* 3) *transsumto 1282. Iul. 22. dato tabularii regii Senensis 'Riformagioni 1026', quod nos ipsi contulimus;* 4) *Libro blanco fol. 81 bibliothecae municipalis S. Geminiani; item nos contulimus. In solo* 1 *huius constitutionis textus integer servatus est. Contextum nostrum adhibitum esse etiam in constitutione a. 1284. Mai. 1, v. infra nr. 362. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1252.* *(P. 425.)*

Rudolfus[a] Dei gratia Romanorum rex[b] semper augustus universis archiepiscopis[c], episcopis, abbatibus et aliarum ecclesiarum prelatis[c], nobilibus, civitatibus, comunitatibus, universitatibus, oppidis, castris et[d] villis et personis singularibus quibuscunque in partibus Tuscie constitutis gratiam suam et omne bonum.

(1) Ad notitiam vestram cupimus pervenire, quod nos venerabilem Iohannem Gurcensem[e] episcopum principem nostrum[d] et Rudolfum[f] aule nostre cancellarium,

265. a) Rodulfus 3. 4. b) et *add.* 3. c) archiepiscopis—prelatis *desunt* 2—4. d) *deest* 1. e) Gurgeñ 3. 4. f) Rodulfum 3. 4.

1) *Praebet transsumtum a. 1282. m. Aug. factum, ubi in fine scripta sunt haec:* Que littere sigillate erant pendenti maiori sigillo dicti domini regis de cera naturalis coloris, in quo in medio impressa seu sculta erat ymago regie maiestatis coronate sedentis in throno cum scabello sub pedibus tenentis in destra sceptrum cum flore in summitate et in sinistra pomum cum cruce desuper. In circuitu vero sigilli erant hee littere cruce preamula: S. Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.
2) *Constitutionem nostram notarius ex alio transsumto, binas litteras a. 1283. ex authentico exemplavit. Cf. etiam 'Neues Archiv' XXVII, 700 n. 1.*

fideles et familiares nostros dilectos, et quemlibet[g] eorum in solidum, ita quod[h] non sit melior conditio occupantis[1], constituimus, facimus et ordinamus nostros et Romani imperii in partibus Tuscie vicarios generales et insuper procuratores et nuntios nostros[i] ad exigendum, petendum et recipiendum nostro et eiusdem imperii nomine fidelitatis, homagii et servitii nobis[k] debiti sacramenta[l], a quibuscunque personis vel locis nobis in eisdem partibus Tuscie eadem debeantur. (2) Et ad petenda et recipienda[m] bona et[n] possessiones[o], redditus et[n] proventus, civitates, castra, munitiones, iurisdictiones et iura, quocunque nomine censeantur, in eisdem partibus Tuscie pertinentia ad nos et imperium supradictum, et ad ordinandum et disponendum de ipsis et quolibet[p] ipsorum, quicquid[q] utrique vel alteri ipsorum, ubi alter absens fuerit, videbitur expedire. (3) Et iudices et officiales constituendum in negotiis et causis quibuscunque, sicut nos ipsi eosdem constituere possemus, si presentes essemus, et ad statuendum, tractandum et faciendum in predictis partibus Tuscie omnia et singula, que veri et legitimi vicarii, procuratores et nuntii plenum mandatum et liberam administrandi[r] potestatem habentes a nobis facere possunt[s] et[t] debent de consuetudine vel de iure, in illis etiam casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. (4) Sententias etiam[u], banna, penas et multas, quas iidem vel alter eorum, ubi alter absens fuerit, vel constituti ab eis iudices[v], officiales vel executores tulerint, imposuerint vel exegerint, ratas habebimus et faciemus Domino concedente[w] inviolabiliter observari. (5) Damus[x] preterea predictis episcopo et cancellario et alteri eorum, ubi alter absens fuerit, plenam et liberam potestatem et speciale mandatum, rebelles et indevotos, si quos quod avertat[y] Altissimus in partibus Tuscie repererint, qualiscunque conditionis extiterint, privandi feudis, castris, terris, gratiis, libertatibus, districtibus, privilegiis, iuribus et iurisdictionibus quibuscunque, quos, quas vel que iidem tenere ab imperio dinoscuntur[x]. (6) Nos quoque gratum[z], ratum et acceptum habebimus, quicquid[q] per eosdem[a] vicarios, procuratores et nuntios nostros vel alterum ex ipsis[b], ubi alter absens fuerit, actum, gestum[c], statutum, iudicatum et ordinatum fuerit in premissis et circa premissa vel quodlibet[d] premissorum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et pendenti sigillo nostre regie maiestatis in evidens testimonium precepimus[e] communiri.

Dat.[f] Vienne, anno Domini MCCLXXXI[g], indict. VIIII[h], Non. Ian., regni[i] nostri anno octavo.

266. *LITTERAE COMMENDATITIAE. (Ian. 5.)*

Quae in Regestis imperii exposita sunt, non sine aliqua dubitatione secuti, litteras, quae dubium est num revera illo tempore emissae sint, hic proponimus e solo codice Ottoboniano 2115, de quo v. supra ad nr. 14—16, fol. 85 nr. 312, quem denuo nos contulimus. Codicis enim V lectionum in hoc documento edendo fidem habere de causis supra p. 17 expositis omnino non possumus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1253.

(P. deest.)

Rudolfus etc. egregiis et prudentibus viris marchioni et com(iti) nobili civitatum N. et populis universis[a] per T(usciam) constitutis graciam suam et benivolam voluntatem.

265. g) quelibet 3. h) ut 2. 3. i) nostros nuntios 3. k) *deest* 1. l) iuramenta 1. m) petend. et recipiendum 3. n) *deest* 4. o) et *add.* 3. p) et quolibet *bis scriptum* 3. q) quidquid 1. r) administrationem *male* 4. s) possent 1. t) vel 2. u) et *add.* 1. v) vel *add.* 3. w) conced. Dom. 1. x) Damus—dinoscuntur *desunt* 2. 3. y) advertat 1; *cf. nr. 362.* z) et *add.* 1—3. a) eodem 1. b) eis 3. c) et *add.* 3. d) aliquid 1; quolibet 4. e) p̄cipimus 1. f) Data 1. g) millesimo ducentesimo octuagesimo (optuagesimo 3) primo 2. 3; MCCLXXI 4. h) nona 3. 4. i) vero *add.* 3. 4.

266. a) *inscriptio in O corrupta est; legendum potius* marchionibus, comitibus, nobilibus, civitatibus et populis universis.

1) *Cf. supra p. 64 n. 2.*

Inter cetera, quorum nos pervigil cura sollicitat, quorum nos utique[b] curiosa sollicitudo fatigat, crebra reddimur anxietate solliciti et continua meditacione pensamus, qualiter illa[c] nobilis T(uscie)[d] [regio][e], generosum quidem imperii Romani pomerium, in quo regie celsitudini mira delectacione complacuit, rediviva quiete refloreat et post diutine fatigacionis labores eximios et post bellicas tempestates in portu tranquillitatis et pacis pulchritudine conquiescat[1]. Estimantes igitur hoc non fieri posse facilius, quam quod eidem provincie gubernatores preficiantur ydonei, qui sic presint ut prosint[2], ecce quod viros egregios et discretos N. et G. fideles nostros dilectos, quos experte fidei sue merita nobis reddunt amabiles et probata strennuitas perhibet clariores, vobis et toti provincie T(uscie) digne provisionis instinctu preficimus in rectores, ut ambo simul in credita potestate non dispares set in commissionis auctoritate conformes, vel alter eorum altero deficiente, quod absit, in solidum quoad dicte provincie regimen vicem nostri nominis exequantur. Hinc est quod universitatem vestram rogamus attente et hortamur regio vobis edicto mandantes, quatinus eos, quos vobis velut ymaginaria nostre presencie presentamus, pro reverencia nostra suscipiatis hylariter et benigne ac iuxta divine precepcionis edictum, [quod Deo] que Dei et cesari[f] que ipsius sunt reddere quisque debet, fidelitatis nobis debite nostro nomine prestitis iuramentis, in omnibus ad nos racione imperii pertinentibus ipsis in omni promptitudine spiritus[g] pareatis et devocione qua convenit intendatis. Nos enim super omnibus, que ad gubernacionis spectant officium, plenam in eos presencium auctoritate transfundimus potestatem.

267. *MANDATUM MARTINI IV. PAPAE TUSCIS MISSUM. Mai. 21.*

Servatur in 1) *Registri Martini IV. tom. I, iam in serie Registrorum tabularii secreti Vaticani tom. 41 fol. 3', quem denuo contulit Pogatscher; edidit Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 251 nr. 397. Nos ipsi contulimus* 2) *Librum blancum fol. 82 bibliothecae municipalis S. Geminiani.* *(P. deest.)*

Martinus episcopus servus servorum Dei[a] dilectis filiis universis marchionibus, comitibus et aliis magnatibus necnon potestatibus, capitaneis cunctisque rectoribus, consiliariis ac universitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum[b] per partes Tuscie Romano subiectas imperio constitutis[c] salutem et apostolicam benedictionem[c].

Etsi Romanum imperium, cuius gubernacula grandia illo faciente, qui regit et dirigit universa, rectoris ydonei, carissimi videlicet in Christo filii nostri R(udolfi)[d] Romanorum[e] regis illustris manus docta potensque dirigenda suscepit, claris sue altitudinis titulis fulgeat et plene sue[f] viribus potentie muniatur, Romana tamen ecclesia sibi sollicitudinis studium attentioris indicit, ut idem imperium et suorum integritate iurium gaudeat et prosperis successibus amplietur. Cum itaque prefatus rex ad ipsius imperii et specialiter provincie Tuscie tranquillum et prosperum statum intendens, venerabilem fratrem nostrum . . Gurcensem[g] episcopum et dilectum filium Rudolfum[h] imperialis aule cancellarium, unumquemque videlicet eorum in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis[3], suos in partibus eiusdem provincie vicarios generales duxerit ordinandos, prout in eiusdem regis litteris plenius dicitur contineri[4], universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus pro apostolice sedis reverentia vota vestra eius beneplacitis coaptantes, predictos vicarios seu ipsorum alterum studeatis devote recipere ac eis vel eo-

266. b) itaque *O.* c) ille *O.* d) G. *O.* e) *sic in nr. 100.* f) cesaris *O.* g) *in margine or.*

267. a) Martinus—Dei *desunt* 1. b) ceterisque *add.* 1. c) constitutis—benedictionem *desunt* 1. d) Rodulfi 2. e) Romani 2. f) *corr. ex* suis 1. g) Gurgensem 2. h) Rodulfum 2.

1) *Cf. verba similia supra nr. 100.* 2) *Cf. supra nr. 93.* 3) *Cf. supra p. 64 n. 2.* 4) *Supra nr. 265.*

rum alteri honorificentiam vicariis tanti principis congruentem liberaliter exhibere, ipsorum vel alterius ex ipsis monitis et mandatis intendentes et obedientes humiliter ut debetis, illo vos in hac parte consilio dirigendo, ut exinde promptitudo vestre devotionis eluceat dictique vicarii commissum sibi officium liberius et efficatius exequantur. Dat. apud Urbemveterem, XII. Kal. Iunii, pontificatus nostri[1] anno primo.

268. *MANDATUM REGIS SICILIAE EISDEM DIRECTUM. Mai. 24.*

Servatur in Libro blanco fol. 82' bibliothecae municipalis S. Geminiani [1], *quem a. 1903. nos ipsi contulimus. Edidit iam olim ex eodem ut videtur fonte Lami 'Sanctae ecclesiae Florentinae monumenta' I, 495, qui textum valde corruptum praebet. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1343 et supra nr. 267. (P. deest.)*

Karolus Dei gratia rex Ierusalem, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, alme Urbis senator, princeps Aghavie, Andegavie, Folch(alquerii) et Tornodori comes universis marchionibus, comitibus et aliis magnatibus necnon potestatibus, capitaneis cunctisque rectoribus, consiliariis ac universitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum ceterisque per partes Tuscie Romano subiectis imperio, dilectis et devotis suis, salutem et amorem sincerum.

Rex regum dominus, creator celestium et conditor terrenorum, qui primam rudem inherentemque materiam per membra varia dispertitam[a] in unum orbis orbem coercuit rerumque[b] discordia semina diversis distincta limitibus concordi pace ligavit, de celo nuper in terras[c] respiciens ipsasque lacessitas multipliciter recongnoscens fatigatis longa disceptatione succurrere voluit sueque benedictionis rorem misericorditer superfudit. Licet autem satis ex ipso negotii publico processu sit cognitum, qualiter inter magnificum principem dominum Rodulfum illustrem Romanorum regem semper augustum et nos affinitatis est parentela contracta, novitia et stabilis amicitie perpetua federa sunt firmata, nos tamen hec operis exibitione delucida volentes manifestius publicare, tenaciter tenere vos volumus, quod inter eundem dominum regem et nos, affectum, amicitiam et debitum affinitate prestante, tanta vivit et regnat animorum unitas et concordia voluntatis, quod quamquam nulla nobis hinc inde prestiterit adhuc visio vicina notitia, nos tamen ipsum in nobis indesinenter inspicimus et ipse[d] nos in se ipso, sicut firmiter credimus, iugiter intuetur. Illudque perinde sequitur, quod nos cuncta sua negotia tamquam nostra prosequimur ipseque in nostrorum promotione profectuum tamquam in suorum proprie, sicut operum iam experientia perhibet, delectatur. Cum igitur prefatus dominus rex venerabilem patrem Iohannem Gurgensem episcopum et honorabilem virum Rodulfum imperialis aule cancellarium vicarios suos in Tuscia providerit presentialiter destinandos, sinceritatem vestram affectuose requirimus et rogamus, quatenus eosdem vicarios vel eorum alterum recipientes, prout decet tanti principis offitiales et numptios, reverenter studeatis, eis in omnibus, que ad commissum sibi vicarie spectant offitium, cum honore ac reverentia debita obedire. Ita quod memorati regis gratiam et favorem possitis exinde merito promereri, dictique vicarii vel eorum alter ad exibendum sibi debite fidelitatis offitium et devote dilectionis affectum e nostrorum interventu precaminum vos paratiores inveniant et prontiores consurgere recognoscant.

Dat. apud Urbe[m]vet., anno Domini MCCLXXXI, die XXIIII. mensis Maii, none indict., regnorum nostrorum Ierusalem anno quinto, Sicilie vero anno XVI.

267. [1]) pont. nostri *desunt* 1.

268. [a]) dispertita *c.* [b]) rexque *c.* [c]) terris *c.* [d]) in *add. c.*

1) *Cf. R. Davidsohn 'Forschungen zur Geschichte von Florenz' II, 219 nr. 1629. Exstat vero in transsumto a. 1281. Iul. 23. exarato.*

269. *LITTERAE RUDOLFI REGIS AD EPISCOPUM ARETINUM.*
(1281. Iul. Aug.)

Ineditas A *exemplavit iam olim G. Waitz ex cod. Parisino lat. 8628, qui collectionem epistolarum Petri de Vineis continet. Ubi folio ultimo manu coaeva inscriptae sunt. Denuo nos a. 1903. contulimus. Circiter menses Iulium vel Augustum missas ad praestationem iuramenti fidelitatis spectare crediderim. Cf. hoc iuramentum ab eodem episcopo circa idem tempus praestitum*[1], *ex cod. 514 (D. 8. 17) bibliothecae Angelicae editum apud Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 703 nr. 1002, quod etiam nos infra in Appendice proponemus.*

Quoniam, quod perraro accidit[2], *huic documento formula* B *tam similis exstat, ut eam subesse probabile sit, eam quoque iuxta positam adiungimus. Praebent formulam* T *nr. 322*[3] *et* E *fol. 120' nr. 118, de quibus v. supra ad nr. 14—16. Rubrum codicis* E *v. apud Stobbe l. c. — Böhmer, Reg. imp. VI deest.* *(P. deest.)*

A.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Aret(ino) episcopo principi suo et imperii Romani dilecto[a] gratiam suam et omne bonum.

Gratanter accepimus grate tue devotionis insingnia, que serenitati nostre nuper tam per tuas litteras quam per nuntium oblatione gratuita presentasti, hec grata tue bone voluntatis indicia nostris memorialibus indelebiliter inscribentes ac ad provectus et honoris tui commoda in oportunum tempus fideliter reservantes. Tibi itaque presentibus duximus nuntiandum, quod in brevi temporis intervallo ad partes Ytalicas intendimus nos conferre[4], ubi super negotiis et tractatibus imperii tuis consiliis omnino dirigi volumus, nec a nostris et imperii agendis te tamquam eum, de cuius fidei puritate singularem confidentiam gerimus, aliquantum paciemur excludi.

B.

Gratanter accepimus tue grate devocionis insignia, que serenitati[a] nostre[b] nuper[c] oblacione gratuita presentasti, hec tue bone voluntatis[d] indicia ad honorem et commodum tuum nostris memorialibus inscribentes et incommutabili[e] animo[f] disponentes ad omnia liberaliter et libentere[g] assurgere, que tui provectus[h] adiciant incremento.

270—272. ACTA VICARIATUS GENERALIS PER AUSTRIAM ET STIRIAM.

1281. Mai. 17.—1282. Ian. 30.

Cum constitutio regis, per quam Albertus filius primogenitus a. 1281. ante Mai. 17. (v. infra) vicarius generalis terris Austriae et Stiriae praeficitur, haud supersit, proponimus documenta nonnulla ad has res spectantia[5]. *Ceterum cf. supra p. 114 nr. 121.*

269. *A.* a) delecto *c.*

B. a) sc̄itati *E.* b) nunc *add. T.* c) nūc *add. E.* d) nobilitatis *E.* e) incommutabiliter *E.* f) *deest E.* g) et libenter *deest E.* h) profectus *E.*

1) *V. iam supra p. 78 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 73 nr. 85.* 3) *Male edita est apud Kretzschmar 'Formularbücher' p. 163.* 4) *V. iam supra nr. 240.* 5) *Cf. etiam arengam privilegii ab Alberto civibus Viennensibus a. 1281. Iul. 24.*

270. *IURAMENTUM CIVITATUM AUSTRIAE. 1281. Mai. 17. 24.*

Dedit ex duobus autographis in tabulario Vindobonensi asservatis 1) *Novae Civitatis (Wiener-Neustadt),* 2) *civitatis Laa, quorum sigilla adhuc pendent, v. d. Uhlirz 'Die Treubriefe der Wiener Bürger aus den Jahren 1281 und 1288' ('Mittheilungen des Instituts' Ergänzungsband V) p. 108, cuius editionem hic repetimus. Uncis inclusa evanuerunt. Ceterum cf. iuramenta singulorum civium Viennensium l. c. 81 sqq. et 110; Reg. imp. VI, 1298. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1290.* *(P. deest.)*

Nos . . iudex, iurati et universi cives Nove Civitatis[a] recognoscimus tenore presencium litterarum et publice protestamur[b], nos serenissimo domino nostro Rudolfo Romanorum regi semper augusto ac illustri domino Alberto domini nostri primogenito, quem ipse dominus noster terris Austrie et Styrie prefecit vicarium generalem, ad perfecte devocionis et fidei debitum obligari, firmiter promittentes, quod nos dicto domino nostro ac prefato suo filio nostro vicario et rectori fidelitatis huiusmodi debitum, ad quod nos nunc de novo fidei dacione et sacramento prestito corporali servandum eisdem astrinximus, stabili devocione servabimus illibatum nec ab eo ullo unquam tempore recedemus. Si vero nos vel aliqui ex nobis[c] quod absit contra iurate devocionis et fidei nostre debitum modo aliquo veniremus dicti, domini nostri vel[d] filii sui dominium respuendo v[el] alias fidem nostram in aliquo violando, extunc eo ipso exleges erimus et infames et bona nostra mobilia et inmobilia fisco re[galis] camere asscribentur, persone quoque nostre sui subicientur arbitrio potestatis. Insuper privilegia, libertates et iura nostra un[ivers]a et singula, quibus nostra civitas hactenus est gavisa, omnibus suis viribus vacua, irrita sive cassa perpetuo permanebunt. Et ut nostre devocionis integritas, qua dominum nostrum ac filium suum predictos amplectimur, eisdem liquidius[e] appareret, spontanea ac libera voluntate prescriptis elegimus, si in fide iurata et debita claudicantes fuerimus, perpetuo subiacere. In cuius [rei] testimonium et cautelam presens scriptum civitatis nostre sigillo duximus roborandum.

Datum Wienne, sabbato proximo [a]nte[f] ascensionem Domini, anno Domini MCCLXXXI.

271. *RATIFICATIO MANDATI DE PRECIBUS PRIMARIIS. 1281. Mai. 23.*

Hucusque ineditam descripsit J. Lechner ex autographo tabularii Vindobonensis; cui appendet sigillum cereum loro membranaceo. In dorso leguntur: de facto dñi Alberti ducis Austrie. *In margine sinistro corrosum est; itaque eis, quae uncis inclusimus, textum ad modum nr. 272 sanare conati sumus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1297.* *(P. deest.)*

[Reverend]o[a] patri domino Fr. Salzburgensi archiepiscopo, amico suo karissimo, Albertus Dei gracia de Habs|[purch et de Kiburch][b] comes, Alsacie lantgravius, sere-

270. a) *loco* N. C. 2: in La. b) profitemur 2. c) vel aliqui ex nobis *desunt* 2. d) et 2. e) lucidius 2. f) post 2.

271. a) *desunt circiter 8 litterae or.* b) *15 litterae.*

concessi apud Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden' p. 126 nr. 64, ubi inter alia constitutionis regiae mentio fit his verbis: Wand unser herre und unser vater der hohe und der werde Rômischer chunich Rudolf von Gotes gnaden, der ze allen ziten ein merer ist des riches, uns uber Osterrich und uber Steyr vollen gewalt und allen sein selbes gewalt gegeben hat und hat uns in deuselben lant gesazt ze einem gemainem verweser und ze einem gewaltigen pfleger und hat daz getan vor allen den lantherren, vor den purgern, vor den steten, vor armen und vor richen noch ir aller willen und noch ir pêt und bestaetet uns allen sinen gewalt an der vorgenanten pfleg mit sinen hantfesten, die wir ouch do uber haben.

nissimi domini Rudolfi Romanorum regis primogenitus et | [eiusdem per Austriam et S]tyriam[b] vicarius generalis salutem et sincere dilectionis affectum.

Cum serenissimus dominus noster | [R. Rom(anorum) rex semper a]ugustus[c] vobis dederit plenariam potestatem[d] providendi in vestra dyocesi honestis vi|[ris Andree][e] de Rode et Gotfrido de Osenbrugge suis notariis pro inpensis sibi cottidianis obsequiis | [de bene]ficiis[f] ecclesiasticis ad suam collacionem spectantibus, quam cito ad id obtulerit se facultas, cumque | [ex com]missione[g] terrarum Austrie et Styrie[1] idem dominus noster nobis iniunxerit, quod predictam graciam ratam debeamus | [hab]ere[g], nos tamquam devotus filius in omnibus paterno precepto parere volentes, eandem graciam tenore presencium libenter et liberaliter confirmamus et paternitatem vestram rogamus omni quo possumus studio et affectu, quatinus eisdem notariis nomine patris nostri predicti et nostro curetis suo tempore de dictis beneficiis providere.

Datum Wienne, X. Kal. Iunii, indict. IX, anno Domini MCCLXXXI.

272. *SENTENTIA DE LOCO ACTIONIS SUPER BONIS ECCLESIAE.* *1282. Ian. 30.*

Proponimus ex autographo in tabulario generali regni Bawarici asservato 'Regensburg, bischöfl. Archiv' fasc. 12. Pendet sigillum parum laesum loro membranacco. Vulgavit iam a. 1816. Ried 'Codex diplomaticus episcopatus Ratisbonensis' I, 579. — Böhmer, Reg. imp. VI deest[2]. *(P. deest.)*

Nos Albertus de Habspurch et de Kiburch comes, lantgravius Alsacie, illustris Romanorum regis primogenitus et eiusdem per Austriam et Styriam vicarius generalis ad universorum presentes litteras intuencium noticiam volumus pervenire, quod reverendo in Christo patre et domino nostro domino Heinrico venerabile Ratisponense episcopo apud Wiennam in nostra et nobilium terre Austrie presencia existente et per sentenciam requirente, ubi vel ad quem locum aliquem hominem, contra quem sibi competit actio super bonis sue ecclesie mere proprietatis et allodii titulo attinentibus, convenire, in causam trahere valeat aut citare, universis qui aderant consencientibus sentenciatum exstitit pro eodem, quod idem dominus episcopus quemlibet hominem super bonis ecclesie sue allodii titulo attinentibus ad quemlibet locum existentem in fundo sive allodio ecclesie sue, sive sit in terra Austrie sive extra, citare, in causam trahere valeat et ibidem prosequi causam suam. Nos igitur hanc sentenciam approbantes confirmandam duximus presencium testimonio litterarum. Testes huius sentencie sic prolate sunt: Wernhardus de Schovnberch, Ulricus de Toufers, Luitoldus et Heinricus fratres de Chunring, Hadmarus et filius suus Hadmarus et Leutwinus de Sumberberch, Stephanus de Meissowe marscalcus et Otto camerarius Austrie dictus de Perchtolsdorf, Otto de Haslawe et filius suus Otto, Fridericus dapifer de Lengenbach, Ulricus de Pilichdorf, Reimbertus de Eberstorf, Fridericus de Hovsekke, Erchengerus de Landser, magister Chunradus scriba Austrie, Bentzo prothonotarius, Hermannus marscalcus de Landenberch et Iacobus de Hermstorf.

Dat. Wienne, III. Kalen. Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

---

271. c) *15 litterae.* d) pote *corr. ex* post *or.* e) *8 litterae.* f) *6 litterae.* g) *3—4 litterae.*

1) *Ex his patet, etiam verba supra p. 163 l. 30, quae Hartmannus comes de sublimatione fratris* in comissionem ducatus Austriae *Edwardo regi Angliae scripsit, non ad infeudationem ducum Austriae, ut opinatus est Redlich Reg. imp. VI, 1127, sed ad commissionem vicariatus generalis spectare, praesertim cum in privilegiis a. 1282. 1283. infra edendis, quibus duces Austriae infeudantur, haec verba minime appareant.* 2) *Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen p. 479.*

273. INNOVATIO PACIS IN AUSTRIA.

(1281. Mai.)

Superest nonnisi scriptum signo chronologico carens, quo civitates, milites, servi pacem a. 1276. Dec. 3. usque ad a. 1281. Dec. 25. duraturam supra nr. 122 in alios decem annos denuo iuraverunt, cuius autographon asservatur in tabulario Vindobonensi. Denuo contulit socius noster J. Lechner. Pendent sigilla civitatum Neustadt, Krems, Stein, Linz et Laa; praeterea novem foramina apparent. Ediderunt etiam Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden' p. 125 nr. 63. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1289. (P. deest.)

Wir die stete und ritter und chnappen von dem lande ze Osterrich tůn allen den chunt die disen brief an sehent und verjehen offenlich, daz wir vor unserm herren dem hohen und dem gewaltigen dem Rômischen chunig Rudolfen, der ze allen zîten ein mêrer ist des riches, gesworen haben und mit unsern eiden uns gebunden haben, daz wir mit aller unser maht, mit allen unsern sinnen und mit allen unsern triwen dem lantfride ze zehen jaren chreftichlich zů gestên wellen und mit vleize weren (1291.) wellen und mit triwen behalten wellen mit allen den aufsaetzen, als er auf gesatzt ist[1] (Dec. 25.) und als iz an disen brief geschriben ist.

1. Des ersten so sei wir des enein worden durch scherm des landes und ze schaffen vride und gnade, daz die lantherren und wir die stêt, ritter und chnappen, die dem lande zu gehôrent und die der landesherre gerne haben wil und die im ouch gerne dienen wellent, drittehalb tausent man haben suln beraiter mit eisengewant ze helfe dem Rômischen chunig und sinem sůn den er bei dem lande lât[2] und ze einem scherm disem lantfride.

2. Swer der ist der den lantfride stôren wil, er sei hoh oder nider, den sol man des ersten laden fur den landesherren umb daz unpilde daz er getan hat. Chůmt der zu dem tag auf minne und auf reht als im der landesherre geit und gebiutet, so sol man im des gunne, mag er mit minne oder mit reht ledich werden und ab chomen. Chumt aver er niht als er geladen wirt, so suln die lantherren und wir die stêt, ritter und chnappen auf in varen und auf sinen schaden mit als vil leuten als man danne ze rât wirt, und suln auch die varen an des landes schaden und suln von im nimmer chomen noch von sinem schaden an des landesherren urloub, er bezzer daz unpilde daz er getan hat und lêg allen den ir schaden und ir chost ab die auf in gevaren habent, als verre er immer můg.

3. Swer der ist der in disem vride niht sein wil und in disen gelubden, er sei hoh oder nider, den sol der landesherre und alle die die disen vride und ditze gelubde gesworen habent auz dem vride lazzen und man sol allen leuten gegen im rihten und im sol nieman rihten swaz er ze chlagen hat.

4. Swer der ist der mit den lantherren und mit uns den steten, rittern und chnappen niht envert, swenn iz der landesherre an in vodert, auf des schaden der den vride hat zebrochen, dem sol der landesherre fůr sich gebieten und sol daz rihten gegen einem dienstmanne nach der lantherren rât, gegen den steten und gegen rittern und den chnappen nach der herren rât die des landes rat gesworen habent und nach der stêt, der ritter und der chnappen rât, als man danne enein wirt. Chůmt aver er fůr den landesherren niht als er geladen wirt, so sol man in an griffen als jenen der den vride zebrochen hat.

1) *Supra nr. 122.* 2) *Cf. supra nr. 270—272.*

5. Swer die ubersagten leute und die leute die in des landes aehte sint behaltet oder haimt, auf den sol man varen als auf einen der den vride zebrochen hat.

6. Wir binden und setzen ouch in disen aufsatz, er sei hoh oder nider, swer der ist der sich in ein ainunge zů dem andern gesatzt hat mit eiden oder mit gelubden oder mit brieven oder mit widerwette oder swie die bant heizzen, die von ieman auf ein einunge ergangen sein, daz diu selben gelubde und deu selben bant gar ledich sein und ouch gar auferhaben, so daz nieman mer deheiner einunge zů dem andern gebunden sei, want alle die in dem lande sint die sol zů einander binden diser lantfride so daz sein einen iglichen man genůgen sol. Dar zů hat iz ouch der Rômisch chůnich Rudolf mit vrag und mit urteil erlanget und ervolget, daz alle ainung und alle diu bant, diu dehein ainung gemachen mohten, fuder suln sein under herren und under armen in den steten und in allem dem lande. Swer sich ouch nů in disem lantfride mit deheiner slahte gelubde oder mit deheinen banden zů dem andern satzte er si hoh oder nider, dem sol der landesherre fůr sich gebieten. Mag er sich sein vor im niht entreden nach der lantherren urteil oder nach ir rât, so sol man uber in rihten als uber einen man der den lantfride und disen aufsatz zebrochen hat.[a]

---

274. SENTENTIA DE IURE HAEREDITARIO OFFICIALIUM ECCLESIAE.

1281. Mai. 20.

Autographon in tabulario Vindobonensi asservatum proponimus secundum editionem, quam paraverunt Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden' p. 124 nr. 62. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1292. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium protestamur et scire volumus universos, quod nuper nobis pro tribunali sedentibus in placito generali ad instanciam venerabilis Friderici Salzburgensis archiepiscopi principis nostri karissimi, applaudentibus universis qui fuere presentes, coram nobis per sentenciam extitit declaratum, quod si aliquis officialis eiusdem Salzburgensis ecclesie, sive camerarius sive marscalcus aut pincerna vel dapifer, relictis pluribus heredibus masculis ab hac luce decesserit, maior natu sive senior filius patri in officio debet succedere ac predictum officium deservire nec aliis filiis ius aliquod competit in officio memorato. Nos igitur rite latam huiusmodi sentenciam approbantes ipsam tenore presencium confirmamus. Testes qui interfuere sentencie sic prolate sunt hii: nobiles viri E. comes de Catzenellenbochen, Fr. burgravius de Nůrinberg, Ul. de Tuvers, Ot. de Hasilow, Ot. de Bertolstorf camerarius Austrie, Conr. de Pilitorf et alii quam plures. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Wienne, XIII. Kalendas Iunii, indictione IX, anno Domini MCCLXXX primo, regni vero nostri anno octavo.

---

273. a) *sequitur J or.*

275—278. CURIA RATISPONENSIS.

1281. Iul. 4.—6.

275. *MANDATUM AD IUDAEOS. Iul. 4.*

Quoniam nobis quamvis summo cum studio quaerentibus a. 1896. minime contigit, ut autographon, quo a. 1816. Ried 'Codex diplomaticus episcopatus Ratisbonensis' I, 576 se usum esse fatetur[1], *investigaremus*[2], *etiam hic editionem illam repetere oportet. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1345.* *(P. 426.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam nostram et omne bonum.

In hiis, que fulcimentum et decus fidei christiane respiciunt, instaurandis ubilibet dignum est nos promptos semper et faciles inveniri. Noverint igitur universi, quod Iudei Ratisponensis civitatis et diocesis de nostro mandato, auctoritate, gracia vel indulto aut alia occasione quacunque sumpta a nobis venerabili episcopo Ratisponensi Heinrico principi nostro karissimo ac successoribus suis nullatenus rebellabunt nec ipsius vel successorum suorum in hoc mandato aliqua lite se opponent, quominus predicti Iudei diebus passionis Domini nostri Ihesu Christi in hospiciis suis lateant, clausas fores et fenestras suas habeant nec in vicis et plateis publice in contumeliam fidei christiane appareant et in aliis, que circa hoc ab ecclesia sunt statuta, mandato eiusdem episcopi suorumque successorum reverenter obediant et intendant. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Ratispone, IIII. Nonas Iulii, indictione IX, anno MCCLXXXI[a].

276. *ALIUD MANDATUM.*

Mandatum de bonis Iudaeorum, quod signo chronologico caret, hic subiungimus. Superest in codice T *nr. 123, de quo v. supra ad nr. 14—16, ubi rubrum* Iudeis pro subsidio[3]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1547.* *(P. deest.)*

Cum propter novitatem negociorum de novo emergencium, in quibus magna et maxime utilitatis reipublice vis consistit, novas ac inopinatas expensas facere nos oporteat, tam a Christianis quam Iudeis nostris fidelibus nova subvencionis subsidia seu servicia petere nos oportet. Quapropter vobis mandamus attente rogantes, quatinus exemplo aliorum Iudeorum devote et grate nobis de novo serviencium, videlicet singulis t(alibus)[a] m(arcas) XII tribuendo, grata nobis et neccessaria denuo nobis servicia faciatis eo liberalitatis animo, quod exnunc inantea propter impensa servicia maiori libertate quam ante nostra vos serenitas debeat honorare.

275. a) *uti in nr. 277* regni nostri anno VIII. *exaratum fuisse contenderim, quod Ried ita transscripsit.*

276. a) c *videtur esse T.*

1) *Econtra in schedis Riedianis, quae Ratisponae in bibliotheca civitatis asservantur, notatum est* Ex Diplomatario. 2) *De quo v. 'Neues Archiv' XXIII, 27.* 3) *Litteras etiam archiepiscopi Moguntini a. (1280.) Apr. 26. Rudolfo regi missas, quas ex codice Ottoboniano 2115 fol. 40' nr. 89 vulgavit Redlich 'Wiener Briefsammlung' p. 148 nr. 134, hic proponere liceat, ubi haec inveniuntur:* Ceterum scultetus et cives vestri de Gelnhousen bona cuiusdam Iudei, qui de ipso opido Gelnhousen se cum persona et rebus suis ad opidum nostrum transtulerat nosterque fuit Iudeus effectus, iuxta quod Iudeis de imperialibus ad nostra et de nostris opidis ad imperialia ex antiquo (antiquis *O.*) licitum et liberum est transire, in nostrum preiudicium occuparunt et detinent occupata.

277. *SENTENTIA DE NON ALIENANDIS BONIS PRINCIPATUUM. Iul. 5.*

Contulimus duo autographa, quorum 1) *asservatur in tabulario Vindobonensi, cuius imaginem v. 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 18b (cf. 'Text' 281); sigillum pendet loro membranaceo; scriptum est in cancellaria regis;* 2) *asservatur Norimbergae in Museo Germanico; quod denuo contulimus; sigillum deest; in cancellaria exaratum non est*[1]. *Scripta sunt haec in verso:* Quod nichil alienandum sit de hiis que immediate pertinent ad principatum. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1346.* *(P. 426.)*

Rud(olfus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus imperpetuum[a].

Tenore presencium recognoscimus, quod presidentibus nobis iudicio Ratispone sabbato infra octavam apostolorum Petri et Pauli ad instanciam nunciorum et procuratorum venerabilis F. Salzburgensis archiepiscopi principis nostri karissimi per communem venerabilis H. Ratisponensis episcopi et illustrium L. et H. ducum Bawarie principum nostrorum et aliorum comitum et nobilium, qui fuere presentes, sententiam fuit dictatum et eciam approbatum[b], quod curie et alia bona principum ad principatus suos spectancia sive Ratispone seu alibi ubicumque sita alienari non possint nec de eis aliquid per ipsos principes ordinari, quod successoribus preiudicium aliquod valeat generare. Quam sentenciam tanquam[c] racionabilem approbantes et eciam confirmantes in eius testimonium maiestatis nostre sigillo presentes litteras iussimus communiri.

Dat. Ratispone[d], III. Non. Iunii[e], regni[f] nostri anno VIII.

278. *CONSTITUTIO PACIS IN BAWARIA. Iul. 6.*

Supersunt duo autographa, quorum 1) *asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Bayerns Verhältnisse zum Deutschen Reiche' fasc. 1; quod denuo accuratissime descripsimus. Pendent adhuc tria sigilla, primum regis fere illaesum, secundum Heinrici episcopi et tertium Ludowici comitis Palatini laesa; quartum Heinrici comitis Palatini desideratur*[2]. *Ediderunt Wittmann a. 1857. 'Monumenta Wittelsbacensia' I, 338 nr. 140 et 1891. Rockinger 'Denkmäler des baierischen Landrechts vom 13. bis in das 16. Jahrhundert' II, 55 sqq. Autographon* 2) *superest in tabulario Vindobonensi; cui appendebant tria tantum sigilla, quorum primi fragmenta, secundum episcopi parum laesum supersunt. In dorso legitur* Carta regis Rudolfi de pace. *Edidit Vancsa loco supra ad nr. 122 citato p. 109—116, cuius textum ope collationis a praefecto tabularii Vindobonensis benivole nobiscum communicatae emendavimus.*

Econtra id quod Pertz LL. tom. II, 427 olim proposuit e codice Speculi Suevici saec. XIV, qui codex Telbangerianus dicitur[3], *nihil aliud esse quam recensionem in codicibus a librario quodam nescio quando ex arbitrio decurtatam, iam inter omnes constat, quamquam Rockinger aliam opinionem 'Zur äusseren Geschichte der älteren bairischen Landfrieden' (= 'Abhandlungen der bayerischen Akademie' X) a. 1867. propositam etiam a. 1891. 'Denkmäler' l. c. denuo defendit.*

277. a) in perpetuum 2. b) b *ex* p *corr.* 2. c) tamquam 2. d) Rat. 1. e) *sic pro* Iulii 1. 2; ind. IX, anno Domini MCCLXXXI. *add.* 2. f) vero *add.* 2.

1) *Qua de causa etiam linea chronologica amplificata esse videtur.* 2) *Quae de sigillis autographi 1 refert Vancsa l. c., erronea sunt.* 3) *Cf. 'Schwabenspiegel' ed. Lassberg p. LXXXIII nr. 131. Novissima huius codicis fata v. Rockinger 'Denkmäler' II, 24 n. 1.*

Synopsin capitum huius pacis et Pacis Bawaricae a. 1256. paravit Rockinger 'Abhandlungen' p. 438, post 'Denkmäler' p. 13 sq. repetitam. Commentarium pacis Rudolfinae dedit Zöpfl 'Alterthümer des Deutschen Reichs und Rechts' II, 302—341.

Numeros capitum tam editionis Wittmanianae quam secundo loco Rockingerianae uncis inclusos et typis minoribus expressos nostris adiecimus. Nostri textus verba, quae concordant cum Pace Bawarica a. 1256. supra tom. II, 596 nr. 438, typis minoribus excudenda curavimus, margini ascribentes capita illius Pacis, cuius varias lectiones sicubi necesse erat sub sigla VU *notavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1348.*

(P. 427.)

1. Wir Rudolf von Gotes genaden Rômischer chůnch und immer meraer des riͤches tun allen den chunt di disen brief an sehent und hôrent, daz nach unserm gebot gesworn habent unser lieb fůrsten Ludwich und Heinrich[a] di[b] pfallentzgraven von dem[b] Rein[c] und hertzogen ze Beirn[d] und bischof Heinrich von Regensburch[e]. Und wellen und gebieten ouch, daz di bischôf di zu dem land ze Beirn[d] gehôrent, daz ist der ertzbischof von Salzburch, der von Babbenberch[f], der von Freising[g], der von Eystet[h], der von Auspurch[i], der von Pazzowe[k], der von Brihsen[l], ouch swern disen lantfrid[m] biz zden weihnahten diu nu schirst[b] chumt und[b] von dann ůber driu jar. Und swer den frid under in niht swern welle, der si ouz dem frid und sol man im dhein reht tůn und sol allen chlagærn von im reht tůn.

2. Ez[n] sol auch diser lantfrid[o] nach sinem zil den herren noch dem land an ir landesreht[p] niht schaden.

3. (1. 1.) Wir setzen und wellen, daz unser[b] herren[b] di bischôf und elliu pfafheit ir alt freiheit und ir reht haben und daz nieman diu gotshous und ir læut und ir gůt fůr den vogt oder im ze leid noch fůr nieman anders weder pfenden noch rouben noch brennen sol. Swer ez dar ůber tůt, wirt er des beziuget vor dem rihtær als reht ist, den sol man in di æht tůn und sol in dar ouz niht lazzen, er gelt dann[b] den schaden dreistund als tiwer[q] er ist, und sůln diu zwai teil dem gotshous werden und daz dritte dem vogt, und darumb[r] sol er dem rihter geben ze wandel[s] fůmf phunt.

4. (2. 2.) Ez ensol[t] nieman rihten uber dhein widem denne[u] der bischof.

5. (3. 3.) Wir setzen ouch also umb diu geriht, daz diu půzze von fůmf pfunden und von sehzich pfenning ab siͤ wan umb di sache, da si zů gehôret von altem reht, daz ist diu lem und[v] heimsůchung. So gehôret umb nahtetzen zwen und sibentzich c. 52. pfenning[w], umb ůberern zwen und sibenzich pfenning[x], swer den zounfrid brichet zwelif pfenning. Und swem di schaden geschehent, dem sol man gelten mit der zwigůlt und[y] dem rihtær diu bůzze gevallen, diu for da[z] geschriben ist.

6. (3. 4.) Wir nemen ouch ab chirichgeriht und elliu geriht wann diu man von altem reht in den schrannen und ouf den dinchsteten rihten sol. Doch beliͤbent den gotshůsern, graven, freigen und dienstmannen iriu geriht, diu si ze reht an gehorent. Und setzen, daz ieman[a] in des andern geriht niht[b] riht und[c] dhein rihtær dheinen[z] scherigen setz wan nach der gotshôuser[d] rat, diu schergen habent, und nach des vitztums rat.

278. a) Hainrich *semper* 2. b) *deest* 2. c) Ryn 2. d) Baiorn 2. e) Regenspurch 2. f) Babenberch 2. g) Vreysing 2. h) Acystet 2. i) Auchspurch 2. k) Pasawe 2. l) Brichsen 2. m) lantzfrid 2. n) *autographon continue scriptum est.* o) landefrid 2. p) lantsreht 2. q) als *add.* 2. r) daruber 2. s) ze wandel geben 2. t) sol 2. u) wan 2. v) diu *add.* 2. w) und *add.* 2. x) zwen und sibenzich pfenning *deest* 2. y) sol *add.* 2. z) *deest* 2. a) niemen 2. b) iht 2. c) daz *add.* 2. d) des gotshous 2.

7. (4. 5.) Wir setzen ouch, swa di rihtær schedlich lævt begreifen in ir geriht, daz si di vesten an der herren schaden, ouf der gůt si sitzent.

8. (5. 6.) Wir setzen, swa ein rihtær einen man ihtes zeihet daz im an den leip niht get, der ein gesezzen man ist, daz er den weder vesten sol noch[e] sin gůt nemen sol noch borgen von im nemen sol. Er sol im wan fůr gebieten. Sprichet er in aber[f] an umb ein dinch daz im an den leip get, so sol er in vesten ouf reht und sol im[z] doch sines gůtes nihts niht nemen. Und vor dem geriht enpristet derselb dem rihtær mit reht selbdritte mit sinem geriht der inziht, diu im an den leib niht get.

9. (6. 7.) Wir setzen, swa ein man den andern ansprichet, er hab in sines gůtes entwert mit gewalt an reht, mag der chlagær daz bringen mit zwein[g] der næhsten und der besten in der pfarre, daz er in entwert hat an reht mit gewalt, den sol man in sin gwer als lang setzen, als lang er dar ouz gewesen ist. Und sol der schuldig fumf phunt geben dem rihter ze wandel und sol im[h] den schaden abtůn.

10. (7. 8.) Swem sin eigenman oder sin lehenman in ein panstat vert, voligt er im in einem jar nach, man sol in lazzen varn. Versoumet er sich ein jar, so beleibet er der stat, er můg danne bereden, daz er sin niht gewesset hat. Vert aber er uz der stat in ein ander stat, allez daz reht, daz der herre in der vordern stat hinz im het, daz hat er ouch in dirre stat[i].

11. (8. 9.) Swa ein man lehen von dem andern hat, versmahet im der herre[k], er sol im daz lehen lazzen ligen und ensol[l] im si[m] niht vernidern noch verwerren, er enmůzz[n] ez dann durich ehaft not an werden, so sol er dannoch der manschaft nach voligen. Choufet aber ein man ein lehen als tiur ez ist, er sol sin dinch damit wol[o] schaffen.

c. 22. 12. (9. 10.) Swer einen edelen man feintlich heimsůchet, wirt er des uberret mit zwein oder mit der gwizzen, der sol in der æht sin. Und hat er im sines gůtes niht genomen, so sol er im zehen pfunt fůr sin laster geben und dem rihter fůmf phunt. Nimt aber er im sin gůt, daz sol er im gelten mit der zwigůlt, und der den schaden da[z] getan hat, der sol selb dritte bereden, daz des schaden als vil siͤ. Wil er des niht tůn, so sol der den schaden bereden, dem er da geschehen ist, ouch selb dritte. Ist aber ein gebour der da heimgesůchet ist, dem sol fůr sin laster gevallen ein pfunt und dem rihter zwai pfunt, und umb den schaden gescheh, als vor geschriben ist.

13. (10. 11.) Wir setzen fůr daz[z], daz der frid gechůndet wirt, daz nieman dheinen schedlichen man behalt. Behalt er in darůber, swaz er schaden tůt mit siner gewizzen und zů sinen vesten, den sol er fůr in gelten darnach und er[p] bechlagt wirt in fierzehen tagen, oder er ist in der æht. Und der den schaden getan hat, der sol bereden selb dritte, daz des schaden als vil siͤ, oder der dem der schad gechehen ist, der[z] bered den schaden selb dritte. Und antwrtet man den selbscholn dar, so ist dirre ledikch.

c 34. 14. (11. 12.) Ez sol nieman* dhein trinchen veil haben dann dacz[p*] den rehten etabern[q]. Swer daz[r] dar ůber tůt, der ist fridbræch.

15. (12. 13.) Ez ensol[l] nieman ouf den andern invarn noch leisten umb dhein gůlt, diu hinder zehen pfunden ist, noch dhein ros noch hengst setzen umb dhein gůlt hinder drin pfunden. Und[z] swer diu gelůbd nimt oder tůt, der ist fridbræch. Und der sin pfenning ouf so getanen schaden leihet, der sol si verliesen.

16. (14. 13.) Swer einen schedlichen man oder einen diup fůr geriht gevangen bringet, derselbe oder der rihter sol swern, daz er ein so schedlich man si, daz man

278. e) im *add.* 2. f) aber in 2. g) mit zwain bringen 2. h) disen 2. i) hinz im *add.* 2. k) lehenherre 2. l) sol 2. m) *loco* im si 2: ims. n) můzz 2. o) wol damit 2. p) darumb *add.* 2. p*) *loco* dann dacz 2: wan dazze. q) êtaeuaern 2. r) iz 2.

ze reht über in rihten sol, und süln dann sehs swern, daz der ait war si. Darnach sol man fragen, wi man über in rihten sül.

17. (14. 15.) Ez ensol nieman dheinen geziuch[s] verwerfen, der ein unversprochen man ist, er müg dann hintz im bringen mit siben sinen genozen diu dinch, darumb man in ze reht verwerfen sül.

18. (15. 16.) Swelich bezigen man bezzern[t] wil[u] und ouf reht hin für sten wil, der sol daz dem rihtær verpürigen mit fier biderwer manne rat von der chunscheft, di an gefær[v] dar zů raten. Di borigschaft sol man für gůt haben nach der fier manne rat.

19. (16. 17.) Swer stille gewer bringen wil an einem gůt, der sol nennen welich gwer er bringe, eigensgwer oder lehensgwer oder satzunggwer. Und[w] sol nennen sinen salman herren und gewern und[w] da gescheh dann über daz reht si.

20. (17. 18.) Swer roub oder diuf wizzenlichen chouffet, den sol man an des diubes stat und an des roubærs stat haben und sol er bezzern, als vor von[x] roubærn und diuben gesetzet ist. c. 19.

21. (18. 19.) Swer den andern mit gewalt herwerigt, ez si pfaffe oder leige, daz sol er im mit der[u] zwigůlt gelten, er[u] erlazze in sîn danne[u] gern. Ez si danne daz er niht fürbaz můg, so sol er den schaden einvaltigen gelten. c. 23.

22. (19. 20.) Swer den andern fůtert tages oder nahtes, begreiffet er in daran und wirt er gevestent, so sol er dem rihter ein pfunt geben und den schaden mit der zwigůlt gelten. Und tůt er ez hincz einem wirt mit des wirtes wizzen[y], derselb wirt sol dem rihter ein halbz pfunt geben, er nem sich danne mit dem aid davon, daz er sin niht west.

23. (20. 21.) Ez ensol[z] nieman dheinen muntman haben oder er ist fridbrech.* c. 38.

24. (21. 22.) Ez ensol[z] nieman dhein geleitte geben dann[a] der lantherre oder dem er ez bevilhet. c. 39.

25. (22. 23.) Dacz swem diufigez gůt funden wirt, der scheub daz[b] als reht ist und volfür den schub als reht ist. c. 48.

26. (23. 24.) Swer unrehtez maz[c] hat und unreht mizzet, der sol dem rihter ein halb pfunt geben, als oft[d] er ez tůt, und den schaden mit der zwigůlt gelten. c. 53.

27. (24. 25.) Swa man einen nahtprennær in eines mannes hous mit siner gewizzen vindet*, der sol an des[e] brennærs stat sin. c. 67.

28. (25. 26.) Swer holtz in den vörsten und in den panholzen uber des hüters willen nimt[u], der sol ez gelten mit der zwigůlt und sol ez dem rihter dannoch wandeln. c. 68.

29. (26. 27.) Ez ensol[z] nieman dheinen schützen[f] füren, er hab dann drizzich phunt gůlt oder er si ein rihter. Swer anders sogetan schützen begreifet, der sol in die hengest und diu armst[g] nemen und sol di schützen an daz geriht antwrten für schedlich læut.

30. (27. 28.) Swer einen man ouf sinem gůt hat swes er si, der sol im dhein leit tůn und sol in ze lihtmesse wider vordern. An zîtlichen[h] dinst sol er im tůn.

31. (28. 29.) Swer einen menschen ze tod sleht, da sol man über rihten als reht ist. c. 18.

32. (29. 30.) Ez ensol*[i] nieman dhein burch haben, er hab si dann an des landes schaden. Geschiht dhein schad dar ouf, so ist der herre und diu burch in der æht oder er bezzer als reht ist. c. 40.

33. (30. 31.) Ez ensol[z] nieman in der graschaft mer herwergen dann er ze reht sol.

278. [s]) ziuch 2. [t]) gebezzern 2. [u]) *deest* 2. [v]) var 2. [w]) und — und *desunt* 2. [x]) den *add.* 2. [y]) gwizzen 2. [z]) sol 2. [a]) wan 2. [b]) schiubz 2. [c]) unreht mazze 2. [d]) als *add.* 2. [e]) eines 2. [f]) mit im *add.* 2. [g]) armbrust 2. [h]) zitlichen 2. [i]) sol 2. *VU.*

c. 44. 34. (31. 32.) Vmb notnuft sol man rihten nach dem alten reht.

c. 64. 35. (32. 33.) Swer sin triwe an sinem rehtem herren brichet an im selben, an sinen chinden und an sinen bůrgen, der ist in der æht und sol ez der herre rechen an sinem leib und an sinem gůt.

36. (33. 34.) Swelich rihter den frid und di sætz mit den wandeln ubergreiffet, der sol dem herren, von dem er daz geriht hat, zehen pfunt geben und sol den schaden mit der zwigůlt gelten.

37. (34. 35.) Swer dem andern sin læut in nimt, di er in nutz und in gwer hat behabt[k], di sol er im wider antwrtten und sol im dirre daz reht dann davon[l] tůn und di gwer an den læuten sol er behaben mit zwein.

38. (35. 36.) Swelich graf, frei oder dienstman jar und tach in offen banne ist, den sol man in die æht tůn. Ist ez aber ein ander man, so sol man in ůber sehs wochen[m] in die æht tůn. Und swer als lang in der æht ist, als da vor von dem[n] bann geschriben ist, ouf den gevellet ze glicher wis der ban.

c. 1. 39. (36. 37, 1.) Swer zwischen zwein feinden einen hantfrid machet, und der von eintwederm zebrochen wirt, jener[o] der den frid gemachet hat der hat den[n] gwalt enen anzesprechen[p], der den frid zebrochen hat. Ob er ez selb dritte ouf in bewæren[q] mach, so sol der der den frid zebrochen hat in der æht sin und sol den schaden mit der zwigůlt gelten, ob der schad an einen totslach ist. Erget aber ein totslach, da sol umb ergen[r] als umb den totslach gesetzet ist und sol dem rihter bůzzen[s] als ein fridbræcher man.

c. 2. 40. (36. 37, 2.) Ist daz der[t] den frid gemachet hat[n] jenen[u] der in zebrochen hat durch lieb niht ansprechen wil, der rihtær, in des graschaft er gesezzen ist, sol in ze fierzehen tagen laden. Chumt er zdem tage niht noch bewært ehaft not niht oder daz im der tach niht gechundet si, so sol er di půzze leiden, di jener leiden můz der den frid zebrochen hat. Und sol der rihtær den gewalt haben, daz er selb dritte bewær di schuld ouf den fridbrechen man. Ob der hantfridbræch[v] man ehaft not bewæret, daz er ze dem tag niht chomen mŏht oder daz im der tach nit wrd gechundet, so sol man im ze reht einen andern tach geben.

c. 3. 41. (36. 37, 3.) Ist aber der der den hantfrid zebrochen hat ein sogetan man, daz in dirre der den hantfrid gemachet hat niht angesprechen getar[w], so sol er swern, daz er vor vorihten sines leibes in niht getůrre angesprechen noch sogetan schuld ouf in bringen[x].

c. 4. 42. (36. 37, 4.) Ob der frid zebrochen wirt an ens[y] wizzen der in gemachet hat, so sol derselb des swern, daz er sin niht enwest, da[z] der frid zebrochen was.

c. 5. 43. (36. 37, 5.) Ob ein man gibt frid sinem feint fůr sich selben und fůr di sinen und einer der sinen den frid brichet*, so sol jener[z], des helfær er ist[a], als er sin inne wirt, sich des selben ouzzen und[b] bereden, daz ez an sinen willen und an sin wizzen geschehen si[c]; und sol mit[d] enem[e], den er geleidigt hat, nach siner bet ouf in sin. Und nimt er in wider an sich, so[f] ist er[g] mitsamt im fridbræch.

c. 6. 44. (37. 37, 6.) Ob zwen veint einen frid an einander gegeben haben[h] oder[i] zwen friunt[k] einander widervarnt[l], und mit eintwederm ein man ist der des andern veint ist und frides von im niht hat, und wil ener sich sines friundes trŏsten und wil disen an weigen, sin geselle der sin friunt ist oder ener[m] der den hantfrid mit im hat so[n] sol er[n] daz undervarn. Und enmag[o] er des niht undervarn, so sol er dem helfen, den[p] diser da an weiget. Tůt er des niht, so ist er[q] fridbræch und[r] triwelos.

278. k) gehabt 2. l) von im 2. m) *loco* sehs wochen 2: drei manode. n) *deest* 2. o) ener 2. p) anzebrechen 2. q) gewaern 2. r) geschehen 2. s) gebůzzen 2. t) der *add.* 2. u) enem 2. v) hantfridehafte *male VU.* w) getar ansprechen 2. x) bewaeren 2. *VU.* y) des 2. z) er 2. a) des — ist *desunt* 2. b) sol *add.* 2. *VU.* c) ist 2. d) *supra lineam add.* 1. e) jenen 2. f) *deest* 2. g) er ist 2. h) und an einander gegent ouf dem wege *add.* 2. i) ob *add.* 2. k) an *add.* 2. l) choment ouf dem wege 2. m) jener 2. n) *supra lineam add.* 1; *deest* 2. *VU.* o) mag 2. *VU.* p) dem 2. q) *loco* so ist er 2: er si. r) si *add.* 2.

45. (38. 37, 7.) Ob zwen friunt oder zwen feint, di frid mit einander habent, an ander ouf dem weg widervarnt, und ir einer under den zwein füret einen mit im der frid von jenem[s] niht enhat[t], und füriht er daz er im iht[u] tůn welle, so sol er hincz[v] im senden und sol sprechen: 'der man ist mit mir, der von iu niht frides[w] hat; lat daz durch mich, daz ir im ze disen zeiten iht tůt bi mir'. Und wil er des niht tůn, ist er sin veint, so hat er den frid zebrochen; ist er sin friunt, so hat er sin triwe zebrochen[w*]. c. 7.

46. (39. 37, 8.) Swa tswischen zwein feinden ein frid gemachet wirt, den frid sol nieman widerbieten[x] e[y] der zeit da er von erst hin gmachet ist. Swer daz tůt, der ist fridbræch. c. 9.

47. (40. 37, 9.) Swa zwen veind frid anander geben, und ir eintweder ettwen siner friund[z] oder siner læut[a] ouz dem frid nimt, für di er den frid niht bestætigen[b] wil noch enmach[c], des[d] selben sol er sich ouzzen und sol in dhein hilfe bieten[e] wider enen* all di weil und der frid wern[f] sol. Tůt er ez daruber, so hat er den frid zebrochen. c. 10.

48. (41. 37, 10.) Swer in dem hantfrid geleidigt wirt, der sol daz an chlag niht rechen. Tůt er daz[g], so ist er[h] fridbræch. c. 11.

49. (42. 37, 11.) Ob ts[w]ischen zwein veinden frid gemachet wirt, und einer under in sin[em][i] mag[i] oder[i*] umb solt hilfe biutet ouf den andern in der zît und der frid[i] wern[f] sol, er ist fridbræch. c. 12.

50. (43. 38.) Di hertzogen noch di bischôf noch dhein rihtær sol dein schedlich læut mit heirat an sich nemen, daz er si bescherm[k] des gesatzten rehtes des gerihtes. c. 17.

51. (44. 39.) Swer offenlichen reiset wider ieman der den frid gesworn hat, den reishouptman[l] sol man enthoupten. Ist daz ein man reiset ouz dem lande und daz er an der durichvart ieman schaden tůt und den niht bůzzet in sehs wochen, den sol der chlagær* bi dem aid umb den frid ansprechen; und sol im den schaden zwir gelten. c. 20.

52. (45. 40, 1.) Swelich æhter chumpt fluhtiger in eines mannes hous, des houses herre sol im helfen daz er darouz an schaden chom; und darumb sol er niht in der æht sin. (40, 2.) Wirt aber der æhtær in dem hous funden, und sich der wirt niht mach bereden, er enwessel[l*] daz er in der æht wær, so sol man daz hous und den wirt in die æht tůn. Und ste an des rihtærs bescheidenheit, ob ieman mer in dem hous si, den man darumb æhten sůl, an di housfrowen[m] und diu chleinen chint. c. 25.

53. (45. 40, 3.) Ob ein æhtær einen andern æhtær, sinen genoz oder sinen ubergenoz oder sinen undergenoz, ze dem geriht antwrtet, [der in dar anturt][n] den sol man ouz der æht lazzen, und sol uber disen rihten. c. 27.

54. (46. 40, 4.) Di weil ein man in offen banne und in der æht ist, so enmag[o] er dhein lehen weder geleihen oder enpfahen; geschiht ez darûber, ez hat niht chraft. c. 29.

55. (47. 41.) Dhein wertlich rihter sol umb[p] dhein dinch hincz dheinem pfaffen niht rihten[p], er werd dann entsetzet von [si]nem bischof. c. 30.

56. (48. 42, 1.) Chloster, chirchen, vrethof, widem, můl sůln gantzen frid haben. Swer si[q] angriffet, der ist fridbræch. c. 31. (49. 42, 2.) Swer wingarten und boumgarten abhout oder nahtes oder tages dar[r] ouz stilt und impenvaz ouzbrichet[s] und dar ouz stilt, der ist fridbræch. c. 31.

57. (50. 43.) Ez ensol[t] dhein rihtær an dheinem[u] geriht sitzen, er hab den fridbrief bi im Dæutsch geschriben; oder er geb dem herren des rihtær er ist, als oft er ez ûberget, fümf pfunt. c. 32.

278. s) enen 2. t) hat 2. *VU.* u) *deest* 1. v) zů 2. w) frid 2. w*) behalten *male VU.* x) widergebieten 2. y) ze *add.* 1. z) leut 2. a) freunt 2. b) staetigen 2. c) mag 2. d) s *corr. ex* r 1; der 2. e) gebieten 2. f) werden 2. g) *loco* er daz 2: ers daruber. h) *loco* so ist er 2: er ist. i) *deest* 2; mag *supra lineam add.* 2. k) scherm 2. l) den *add.* 2. l*) wizze 2. *VU.* m) housfrowe 2. n) der—anturt *ex* 2 (= *VU*); *desunt* 1. o) mag 2. *VU.* p) umb dahainen pfaffen *(supra lineam add. 2)* niht rihten umb dahain dinch 2. q) di 2. r) *sequitur* tages *subpunctum* 1. s) *loco* ouzbrichet und 2: auch. t) sol 2. *VU.* u) dem 2.

c. 33. 58. (51. 44.) Swer mit dræuhen oder mit netzen oder mit strikchen oder mit dheiner bereitschaft [daz wilt][v] væht tages oder nahtes und habich oder sparbær ersteiget, der ist ouz dem frid.

c. 35. 59. (52. 45.) Pfaffen, münichen, wiben sol man rihten nach aller ir chlag an ir vogtes vrag und an fürgezoch[w], swenn si chlagen, daz der frid an in zebrochen si.

c. 41. 60. (53. 46.) Ez sol nieman zu des rihtærs noch zu des graven geriht chomen* mit harnasch oder mit[x] armsten[y], oder er sol dem graven oder dem rihtær zehen pfunt geben.

c. 45. 61. (54. 47.) Swer aisch oder weisung haben wil, der sol des swern, daz er si[z] an ubel list hab.

c. 47. 62. (55. 48.) Swer den andern pfendet an vronpoten, der ist fridbræch.

c. 50. 63. (56. 49.) Loterpfaffen mit langem har und spilleut[a]* sint ouz dem frid.

c. 55. 64. (57. 50.) Swelich mölnær mer nimt dann daz[b] drïzzigst teil, der sol dem rihtær geben zwen und sibenzich pfenning.

c. 56. 65. (58. 51.) Swer den andern an sprichet, daz er den frid [an im][v] zebrochen hab umb ein dinch daz über sehs schilling der langen ziuhet[c], hincz des leib sol man rihten, ob er sich niht bereden mach. Ist aber daz dinch under sehs schilling[d], so sol er sich selb dritte bereden, oder er sol den schaden zwivaltigen gelten, und sol ez dannoch de[m rihtær wande]ln[v].

c. 58. 66. (59. 52.) Dhein rihtær noch dhein scherig noch dhein ander man sol sich der pfaffen gůt nach ir tod niht underwinden mit gewalt[e], an sin bischof und sin techent. Swer ez anders nimt, der ist fridbræch.

c. 61. 67. (60. 53.) Swer den andern rouffet oder in[f] an daz moul sleht oder im einen pæul sleht oder in mit chnütteln[g] sleht, daz er in niht wndet, der sol im ein pfunt geben, und dem rihter zwen und sibentzich pfenning an diu chint, diu hinder[h] fierzehen jaren sint, und an ob ein man oder ein frowe ir ehalten slahent[h*] an mezzersleg und swertessleg[i] und an wnden.

c. 62. 68. (61. 54.) Swer den andern wndet an lem, der sol im für iglich wnden ein pfunt geben und dem rihter für di wnden alle ein pfunt[k]*. Man sol hant für di hant abslahen und ein lid für daz ander.

c. 65. 69. (62. 55.) Swer den andern roubet an widerbot den er vor wol gegrůzet hat, und sich des selb dritte mit den genanten niht bereden mach, dem sol man di hant abslahen, und sol den schaden dreistund gelten. Und der in darumb ansprichet, der sol des swern, daz er in nicht an můtwille.

c. 69. 70. (63. 56.) Swer mezzer in der hosen oder anderswa verholn treit, wirt man des inne, dem sol man ab di hant slahen.

c. 71. 71. (64. 57.) Swer einem manne sin chonen hinfürt, der ist in der æht.

c. 73. 72. (65. 58.) Schahroub und strazroub sol dheinen oufschub haben. Swen man damit begriffet, da sol man uber rihten*.

c. 74. 73. (66. 59.) Ez sol ein iglich rihtær in iglicher stat und in iglicher pfarre mit æhten den[l] besten und den[l] tiursten[m] bi dem aid vor der chirchen den chouf setzen und daz lon[n] smiden, webærn, sneidærn, schůchstærn, madærn, zimberlæuten und den andern allen, und swer mer nimt, dann im gesetzet ist, der sol dem rihtær als oft zwen und sibenzich pfenning geben.

74. (67. 60.) Ez pfendet ein iglich man sinen holden und sinen hindersætzen wol[o] an vronboten umb sinen zins und umb sin gült[p].

278. v) *vix legendum* 1. w) fürzug 2. *VU.* x) *loco* oder mit 2: noh. y) armbrusten 2. z) *loco* er si 2: ers. a) di *add.* 2. *VU.* b) den 2. c) gezeuchet 2. d) uber s. sch. niht 2. e) mit gwalt niht underwinden 2; *cf. VU.* f) *deest* 2. *VU.* g) einem chnutel 2. h) under 2. h*) *deest* 2. i) sleht *hic add.* 2. k) geben *add.* 2. l) der 2. m) treusten 2. n) und daz lon *desunt* 2. o) *deest* 2. p) gůt 2; wol *hic add.* 2.

75. (68. 61.) Swer disen frid niht swern wil, der ist[q] ouz dem frid, und sol man im von c. 76. nieman dhein reht tůn, und sol allen chlagærn von im daz[o] reht tůn. Swes an disem brief vergezzen ist, daz sol man nach dem alten reht rihten.

76. (68. 62.) Und daz dirre frid stæt und unbechrenchet[r] beleib, so ist dirre brief versigelt mit unserm insigel und mit der vorgenanten forsten insigeln, di den frid gesworn habent.

Dirre frid ist gestætet[s] und gesworn ze[t] Regensburch, do von unsers Herren geburt was zwelifhundert jar und einz und ahzich jar, an dem ahten tag der zwelifboten sand Peters und sand Pouls.

279—281. CONFIRMATIO PACIS GENERALIS FRIDERICI II.

1281. Iul. 25. Dec. 14. (post Dec. 14.)

Cum hic primum Rudolfi regis pacis constitutiones edimus, quae ex Friderici II. Pace Moguntina a. 1235. supra tom. II, 248 nr. 196a pendent, haec praemittenda sunt. Germanicam redactionem pacis Fridericianae non ex Latina conversam, qua de re etiam b. m. Weiland l. c. minime dubitavit, immo primariam esse, contrario e Germanica Latinam pendere, summo acumine atque industria nuper evicit vir cl. Karolus Zeumer 'Ueber die Texte und die Publikation des Mainzer Reichslandfriedens vom Jahre 1235' in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' XXIII. Germ. Abth. p. 61—86 et 'Der deutsche Urtext des Landfriedens von 1235' in 'Neues Archiv' XXVIII, 435—483. Ubi etiam p. 443 sqq. genuinae recensionis Germanicae textus recuperatus apparatu uberrimo addito proponitur. Quem textum ne Constitutionum lectores alio loco editum inspicere cogantur, Zeumeri reconstructionem archetypi Pacis Moguntinae, unde posteriores pendent, hic in prooemio repetimus, varia tamen lectione omissa; quam ipse consilio usus v. cl. Edwardi Schröder hic illic correxit:

PAX MOGUNTINA a. 1235.

Wir setzen und gebieten von unser keiserlicher gewalt und mit der fursten rat und ander des riches getruwen:

1. Swelch sun sinen vater von sinen burgen oder von anderem sinem gut verstozet oder brennet oder roubet oder ze sins vater vienden sich chert mit eiden oder mit truwen, daz uf sins vater ere gat oder uf sine verderbnusse, beziuget in des sin vater ze den heiligen vor sinem rihter mit zwein sentberen mannen, die niemen mit reht verwerfen mag, der sun sol sin verteilet eigens und lehens und varendes gutes und berlichen alles des gutes, des er von vater und von muter erben solde, ewichliche, also daz im weder rihter noch der vater niemer wider gehelfen mag, daz er dehein reht ze dem selben gute iemer gewinnen muge.

2. Swelch sun an sins vater lib ratet oder vrevelichen an grifet mit wunden oder mit vanchnusse oder in dehein bant leit daz vanchnusse heizet, wirt er des vor sinem rihter beziuget, als hie vor geschriben ist, der selbe si êlos und rehtlos ewichlichen, also daz er niemer wider chomen mag mit deheiner slahte dinge ze sinem rehte.

278. q) auch *add.* 2. r) unchrenget 2. s) gestætiget 2. t) dazze 2.

3. Alle die der vater nennet ze ziuge vor dem rihter uber alle die sache, die hie vor geschriben sint, die nesuln des niht uber werden durh magschaft noh durh deheiner slahte dinch, sin gesten dem vater der warheit. Der des niht tun wil, den sol der rihter dar zu dwingen, ez ensi daz er vor dem rihter ze den heiligen swer, daz er dar umbe niht enwizze.

4. Hat der vater dienstman oder ist daz er eigen liute hat, von der rat oder von der helfe der sun dirre dinge deheinez tut wider sinen vater, die hie oben geschriben sint, beziuget daz der vater uf si vor sinem rihter, als hie vor geschriben ist, selbe dritte zen heiligen, die selben sint êlos und rehtlos ewichlichen, also daz si niemer mugen wider chomen ze irem reht mit deheiner slaht dinge. Der vater mag aber uf die liute, si sin dienstman oder eigen, niht bereden mit disen dingen, so daz si êlos und rehtlos beliben, er enhabe ez e uf den sun beredet.

5. Aller slaht ander liute, die des vater dienstman oder eigen niht ensint, mit der rat oder mit der helfe der sun wider den vater der dinge deheinz getan hat, diu hie vor geschriben sint, uberziuget si der vater des, als hie vor geschriben ist, der rihter, in des gerihte daz geschehn ist, sol die selben in die aht tun und sol si niemer dar uz lan, sin gelten dem vater sinen schaden zwivalt, den er von ir rat oder von ir helfe genommen hat, und dem rihter sin reht. Hat der selben deheiner lehen von dem vater, daz selbe lehen sol dem vater ledich sin ze hant, so er in uberwindet, und sol ez im niemer wider gelihen; oder lihet erz im wider, so sol er dem rihter sins lehens oder sins eigens als vil geben, oder hat er des niht, so sol er im als vil silbers geben, als tiure daz lehen ist.

6. An allen disen sachen, die hie vor geschriben sint, mag ein igelich sentbere friman, der sin reht hat, dem vater, er si furst oder sus ein hoh friman, helfen daz beziugen, swa erz weiz. Ein dienstman mag ez ouch beziugen mit anderen dienstmannen, ein eigen man mit sinem genozzen, ein gebur mit sinem genozzen. Ein igelich friman hilfet es ouch wol einem dienstmanne, ob erz weiz. Ein dienstman hilfet es ouch wol dem, der sin undirgenoz ist. Die nideren enmugen es den hoheren niht gehelfen.

7. Ist daz der vater von gevanchnusse oder von siechtum oder von ander ehafter not ditz reht niht gefurdern mag, so sol ez siner mage einer tun, und sol der selbe mag bereden ze den heiligen, daz den vater ehaft not irret, daz er dar niht chomen moht, und sol die not nennen. Und swenn er daz beredet, so sol man im rihten umb die sache an des vater stat, als ob der vater selbe da were.

8. Wir setzen und gebieten, swaz schaden iemen an deheiner slahte dinge geschehe, daz er daz selbe niht enreche, er enchlag ez alrerst sinem rihter und volge siner chlage ze ende als reht ist; ez ensi daz er da ze hant si und sines libes oder sines gutes erz muzze tun ze notwere. Swer sich anders richet denne hie geschriben ist, swaz schaden er dar umbe tut, den sol er im zwivalt gelten, und swaz schaden im geschehen ist, der sol verloren sin, und sol niemer deheine chlage nah dem gewinnen.

9. Swer aber sine chlage volfuret, als da geschriben ist, wirt im niht gerihtet und muz er durh not sinem viende widersagen, daz sol er tun bi tage. Und von dem tage, so er im widersaget hat, unz an den vierden tag so nesol er im deheinen schaden tun weder an libe noh an gute. So hat er dri ganze tage fride. Der selbe, dem da widersaget wirt, der ensol ouch an libe noh an gute unz an den vierden tag dem, der im da widersagt hat, deheinen schaden tun. An swederm diz gesetzede gebrochen wirt, der sol fur sinen rihter varn und sol jenen bechlagen derz im getan hat. Dem sol der rihter fur gebieten selbe oder mit sinem boten. Mag sich der selbe, der da angesprochen ist, niht enschuldigen selbe sibende sentbere liute

vor dem rihter, so si er êlos und rehtlos ewichliche, also daz er niemer wider chomen muge ze sinem rehte.

10. An swem der hantfrid gebrochen wirt, erziuget er daz zen heiligen vor sinem rihter mit dem, der den hantfride gemachet hat, und mit zwein andern sentberen mannen, die ir reht behalten hant, daz der fride an im gebrochen si, der rihter sol jenen ze aht tun, der den fride gebrochen hat, und sol in niemer uz der aht lan ane des chlagers willen, oder er verliese die hant dar umbe. Ez ensi also verre daz er mit dem totslage den fride breche, so sol siner mage einer chlagen umb die selben tat und sol ez ouch bereden, als hie vor geschriben ist. Und swenn er daz beredet, so sol der selbe niemer von der aht chomen wan mit dem tode und sol êlos und rehtlos sin. Wil aber im der, der den hantfrid gemachet hat oder enphangen hat, niht gesten des rehtes, daz er an im gebrochen si, dem sol der rihter gebieten bi des keisers hulden, daz er im sins rehtes helfe oder zen heiligen swere, daz er niht dar umbe en wizze. Lat er daz durh magschaft oder durh deheiner slahte dinch, er ist dem keiser und dem rihter siner hant schuldich.

11. Wir setzen und gebieten bi unsern hulden, daz alle unser fursten und alle, die gerihte von uns habent, rehte rihten als des landes sit und reht si und gewonheit, und daz si daz selbe gebieten den, die gerihte von in habent. Swer des niht entut, uber den wellen wir scherpflichen rihten als reht ist. Und swaz uns uber in erteilt wirt, des enwellen wir niht lan und wellen dar an niemen ubersehen und niemens schonen. Und gebieten ouch den fursten, daz si mit der buze dwingen die von in geriht hant, daz si reht rihten, und der buze niht enlazen, die uf si erteilt wirt.

12. Wir setzen und gebieten, daz dehein rihter niemen in die aht tu wan offenlichen, und daz dehein rihter niemen uz der aht laze, er neme die gewisheit, daz dem chlager gerihtet werde nah des landes gewonheit. Tut des der rihter niht, daz sol der keiser uber in rihten als reht ist. Wir geloben, daz wir daz selbe behalten.

13. Wir setzen und gebieten, swaz igelichem rihter gewettet wirt, da er den ahter uz der aht lat, daz er daz gar neme und ez niht enlaze, durh daz die liute deste ungerner in die aht chomen. Wir wellen ouch selbe unsers rehtes niht enlazen. Dar umbe gebieten wir ez deste vesteclicher.

14. Wir setzen und gebieten, daz man die pfalburger allenthalben laze. Wir wellen in unsern stetten ir deheinen haben und wellen ouch niht, daz si iemen anders habe.

15. Wir setzen und gebieten bi unsern hulden, daz niemen deheinen muntman habe.

16. Wir verbieten bi unsern hulden, daz niemen den andern durh daz lant beleite umb dehein gut, ern habe daz geleite von dem riche.

17. Wir setzen und gebieten, daz alle die zolle, die sit unsers vater tode des keisers Heinriches uf gesetzet sint uf wazzer oder uf lande, von swem sie uf gesetzet sint, daz si abe sin; ez ensi als verre daz der in da hat gewisen muge vor dem riche als da reht ist, daz ern ze reht haben sul.

18. Wir setzen und gebieten umb alle die zolle, die gehohet sint ze unreht anders denne si zem ersten uf gesetzet wurden, daz man die hohunge abe neme und der zol belibe, als er ze reht sol. Swer die zolle nimet anders, denn er sol ze reht, oder an einer andern stat, denn da er uf gesetzet ist, wirt er des beziuget vor sinem rihter als reht ist, man sol in haben fur einen strazrouber.

19. Alle die zolle nement uf wazzer oder uf lande, die suln wegen und brucken ir reht behalten mit machen und mit zimber und mit bezzerunge, und von den si den zol nement, die suln si befriden und beleiten nach ir maht als verre ir

geriht ist, also daz si niht verliesen. Swer ditz gebot brichet ze drin malen, wirt er des vor dem keiser uberziuget als da reht ist, so sol der zol dem rich ledich sin.

20. Swa zwene mit einander urliugent, der einer oder beide geleit habent, swer dem ze leide die straze angrifet, wirt er des uberziuget als reht ist, uber den sol man rihten als uber einen strazrouber.

21. Wir setzen und gebieten, daz man die rehten lantstraze vare und niemen den andern mit gewalt dwinge von der rehten straze.

22. Wir setzen ouch und gebieten, swelch herre sine stat oder sine burch bowen wil oder dehein bow, der sol bowen mit sinem gute oder mit siner liute gute und niht von der lantliute gute. Swer dar umbe deheinen zol oder dehein ungelt nimet in deheiner stat oder uf deheiner straze, uber den sol man rihten als uber einen strazrouber.

23. Wir setzen und gebieten, daz alle die munze, di sit unsers vater tode keiser Heinriches gemachet sint, von sweme si gemachet sint oder swa man si gemachet, daz si alle abe sin; ez ensi der si da hat der muge gewisen vor dem rich als reht ist, daz er si ze reht haben sul. Swer uf iemens phenninge deheinen valsch sleht oder heizet slahen, den sol man haben fur einen valscher. Wir gebieten, daz man die alten munze nah ir rehte habe, und verbieten allen valsch.

24. Wir setzen und gebieten vesteclichen, daz man in steten und in dorfern in allem unserem riche an geistlichen dingen behalte der erzebischofe und der bischof oder der erzpriester geistlich reht und in des niemen wider si mit deheinem unreht.

25. Wir setzen und gebieten vesteclichen und als reht ist, daz aller goteshuser vogite den goteshusern vor sin und si beschirmen uf ir vogitei, als ez gegen Gote wol ste und ouch unser hulde damit behalten, und sich an der goteshuser gute, daz ir vogitei ist, also behalten, daz uns dehein groz chlage von in chome. Swer des niht entut, chumet uns daz ze chlage, daz wellen wir rihten als reht ist und also vesteclichen, daz wir dar an niemens schonen wellen.

26. Wir gebieten vesteclichen bi unsern hulden, daz niemen durh deheines vogites schulde noch im ze leide der goteshuser gut, daz sin vogitei ist, weder brenne noh roube noh phende. Swer daz dar uber tut dem vogite ze leide, wirt er des uberziuget als reht ist vor dem rihter, den sol man ze aht tun und ensol in uz der aht niht lan, ern gelt den schaden dristunt als tiur er ist; und suln diu zwei teil dem goteshuse werden, des daz urbor ist, und dem vogite daz dritte teil.

27. Wir verbieten, daz niemen phende an des rihters urlob. Swer daz tut, uber den sol man rihten als uber einen rouber.

28. Wir setzen und gebieten, swer wizzenlichen roub choufet oder diubich gut, oder rouber oder diube wizzenlichen wirt ist, und in sinem huse zernt und niht ahter sint, wirt er des uberziuget als reht ist zem ersten, so sol er zwivalt gelten jenem sin gut, dem ez da genomen ist, ez si diubech oder roubech. Wirt aber ers uberredet, daz erz zem andern male getan hat, ist daz gut roubech, so sol man uber in rihten als uber einen rouber, ist ez aber diubech, so sol man uber in rihten als uber einen dieb.

29. Wir setzen und gebieten, daz niemen behalte noh herberge wizzenlichen deheinen ahter. Swer daz dar uber tut, wirt er des uberziuget als reht ist, der ist in den selben schulden, und sol man uber in rihten als uber einen ahter. Entredet er sich aber als reht ist zen heiligen mit siben sentbarn mannen, daz er niht enwesse, daz er ein ahter was, er sol unschuldich sin. Swa man verbiutet oder angrifet einen ahter, den sol niemen weren. Swer den wert, wirt er des uberredet

als reht ist, daz er in wizzenlichen hat gewert, der sol in den selben schulden sin, und sol man uber in rihten als uber einen ahter.

30. In swelhe stat der ahter chumt, da sol man sin niht behalten, und swer im ubel tun wil, des sol man in niht schermen. Im sol niemen niht geben vergeben noh ze choufen und sol umb in niemen niht choufen. Man sol in miden an allen dingen. Behaltet in ein stat gemeinlich und wizzenlich, ist si umbmuret, der rihter, in des geriht daz ist, der sol si nider brechen. Uber den wirt, der in behaltet, uber den sol man rihten als uber einen ahter und sol sin hus zefuren. Ist die stat ungemuret, so sol si der rihter brennen. Daz sol niemen weren. Setzet sih die stat da wider, stat und liute sint rehtlos. Mag daz der rihter niht gerihten, so sol er ez chunden dem keiser und sol ez dann mit sinem keiserlichen gewalt tun.

31. Wir setzen, daz unser hof habe einen hofrihter, der ein friman si. Der sol an dem ampt beliben zem minsten ein jar, ob er sih reht und wol behaltet. Der sol alle tage ze geriht sitzen ane den suntag und ane groze hohziten, und sol allen liuten rihten die im chlagent und von allen liuten, ane fursten und ane ander hohe liute, swa ez get an ir lip oder an ir reht oder an ir ere oder an ir erbe oder an ir len, und von anderen hohen sachen. Daz wellen wir selbe rihten. Er ensol niemen vur tagen, ern tu ez dann mit unserem sunderlichen gebot. Er ensol niemen in die ahte tun noh uz der ahte lan, wan daz sollen wir selbe tun. Der rihter sol sweren zen heiligen, daz er von niemen dehein gut neme umb daz geriht, noh durh liebe noh durh leide noh durh bete noh durh forhte noh durh mite anders rihte wann nah reht, als im erteilt wirt und er von sinen sinnen aller beste kan, ane aller slahte valsch. Der rihter sol nemen alle die gewette, die uns gewettet werden und vor im bechlaget werdent von den die uz der ahte choment, und sol der niht lazen, dar umbe daz man deste ungerner in die aht chome. Dise gewette geben und bescheiden wir dem rihter, daz er deste williclicher rihte und ouch von niemen deheiner hande gut umb daz gerihte neme.

32. Der rihter sol ouch haben einen sunderlichen schriber, der anschribe alle die in die aht choment, und von wes chlage si in die aht choment, und die sache, dar umb si dar in choment, und den tag, so si dar in choment; und der namen, die uz der aht choment, und die sache, war umb si uz der aht choment, und welches tages si uz der aht choment; und sol die burgen schriben, die den chlagern gesetzet werdent, und wannen si sin und wie si heizzent, und sol schriben ander gewisheit, die man den chlagern tut nah des landes gewonheit. Und sol schriben aller der namen, die ze schedelichen liuten dem lande gesagt werdent, und wie und von wem si uz den schulden choment. Und sol schriben, so si ze reht choment und uz der aht; so tilge er ire namen abe. Und sol schriben alle die urteil, die von grozzen sachen vor uns gesamnet werdent, uf die rede, daz man an semlichen sachen die selben urteile stete habe, und sol schriben daz lant, wo die selben urteile gesamnet werdent. Der selbe schriber sol nemen alle die brive, die umb chlage sind, die brive berihten, und sol dehein ander unmuze haben. Der selbe schriber sol sweren zen heiligen, daz er durh liebe noh durh leide noh durh mite noh durh deheiner hande dinch schribe noh entu an sinem ampte wann daz reht ist, als er sih aller beste kan versten. Der selbe schriber sol ein leie sin, dar umb ob er anders tu denne reht ist, daz ez im an den lip ge.

Daz haben wir dar umb gesetzet, wann ez uns nutze dunket allen den, die in unserm riche sint, und gemeinlichen allen liuten, den wir selbe niht gahes gerihten mugen von unsern manichfaltigen unmuzen.

279. 280. *INNOVATIONES PACIS GENERALIS PER FRANCONIAM ET PARTES RHENI. Iul. 25. Dec. 14.*

Pacem Moguntinam a. 1235. Rudolfus rex a. 1281. Iul. 25. Norimbergae per Franconiam, itemque Dec. 14. Moguntiae per totum Rhenum annis quinque duraturam innovavit[1]. *Cuius innovationis documenta exceptis protocollo et eschatocollo inter se concordant. Tamen cum constitutionis Moguntinae Dec. 14. autographon, cuius sigilli fragmenta apparent in loro membranaceo, adhuc in tabulario Guelferbytano supersit*[2], *constitutionem Norimbergensem Iul. 25. ita ut eam ex cancellaria prodiisse constat, i. e. in dialecto Germaniae superioris scriptam nonnisi in codicibus chartaceis saec. XV. servatam habemus, qui textus lectiones praebent pessimas. Sunt praecipue codices hii:* 1) *bibliothecae universitatis Monacensis 685 (III. 78) fol. 51;* 2) *Vindobonensis lat. 2873 (Iur. civ. 186) fol. 1;* 3) *Vindobonensis lat. 2949 (Sal. 385) fol. 227; ceteros vero, quos olim Pertz adhibuit, denuo inspicere supersedimus. Praeter eos in dialecto Germaniae inferioris manu fere coaeva exarata servatur huius pacis forma meliori fide tradita in membrana hic illic corrosa nunc tabularii civitatis Tremoniensis* (T), *quam iam olim Pertz adhibuit.*

Itaque hic in edenda Pacis Fridericianae confirmatione primo loco formam pacis Iul. 25. innovatae (nr. 279) eam, quam apographon in dialecto inferioris Germaniae occidentalis scriptum praebet, secundo loco textum autographi Dec. 14. editi (nr. 280) proponimus. Quae concordant cum archetypo Pacis Moguntinae supra pag. 275–279, litteris minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1357 et 1423. (P. 432 et 436.)

279. *PAX FRANCONICA. Iul. 25.*

D[ise re]gth[a] s[a]tte[a] ande ste[de]de[a] der ander keiser Frederic mit der vursten rade ande mit anderen grozen herren unde wisen to dem grozen hove to Megenze. D[a]t[a] gescach von[b] unses herren Cristes geburde tvelf hunderst jar unde ses ande dertich jar, to sente Marien misse to mitten Oueste[c].

Wir[d] setzen ande gebeden bi des rikes hulden unde van unser keiserliker gewalt unde mit der vůrsten rade ande ander [des][e] rikes holden unde getruwen:

c. 1. 1. Svelic sune sinen vater van sinen burgen oder van anderem sinen [gů]de[a] verstotet oder ene

280. *PAX RHENANA. Dec. 14.*

Wir Rudolf von Gotes genaden Romescher kuninc hant die recht, die der keyser Vriderich unser vurevare zu deme grozen hove zů Megentze mit ter vursten rade gebot und satzte, als hir nach gescriven stat, důn gesworn in der vurgenante stat zů Megentze zu behaltene von hen zu winnachten der na waren und von danne over vunf jar, van den erzebischove zů Megentze und von herren, graven[a], vrigen, dinstman, steten allen of me Rine von Costenze nider und armen und von richen.

Des vurgenanten keyseres gesetzede stant als sus:

Wir setzen und gebeten bi des riches hulden und von unser keyserliger gewalt und mit der vursten rade und ander[b] des riches hulden und getruwen[c]:

1. Swelich sůn sinen vater van sinen burgen oder von anderen sinen gute vurstozet oder in

---

279. a) *uncis inclusa evanuerunt T.* b) vor *T.* c) *protocollum sic in* 1. 2: Dew (Dise 2; Die 3.) recht seczet und bestått der ander kayser Fridreich mit der fursten (korfursten 2.) rat und mit andern grossen herren und weisen zu dem grossen hof ze Macgåncz (Maguncz 3; *deest* 2.) Diez geschach von unsers herren Kristus (Cristi 3.) gepurd zwelfhundert jar und sechsunddreyssig jar ze sand Marien in (zu 2.) mittem Augst (Augsten 3.) d) Vuir *T.* e) *deest T.*

280. a) *signo posito ex* vrigen graven *or.* b) anders *or.* c) gescriuen *or.*

1) *Cf. etiam Reg. imp. VI, 1396 a—d et 1649.* 2) *Quod a. 1660. Mai. 13. Hermannus Conring bibliothecae ducali Augustae obtulerat.*

bernet oder rovet oder to sines vader vienden sich [ma]ket[a] mit eiden oder mit trůwen, dat et of sines vader ere gat oder op sine verderfnusse, betuget en des sin vader to den heilegen vor sime richtere mit tven sentberen mannen, de nin man van reghte verwerpen kan, de sune sal sin vurteilet[f] eigenes ande leines ande varendes gutes ande garlic alle des gutes ewelike, des[g] he von vater ande von moter erven solde, also dat eme weder richter nog vater nummer helpen mag, dat he negein recht to de[m] gute immer gewinnen moge.

2. Svelich sune an sines vader lif radet oder en vrevelike[h] angripet mit untrowe oder mit gevancnisse oder in dechein bant sezet dat vancnisse hetet, wert he des vor sinen reghtere betuget, alse hir vor screven est, de selve sone se eilos ande reghtlos ewelike, also dat he nimmer[i] komen mach to sime reghte mit negeinen dingen.

3. [All de][a] de vader och te getuge nimet vor deme richtere[k] over alle de sake, de hir vor gescreven sint, de solen des nicht ouer werden durch sibbe noch durch geine sclagte sake, sie [en]gesten[l] den vader der warheit. Der des nit dun newil, den sal de rechtere dar to tvingen, it ensi dat he vor deme rightere swere to den heilegen, dat he dar umbe ith wete.

4. Hat de vater denstman oder eigene luite, von dere[m] rate oder van der helpe de sune [dere][a] dinge necheines dut weder sinen vater, de hir ovene gescreven [sint][a], betuget dat de vater ofte sie vor sime richtere, alse hir vore gescreven es, selve derde to[n] den heilegen, de selve sin elos ande rechtlos eweliken.* Der vater mag aver sie* nit beret[e]n der dinge*, he nebetuge er den sune, alse dar vor gescreven es.

5. Betuget he dar na de denestman oder de eigene lute, de rechtere, in des gerichte it geschein is, sal sie zu achte[o] don ande sal sie nimmer[p] dar ut gelaten, sie negelden deme vater sinen schaten tvevolt, den he von erme rate oder van eren helpe genomen hevet, ande deme richtere sin recht. Hebbent de selben len von den vater, de lein solen dan vater ledech sin alto hant,

brinnet oder in rovet oder zů sines vaters vienden sich machet mit eyden oder mit truwen, daz es of sines vater ere gat oder of sine vurderfnisse, bezuget en des sin vater zů den heiligen vor sineme richtere mit zwen sentberen mannen, die niman mit rechte vurwerfen chan, der sůn sol sin vurteilet eigens und legens und varendes gutes und gerlich al des gutes ewelige, des er von vater oder van muter erben solte, als so daz eme weder richter noch vater nimer weder helfen mach, daz er iechein recht zů deme gůte mer gewinnen muge.

2. Swelich sůn an sines vater lip ratet oder en urluchligen[d] angrifet mit untruwen[e] oder mit gevancnisse oder en iechein bant leit daz vancnisse heizet, wirt ir des vor sineme richtere bezuget, als hi[f] vur gescriven ist, ter selbe sůn sie elos und rechtlos ewelige, also daz er nimer kumen mach zu sineme rechte mit nicheinen dingen. c. 2.

3. Alle die ouch ter vater zů gezuge nimt[f*] vur deme richter over alle die sachen, de hir vůr gescriven sint, die sulen des nich over werden durch sippe noch durch keiner slachte sache, sie engesten den vater der warheit. Der des nicht tůn wil, den sol der richter dar zů twingen, es ensie daz ir vur deme richter swere zů den heiligen, daz er dar umbe nicht wizze. c. 3.

4. Hat ter vater dinstman oder eigene lute, von der rate oder von der helfe der sůn dirre dinge iecheines tůt wider sinen vater, die hie ovene gescriven sint, bezuget des der vater offe sie vur sineme richter, als hi vur gescriven ist, solbe dritte zů den heiligen, die selben sint elos und rechtlos ewelige.* Der vater mach aber sie* nicht bereden der dinge*, er he nebezuge e den sůn, als da vur gescriven ist. c. 4.

5. Bezuget er da nach die dinestman oder di eigene lute, der richter, in des gerichte es geschen ist, sol sie zů achte tůn und sol sie nimer da uz gelazen, si ne gelten den vater sinen schaden zwivalt, den er von iren rate oder von ir helfe genomen hat, und deme richter sin recht. Habent dieselben lehen van deme vater, die lehen sulen den vater ledich sin zu hant, c. 5.

279. f) vaderlikes *male T.* g) der *T.* h) urlängleichen 1; verlanglichen 2; urlewglichen 3. i) immer *T.* k) richte *T.* l) ergen *male T*; gestanden 1. 3; gestande 2. m) deme *male T.* n) *praecedit* vo *deletum T.* o) ute deme rechte *male T.* p) *corr. ex* nit *T.*

280. d) vrlichligen *corr. ex* vruchligen *or.* e) undtruwen *or.* f) si *or.* f*) nint *or.*

so he se betuget, ande sal he en nimmer weder lien; liget [he][q] aver en dat weder, so sal [he][q] also vil alse das leines* is, deme rictare geven ane wederrede.*

c. 6. 6. An allen disen saken[r], de hir vor gescreven sint, mach iuvelich sentbere vriman, der sin[s] recht hat behalden, [den vater][t], er ensi[u] vurste oder ander en hoch man, helpen betugen so wat he weit. Ein dinestman magh och betugen mit anderen dinestmannen, en eigen man mit sinen genoten, en gebur mit sinen genoten. En iuvelic vriman helpet wol eime dinestmanne, of he wet.*

c. 7. 7. Ist dat[v] de vater vor gevanenisse* oder von anderer[w] ehafter nod dit recht nith vorderen mach, so sal it siner mage einer dun, unde sal de mach bewaren to den heilegen, dat den vader ehaftich nod benemet, dat he dar nicht comen nemach, unde sal de nod noemen[x]. Unde wan he dat beredet, so sal eme reith umbe de clage beschein an des vader stat, alse ef de vader selve dar were. c. 6. En dinestman helpet* och* eime sime ungenoten. De nideren enmogen[y] den hoheren[z] nit gehelpen.

c. 8. 8. Wir[a] setten unde gebeden, so wat schaden ene manne gesche, dat he dat selven nith richte, he neclaget alirst[b] sinen richtere unde volge siner clage an dat ende alse reth is; it nesie dat he dar to hant sie to notwere sines lives oder sines gudes. So wie sic anderes rithet dan hir vor gescreven stad, so wat schaden he dar umbe ene manne dut, den sal he eme tvevoldich gelden, unde so wat schaden eme geschen ist, de sal altemale vorloren sin, unde sal nimmer necheine clage dar na gewinnen.

c. 9. 9. Swe aver sine clage vollenvoret, also dar gescriven is, wirt eme nith gerithet unde mot he dor not sine[n] vienden widersegen, dat sal he bi dage dun. Unde von deme tage, dat he heme widersaget, uns an den virden dach sal he eme necheinen schaden dun weder an live nog an gude. So hevet he drie ganze dage vrede. Och en sol der, deme dar wedersaget[c] is,* und[d] an den vierden dach necheinen scaden dun deme, de eme wedersaget hevet. An weme dese gesatte gebroken wirt, de sal sime reithere clagen.* Unde sal de rithere genen vor gebeden selve oder mit sineme geboden.

[so][g] er si bezuge, und sol es en nimer wider gelihen; liet ir aber in es wider, so sol er als vil so des lehens* ist deme richter geven ane widerrede.*

6. An allen disen sachen, die hie vůr gescriven sint, mach en ielich sentbere vriman, der sin recht hat behalten, den vater, er si vurste oder anders en hoh man, helfen bezugen swaz er weis. En dinestman mach es ouch bezugen[h] mit anderen dinstmannen, ein eigene mit sinen genozen, ein gebur mit sinen genozen. Ein ielich vriman helfet wol eime dinstmanne, of irs weiz.*

7. Ist daz der vater van gevanenisse* oder van ander ehafter not diz recht nicht gevorderen mach, so sol ez siner mage einer tůn, und sol der mach bewern zůn heiligen, daz den vater ehaftich not irret, daz er dar nicht chumen mach, und sol die not nennen. Und swen er daz beredet, so sol eme recht umbe die clage geschen an des vater stat, also obe der vater selbe da were. Ein dinstman helfet tes ouch wol eineme sineme ungenoz. De nideren mugent ez ten hoheren nicht gehelfen.

8. Wir setzen und gebeten, swaz schade imanne gesche, daz er daz selbe nicht enrichte, er he neclage alrest[i] sinen richter und volge siner clage an daz ende als recht ist; ez ensi daz er da zů hant si zů notwer sines libes und sines gutes. Swer sich anders richtet den hi gescriven ist, swaz schaden [er] dar umbe imanne tůt, den sol er eme zwivalten gelten, und swaz scaden ime geschen ist, der sol gar vurlorn sin, und sol nimer dar nach nicheine clage gewinnen.

9. Swer aber sine clage vullenvůret, als da gescriven ist, wirt eme nicht gerichtet und můz er durch not sinen vienden widersagen, daz sol er bi tage tůn. Und von deme tage, daz er ime widersaget hat, unz an den vierden tach sol ir eme nicheinen schaden tůn weder an libe noch an gůte. So hat her dri ganze dage vride. Ouch en sol der, deme da widersaget ist,* unz an den vierden tach nekeinen schaden tůn dem, der eme widersaget hat. An[i*] sweme dise gesetzede gebrochen wirt, der sol sineme richtere clagen*. Und sol der richter genen vůrgebeten selbe

279. q) *deest T.* r) diser sake *T.* s) sint *T.* t) *desunt T.* 1. 2. 3. u) sin *T.* v) dar *T.* w) anderen *T.* x) nennen 1. 2. 3. y) enemogen *T.* z) heheren overen *T.* a) Vuir *T.* b) al *superscriptum T.* c) weder saket *T.* d) uñ *T.*

280. g) *lacuna or.* h) bezuget *or.* i) als recht ist *punctis suppositis deleta praecedunt* rest *or.* i*) Ans *or.*

Unde ne mach sich de selve, dem dat vor geboden is, nit unsculdigen selve sivende sentberen lude[n] vor deme reithere, so es he elos unde reitlos ewelike, also dat [he][e] nimmer necume to sime reithe.

10. An weme de hantvrede gebroken wirdet, betuget he dat to den heilegen, vor sime reithere mit deme, de den lantvrede [gemaket][f] hevet, unde mit tven anderen sentbeceren[g] manne[n], de er reith gehalden[f] hebbet, dat de hantvrede[h] an en gebroken si, de reithere sal den genen ze achte dun, de den hantvrede gebroken hevet, unde sal en nimmer uter achte laten ane des clegeres willen, oder he vorlore de hant dar umbe. Ist aver de hantvride mit deme dotslage tobroken, so solen de mage immer[i], de dar geslagen wart, clagen unde solen den mort bereden, also dar vor bescriven ist. Unde wanne he dat beredet, so ensal man genen nimmer uter achte laten, henebede[k] den lief dar umbe, unde sal elos ende reitlos sin. Wil aver de, de den hantvrede gemaket hevet oder envangen[l], ime[m] des geriches nith gestan, dat de vride an ime gebroken si, deme sal de reithere gebeden bi des keiseres hulden, dat he eme helpe[n] sines reithes, oder he mut sweren tu den heilegen, dat he nith ne wite. Lat he dat aber durch sibbe oder durch enich ding, he ist deme keisere oder deme reithere de hant sculdigh.

11. Wir[o] setten ande gebeden bi des rikes hulden, dat alle unse vursten unde alle de gerithe van uns hebben, reith rithen also des landes side ande* gewonhet sie, unde dat selbe gebieden den, de gerithe van en hebben. Sve des nith endot, over den wille wi reithen scherpliken[p] also reith ist. Unde wat[q] uns over en geteilet wirt, des en wille wi nit laten noch nine manne over sen[r] noch nine manne schonen. Unde gebeten och unsen vursten, dat sie mit ter bute dvingen de van eme gerichte hebben, dat sie rechte reithen, unde de bute nith ne laten, de en erteilet wirt[s].

12. Wir[o] setzen ande gebieten[t], dat negein reithere [iman][u] zu achte duwan openbare, unde dat negein reithere ene man uter agte late, he neme de wishet, dat deme clegere gerithet werde na des landes gewonheit. Dut des die reithere nit,

oder mit sinen boten. Und enmach sich ter selbe, die da vurgeboten ist, nicht ensculdigen solbe sibende sentberen luten vur deme richter, so ist er elos und rechtlos ewiliche, also daz er nimer kume zů sineme rechte.

10. An sweme die hantvride[k] gebrochen wirt, c. 10.
bezuget er daz zůn heiligen vor sineme richter mit deme, der den hantvride[k] gemachet hat, und mit zwen anderen sentberen mannen, die ir recht behalten hant, daz der lantvride an im gebrochen sie, der richter sol ginen zů achte tůn, der den lantvride gebrochen hat, und sol en nimer uzer achte lazen ane des clegers willen, oder er vurlise de hant* umbe. Ist aber der lantvride mit deme totslage zůbrochen, so sulen des mage emer[l], der da erslagen wart, clagen* und sulen den mort bereden, als da gescriven ist. Und swen er daz beredet, so ensol man genen nimer uzer achte lazen, er en geve den lip tar umbe, und sol elos und rechtlos sin. Wil aber der, der den hantvride[h] gemachet hat oder antfangen, ime des gerichtes nicht gestan, daz der vriede an eme zůbrochen sie, den sol de richter gebiten bi des keyseres hulden, daz ir eme helfe sines rechtes, oder er můz sweren zen heiligen, daz ers nicht wizze. Lat erz aber durch sippe oder durch iecheine dinc, er ist deme keyser und deme richtere der hant sculdich.

11. Wir setzen und gebeten bi des riches c. 11.
hulden, daz alle[l*] unser vursten und alle, die gerichte van unz hant, rechte richten als de landes side und* gewonheit sie, und daz selbe gebeten den, die gerichte von in hant. Swer des nicht en tot, ober den willen wir richten scherflige als recht ist. Und swaz uns uver en geteilet wirt, des en willen wir nicht lan noch niman over sehen noch nimanne schonen. Und gebeten och unsen vursten, daz sie mit ter boze twingen die von im gerichte hant, daz sie rechte richten, und der buze nicht lazen, die en erteilet wirt.

12. Wir setzen und gebeten, daz nichein c. 12.
rechter imanne zů achte tů wen offenliche, und daz nechein richter imanne uzer achte laze, er enneme [die gewisheit][m], daz deme clegere gerichtet werde nach des landes gewonheit[n]. Tůt des der

279. e) *deest T.* f) *corr. ex* gehaldet *T.* g) seneberen *T.* h) hanturedre *T.* i) *sic T; cf. nr. 280;* ainer 1. 3; einer 2. k) geb 1. 2. 3. l) envanceen *T.* m) *corr. ex* eime *T.* n) helpen *T.* o) Vuir *T.* p) scherliken en *T.* q) wot *T.* r) sehen *T.* s) *finis columnae prioris T.* t) och unsen vorsten *male add. T.* u) *uncis inclusa evanuerunt T.*

280. k) lantvride *or.* l) *sic or.; cf. nr. 279.* l*) allen *or.* m) *hae voces desunt or., sed casu excidisse censendae sunt.* n) gewenheit *or.*

de keiser sal over en reithen als it reith is. Wi geloven, dat wie dat selve halden.

c. 13. 13. Wi[v] setten ande gebieten, so wat en [in]welich reither gewiddet wirt, dat he den echter uter achte lat, dat [he dat g e r n e][w], neme unde des nith ne late, dat de lute de ungerner in de achte comen. [Wi wil]len[w] och unses rethes niet laten.

c. 14. 14. Wi[v] setten ande gebieten, [dat man palborgere al]len[w] halven late. Wi willen och[x] in unsen steden* necheine hebben.

c. 15. 15. [Wi gebeden och, dat][w] nen man necheine muntman hebbe.

c. 16. 16. Wie[v] verbieten och bi un[sen hulden, dat nen][w] man den anderen dor dat lant geleide umbe nechein gut, he nehebbe dat geleide vanme rike.

c. 18. 17. Wi setten ande gebieten, dat alle de tolle, de mit unrethe gehohet sint anders dan sie van irst gesat wrden, dat die hounge ave sie ande de tol blive, alse he to reithe sal. U n d e d a t n i m a n n e g e i n e n[y] t o l n e m e w a n t o r e t h e u n d e d a r m e n e n e t o r e t h e n e m e n sal. S v e d a t b r e k e t, den sal man hebben vor einen stratenrovere.

c. 17. 18. Wir setten ande gebieten, dat alle die tolle, de sint unses vader tode[z] keiser Henrikes of gesat sint oppe watere oder op lande, von weme si gesat sint, dat sie a l t e m a l e ave sin; ez nesie de en dar* g e w a r e n muge vor deme rike*, dat he en to rethe hebben sule.

c. 19. 19. Alle de tolle nimet oppe watere oder op lande, de sulen den wegen ande den brucken ere reith halden mit makene* ande mit beterunge, unde den sie den tol niment, die sulen se bevriden unde geleiden nach ir magth also verre also ere gerithe gat, dat se nith verlisen. So we dese gebot to drien malen briket, wirt he des betuget v o r g e r i t h e also reith ist, de tol sal deme rike ledich sin.

c. 21 20. Men sal de rethe lantstrate varen unde sal niman den anderen dvingen von der reithen strate.

c. 20. 21. Sowar tvene mit enander urlogent a n d e die eine oder beide geleide hebbent, so we den[a] to leide[b] die strate angripet, wirt he des t o r i t h e b e t u g e t, over den sal men rithen also over einen straterovere.

richter nicht, der keiser sol ez over en richten als recht ist. Wir geloven, daz wir daz selbe halten.

13. Wir setzen und gebeten, swaz eilicheme richter geweddet wirt, d a ir den echter uz ter achte lat, daz er daz g e r n e neme und ez nicht enlaze, durch daz de lute dest ungerner in de achte kumen. Wir willen och unsers rechtes nicht lazen.*

14. Wir setzen und gebeten, daz man di falburgere allenthalben laze. Wir willen in unsen stěten* nekeinen haben.*

15. Wir verbeten och*, daz iman nekeinen muntman habe.

16. Wir verbiten och bi unsen hulden, daz niman den anderen durch taz lant geleite umbe iechein gût, er enhabe daz geleite von deme riche.

17. Wir setzen und gebeten, daz alle die zollen, die mit unrechte gehohet sint anders dan sie von erst of gesetzet wurden, daz die hogunge abe sie und der zol blive, als ir zu rechte sol. U n d d a z n e c h e i n m a n n e c h e i n e n z o l n e m e w a n z û r e c h t e u n d d a m a n i n z u r e c h t e n i m e n s o l. S w e r d a z b r i c h e t, den sol man habe[n] vur einen strazroubere.

18. Wir setzen und gebeten, daz alle die zollen, de sint unsers vater tode des keyser Hinriches of gesetzet sint offe wazzer oder offe lande, von sweme sie gesetzet sint, daz sie g a r abe sin; ez en si der in da hat b e w e r e n muge vur deme riche*, daz er in zû rechte haben sol.

19. Alle die zollen nimet offe wazer oder offe lande, die sulen den wegen und den brucken ir recht halten mit machene* und mit bezerunge, und den sie den zol nement, die sulen sie bevriden und geleiten nach ir macht als verre als ir gerichte gat, daz sie nicht verlesen. Swer dese gebot zû dren malen brichet, wirt ers bezuget v u r g e r i c h t e als recht ist, der zol sol deme riche ledich sin.

20. *Men sol die rechte lantstrace varen und sol niman den anderen twingen von der rechten straze.

21. Swar zwene mit einander[o] urlûgent u n d der eine oder beide geleite hant, swer den zu leide de strace anegrifet, wirt er des z u r e c h t e b e z u g e t, uber den sol man richten als ober einen strazrouber.

279. v) Vuir *T.* w) *uncis inclusa evanuerunt T.* x) *superscriptum T.* y) ne *prima supra lineam T.* z) tide *T*; tod 1. 3; tot 2. a) dan *T.* b) de *add. T.*

280. o) ein under *or.*

22. So we burge [oder stede oder][c] einich buw maken wil, die sal [it] mit sineme gute dun oder [siner lute unde][c] nith von[d] siner lantlůde gůte. So wie dar over einigen [tol eder einich un]gelt[c] nime in eineger stat oder op einiger strate, over den sal man rithen als over einen stratenrovere.

22. *Swer burge oder stête oder chein buw c. 22.
machen wil, der sol ez mit sime gute tůn oder siner lute und nicht von siner lantlute gute. Swer dar uber iecheinen zol oder iechein ungelt nimp in iecheiner stat oder of cheiner straze, over den sol man richten als ober einen strazrouber.

23. Alle die můnte, de sint*[e] keiser Henrikes tode[f] gemaket sint*, de solen alto male ave sin; he nebetuge danne vor deme rike de sie dar hebbet*, dat he sie tu reghte hebben sule. So we op gemannes pennige einigen vals sleth oder hat geslagen, den sal man hebben vor einen velschere. Wir gebieten, dat man de alden munte na erme rethe hebbe, unde verbieten alle valsh.

23. *Alle die muntzen, die sint unsers vater c. 23.
tode keiser Henriches gemachent sint*, die sulen gar abe sin; ez enbezuge danne vur deme riche der sie da hat*, daz er sie zů rechte haben sol. Swer of iemannes penninge iecheinen valch sleht[p] oder hat geslagent, den sol man haben vur einen velschere[q]. Wir gebeten, daz man die alten muntze nach ir rechte habe, und vurbeten allen valchs.

24. Wir* gebieten*[g], dat man* in alleme Romeschen rike an geistliken dingen nah gebote unde na rathe der er[zebischo]pe[c] sich halte unde der bischope unde der erzeprestere na geistliken rethe. Unde we dar wider ist, den sal men hebben vor einen ungelovigen.

24. Wir* gebeten vestincliche, daz man* in c. 24.
allen Romeschen riche an geistligen dingen nach gebote und nach rate der erzebisscofe sich halde und der bisschofe und der erzeprestere nach geistligeme rechte. Und swer dar wider[r] ist, den sol man haben vur einen ungeloubigen.

25. Wi* gebieten vestelike unde als reith ist, dat de godeshuser vothde den godeshusen vor sint unde sie scirmen op ir vo[he]tige, als it gegen Gode wol sta unde och unsen hulden, unde sich in der gotes huser gute also halden, dar er vohetige ist, dat uns necheine [grote][c] clage van en cume. So we des nith nedut, cume[t it to clage][c], wille wis rithen als reth ist also vestliken, [dat] wi [dar an negeine][c] manne schonen willen.

25. Wir* gebeten vestinclige und als recht c. 25.
ist, daz der goteshuser vogede den[r*] goteshusen vor sint und sie scirment of ir vogtige, als ez kegen Gode wol ste und och unsen hulden, und sich an der goteshuser gůte also halden, da ir vogetiie da ist, daz uns nichein groz clage von ine[s] chome. Swer des nicht entůt, kumet ez zů clage, so willen wir ez richten als recht ist also vestinclige, daz wir dar an nimanne schonen wellen.

26. Wir gebieten* bi unsen hulden, dat ninman durch negeines vohetes sculde noch eme to leide godes huser gut, dar ir votige ist, weder berne oder rove noh pende. So we dat dar over důt*, wirt he des betuget als reith ist vor deme rethere, den sal men zu achte dun ande sal en uter achte nith lazen, he negelde den schaden dristunt also dure also he is; ande solen de tve del deme gotes hus werden[h]* ande di derde del deme vohete.

26. Wir gebeten* bi unsen hulden, daz niman c. 26.
durch nichei[nes][t] vogedes sculde noch ime zů leide der goteshuser gůt, daz ir vogetiie ist, wider brenne oder roube noch pende. Swer daz dar uber tůt*, wirt er des bezuget als recht ist vor deme richter, den sol man zů achte tůn und sol en uzer achte nicht lazen, er engelte den scaden drie stunt als dure als ir ist; and sol die zwei teil deme goteshuse werden* und[t*] dat dritte teil den vogede.

27. Wir gebiten, dat nin man pande ane des ritheres urlof. So we dar over důt, over den sal man rithen als over einen rovere.

27. Wir verbeten, daz niman phende ane des c. 27.
richteres urlop. Swer dar uber tůt, uber den sol man richten als uber einen rouber.

279. c) *uncis inclusa eranuerunt T.* d) von *scriptum super* mit *T.* e) unsers vaters tod K. II. 1. 3.; unsers vaters tot K. II. 2. f) tiden *T.* g) auch vestiehleich 1; festenclich 2; vestigelich 3. h) wed *T.*

280. p) *corr. ex* slecht *or.* q) s *in linea add. or.* r) ub *subpunctum praecedit or.* r*) die *or.* s) ine *or.* t) *lacuna or.* t*) unz *or.*

c. 28. 28. Wir[i] setzen ande gebiten, so we wittelike rof copet oder duflich gût, oder rovere oder dief wittelike heldet* unde nith ether sint, wirt he des betuget vor dem rithere mit rethe, so sal he eme ersten den schaden [tvevold][k] gelden deme he gedan ist, he se duflich oder roflich. Wirt [he aver][k] des betuget, dat het mer dan tu tven malen hebbe [gedan, is it][k] rof, so sal men over en richten als over einen rovere, is dat duf[lich][k], so sal men over en rethen als over einen dief.

28. Wir settzen und gebeten, swer witzentlige roup coufet oder dublich gût, oder rover oder dep wezentlige haltet* und nicht echter sint, wirt er des bezuget vor deme richter nach rechte, so sol er zum ersten den scaden zwivalt gelten dem er getan ist, er si dubich oder roubich. Wirt aber erz bezuget, daz er ez me dan zeinen male habe getan, ist ez roubich, so sol man ober en richten als uber einen rouber, ist ez dubich, so sol man von eme richten als ober einen diep.

c. 29. 29. Wir* gebieten, dat ninman necheinen ether holde* wittelike. So we [dar][l] over dut, wirt h[e][k] des betuget to rethe*, man sal over ene rithen als over en ether. Mach aver he sich untreden* mit seven sentberen[m] mannen, dat he nith en wiete, dat he en ether was, he sal unsculdich sin*. So we einegen ethere wirt oder beschirmet, so wan men en angripet*, wirt he des betuget to rechte, men sal over ene richten also over enen ether.

29. Wir* gebeten, daz niman necheinen echter halte* wizentlige. Wer dar uber tût, wirt ers bezuget zu rechte*, man sol ober en richten als ober einen echter. Mach aber er[u] sich undreden* mit siven sentberen mannen, daz er nicht enewizte, daz er ein echter was, er sol unsculdich sin.* Swer iecheinen echter wert oder schirmet, swa man in ane grifet*, wirt erz bezuget zu rechte, men sol over in richten als over einen echter.

c. 30. 30. In wes stat de eter comet, dar sal men sin nicht behalden noch necheinen cop geven noch herberge[n] geven, noch weder ene gith copen; och en sal en ninm[an s]cirmen[k]. Men sal ene miden an allen dingen. Heldet en en stat gemeninclike ande wittinclike, is se umbemuret, de richtere* sal se nider breken. Ande sal over den wert, de den behaldet, richten als over en ether ande sal sin hus tovuren. Ist de stat ungemuret, so sal se[o] de richtere bernen.* Settet sich de stat dar wider[p], de stat ande de lude sint rechtlos. Mach de richtere dar nicht righten, so sal het cundigen deme keisere oder deme koninge, ande solen [it][q] de von des rikes gewalt dvingen.

30. In swelicher stat der echter kumet, da sol man sin behalten nicht noch nicheinen couf geben noch vurgebene geben, noch sol um [in][v] nicht coufen noch en sol in niman scirmen. Men sol in miden an allen dingen. Haltet en ein stât gemeinlige und wizentlige, is[t sie][v] umbemuret, der richter* sol sie nider brechen. Und sol over den wirt, der in gehaltet, richten als uber einen echter und sol sin hus zurvuren. Ist die stat ungemuret, so sol sie der richter brennen.* Setzet sich die stât da wider, stât ande lute sint rechtlos. Mach ter richter da nicht gerichten, so sol er es chunden deme keisere oder deme kunincge, und sulen ez di von des riches gewelten twingen.

c. 31. 31. Wi[r] setten, dat des rikes hof hebbe enen hovetrichtere, der en vriman [si][q]. De sal an deme selven anbaghte to minnesten en jar sin, of he[s] sich rechte ande wol geholde. De sal alle dage to richte [sitten][k] ane de sunnedagen ande ane grote hilige dage, ande sal allen luden righten de eme claget unde van allen luden, ane vursten ande ane andere hoge lute, so war it get an er lif, an ir recht oder an er ere* oder an ir len.* Dat wil wi selver richten. He nesal nimanne vor

31. Wir setzen, daz des riches hof habe einen hoverichtere, der en vriman si. Der sol an deme selven ambachte zûu minnesten en jar bliven, of er sich recht und wol gehaltet. Der sol alle tage zû gerichte zitzen ane die sunentage und ane groze heilige tage, und sol allen luten richten die eme clagent und von allen luten, ane vursten und ane andere hohe lute, swa ez gat an den lip, an ir recht oder an ir ere* oder an ir lehen.* Daz wellen wir selben richten. Er ensol

279. [i]) Vuir *T.* [k]) *uncis inclusa evanuerunt T.* [l]) *deest T.* [m]) seneteren *T.* [n]) noch kainen kawff geben noch fûrgeben noch sol umb in (von im 3.) nicht kawffen 1. 2. [o]) *sequitur* men *deletum T.* [p]) unde *add. T.* [q]) *deest T.* [r]) Vui *T.* [s]) te *T.*

280. [u]) *supra lineam add. or.* [v]) *deest or.*

tragen, he ne doet mit unsen sunderliken gebode. He ne sal nimanne to aghte dun noch ute der achte laten, wan[t] dat wille wi selve dun. Ande wellen anderes nimanne gestaten[u], dat he sich dar mide overlade.

32. Wir gebiten och, dat men alle vorgebot mit breven do ande breve dar op nime, wo men van deme richte gescheide, umbe dat dat men mit den breven under des hoverigteres indeseh[gele][v] bereden[w] moge[w] [dat] vorgebot ande dat zil ande de gedage, de vor gerichte [ge]geven[v] werdent.[x]

Wir[y] Rudolf von Gotes genaden Romischer kunig und merer dez reichs haben geschaft, daz die bischoff, grafen, freyen[z], dienstmann und gemainkleich alle die von Francken habent gesworen zu den heiligen an sand Iacobstag zu Nůr[e]mberg in der Schotten můnster, das sy alle die gesetz[a], die da vor geschriben sind, und den frid, als da vor geschaiden[b] ist, sullen halten und schaffen mit iren undertanen, das sy in auch halten[c] von hinnen untz zu[d] sand Michels tag und von dannen uber fůnf jar. Und zu ainem rechten urchůnd haben wir unser kunichleichs insigel heran gehangen.

Do das geschach[e], do was von[f] unsers Herren purd zwelifhundert jar und ains und[g] achtzig jar.

nimanne vur tragen, er en tůt mit unserme sunderligen gebote. Er en sol niman zů achte tůn noch uzer achte lazen, wen daz sule wir solbe tůn. Und willen anders nimanne gestaden, daz er sich da mide uberlade.

32. Wir gebeten och, daz man alle c. 32. vurgebote mit breven tů und brive dar uber neme, so wie man von me richte gescheide, umbe daz daz man mit ten briven under des hoverichteres ingesigele bereden muge daz vurgebot und daz zil[w] unde die tage, die vor gerichte getegedinget werdent.

Zů eineme ganzen orchunde der gesetzede[x], die da vor gescriven sint, und vestunge geswornes lantvrides so hant wir unser kuninclich ingesigel an disen brief gehenket.

Diz geschach zu Megentze of deme hove, an[y] deme sunnentage do santen Lucien dach was, do van Gotes geborde[z] waren dusent zweihund(ert) en und achzich jar, an deme nunden jare unsez riches.

281. *MANDATUM DE PACE GENERALI OBSERVANDA.* *(post Dec. 14.)*

Mandatum, quod certe ad innovationem pacis generalis circa Rhenum supra nr. 280 spectat, dedit iam olim Boehmer ex codice 25. fol. bibliothecae Luceriensis saec. XV. fol. 107', quem iam supra ad nr. 66 adhibuimus. Denuo nos contulimus. De tempore minus recte relatum est in Regestis imperii. Cf. Reg. imp. VI, 1713a et infra nr. 335. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1429. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro . . comiti, fideli suo dilecto, graciam suam et omne bonum.

Ad Romani regni gubernacula dirigenda[1] nos licet indignos vocavit altissimus, ut reipublice negociis feliciter intendentes pacem et concordiam subiectis fidelibus preparemus. Et quia circa hec tota nostra versatur intencio, quod partes ille in ameni-

279. t) *sequitur* w *deletum T.* u) gelaten *T.* v) *uncis inclusa evanuerunt T.* w) *supra lineam T.* x) Amen *add. T.* y) *abhic textus in solis codicibus saec. XV.* z) *loco* grafen, freyen 2: grossen. a) gesetzt 1. b) bescheiden 2. c) und — halten *desunt* 3. d) *deest* 1. 3. e) beschach 2. f) nach 3. g) *deest* 2.

280. w) zigel *or.* x) gezetzede *or.* y) and *or.* z) geborne *or.*

1) *Cf. arengam similem iam supra nr. 20.*

tate pacis floride valeant reflorere, volumus et fidelitati tue seriose mandamus, quatinus generalis pacis observanciam tamquam zelator pacis et concordie ad instar aliorum principum et imperii fidelium iurare et observare non desinas, prout nobilis vir . . comes de Spanheim et honorabilis et religiosus vir frater Mathias commendator fratrum domus Theutonice in Confluencia vel eorum[a] alter te nostro et imperii nomine duxerit requirendum. Quibus super hiis aut eorum alteri tamquam nobis adhibeat plenam fidem.

282—284. SENTENTIAE PRO COMITE HAYNONIAE.

1281. Aug. 5.—9.

282. *CONFIRMATIO SENTENTIAE WILHELMI REGIS. Aug. 5.*

Denuo a. 1903. contulimus 1) *tabularii Insulensis autographon, cuius bulla aurea iam abscisa est, filis rubri flavique coloris relictis. Alterum exemplar* 2) *item authenticum Montibus in tabulario comitum Haynoniae 'Trésorerie des chartes' nr. 88 servatum, sigillo cereo munitum parum laeso, quod pendet filis sericis, item contulimus*[1]. *Cf. Reg. imp. VI, 1363 sqq. et 1426. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1362.* *(P. deest.)*

⁞ Růdolfus ⁞ Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus imperpetuum.

(1) Regie preminentie principalis auctoritas institutis ab olim solidata legalibus et antique munificentie liberalibus titulis gloriosius insignita devotos indesinenter amplectitur, gradibus auctioribus eos continue provehens et extollens, ut fida devotio et devota fidelitas habundanter amplificetur in numero, prout crescit amplificatio meritorum et sicut sumus in iusticia faciles, sic efficiamur in gracia liberales. Eapropter nosse volumus universos tam posteros quam presentes, quod cum spectabilis vir Iohannes de Avesnis Haynonie comes fidelis noster dilectus ad celsitudinis nostre presenciam accessisset, proposuit coram nobis, quod cum iam pridem illustris domina Marghareta[a] tunc Flandrie comitissa adversus Romanum imperium et preclare recordationis Willelmum[b] Romanorum regem predecessorem nostrum indevocionis erecto calcaneo, ipsum imperium sive regem per ingratitudinis vicium adeo provocasset, quod idem rex processu legittimo habito contra eam dictante sentencia principum comitissam predictam[c] quibusdam terris, videlicet terra iuxta Scaldam, terra de Alost, terra de Wasia et terra Quatuor Officiorum cum omnibus suis pertinenciis, quas ab imperio tenuisse debuerat, omni iuris sollempnitate servata privaverit, conferens ipsas terras quondam spectabili viro Iohanni de Avesnis, eiusdem comitis Haynonie genitori, quem sibi et imperio fidum et gratum ab experto compererat, principum eorundem benivolo accedente ac[d] applaudente consensu. (2) Quamobrem predictus comes Haynonie nostro culmini supplicavit humiliter, ut privacionem et collacionem premissas approbare, confirmare ac innovare de benignitate regia dignaremur iuxta quod in instrumentis predicti W. regis super predictis privacione et collacione confectis et insertis presentibus plenius contineri dinoscitur. (3) Quorum quippe per omnia hiis est tenor:

'Willelmus[e] Dei gratia — anno quarto'. *supra tom. II, 465 nr. 359.*

281. a) *in margine add. T.*

282. a) Margareta 2. b) Willermum 2. c) eandem 2. d) et 2. e) Willermus 2.

1) *Iuxta servantur duo transsumta ex autographo* 1 *sub sigillo archiepiscopi Remensis a. 1281. m. Octobri parata.*

Item: 'Willelmus[e] Dei gratia — MCCL secundo'[1].

(4) Nos igitur fidei puritatem et sinceritatis affectum, quem prenominatus comes Haynonie et progenitores ipsius ad nos et sacrum Romanum gesserunt imperium, graciosius attendentes, considerantes quoque preclara et grata que comes ipse nobis et imperio memorato gratanter impendit obsequia et adhuc impendere poterit graciora, devotis eiusdem supplicationibus inclinati, privationem et collationem terrarum huiusmodi per prefatum W. regem sic factas sollempniter, prout superius evidencius est expressum, ratas habentes et gratas, easdem maioris partis nostrorum et imperii principum ius in electione Romani regis habencium libero interveniente consensu, de plenitudine regie potestatis ex certa scientia confirmamus, innovamus, approbamus et huius scripti patrocinio communimus. Et nichilominus dictas terras et omne ius, quod ratione imperii nobis vacavit et vacat, competiit sive competit in eisdem, comiti sepedicto Haynonie una cum omnibus attinenciis suis ex mera liberalitate de novo conferimus et donamus in feodum ab eodem comite ac heredibus suis perpetuo possidendum et de feodis ipsis eumdem sollempniter investimus, recepto ab ipso pro terris predictis homagio et[f] fidelitatis debite iuramento. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc presentem paginam nostre confirmacionis, innovationis, approbationis et nove collationis infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere forte presumpserit, gravem regie indignationis offensam se noverit incursurum. (5) Eorum vero, que sunt conscripta superius, hii sunt testes[g]: venerabiles Babenbergensis et Herbipolensis episcopi, abbas Fuldensis et illustris L. comes palatinus Reni dux Bawarie principes, illustris Har. comes de Habspurch[h] et de Kypurch et Alsacie lantgravius filius noster, clarissimi H. de Baden, H. de Burgowe et H. de Haperch marchiones, spectabiles viri Fr. burgravius de Nůrenberch[i], G. de Seyne, Io. et H. de Spanhem[k], H. et B. de Henneberch[l], Bur. de Hohenberch[l], H. de Fůrstenberg, L. de Oetingen, E. de Catzennelbogen, . . de Wirtenberg, G. de Dies[m], F. de Truhendigen, . . de Rinegge[n] et H.[o] de Castelle comites, nobiles viri Got. et Craf.[p] de Hohenloch, G. de Brunegge, . . de Hagonoya[q] et alii quam plures.

Signum domni Růdolfi[r] Romanorum regis invictissimi. (M.)

In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et bulla[s] nostra aurea typario regie maiestatis impressa[s] iussimus communiri.

Datum Nůrenberch[t], per manum magistri Got. prepositi Pact(aviensis) prothonotarii nostri, Non. Aug., indictione IX, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, regni vero nostri anno octavo.

283. *SENTENTIA DE EXECUTORE CONCEDENDO.* *Aug. 9.*

Item denuo contulimus tabularii Insulensis autographon, cuius sigillum desideratur. In verso leguntur: Li jugemens de Nuremberg de metre en possession. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1370.* *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam duximus deferendum, quod nobis pro tribunali sedentibus apud Nurenberg senteneiatum extitit coram nobis omnium principum et nobilium ceterorumque fidelium nostrorum qui fuere presentes applaudente caterva, quod cum spectabili viro Iohanni de Avesnis comiti Haynonie dilecto fideli nostro

282. f) ac 2. g) *abhic mutato ductu* 2. h) Habpurch 2. i) Nuirenberch 2. k) Spanhein 2. l) —berg 2. m) Diez 2. n) Kineggo 2. o) *deest* 2. p) Graf. 2. q) Hagonoia 2. r) Rodolfi 2. s) *loco* bulla—impressa 2: maiestatis nostro sigillo. t) Nuirenberg 2.

1) *Böhmer, Reg. imp. V, 5108.*

propter sue fidei et probitatis prestantiam terram de Alost, terram super Scaldam, terram Geraldimontis, terram Wasie et terram Quatuor Officiorum cum omnibus attinenciis suis in feodum concesserimus et eum investiverimus de eisdem, prout in instrumentis sibi super hoc traditis plenius continetur[1], nos eidem executorem ydoneum, quem ipse comes nominaret, deputare et concedere deberemus, qui principaliora loca predictarum terrarum accedens et tam investituram predictam quam nos earumdem terrarum esse warandos pronuncians, sepedictum I. Haynonie comitem vel certum procuratorem ipsius nomine suo in corporalem possessionem prenominatarum terrarum et attinenciarum suarum quarumlibet nostra auctoritate regali induceret cum sollempnitatibus debitis et consuetis et nichilominus ab omnibus super earum terrarum districtibus constitutis preciperet auctoritate regia sibi tanquam suo domino debitam obedientiam et reverentiam exhiberi. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Nuremberg, V. Idus Augusti, indictione IX, anno Domini millesimo CCLXXX primo, regni vero nostri anno octavo.

284. *SENTENTIA CONTRA ALIENATIONES BONORUM IMPERII. Aug. 9.*

Autographon tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 94 denuo contulimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. In verso scripta sunt haec: Littera sentencie de factis predecessorum regis. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1371.* *(P. 435.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium profitemur et publice protestamur, quod nobis pro tribunali sedentibus in sollempni curia nostra apud Nurenberg sentenciatum exstitit coram nobis, omnium principum, nobilium ac aliorum fidelium nostrorum qui fuere presentes applaudente consensu, quod omnia donata, confirmata seu facta quocumque modo alio de rebus vel bonis imperii per quondam Richardum regem illustrem aut predecessores suos in Romano imperio a tempore, quo lata fuerat in olim Fridericum imperatorem secundum depositionis sentencia[a], nullius habere debeant roboris firmitatem, nisi consensu maioris partis principum in electione Romani regis vocem habencium fuerint approbata. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi fecimus et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Nurenberg, V. Idus Augusti, indicc. IX, anno Domini MCCLXXX primo, regni vero nostri anno VIII.

---

285. CESSIO BANNI REGALIS.

1281. Sept. 3.

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii Leodiensis paraverunt Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liège' II, 339 nr. 726. Cuius sigillum adhuc pendet. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1387. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

284. a) *corr. ex* sentenciam *or.*

1 *Supra nr. 282.*

Erga nostros subditos et fideles plenitudinem gracie restringere nescientes, prudenti viro balivo capituli Sancti Lamberti Leodiensis per honorabilem virum Wernerum de Lapide archidyaconum Leodiensem familiarem et cappellanum nostrum dilectum bannum regalem transmittimus cum plenaria potestate iudicandi in causis sangwinum in bonis capituli memorati, ubi de iure iudicare tenetur, ac omnia alia exercendi, que possunt et debent in bonis huiusmodi exerceri. Dantes ei has nostras litteras in testimonium super eo.

Datum Gemundie, III. Nonas Septembris, indictione IX, anno Domini millesimo ducentesimo LXXX primo, regni vero nostri anno VIII.

---

286. INNOVATIO INFEUDATIONIS BURCGRAVIATUS NORIMBERGENSIS.

1281. Sept. 4.

Dedit Herre ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Raritäten-Selekt' nr. 47. Bulla aurea adhuc pendenti excellit. Cf. iam supra nr. 17. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1389. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum.

Regalis preminencie debitum esse dinoscitur, universos sibi devotos et fidelitatis promptitudine obsequentes condignis retribucionum premiis prevenire, ut exemplo remuneracionis huiusmodi provocati ceteri ad ipsius obsequia fidencius animentur. Ad universorum igitur tam presencium quam eciam futurorum noticiam volumus pervenire, quod nos attendentes fidem puram devocionemque sinceram, quam nobilis vir Fridericus burgravius de Nurenberg consangwineus et fidelis noster dilectus erga nos et Romanum gerit imperium, considerantes quoque grata fidelia et laboriosa que sepe nobis et ipsi imperio fructuose inpendit obsequia, ipsi F. comiciam burgravie in Nurenberg, castrum quod tenet ibidem, custodiam porte iuxta dictum castrum site, iudicium provinciale in Nurenberg, cui eciam vice imperatoris exercens omne iudicium et iudicans exercebit[a]; item quod officialis eiusdem burgravii una cum sculteto nostro in civitate Nurenberg iudicio presideat et quicquid emolimenti in causa criminali vel civili vel sangwinis aut alia quecunque obvenerit, duas partes eiusdem lucri idem officialis recipiat; item quod queque fabrica ferri dicte civitatis Nurenbergensis duodecim denarios singulis annis dicto burgravio solvat et quod de singulis areis citra pontem in diocesi Eystedensi censum et tempore messium de qualibet unum messorem recipiat; insuper quod terciam feram, terciam arborem de foresto ac omnia ligna iacencia in eodem possit tollere, capere et habere; insuper officium foresti ab illa parte pontis versus castrum dyocesis Babenbergensis cum omnibus attinenciis suis, et quod ibidem forestarium possit ponere seu locare, villam Werde, villam Bůch, oppidum Swant, castrum Crusen; item decem librarum denariorum redditus de officio sculteti in Nurenberg et decem librarum de thelonio ibidem cum aliis feodis, que predictus burgravius et sui progenitores ab inclite recordacionis imperatoribus et regibus nostris predecessoribus feodali titulo tenuerunt et habuerunt, sicut alias de consensu nostrorum principum Aquisgrani omnia supradicta sub cereo nostro sigillo sibi concessimus[1], sic

286. a) *sic or.;* presidebit *VU.*

1) *Supra nr. 17.*

et nunc ipsi ea concedimus in feodum et Marie sue filie uxori nobilis viri comitis de Otingen ac ceteris eiusdem burgravii filiabus, si tamen ipsam Mariam liberos cuiuscunque sexus habere et dictum burgravium sine herede masculo contingat decedere, ipsa Maria, exclusis ceteris suis sororibus, cum suis liberis feodis in eisdem succedat. Alioquin eadem feoda ad sorores suas predicti burgravii filias, si eundem burgravium, sicut dictum est supra, sine herede masculo, qui omnibus aliis preferetur, mori contigerit, libere ex regali mansuetudine devolventur. Testes huius rei sunt: . . Seynensis, E. de Catzenelbogen, H. de Vurstenberg, Al. et B. de Honberg comites et nobiles viri Ul. de Clingen, G. de Brunekke, C. et G. de Honloch et alii quam plures. In cuius concessionis nostre testimonium et perpetuam firmitatem predicto burgravio presentes litteras dari et bulla nostra aurea typario regie maiestatis inpressa iussimus conmuniri.

⁝ Signum serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis invictissimi. ⁝ (M.)

Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo LXXX primo, regni nostri anno octavo.

Datum Gemundie, pridie Non. Septembr., per manus magistri G. Pattaviensis prepositi regalis curie prothonotarii.

---

287. SENTENTIA DE TERMINO DUELLI PROROGANDO.

(1281. post Dec. 6.)

Proponimus ex formularum libris, de quorum codicibus v. supra ad nr. 14—16. Praebent T *nr. 125, ubi rubrum* Super duello, *et* E *fol. 151 nr. 267, ubi lemma* Confirmacio sentencie late coram rege; *quos denuo contulimus. De tempore cf. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1428.* *(P. 458.)*

Rex etc.[a] egregiis viris nobilibus, ministerialibus, vasallis et hominibus universis Leodiensi episcopatui subditis graciam etc.

Presidentibus[b] nobis nuper in civitate nostra[c] Magunt(ina)[d] pro tribunali solempniter die sabbati ante festum Lucie[e] et procuratore venerabilis Leodiensis episcopi principis nostri karissimi ibi[f] comparente, ad requisicionem et instanciam procuratoris eiusdem omnium[g] circumstancium applaudente caterva et eciam approbante sentencialiter[h] extitit iudicatum, quod quilibet[i] princeps imperii iurisdictionem obtinens temporalem, cuiuscunque condicionis existat, coram quo committi consueverint[k] certamina duellorum, si die prefixo sive statuto pugilibus ad conflictum ex causis necessariis et honestis duelli huiusmodi pugne non valeat personaliter[l] interesse, oportuna et utili mutabilitate consilii sine ulla iniuria parcium idem princeps alium licite possit diem pro sua commoditate prefigere pugnaturis ipsiusque duelli conflictum usque in tempus habilius prorogare. Hinc est quod nos auctoritate regia dictam sentenciam utpote rite latam sollempniter approbantes, universitati vestre presenti edicto districtius duximus iniungendum, quatinus super huiusmodi prorogacione conflictuum duellorum, quam per

287. a) Rex etc. *desunt T.* b) Presentibus *E.* c) vestra *E.* d) tali *T.* e) *loco* sabbati— Lucie *T*: tali. f) inibi *T.* g) *deest E.* h) finaliter *E.* i) quivis *E.* k) consueverunt *E.* l) *deest E.*

venerabilem . . prenotatum episcopum hactenus fieri contigit aut continget imposterum, ei pareatis humiliter et devocione qua convenit intendatis. Huic autem probacioni[m] sentencie interfuerunt tales et tales etc.[n]

288—302. LITTERAE VARIAE EX LIBRIS FORMULARUM COLLECTAE.

(1273—1281.)

Ea documenta, quae in libris formularum tradita nec certo anno tribuenda inter Constitutiones recipi necesse est, cum libros illos ad archetypon a. 1281. confectum redire verisimillimum sit, prout in Regestis imperii VI, pag. 341 sqq. factum est, omnia hic ad finem a. 1281. collegimus. Regestorum etiam ordinem fere semper secuti sumus, eorum qui utroque opere utantur commodo consulentes. De codicibus v. supra ad nr. 14—16; quos nos ipsi denuo contulimus. Cf. etiam formulas 'Neues Archiv' XXVIII, 689—709 a nobis vulgatas.

288. *MANDATUM DE RESIDENTIA CASTRENSIUM.*

Ex T *nr. 62; rubrum desideratur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1504.* *(P. deest.)*

Ne castrum nostrum, quod fidei tue commisimus, aliquibus contingat involvi dispendiis aut periculis implicari, presencium tibi tenore mandamus, quatinus omnes castrenses, qui in castro nostro t(ali) commorari tenentur, ad hoc ut inibi moram trahant et residenciam faciant personalem cum diligencia moneas et inducas, eosdem ad id per subtractionem suorum castrensium feodorum si opus fuerit compellendo.

289. *LITTERAE PROMOTIONIS AD ALTIOREM CONDITIONIS GRADUM.*

Ex E *fol. 110 nr. 56, cuius rubrum v. apud Stobbe. Cf. infra ad 1287. Mart. 26. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1507.* *(P. deest.)*

Dum fidelium nostrorum, presertim illorum, qui in nostra et sacri Romani imperii devocione ac fide pervigiles, puros et stabiles se ostendunt, peticiones et vota in hiis specialiter, que ad solam pertinent regiam maiestatem, benigni favoris applausu complectimur, regalis excellencie decus attollimus et eosdem ad fervenciorem plenioremque devocionem imperii motivius excitamus. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod nos devote fidei merita, quibus fideles nostri . . legittimi filii talis ministerialis talis ecclesie et talis mulieris condicionis et generis militaris[a] [erga nos viguerunt, benignius intuentes, ipsos ab omni respectu condicionis militaris][b] eximimus de plenitudine regie potestatis et eosdem ministerialis partus honore ac titulo perpetuo insignimus. Volentes ipsos sic semper inantea in ministerialium sorte et numero recen-

287. m) prolacioni *T.* n) et tales etc. *desunt T.*

289. a) *finis lineae.* b) *uncis inclusa desunt c.; sic fere supplenda sunt, cf. litteras infra ad a. 1287. Mart. 26 edendas.*

seri, ac si omnino de puro ministerialium genere nati essent, ita quod ad successionem bonorum, feodorum, homagiorum, iurium omnium seu privilegiorum paternorum pari forma sicut veri ex utroque parente ministeriales non obstante condicione materna simpliciter admittantur. Et ut hec nostre provisio gracie singularis, quam ex certa sciencia fecimus, perpetue robur obtineat firmitatis, has l(itteras) exinde co(nscribi) et n(ostre) ma(iestatis) s(igillo) iussimus communiri.

290. *ALIAE LITTERAE.*

Ex E *fol. 110' nr. 57. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1507.* *(P. deest.)*

Regie celsitudinis tytulos ad alcioris fastigii decus extollimus, dum personas laudabilitate fidei et strennuitate fulgentes ad condicionis erigimus prestanciam alcioris. Sane cum talis ex patre ministeriali talis ecclesie et matre militaris condicionis genitus nostre accedens maiestatis presenciam nobis humiliter supplicavit, ut cum ipso super defectu huiusmodi quem patitur dignaremur favorabiliter dispensare, nos itaque ipsius .. humilibus supplicacionibus inclinati, ipsi defectum huiusmodi ex certa sciencia abolentes eum de plenitudine potestatis regie iuri et paternis natalibus restituimus integraliter et in toto, volentes quod non obstante humiliore sue matris condicione iuribus, libertatibus et honoribus ministerialium predicte ecclesie fruatur et gaudeat exnunc et inantea pleno iure. In cuius etc.

291. *ALIAE LITTERAE.*

Ex E *fol. 110' nr. 58. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1507.* *(P. deest.)*

Regie claritatis tytulos ad amplioris preconii decus extollimus et honorem, dum merita subditorum, eo quo accepciora fore studuerint, preconiis pocioribus prevenimus et personas choruscantes virtutibus ac strennuitate laudabiles insignimus condicionis prestancia dignioris. Sane cum talis miles gratis et fructuosis obsequiis in nostris et imperii comodis fidelitatis sue dederit operosam et inviolabilem constanciam adeo laudabiliter experiri, quod ipsius honores et profectuum incrementa prospicere et intendere merito debeat regalis benignitas et affectus, nos eundem ad nostra et imperii continuanda servicia forcius astringentes, ipsum talem de plenitudine regie potestatis ad statum comitum promovemus sibique prerogativam et privilegium comitum liberaliter et graciose duximus concedendum, ut ipsorum numero, tytulo dignitatis et consorcio aggregatus tamquam nativalis et legittimus comes honoribus, iuribus, libertatibus et graciis comitum libere gaudeat et fruatur.

292. *CONCESSIO OFFICII TABELLIONATUS.*

Ex E *fol. 110' nr. 59. Dubium esse, num revera tempore Rudolfi regis haec forma adhibita sit, monuit vir cl. Zeumer. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1509.* *(P. deest.)*

Claret imperii celsitudo decoris et splendidis irradiatur fulgoribus, dum ministris stipatur ydoneis et ipsius officia salutari devotorum fidelium regimine diriguntur. Sane accedens ad nostri culminis presenciam talis nobis humiliter supplicavit, ut ipsum ad tabellionatus officium dignaremur de benignitate regia promovere. Nos vero ad expedicionem eiusdem officii sollicitudine debita intendentes ac volentes eidem officio personas preficere maxime ydoneas et fideles, quia predictum talem in predicto tabellionatus officio examinari fecimus diligenter, reperimus competenter ydoneum ad obtinendum officium

memoratum receptoque ab eodem promissionis ac fidelitatis nostro et sacri imperii nomine solito et debito sacramento, quod videlicet instrumenta publica ac privata, ultimas voluntates, quecumque iudiciorum acta necnon omnia et singula, que sibi ex debito ipsius officii facienda occurrerint[a. 1] et scribenda, iuste, pure ac simpliciter omni simulacione ac machinacione, falsitate et dolo remotis, scribet, leget et faciet scripturas illas, quas in publicam debuerit formam redigere, in membranis et non in cartis abrasis fideliter conscribendo, necnon sentencias et dicta testium, donec publicata fuerint et aperta, sub secreto fideliter retinebit et omnia recte faciet, que ad idem officium pertinebunt[2]: eidem tali de officio tabellionatus et honore, plenaria potestate ipsum officium ubicumque locorum, que Romanum profitentur imperium, libere, fideliter ac legaliter exercendi, testes recipiendi, acta, prothocolla, litteras et instrumenta exemplandi et publicandi et universa et singula que ad ipsum spectant officium faciendi auctoritate regia duximus providendum, investientes prefatum talem per pennam, calamare atque cartam de officio prelibato. In cuius r(ei) t(estimonium) et evid(enciam) pleniorem etc.

293. *LITTERAE LEGITIMATIONIS.*

Ex E *fol. 109 nr. 50. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1511.* *(P. deest.)*

Non sunt omnino ab auguste liberalitatis gracia secludendi, quibus proprie probitatis merita suffragantur, licet condicionem eorum aliqua vilitatis macula decoloret. Hinc est quod nos talem de soluto et soluta genitum, qui sua dicitur virtute redimere, quod ortus odiose nativitatis ademit, legittimamus et ex certa sciencia ad omnes actus legittimos habilitamus eundem, ut tamquam legittimus et de thoro legittimo natus ad omnes actus publicos, si se casus ingesserit, admittatur et in cunctis aliis suam libere prosequi valeat actionem, obiectione prolis illegittime[3] imposterum quiescente et lege aliqua non obstante et specialiter illa, que legittimari spurios nisi ex certa sciencia non permittit. Adicimus eciam ex gracia speciali, quod predictus tal(is) in bonis paternis succedat tamquam legittimus et de thoro legittimo procreatus. In cuius etc.

294. *ALIAE LITTERAE.*

Ex T *nr. 116. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1511 et 2181.* *(P. deest.)*

Serenitati nostre ex parte t(alis) humiliter extitit supplicatum, quod super defectu natalium, quem idem patitur de soluto genitus et soluta, dignaremur auctoritate regia dispensare. Cum igitur maiestatem regiam non minus ornet clemencia quam iuris districtio et rigorem iuris clementi atque parcenti deceat gracia temperare, nos consideratis circa legitimacionem graciis faciendis et meritis, quibus dicto N. a suis intercessoribus laudabile testimonium perhibetur, cum ipso auctoritate regia misericorditer dispensamus. Admittimus itaque dictum N. ad omnes actus legitimos et ad ea, quae de legitimo thoro natis competunt facienda, quatinus id, quod per naturam non habuit et defectus natalium ab ipso fecit extraneum et remotum, per nostre benignitatis piam et misericordem dispensacionis graciam consequatur.

292. a) concurrerint *E.*

1) *Conferendum esse Collectarium Iohannis de Gelnhusen ed. Kaiser, p. 21 nr. 29, monuit Zeumer.*
2) *Cf. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 509 nr. 501 et 534 nr. 520.*
3) *Conferendum esse litteras Ludovici IV. regis a. 1329. Oct. 23. 24, Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 499. 500 nr. 730. 731 itemque documentum a. 1291, quod vulgarit Ficker 'Forschungen' IV, 500 nr. 495, monuit Zeumer.*

295. *RECEPTIO FAMILIARIS.*

Ex T *nr. 382. Cf. 'Wiener Briefsammlung' pag. 262 nr. 263 et 'Neues Archiv' XXVIII, 702 nr. 264. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1598.* *(P. deest.)*

Quanto plura quantoque onerosiora nobis qui reipublice curam gerimus frequenter incumbunt negocia, tanto magis culmini nostro neccessarium recensemus, ut talium, quorum precordia facultatum nobilium dotibus edotantur quibusque morum ydoneitas et laudabilis vite merita suffragantur quosque sani consilii laudabiliter insignit maturitas, consiliis et informacionibus salubrius adiuvemur talesque in nostri consilii familiare participium evocemus. Cum igitur t(alis) doctor legum familiaris noster dilectus maturus consiliis, moribus et vita laudabilis ab omnibus censeatur et propter hoc de ipsius confisi industria eum ad maiestatis nostre curiam duxerimus invitandum, fid(elitatem) v(estram) affectuose requirimus et hortamur, quatinus eundem de communi et voluntaria vestra licencia ad maiestatis nostre presenciam venire nobiscumque, quousque oportunum fuerit, morari pro nostra reverencia permittatis[1].

296. *DEFENSIO CURIALIS.*

Ex T *nr. 40, ubi hoc rubrum. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1535.* *(P. deest.)*

Longeva consuetudo nobis a clare memorie imperatoribus et regibus nostris predecessoribus hactenus observata, cuius non est exilis auctoritas, cum sit iure et racione fulcita, evidenter expostulat, ut hii, qui cottidie latera comitantur regia et in nostris ac tocius reipublice negociis una nobiscum noctes persepe perducunt insompnes, non vitantes rerum pericula et corporum cruciatus, in suis bonis seu iuribus absencie sue tempore a nullo iuris ordine seu quoquo modo alio dispendiose tangantur. Igitur pro dilecto fideli nostro Ar. advocato, camerario consortis nostre karissime, qui in nostris et tocius reipublice negociis sublimius attollendis tam gravibus laboribus cottidie se submittit intrepide, quod merito debeat imperiali lege tueri, fid(elitati) t(ue) firmiter iniungendo mandamus, volentes precise, quatinus processus quoslibet contra ipsum absencie sue tempore per quoscunque habitos vel habendos, sive iuris ordine vel iniuria fulciantur, sicut nos diligis, cum summa diligencia indilate revocare et retractare liqualiter non omittas, bona sua universa et singula contra impeticiones et insultus quorumlibet sicut bona propria protegendo. Et ut circa premissa noster tibi plenius constet affectus, quantocius nobis rescribas, quid et qualiter per te actum fuerit in predictis.

297. *RESTITUTIO PROSCRIPTI.*

Ex T *nr. 104. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1536.* *(P. deest.)*

(1) Cum nuper in civitate nostra t(ali) regia celsitudo pro tribunali sollempniter presideret, ex parte dilecti famuli nostri t(alis) fuit propositum coram nobis, quod cum t(alis) uxorem ipsius N. legitimam suo femori applicans inpudenter, in aliis comminacionibus et conviciis nichilominus contra eum calumpniosus insurgeret et blasphemus, idem N. tam publicas, tam et intollerabiles equo animo non est passus iniurias, quin prefatum offensorem suum in quodam loco suspecto cum ipsa uxore sua legitima invaderet deprehensum et hostiliter trucidaret, propter quod a nobis proscriptionis

1) *Cf. 'Constitutiones' II, 74 nr. 60.*

[est][a] sentencia[b] condempnatus. In sentencia igitur ex parte predicti N. fuit cum instancia requisitum, utrum secundum processus huiusmodi merita eum teneremur ex potestate regia pristino restituere iuri suo. Super quo quidem sentencialiter extitit iudicatum approbantibus universis qui affuere presentes, quod ipsum N. in pristinum statum iuris sui per omnia restituere deberemus et cuilibet conquerenti de ipso in curia nostra iusticie plenitudinem exhibere. (2) Nos igitur ipsam sentenciam utpote rite prolatam ratam habentes et gratam secundum formam superius annotatam, eundem N. ex plenitudine regie potestatis plene ac integre restituimus pristino[c] iuri suo, ac si prefatum homicidium nullo umquam tempore perpetrasset, rehabilitantes eundem ad omnes actus legitimos et civiles honores, ita quod in omnibus suam ut prius libere prosequi valeat actionem. Quocirca universitati vestre dis(tricte) pre(cipiendo) com(mittimus) et man(damus), quatinus ipsum N. prout premissum est plenarie restitutum in vestrum concivem liberaliter admittentes, non inferatis[d] aut permittatis eidem in persona vel rebus ullam inferri molestiam vel iacturam. Quod qui facere forte presumpserit, gravem regie indignationis offensam se noverit incursurum. Nos enim quibuslibet ullam adversus eundem habentibus actionem parati sumus offerre iusticie conplementum.

298. *ALIA RESTITUTIO.*

Ex T *nr. 115, ubi rubrum* Absolucio proscripcionis[a], *et* B *fragmento Berolinensi, de quo v. supra ad nr. 23, in editione l. c. 259. Cf. etiam infra ad 1290. Oct. 23. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1537.* *(P. deest.)*

Ad universorum sacri Romani imperii fidelium[b] noticiam transmittimus per presentes, quod cum t(alis)[c] miles proscripcionis sentenciam perpetratis criminibus, ad que eadem proscripcionis sentencia consequitur, incidisset seu in ipsum eadem sentencia prolata racionabiliter extitisset, ipso nobis humiliter supplicante, ut eundem ab huiusmodi proscripcionis sentencia auctoritate regia misericorditer absolvere dignaremur, presertim cum ipse[d] causam, pro qua proscripcionis penam meruerat, amputasset, nos eundem ad preces t(alium) pro ipso nobis supplicancium auctoritate regia iuri suo pristino restituimus et[e], restitutum presentibus nunciamus, antedicta proscripcionis sentencia relaxata. In cuius rei etc.[f]

299. *ALIA RESTITUTIO.*

Ex T *nr. 117 et* E *fol. 123' nr. 137, ubi lemma* Reformacio proscripti. *Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1537 et ea quae ibidem de arenga notantur.* *(P. deest.)*

Nobile opus sedentis in solio clemencia suadente prosequimur, si per lubrica[a] culpe deliramenta cadentibus ad sublevandi remedia cito se nostra manus habilitat et indulgemus obnoxiis veniam post reatum, ut dum primi parentis in posteros derivata discrimina in naturalem transgressionis normam[b] fluxisse cognoscimus, reparacionis graciose suffragia libenter supplicibus largiamur. Eapropter nosse volumus universos, quod cum[c] t(alis) fuisset ob noxe cuiusdam infamiam proscripcionis sentencia dictante[d] iusticia condempnatus, nos ex innate nobis humanitatis prerogativa pensantes, quod

297. a) *deest T.* b) *sequitur* innodatus *subpunctum T.* c) *in margine eadem manu add. T.* d) imferatis *T.*

298. a) a proscr. sentencia *B.* b) *deest B.* c) N. *add. B.* d) ipe *B.* e) *deest T.* f) testimonium *B.*

299. a) lubricū *E.* b) *deest E.* c) dilectus noster *add. E.* d) *deest T.*

si culpa non esset, locum venia non haberet, et cupientes misericordie condimento insticie temperare rigorem, presertim cum passis iniuriam fuerit satisfactum, predictum[e] t(alem) de regalis mansuetudinis beneficio plene ac integre restituimus pristino iure[f] suo. Mandantes tenore presencium universis, ut sicut prius ad omnes actus civiles et publicos admittatur.

300. *ALIA RESTITUTIO.*

Ex E *fol. 110 nr. 54. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1539.* *(P. deest.)*

Primi parentis facinora, que ex inobediencie vicio pullularunt, sic sunt in posteros derivata, quod humanitatis condicio nonnumquam ad malum se inclinat prompcius quam ad bonum. Sane cum tal(is) de tali loco humane sensualitatis instinctu et animi levitate seductus in persona tal(is) homicidium perpetraverit et obinde fuerit proscripcionis sentencia innodatus ac condignam emendam amicis occisi prestiterit, reconciliacione omnimoda consequente, sicut ad nostram pervenit noticiam, nos ad instar illius, qui non negat veniam post delictum, predicto tali ad humilem ipsius instanciam, si premissis veritas suffragatur, infamiam quam racione dicti homicidii contraxisse dinoscitur abolentes, eum plene et integre restituimus pristino iuri suo et habilitamus eundem ad omnia, ad que habilis extitit, priusquam dictum homicidium perpetravit. Mandantes v(obis) uni(versis) et sin(gulis), ut ipsum in vestra civitate ad civiles honores et actus publicos admittatis, ac si dictum facinus numquam ullo tempore commisisset. In cuius etc.

301. *ALIA RESTITUTIO.*

Ineditam damus ex T *247, ubi rubrum* Absolucio proscripti. — *Böhmer, Reg. imp. VI deest.* *(P. deest.)*

Delicta iuvenum, que ex levitate animi inconsulta procedunt, nonnumquam in mansuetudine preterimus nec eorum ad animum revocamus errorem, qui devotos se exhibent ad emendam. Cum itaque t(alis) nuper raptus impetu temere iuventutis dilectum fi(delem) n(ostrum) t(alem) presumpserit captivare, tandem prudenter et provide recognoscens se regiam maiestatem graviter offendisse, dictum t(alem) resolvi fecit a vinculis, sperans per hoc nostre gracie facilius reformari. Nos igitur dictum t(alem) ad devocionem nostram et Romani imperii humiliter revertentem benigne suscepimus gracie nostre ex integro pro excessu huiusmodi reformatum. Et ut circa eum nostre clemencie nichil desit, omnes proscripcionum sentencias a nobis et nostris iudicibus racione contumacie promulgatas in ipsum auctoritate regia revocamus, volentes ut adversarii sui, ad quorum instanciam est proscriptus, ex integro sibi moveant questionem coram iudice competente. Has autem gracias profluentes a multitudine regie pietatis eidem impendimus, ut pro remissis excessibus incessantes fructus obsequii resumamus.

302. *MANDATUM DE CONSTRUCTIONE PONTIUM.*

Ex E *fol. 111 nr. 60, cuius rubrum v. apud Stobbe. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1548.* *(P. deest.)*

Gubernacio regalis regiminis, ad cuius celsitudinem nostram humilitatem erexit divina providencia, expostulat et requirit, ut cum diligenti studio promoveamus ea que

299. e) *deest E.* f) iure *E.*

reipublice proficua fuerint, per que comoditati consulimus, indigencie terrarum succurrimus et utilitati singulorum favorabiliter suffragamur. Quod quidem prudenter fieri credimus, cum ad constructionem poncium, viarum et stratarum imperii affectum convertimus, divorum imperatorum et regum Romanorum nostrorum predecessorum exempla sequentes, qui a contribucione ad exstructionem poncium et viarum neminem voluerunt immunitatis privilegio excusari. Quamobrem presencium serie monemus singulos et hortamur, ut ad exstructionem regalium stratarum pessimarum in tali loco ad talem locum tendencium inchoatam, ad cuius provectionem tales se onerarunt, ut de carruca ipsorum qualibet res eis aliquas deferente ibi transeunte solvatur tantum, ceteri similiter transeuntes id ipsum persolvant contribucioni huiusmodi laudabiliter inchoate. Presen(tibus) post lapsum tot annorum minime valituris.

303. *MANDATUM DE CONSTRUCTIONE MURORUM.*

Ineditum damus ex T *nr. 301. — Böhmer, Reg. imp. VI deest.* *(P. deest.)*

Fidelitati vestre sub obtentu gracie nostre firmiter precipiendo mandamus, quatinus statim visis presentibus municioni civitatis vestre, ubicunque opus habuerit, congrue reparacionis et reformacionis [1] antidoto intendatis, ipsam circumquaque oportunis structuris et edificiis, prout utile fuerit, munientes. Quicunque vero huic nostro mandato impedimentum et obstaculum prebere conabitur, quominus dicta civitas munimine congruo non firmetur, regie indignacionis offensam se noverit incurrisse. Et nos eidem [a] exnunc nostre gracie beneficium subtrahentes.

---

304. 305. SENTENTIA DE PROBATIONE TERRAE.

1282. Ian. 20. Mai. 25.

304. *TESTIMONIUM EPISCOPI CURIENSIS. (1282.) Ian. 20.*

Autographon tabularii Vindobonensis denuo contulit socius noster J. Lechner. Sigillum, quod olim loro membranaceo pendebat, iam desideratur. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1617. *(P. deest.)*

Inclito ac serenissimo domino suo R. Dei gratia regi Romanorum semper augusto C. divina providentia Curiensis episcopus obsequium cum subiectione fideliter indefessum.

Serenitati vestre omnibusque, ad quorum manus presentes littere pervenerint, cupimus fieri manifestum, quod nobis bene constat, illustrem virum dominum M. comitem Tirolensem, qui est de nostra diocesi, habere domicilium et residere intra [a] montana, et quod nunquam audivimus nec unquam in ecclesie nostre privilegiis antiquis vel novis invenimus, ipsum comitem ad ducatus Bawarie vel Suevie pertinere nec

303. a) Et nos eidem *alio ductu add. super* Eidem *deleto T.*

304. a) inra *or.*

1) *Cf. verba similia in mandatis infra nr. 349. 350.*

etiam eum vel aliquem progenitorum suorum de dominio Tyrolensi iuri extra montana extitisse, immo certo certius intelleximus et hominibus circa aquam Athasis constitutis bene constat, quod dicti comitis progenitores, specialiter avus suus comes Albertus, in foro inframontanorum in loco qui dicitur Verona coram imperatore Fridrico iuditio sunt conventi et quod predictus comes comitiam suam, que in diocesi Curiensi usque ad Pontem Altum in Engdina protenditur, ab episcopatu Tridentinensi habet, qui ad Ytaliam dinoscitur pertinere.

Datum in castro Vurstenowe, XIII. Kalendas Februarii.

305. *SENTENTIA REGIS. Mai. 25.*

Autographon eiusdem tabularii denuo contulit J. Lechner. Sigillum laesum adhuc pendet. Cf. Reg. imp. VI, 1662. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1661. (P. 439.)

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium scire volumus universos, quod ad instantiam spectabilis viri Meinhardi comitis Tyrolensis dilecti nostri fidelis coram nobis per sententiam est obtentum, quod idem comes cum duobus principibus vel nobilibus de terra montium probare possit et legitime obtinere, cui terre attinere debeat vel cuius terre iure gaudere. Et illorum duorum principum sive nobilium dicto stabitur in hac parte. Hanc sententiam approbantes ipsam tenore presentium confirmamus.

Datum Ulme, VIII. Kalend. Iunii, indictione X, anno Domini MCCLXXXII, regni vero nostri anno IX.

306. SENTENTIA DE PARTU CONDITIONEM VILIOREM SEQUENTE.

1282. Febr. 13.

Autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Jülich-Berg' nr. 77 nos ipsi denuo contulimus. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1621. (P. 439.)

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam tenore presentium volumus pervenire, quod nobis apud Germershem in die Cinerum pro tribunali sedentibus ex parte nobilis viri Adolfi comitis de Monte dilecti nostri fidelis per sententiam coram nobis extitit requisitum, si rustici vel rustice qui liberi dicuntur cum hominibus advocaticiis vel aliarum superiorum aut inferiorum conditionum contraxerint, quam conditionem sequi debeat partus ex huiusmodi commixtione susceptus. Et est sententialiter diffinitum applaudentibus universis qui fuere presentes, quod partus conditionem semper sequi debeat viliorem. Hanc itaque sententiam utpote rationabilem approbantes ipsam tenore presentium confirmamus.

Dat. apud Germershem, Idus Febr., indict. X, anno Domini MCCLXXXII, regni vero nostri anno IX.

307—309. CONTINUATIO SENTENTIARUM PRO COMITE HAYNONIAE.

1282. (Febr. Mart.) Iun. 15.—17.

Cf. sententias supra nr. 282—284 propositas itemque Regesta imperii VI, 1614. 1645. 1646. 1655. 1669—1671.

307. *LITTERAE CUIUSDAM AD PROCURATOREM MISSAE. (Febr. Mart.)*

Servatae sunt in solo O *codice Ottoboniano, de quo v. supra ad nr. 14—16, fol. 54 nr. 156, ubi rubrum* Notarius procuratori pro aliqua causa; *cuius editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 209 nr. 207 hic repetimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1629.*

(P. deest.)

Wilhalme! Quia dominus comes Hannonie littigabit in curia pro bono suo[a], quod tu sis procurator ipsius, unde sis pervigil et intentus ad procurandum sibi favorem domini regis pariter et suorum. Scribo enim domino regi pro ipso et consiliariis meis dominis et amicis, quibus una cum . . latore presencium litteras, quas eisdem dirigo, presentabis. Procures eciam advocatos, videlicet dominum comitem de Furstenberch, burchgravium de Nurnberch et alium[b] sive alios quos habere potueris meliores. Procures eciam ipsi comiti mitti litteras domini nostri regis patentes, quibus significet universis, quod omnes collaciones [seu][c] alienaciones bonorum imperii facte pridie per dominum Richardum quibuscunque personis in curia sollempni de Nurnberch per sentenciam assedencium principum revocate [fuerunt][c] et penitus irritate. Constat etenim michi certissime, quia interfui, quod predicta sentencia fuit ibi sollempniter promulgata[1]. Hiis autem litteris dictus dominus comes Hannonie sperat adversus comitem Flandrie se iuvandum. In hiis et aliis igitur procurandis sis adeo cautus et diligens, quod hoc tibi cedat ad comodum, michi solummodo ad honorem. Procures eciam[d] per patentes litteras domini nostri magistris civium, consulibus et scabinis Aquinensibus dari districtius in mandatis, ut fiscales proventus eiusdem domini nostri visis litteris michi deliberent et assignent cum denunciacione, si fieri possit. Quod[e] si non fecerint, dominus suam prosequetur iniuriam, prout eam de iure viderit prosequendam, quia ipsi contra promissum, quod mihi fecerant super eisdem percipiendis proventibus et habendis, ipsos utilitatibus propriis applicarunt. Ad hoc michi rescribe de statu curie tam presencia quam futura. Vale et valeant socii universi.

308. *SENTENTIA DE PROSCRIPTIONE COMITIS FLANDRIAE. Iun. 15.*

Denuo a. 1903. contulimus 1) *tabularii Insulensis autographon, cuius sigillum parum laesum adhuc pendet filis sericis. In dorso inscribitur:* Des jugemens de Haghenoe et de Warmaise. *Duo autographa Montensia* 2) *et* 3) *'Trésorerie des chartes' nr. 100 servata item contulimus. Eadem manu exarata sunt. Sigillum laesum autographi* 2 *pendet loro membranacco, parum laesum autographi* 3 *filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1668.*

(P. deest.)

Rudolfus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii sacri Romani[b] fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

307. a) tuo *O.* b) alios *O.* c) *deest O.* d) paten *sequitur deletum O.* e) quid *O.*
308. a) Rudolphus 2. 3. b) s. imp. Rom. 2; s. Rom. imp. 3.
1) *Supra nr. 284.*

(1) Ad universitatis vestre noticiam duximus deferendum, quod presidentibus
Apr. 16. nobis feria quinta post dominicam, qua cantabatur Misericordia Domini, in iudicio apud Haghenoyam, presentibus venerabilibus Wernhero[c] Maguntino et H. Treverensi archiepiscopis ac Spirensi et Argentinensi episcopis, illustribus L.[d] comite palatino Reni duce Bauwarie et Ottone marchione de Brandenburch[e] principibus nostris et nobilibus viris E.[f] de Catzenellembogen[g], H. de Vurstenbergh[h], E. de Friburgo[h*], . . de Diech, et . . de Spanheim[i] comitibus et quam pluribus aliis imperii fidelibus, spectabilis vir Iohannes de Avesnis Haynonie comes[k] contra Guidonem comitem Flandrie ibidem presentem proposuit, quod ipse comes Flandrie et sui ipsum comitem Haynonie prohibuerant et impediverant, quominus libere, quiete ac utiliter possideret terram de Alost, terram super[l] Scaldam, terram Geraldimontis, terram Wasie et terram Quatuor Officiorum cum omnibus attinenciis suis, quas eidem . . Haynonie comiti in feodum concesseramus iam dudum, in quarum possessionem iuxta mandatum nostrum et curie nostre sentenciam per venerabilem I.[m] Cameracensem episcopum mitti iussus et missus fuit, petens idem . . Haynonie comes sibi de eodem comite Flandrie iusticiam exhiberi[1]. (2) Quo ista negante litem contestando sentenciatum fuit et per sentenciam ibidem approbatum, quod super hoc dictum . . episcopum executorem ad nostram deberemus presenciam evocare vel si legittimo impedimento detentus venire non posset, coram nunciis nostris, quos ob hoc ad eius destinaremus presenciam, per iuramentum corporaliter prestitum ab eodem deponeret veritatem et eam sub litteris suis patentibus per proprium nuncium ad nostram deferret noticiam, prefixa per nos iuxta sentenciam predictorum archiepiscoporum, episcoporum, principum, comitum et aliorum imperii fidelium ad hoc et ut in dicto negocio procederetur et fieret, quod curie nostre dictaret
Iun. 15. sentencia, dictis comitibus pro termino peremptorio feria secunda post festum beati Barnabe apostoli[1]. (3) Nunciis igitur nostris iuxta formam dicte sentencie ad prefatum . . Cameracensem episcopum cum tenore eiusdem sentencie venientibus[2], quia propter legittima impedimenta, que per procuratorem suum postmodum ea in animam suam iurantem coram celsitudine nostra docuit esse vera, personaliter nos nequivit accedere, coram nunciis nostris antedictis secundum formam prescripte sentencie iuratus deposuit de premissis puram quam novit et simplicem veritatem et eam nobis per proprium nuncium et procuratorem ac litteras suas patentes in dicto termino destinavit[2]. (4) Auditis autem, lectis et expositis litteris huiusmodi in iudicio coram nobis pro tribunali sedentibus apud Wormaciam feria secunda predicta, predicto . . comite Haynonie presente et secundum tenorem depositionis predicti . . episcopi sibi iusticiam fieri cum instancia postulante, prefato vero Flandrie comite nec per se nec per procuratorem aliquem comparente, sed se per contumaciam absentante, per communem venerabilium . . Wormaciensis . . et Spirensis episcoporum, illustris Ottonis[n] marchionis de Brandenburg[o] principum nostrorum, nobilium virorum R. Gelrie, G. Zenensis, H. de Willence, E. de Catzenellembogen[p], . . de Nasso et . . de Diech comitum, Walranni de Valkemburg et de Hainsseberg[q] ac aliorum baronum et imperii fidelium sentenciam predicte terre cum omnibus pertinenciis suis abiudicate fuerunt et sunt predicto comiti Flandrie, eius contumaci absencia non obstante, et adiudicate[r] Haynonie comiti prenotato. (5) Et fuit eciam per eandem sentenciam dictatum pariter et obtentum, quod secundum relacionem nunciorum nostrorum predictorum, tenorem deposicionis

308. c) Wernero 2. 3. d) Ludovico 2. 3. e) Brandembourg 2; Brandenburg 3. f) Eurardo 2. g) Catzenellenbogen 2. 3. h) Vurstemberc 2. 3. h*) E. de Friburgo *ante* H. de Vurstemberc 3. i) Spanehem 2. 3. k) comes Haynonie 3. l) supra 2. 3. m) Ingerrannum 2. 3. n) Ott. 2. o) Brandemburg 2; —burg 3. p) Catzenellenbogen 2; —boghen 3. q) Hainseberch 2; Hainseberc 3. r) Iohanni *add.* 2.

1) *Reg. imp. VI, 1614. 1645.* 2) *Reg. imp. VI, 1646. 1655.*

predicti . . Cameracensis episcopi et formam litterarum suarum antedictarum necnon relationem nuncii ac procuratoris dicti . . episcopi predictum Flandrie comitem, pro eo quod ipse per se et suos dictum . . Haynonie[s] comitem prohibuerat et impediverat, ut ostendit clare tenor depositionis predicte, quominus dictarum terrarum sibi per nos, prout est expressum superius, in feodum concessarum, in quarum possessionem auctoritate et mandato nostro sepedictus . . episcopus procuratorem dicti comitis Haynonie nomine eius misit, utili, quieta et vacua possessione gauderet, de iure proscribere ac eundem . . Haynonie comitem adiuvare et defendere[t], prout possibile nobis fuerit, ut dictarum terrarum possessionem, quam per executionem iuris iam habet liberam et vacuam, amoto quolibet detentore et specialiter Guidone comite Flandrie, nancisci valeat, debeamus ac omnes ipsi comiti Flandrie in contumacia et in iniuriosa violencia assistentes similiter proscriptionis mucrone ferire. (6) Item sentencialiter fuit ab omnibus supradictis eodem tempore diffinitum, quod idem comes Haynonie predictarum terrarum, hominum, iurium et pertinencium ad easdem in toto vel in parte per se et suos possessionem possit accipere et intrare ac se intromittere de eisdem, quandocumque sibi visum fuerit expedire. Nec in hoc in alicuius iniuriam aliquid reputabuntur egisse nec unde vi interdicto teneri. (7) Preterea in eadem iudicii instancia similiter extitit sentencialiter iudicatum, quod dictus . . Haynonie comes tanquam iuris predictarum terrarum et attinenciarum suarum possessor pro ipsis terris quoad ipsum . . Flandrie comitem et quoslibet alios non actoris, sed rei debeat presentare personam, si aliquis umquam hominum dixerit sibi ius competere in predictis. Quas sentencias utpote racionabiles et ab omnibus de iure approbatas laudamus, approbamus et ex certa sciencia confirmamus. In quorum omnium testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Actum Wormacie, XVII. Kal. Iulii, indictione X[u], anno Domini MCCLXXXII[v], regni vero nostri anno nono.

309. *MANDATUM REGIS.* *Iun. 17.*

Duo autographa tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 105, eadem manu exarata, quae inter se concordant, item contulimus. Ab utroque sigilli fragmenta pendent loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1673. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam duximus deferendum, cum spectabilis vir Iohannes de Avesnis comes Haynonie dilectus fidelis noster causam, que inter ipsum ex una parte et Guidonem comitem Flandrie ex parte altera super terris Geraldimontis, Wasie super Scaldam, de Alost et Quatuor Officiorum cum earum attinenciis universis et singulis vertebatur coram celsitudine nostra, adeo finaliter directo iudicii tramite prosecutus, quod predicte terre et earum attinencie sint abiudicate predicto Guidoni comiti Flandrie per sentenciam principum et nobilium, qui nobis in iudicio affuerunt, et adiudicate per eandem sentenciam . . comiti Haynonie prenotato, et ipsum Flandrie comitem ob violentam iniuriam irrogatam per se et suos in terris predictis vel pertinenciis suis sepedicto . . Haynonie[a] comiti necnon ob eius contumaciam debeamus proscriptionis mucrone ferire, prout in instrumentis seu litteris super huiusmodi confectis processibus plenius continetur[1]: nos exigente iusticia predictum

308. s) Hayon 1. t) deffendere 2. 3. u) decima 2. v) millesimo ducentesimo octogesimo secundo 2.

309. a) Hayon 1. 2.

1) *Supra nr. 308.*

Flandrie comitem predicte proscriptionis sentencie innodamus et ipsum ponimus extra pacem. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Actum Wormacie et datum anno Domini MCCLXXX secundo, XV. Kal. Iulii, indictione decima, regni vero nostri anno nono.

310—329. TRACTATUS PACIS CUM COMITE SABAUDIAE.

1282. Mart. 21. — 1284. Apr. 7.

Omnium horum documentorum, quae Taurini in tabulario regio asservata iam a. 1851. vulgavit J. E. Kopp 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' VI, 107—120, autographa vel apographa in Libro litterarum imperialium saec. XV. servata nos ipsi a. 1901. Taurini commorati denuo accuratissime contulimus, lacunas supplevimus. Cf. etiam ea quae de hiis notavimus 'Neues Archiv' XXVIII, 492 sq.

310. *PROCURATORIUM RUDOLFI REGIS. 1282. Mart. 21.*

Ex Libro litterarum imperialium fol. 23'. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1635. (P. deest.)

Nos Rodulphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium recognoscimus et scire volumus universos, quod nos venerabili H. Basiliensi episcopo principi et consiliario nostro karissimo damus et concedimus auctoritatem plenariam et speciale mandatum tractandi, componendi, disponendi et etiam ordinandi inter nos et nobilem virum comitem Sabaudie quicquid eidem episcopo visum fuerit expedire, ratum et gratum habere volentes, quicquid dictus episcopus in premissis duxerit ordinandum. Unde damus has nostras litteras in testimonium super eo.

Datum[a] Maguntie, XII. Kal. Aprilis, indictione decima, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, regni nostri anno nono.

311. *PROCURATORIUM COMITIS SABAUDIAE. 1282. Apr. 5.*

Servatur infra in nr. 315. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1635. (P. deest.)

Nos Philipus comes Sabaudie notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos facimus, constituimus et ordinamus actorem nostrum et procuratorem et certum nuntium virum venerabilem B. Dei gratia abbatem Secusie[a] in causa et negotio que et quod est, vertitur vel verti speratur inter illustrem regem Allamannie ex una parte et nos ex alia, coram quibuscunque iudicibus delegatis, subdelegatis, ordinariis, arbitris, compromissariis et amicabilibus compositoribus. Dantes eidem abbati plenariam potestatem et speciale mandatum agendi, deffendendi, transigendi, componendi, paciscendi, compromittendi, treugam sive apaysimentum recipiendi et pro nobis et nomine nostro dandi, iurandi in animam nostram et omnia alia faciendi, que nos facere possemus et deberemus, si presentes essemus. Ratum et firmum habituri

310. a) Datas *c.*

311. a) Secus. *similiter semper c.*

quicquid per ipsum abbatem in dicta causa et negotio factum et ordinatum fuerit et etiam procuratum. Promittentes sub ypotheca rerum nostrarum pro dicto abbate, si necesse fuerit, iudicatum solvi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum die dominica in octaba Pasche, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo.

312. *LITTERAE TREUGARUM RUDOLFO REGI CONCESSARUM.*

1282. Apr. 15.

Servantur infra in nr. 315. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1635. (P. deest.)

(1) Nos Bucco Dei gratia abbas Secusie, procurator illustris viri domini Ph(i-lipp)i comitis Sabaudie, notum facimus universis, quod nos procuratorio nomine predicti domini comitis de speciali mandato eiusdem damus firmas et bonas treugas pro predicto domino comite et hominibus et coadiutoribus omnibus suis serenissimo et magnifico viro domino Rodulpho Dei gratia regi Romanorum semper augusto et omnibus hominibus, valitoribus et coadiutoribus suis, tam in personis quam in rebus, possessionibus et investituris et iuribus omnibus cum omnibus tenementis et pertinenciis eorum et appendiciis universis et plenam et liberam securitatem a proxima die dominica post instans festum beati Marchi evangeliste inantea toto tempore, quousque dictas treugas eidem domino regi dictus dominus comes contramandaret, et post ipsum contra[manda]mentum per[a] quinque menses continuos a tempore ipsius[b] contramandamenti computandos, ita quod nec pignorationes fiant medio tempore hinc vel inde. (2) Hanc autem treugam et securitatem promittimus nomine predicti domini comitis et in animam eiusdem bona fide sine dolo et fraude inviolabiliter observare et procurare eas taliter observari[c], ita quod contra ipsas treugas publice vel occulte per ipsum dominum comitem vel suos aliquatenus non venient, et quod idem dominus comes alicui contravenire volenti non consentiet nec consilium vel auxilium alicui contraire volenti impartietur, nec castrum seu villam sive locum, quod, quam vel quem dictus dominus rex per se vel per alium possideat ad presens vel teneat, ad manus suas idem dominus comes recipiet nec in sua custodia seu garda capiet per se vel per alium durante treuga supradicta. (3) Promittentes nichilominus nomine predicti domini comitis, quod si aliqua da[m]pna durantibus predictis treugis idem comes vel sui eidem domino regi vel hominibus, valitoribus vel coadiutoribus suis aut tenementis vel possessionibus suis modo aliquo inferrent durantibus treugis supradictis, quod idem dominus comes ea plenarie emendabit et reficiet ad dictum seu cognitionem duorum militum, ita quod quelibet pars eligat suum, assumpto super hoc uno mediatore quem illi duo eligerent, si illi electi concordare non possent, treuga tamen nichilominus in suo robore duratura. (4) Predicta autem omnia et singula promittimus bona fide nos facturos et curaturos, quod predictus dominus comes ea firmiter observabit et acceptabit et ratificabit et ad requisitionem nuncii domini regis predicti, si dictus dominus rex voluerit, ratificationem et confirmationem de predictis, prout ea facimus sigillo proprio sigillari, faciet[d] patentes litteras suas dari. (5) Et nos B. Dei gratia episcopus Bellicensis nomine et mandato predicti domini comitis promittimus nos facturos et curaturos, quod predictus dominus comes predicta universa et singula firmiter observabit. Hoc a[die]cto tamen, quod quando ipse dominus comes sub tenore presentium in persona sua litteras suas patentes dicto domino regi dederit et desti-

312. a) ꝑ *c.* b) sñe *c.* c) observare *c.* d) faciet sigillari *c.*

naverit, quod receptis ipsius litteris de treuga iste presentes nobis episcopo Bellicensi et abbati Sec(usie) supradictis reddantur et extunc de hiis in nullo obligati remaneamus. In cuius rei testimonium nos abbas et episcopus memorati sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Datum apud Matisconem, in presentia serenissime domine Marg(arete) Dei gratia Francie regine, XVII. Kal. Maii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo.

313. *COMPROMISSUM PER EPISCOPUM BASILIENSEM FACTUM.* *1282. Apr. 15.*

Ex autographo 'Trattati diversi Mazzo 1 nr. 3' signato, cuius sigillum desideratur. In fine nonnulla evanuerunt, quae ex Libro litterarum imperialium fol. 25' supplevimus uncis inclusa. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1635. *(P. deest.)*

(1) Nos frater H(enricus) Dei gracia Basiliensis episcopus, habentes speciale mandatum a serenissimo domino nostro R. Dei gracia Romanorum rege semper augusto tractandi, componendi, disponendi et eciam ordinandi necnon et auctoritatem plenariam, prout in mandato nostro plenius continetur[1], de omnibus querelis et controversiis, quas predictus dominus noster rex habet vel habere potest contra nobilem virum dominum Ph. comitem Sabaudie et predictus dominus comes contra antedictum dominum nostrum regem, notum facimus universis, quod de omnibus querelis et controversiis, quas predictus dominus noster rex habet et habuit et habere potest quacumque ratione et ex quacumque causa usque ad hodiernum diem contra predictum comitem et ipse predictus comes contra predictum dominum nostrum regem habet et habere potest quacumque ratione et ex quacumque causa usque ad hodiernum diem, ex speciali voluntate predicti domini regis ordinando et conponendo inter predictos volumus, dicimus et ordinamus nomine et ex parte predicti domini nostri regis, quod predictus dominus noster rex de omnibus predictis querelis et controversiis stet omnino et adquiescat dicto, ordinationi, compositioni, dispositioni seu diffinitioni nostre et venerabilis in Christo patris domini B. Dei gracia episcopi Bellicensis, et exnunc non tanquam nuncius, sed tanquam verus procurator compromittimus ex parte et nomine ipsius domini nostri regis in nos ipsos et predictum dominum Bellicensem episcopum de totalibus questionibus predictis tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores. (2) Dantes et concedentes nomine predicto predicto domino episcopo Bellicensi una nobiscum plenam et liberam potestatem super premissis querelis et controversiis seu discordiis statuendi, ordinandi, terminandi, inquirendi, pronunciandi, declarandi de plano, sine scriptis et sine strepitu iudicii, diebus feriatis et non feriatis, partibus presentibus vel absentibus, secundum quod ipsi domino Bellicensi episcopo et nobis videbitur faciendum, servato iuris ordine vel non servato. (3) Promittentes nomine et ex parte predicti domini nostri regis bona fide et sine fraude et dolo nos facturos et curaturos, quod predictus dominus noster rex inviolabiliter observabit quicquid per predictum dominum Bellicensem episcopum et nos super predictis querelis, discordiis seu controversiis concorditer cognitum fuerit vel eciam ordinatum. (4) Promittimus insuper nos facturos et curaturos, quod huiusmodi ordinationem seu compromissum, prout superius est expressum[a], predictus dominus noster rex ratificabit et

313. a) quod *add. or.*

1) *Supra nr. 310.*

confirmabit et suas litteras [patentes inde da]bit, cum super hoc per predictum dominum comitem vel suum nuncium fuerit requisitus.

Datum et actum in presencia serenissime domine Marg(arete) Dei gracia r[egine Francie, apud Ma]ticonem, XVII. Kal. Maii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

In[b] cuius[c] testimonium rei nos predictus episcopus sigillum proprium nostrum presentibus [duximus apponendum.

Datum u]t supra.

314. *COMPROMISSUM PER ABBATEM SECUSIAE FACTUM. 1282. Apr. 15.*

Servatur infra in nr. 315. Quae concordant cum nr. 313, litteris minoribus excudenda curavimus. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1635. *(P. deest.)*

(1) Nos frater B(ucco) Dei permissione abbas Secusie, procurator ab illustri viro domino Philippo Sabaudie comite datus et ordinatus, prout in littera procuratoria predicti domini comitis continetur[1], notum facimus universis, quod de omnibus querelis, discordiis et controversiis, quas predictus dominus comes habet et habuit et habere potest ex quacumque causa et ex quacumque ratione usque ad diem hodiernum[a] contra serenissimum virum dominum R. Dei gratia Romanorum regem semper augustum, et ipse dictus dominus rex habet contra predictum dominum nostrum comitem Sabaudie et habere potest quacumque ratione et ex quacumque causa usque ad hodiernum diem, compromittimus alte et basse procuratorio nomine et nomine predicti domini comitis in venerabiles viros in Christo patres dominum Henricum Dei gratia Basiliensem episcopum et dominum B. eadem gratia episcopum Bellicensem tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores. (2) Dantes et concedentes nomine quo supra (nr. 311 c. 2.) prefatis dominis episcopis arbitris, arbitratoribus et amicabilibus compositoribus plenam et liberam potestatem super premissis querelis*, controversiis seu discordiis statuendi, ordinandi, terminandi*, pronunciandi[b], declarandi de plano et sine scriptis et sine strepitu iudicii, diebus feriatis et non feriatis, partibus [presentibus] vel absentibus, secundum quod eis placuerit et videbitur expedire, servato iuris ordine vel etiam non servato. (3) Item volumus et concedimus nomine quo supra, quod castellani predicti domini comitis, Mureti scilicet et Contamine, de dictis castris respondeant predictis in Christo venerabilibus patribus Dei gratia episcopis Basiliensi et Bellicensi electis arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus in idem concordantibus, prout predicto domino nostro comiti respondere consueverunt, et de dictis castris faciant predicti castellani, quicquid predicti arbitri eisdem concorditer duxerint iniungendum. (4) Promittentes nomine quo supra (c. 3.) bona fide et sine fraude et dolo nos facturos[c] et curaturos[d], quod predictus dominus noster comes Sabaudie inviolabiliter observabit, quicquid per prefatos dominos episcopos arbitros, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus super predictis querelis discordiis seu controversiis* cognitum fuerit vel etiam ordinatum. (5) Promittentes insuper nos facturos[c] et curaturos[d], (c. 4.) quod predictum* compromissum supradictus dominus noster comes, prout superius est expressum, ratificabit et confirmabit et suas litteras patentes inde dabit, cum a prefato domino rege vel eius certo nuncio inde fuerit requisitus.

Actum apud Matisconem[e], in presentia serenissime domine Marg(arete) Dei gratia regine Francie, XVII. Kal. Maii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo.

313. b) *a verbo* In *acutiori ductu scriptum or.* c) cui *or.*

314. a) hodiernam *c.* b) renunciandi *c.* c) facientes *c.* d) curantes *c.* e) masticoñ *c.*

1) *Supra nr. 311.*

In cuius rei testimonium nos predictus abbas sigillum nostrum proprium presentibus duximus apponendum.

Datum ut supra.

315. *TRANSCRIPTUM LITTERARUM PER EPISCOPUM BASILIENSEM FACTUM. 1282. Apr. 15.*

Ex Libro litterarum imperialium fol. 34. *(P. deest.)*

(1) Nos Henricus Dei gratia Basiliensis episcopus confitemur et recognoscimus, nos habuisse et recepisse a religioso viro B. abbate Secusie, procuratore nobilis viri domini Philipi comitis Sabaudie quoddam procuratorium sigillatum sigillo predicti domini comitis Sabaudie, cuius tenor talis est:

'Nos Philipus comes — octuagesimo secundo.' *supra nr. 311.*

(2) Item recepimus quandam aliam litteram, cuius tenor talis est:

'Nos frater B(ucco) — ut supra.' *supra nr. 314.*

(3) Item recepimus quandam aliam litteram ab eodem abbate, cuius tenor talis est:

'Nos Bucco — octuagesimo secundo.' *supra nr. 312.*

In quorum omnium testimonium nos prefatus Basiliensis episcopus presenti transcripto sigillum nostrum proprium duximus apponendum.

Datum ut supra[1], XVI. Kal. Maii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo.

316. *LITTERAE COMITIS SABAUDIAE DE FOEDERE NUPTIALI. 1282. Iun. 11.*

Ex autographo 'Principi del Sangue Mazzo 1 nr. 14' signato. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1683a. *(P. deest.)*

Nos Ph. comes Sabaudie et marchio in Italia notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum serenissimus dominus noster R. Dei gratia Romanorum rex semper augustus dare promiserit iuniorem neptem suam, filiam illustris viri domini Alberti comitis de Haubesporc, lanthgravii in Alsacia filii sui, in uxorem karissimo nepoti nostro Philipo filio domini Thome de Sabaudia quondam karissimi nepotis nostri, nos mauxime[a] ob graciam in hoc nobis et generi nostro per ipsum dominum regem factam, et quia predictum Philipum ob amorem specialiter, quem erga predictum dominum Thomam habebamus, super alios de parentela nostra cordi plurimum habemus, et spe firmissima, quam habemus de consilio et subsidio dicti domini regis, quando locus fuerit oportunus, dictum Philipum in filium recipimus et eum pro filio volumus reputare. Promittentes bona fide, quod nichil umquam fecimus nec faciemus ex forma alicuius testamenti seu donationis cuiuslibet, quod dicto Philipo de Sabaudia karissimo nepoti nostro nocere possit vel debeat, quominus nobis succedat pre omnibus in comitatu, reservatis congruis porcionibus aliorum secundum bonos usus et consuetudines comitatus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum apud Chillon(em), die Iovis III. Idus Iunii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secondo.

316. a) *sic or.*

1) *Scilicet nr. 312.*

317. *FORMA LITTERARUM REGIS RUDOLFI DE EODEM.*

Haec forma signo chronologico carens ipsum exemplum litterarum nr. 316 in Libro litterarum imperialium fol. 30 factum immediate sequitur. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1683a. (P. deest.)

Nos R. Dei gratia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum venerabilis vir dominus Henricus Dei gratia Basiliensis episcopus, dilectus princeps et consiliarius noster, nomine nostro promiserit dare in uxorem karissimam neptem nostram iuniorem, filiam illustris viri domini Alberti comitis de Haubesporc, langravii[a] Alsacie karissimi filii nostri, Philippo de Sabaudia filio quondam Thome de Sabaudia, prout dicta promissio et dotis assignatio in litteris ipsius episcopi sigillatis sigillo suo plenius continetur[1], nos dictam promissionem dotis et matrimonii ratam et firmam habemus et etiam promittimus pro nobis et filiis nostris inviolabiliter observare. Promittimus etiam pro nobis et filiis nostris bona fide et in verbo veritatis, quod nos spe illius matrimonii contrahendi et ut illustris vir Philippus comes Sabaudie melius moveatur amore nostri ad exaltationem predicti Ph(ilippi) charissimi nepotis sui, quod nos et liberi nostri ipsum comitem Ph(ilippu)m iuvabimus et deffendemus bona [fide] contra omnes, cum quibus ipsum comitem guerram aliquam contingeret habere. In cuius rei testimonium etc.

318. *FORMA ARTICULORUM PACIS. (1282. Iun.)*

Articuli pacis, qui ad effectum non ducti sunt, servantur in membrana, quae signo chronologico et sigillo caret, signata 'Trattati diversi Mazzo 1 nr. 8'. De tempore v. Regesta imperii. Textum decurtatum, quem vulgavit olim Guichenon 'Histoire de Savoie' IV, 86, ipsius Marte negligenter confectum, lineam dati additam esse, iam evicit Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' II, 3 p. 356 nr. 3. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1683a. (P. deest.)

(I) Nos Henr(icus) Dei gratia Basiliensis episcopus et nos B. eiusdem paciencia episcopus Bellicensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum de discordiis, querelis, petitionibus, actionibus et iuribus, que vertuntur inter serenissimum dominum R. regem Romanorum ex una parte et illustrem virum Philipum comitem Sabaudie et marchionem in Italia ex altera[a] maxime super castris Murati et Quondamine et villa Paterniaci et pluribus aliis, nobis a partibus predictis data fuerit potestas plenaria tractandi, faciendi et ordinandi pacem et concordiam et confederationem inter ipsos et ad bonum amorem ipsos ad invicem confirmandi, nobis videlicet episcopo Basiliensi predicto a parte serenissimi domini regis in hunc modum et nobis predicto episcopo Bellicensi a parte dicti domini comitis Sabaudie in hunc modum, nos ad requisitionem partium plenariam potestatem a dictis partibus nobis datam in nos recipientes, ex potestate nobis concessa pacem, concordiam, confederationem et bonum amorem inter ipsos facimus, ordinamus et pronunciamus in hunc modum:

1. Dicimus enim, ordinamus et pronunciamus, quod dictus serenissimus rex dictum dominum comitem Sabaudie ad amorem suum et bonam gratiam revocet, ius, actionem et querelam, quod et quas habebat seu habere poterat vel debebat contra

317. a) langrauie *c.*

318. a) ex altera *hic deest, sequitur superscriptum verbo* aliis *c.*

1) *Quae servatae non sunt.*

ipsum comitem quacumque causa seu occasione et specialiter occasione castrorum Murati et Quondamine et ville Paterniaci, quitet, solvat et remittat ipsi domino comiti et successoribus suis bona fide in modum infrascriptum.

2. Item dicimus, ordinamus et pronunciamus, quod dicto domino comiti Sabaudie et successoribus suis omnes investiture sue et possessiones sine aliqua diminutione et querela dicti domini regis salve remaneant in perpetuum et secure, exceptis castris Murati et Quondamine, de quorum petitione, quam facit dictus dominus rex, successores dicti domini comitis se subiciant bone misericordie et bone voluntati ipsius domini regis post decessum dicti domini comitis, postquam per dictum dominum regem fuerint requisiti.

3. Item dicimus, ordinamus et pronunciamus, quod dictus dominus rex dictum dominum comitem et terram suam recipiat in sua salva custodia et secura et promittat fide regia, quod ipsum comitem, terram suam et homines contra omnes iuvabit et ab omnibus custodiet et deffendet. Hoc salvo, quod si idem comes vel successores sui contra aliquem questionem moverent vel aliquis contra ipsos de aliquo feudo, quod fuerit regni vel imperii ab antiquo, de illo feudo teneatur idem comes et successores sui in curia dicti domini regis facere et recipere iusticie conplementum.

4. Item dicimus, pronunciamus et ordinamus, quod idem dominus rex promittat fide regia ipsi domino comiti, quod non procurabit per se vel per alium nec dabit operam, favorem, consilium, auxilium vel assensum, quod aliqua villa seu castrum, quam vel quod idem comes teneat, a potestate et iuriditione vel dominio ipsius domini comitis se subtrahat vel per aliquem subtrahatur. Quod si forte fieri contigerit, idem rex aliquam de illis ad manum suam non recipiat nec a suis recipi sustineat, imo teneatur sub dicta fide prestita ipsum comitem et suos iuvare ad recuperandum villam vel castrum, quod subtractum vel ablatum sibi foret.

5. Item ex potestate nobis concessa dicimus, ordinamus et pronunciamus, quod dictus dominus Ph. comes pro bono pacis et pro quittatione et remissione supradictorum et pro gratia dicti domini regis sibi adquirenda det et solvat ipsi domino regi vel certo mandato suo tantam pecunie summam. Et de petitione, quam facit idem dominus rex de dictis castris Murati et Quondamine, successores dicti domini comitis se subiciant bone voluntati et misericordie domini regis post decessum dicti domini comitis, postquam a rege fuerint super hoc requisiti.

6. Item dicimus, ordinamus et pronunciamus, quod idem dominus comes prefatum dominum regem et suos de se et terra sua iuvet a tali loco citra et deffendat contra omnes, et hoc iuret super sancta Dei evangelia se facturum.

7. Preterea cum idem dominus rex recepisset querimoniam, quod cives Lausanenses[b] domino episcopo Lausanensi iniuriantur in pluribus et quod idem dominus comes ipsos cives in iniuriis suis fovebat, ut dicebat idem episcopus, et se confederaverat cum ipsis in preiudicium episcopi supradicti, quod quidem dominus rex moleste gerebat et contra dictum dominum comitem propter hoc movebatur, ex potestate nobis concessa dicimus, ordinamus et pronunciamus, quod dicti cives dicto domino episcopo ius exhibeant coram curia sua, quam eisdem dabit idem dominus episcopus, qualem de controversiis vertentibus inter ipsos et predecessores eorum in civitate Lausanensi est dare consuetum. Vel si dictus dominus episcopus Lausanensis maluerit, eligat duos probos viros pro se et dicti cives alios duos, qui quatuor habeant potestatem a partibus eligendi medium, et coram

318. b) Lausañ *fere semper c.*

illis fiat concordia vel iustitia inter ipsos, scilicet episcopum et cives supradictos. Si vero dictus episcopus aliquas questiones habeat contra dictum comitem Sabaudie, ex hiis sibi faciat dictus comes cognitionem comunium amicorum. Et dum dictus comes et dicti cives ista facere voluerint, dictus dominus rex non insurgat contra eos, nec suos insurgere permittat ullo modo.

(II) (1) Nos autem supradictus rex certificati de iure nostro et de[c] premissis omnibus per[c] relationem[c] karissimi principis et consiliarii nostri H. episcopi Basiliensis, cui super predictis et de predictis tractandis ordinandis et consumandis dedimus plenariam potestatem, attendentes eciam quod dictus comes et successores sui nobis in negociis nostris magnum possunt inpendere consilium et iuvamen, et quod ipse comes et predecessores sui semper fideles extiterunt imperatorie magestati, ad instanciam sanctissimi patris domini M(artini) divina providencia summi pontificis et illustris Marg(arete) matris regis Francie et illustris viri E(dwardi) Dei gratia regis Anglie et plurium aliorum principum et magnatum, quorum preces pro dicto comite[d] recepimus, supradicta universa et singula acceptamus, ratificamus et approbamus, ipsum comitem ad nostrum bonum amorem et nostram bonam gratiam revocantes, universas actiones, petitiones, querelas, iram et odium, et iura, quas et que contra ipsum habebamus ex quacumque causa seu occasione et specialiter occasione castrorum Murati et Quondamine et ville Paterniaci, eidem comiti et suis remittimus et quitamus, prout superius est expressum, promittentes ipsi comiti et successoribus suis fide regia ipsum comitem et successores suos iuvare et terram ipsorum et homines contra omnes deffendere et custodire. Mandantes et precipientes exnunc universis ballivis, advocatis et castellanis nostris, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, specialiter apud Bernam, Friburgum et Graseborch, quod ipsi dictum comitem et suos, terram suam et homines uvent, custodiant et deffendant contra omnes, quandocumque et quocienscumque super hoc fuerint requisiti. (2) Promittimus etiam sub prestita fide regia, quod non procurabimus nec sustinebimus, quod aliqua villa seu castrum, quod idem comes tenet[e], per se vel per alium se subtrahat a dominio eius et iuriditione vel per aliquem subtrahatur. Quod si fieri contigerit quod absit, aliquam de illis ad manum nostram non recipiemus nec per aliquem de nostris recipi sustinebimus, immo tenemur ex conventione ipsum comitem iuvare ad recuperandum, quod sibi foret ablatum vel subtractum. (3) Confitemur insuper nos habuisse et recepisse a dicto comite pro bono pacis et ex causa quitationis et confederationis supradicte tantam pecunie summam, de qua nos tenemus plenarie pro contentis, renunciantes[f] exceptioni non numerate pecunie et non habite, doli et in factum[f]. (4) Hec autem supradicta universa et singula promittimus sub prestita fide regia attendere, complere et inviolabiliter observare et contra per nos vel per alium non venire. Et si per nos vel aliquem de nostris quod absit in contrarium fieret, et requisiti a dicto comite vel ballivis suis non emendaverimus illud infra mensem post eorum requisitionem, confitemur nos fidem et promissionem nostram extunc infregisse, supradicta pace et omnibus aliis in suo robore nichilominus duraturis.

(III) (1) Vice[g] versa nos supradictus Ph. comes, scientes amorem et gratiam dicti domini regis nobis fructuosam et eam habere plurimum affectantes, ob gratiam suam nobis acquirendam universa et singula supradicta acceptamus, ratificamus et approbamus, volentes et precipientes, quod successores nostri post decessum nostrum de petitione castrorum Murati et Quondamine, quam facit dominus rex, se subiciant bone

318. c) *supra lineam c.* d) *sequitur* susce *deletum c.* e) *corr. ex* teneat *c.* f) renunciantes — factum *supra lineam addita c.* g) *praecedit* C *c.*

misericordie et voluntati dicti domini regis, postquam ab ipso domino rege super hoc fuerint requisiti, promittentes etiam sub iuramento ad sancta Dei evangelia prestito, quod dictum dominum regem de terra nostra iuvabimus et terram suam custodiemus et deffendemus contra omnes a tali loco citra, quandocumque a ballivis, advocatis vel castellanis suis super hoc fuerimus requisiti. Mandantes et precipientes exnunc universis ballivis et castellanis nostris, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, precipue Melduni, Murati et Rotundimontis, quod ipsum dominum regem, terram suam et homines iuvent, custodiant et deffendant a dicto loco citra, quandocumque super hoc fuerint requisiti. (2) De facto vero domini episcopi Lausanensis et civium suorum et nostro faciemus, prout superius est expressum. (3) Hec autem universa et singula supradicta promittimus sub vinculo prestiti iuramenti attendere, complere et[h] inviolabiliter observare et contra per nos vel per alium non venire. Et si per nos vel aliquem de nostris in contrarium fieret quod absit et requisiti a[i] domino rege, ballivis[k], advocatis vel castellanis suis illud non emendaverimus infra mensem post eorum requisitionem, confitemur nos fidem et promissionem nostram extunc infregisse.

In quorum omnium robur et testimonium nos supradictus rex sigillum nostrum regium et nos H. Dei gratia Basiliensis et nos B. eadem permissione Bellicensis episcopi et nos prefatus Ph. comes Sabaudie sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Et ad maioris vinculum firmitatis predictorum nos predictus rex sigilla dilectorum nostrorum Alberti de Roumos advocati Friburgi[l] et Richardi de Corberiis, qui tractatui dicte pacis interfuerunt, apponi iussimus huic scripto. Et nos prefati Albertus et Richardus in testimonium premissorum sigilla nostra presenti littere duximus apponenda ad mandatum domini nostri regis supradicti.

Datum et actum et cet.

319. *FORMA LITTERARUM REGIS RUDOLFI.*

Haec forma, quae item signo chronologico caret, servatur in Libro litterarum imperialium fol. 29', ubi rubrum Transcriptum factum de pluribus negotiis *etc. (P. deest.)*

Nos R. Dei gratia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum nos moverimus questionem seu controversiam contra illustrem virum Philipum comitem Sabaudie et marchionem in Ytalia super castris de Mureto et de Condemina et quibusdam aliis, que dicebamus et adhuc dicimus ad nos ratione imperii seu regni Alamannie pertinere, nos eidem comiti ob grata servitia que nobis fecit et considerantes, quantum nobis et imperio possit esse imposterum fructuosus, de speciali gratia remittimus eidem comiti omnem iniuriam et odium, si quod vel quam contra ipsum aliquatenus habebamus, et specialiter questiones et actiones, quas in predictis castris de Mureto et de Condemina et aliis quibuscumque habebamus et habemus. Quam remissionem durare volumus solummodo quamdiu vixerit dictus comes, ita quod post eius decessum in predictis ius nostrum remaneat nobis salvum. Et de predictis omnibus pacem firmam cum predicto comite facimus toto tempore vite sue, ipsum ad nostram bonam gratiam revocantes. Et promittimus bona fide et in verbo veritatis pro nobis et filiis nostris, quod super predictis nullam omnino questionem seu controversiam movebimus dicto comiti per nos vel per alium, nec aliquam guerram per nos vel nostros nomine nostro vel alieno seu aliquem alium iuvando contra ipsum comitem movebimus vel faciemus, nec sustinebimus per aliquem de nostris guerras aliquas ei moveri vel alios iuvare contra ipsum, sed ipsum in tranquila quiete, quantum in nobis et nostris fuerit, promittimus liberaliter permanere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum etc.

318. h) *bis scriptum c.* i) *in rasura c.* k) *supra lineam c.* l) Fri *in rasura c.*

320. *FORMA LITTERARUM COMITIS SABAUDIAE.*

Item ex eodem Libro l. c. *(P. deest.)*

Nos Philippus comes Sabaudie et marchio in Italia notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum serenissimus vir dominus noster R. Dei gratia Romanorum rex semper augustus de omnibus querelis [et] controversiis, quas habebat vel habere poterat contra nos usque ad hodiernam diem occasione castrorum de Mureto et de Condemina vel alio quomodolibet, venerit ad bonam pacem nobiscum et ei placuerit remittere omnem iniuriam et odium, si quod habebat contra nos, et omnem actionem, quam habebat in dictis castris, nobis toto tempore vite nostre, et sue nos reconsiliaverit gratie, nos versa vice ob gratiam predictam nobis factam volumus, concedimus et precipimus, quod post decessum nostrum successor seu successores nostri maxime in predictis castris de Mureto et Condemina stent et supponant se totaliter cognitioni bone curie domini nostri R. regis predicti de omnibus actionibus et iuribus, quas dicit se habere in predictis castris ratione imperii seu regni, vel bone misericordie sue. Volentes, concedentes et precipientes predictis successoribus nostris maxime in dictis castris, quod quicquid per cognitionem predicte curie sue seu de bona misericordia sua arbitratum extiterit seu etiam diffinitum super predictis castris, per predictos successores nostros totaliter observetur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum.

321. *PROCURATORIUM NOVUM COMITIS SABAUDIAE. 1282. Iul. 15.*

Ex autographo signato 'Trattati diversi Mazzo 1 nr. 4'. Cf. Reg. imp. VI, 1683a et 1730a. *(P. deest.)*

Nos Philippus[a] comes Sabaudie notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum nos benigna et amicabili monitione, exortatione et obsecratione sanctissimi domini nostri M(artini) Dei providentia summi pontificis moniti, exhortati et obsecrati fuerimus per litteras suas speciales et per relligiosum et venerabilem virum fratrem Villelmum de Thoneis ordinis fratrum Predicatorum nobis cum dictis litteris specialiter destinatum, ut de discordiis et querelis, quas movet contra nos serenissimus vir R. Dei gratia Romanorum rex quocumque modo vel nos contra ipsum dominum regem, inclinare et condescendere velimus ad pacem et concordiam vel longas treugas faciendas vel compromissum cum predicto domino rege, nos ob reverentiam sedis apostolice et specialiter ipsius predicti domini nostri summi pontificis volentes in omnibus non solum ipsius preceptis set eciam monitis obedire, offerimus nos paratos totaliter predictis monitionibus, exhortationibus et obsecrationibus stare et totali cognitioni, arbitrio vel etiam voluntati ipsius summi pontificis super predictis [vel][b] eorum, quos ad hec duxerit delegandos. Dantes plenariam potestatem predicto fratri Villelmo tamquam nuncio summi pontificis ob reverenciam sedis apostolice super predictis tractandi, compromittendi, componendi, ordinandi et omne aliud[c] nostra auctoritate et nomine per se vel per alium faciendi[c], treugas capiendi seu prorogandi, prout negocio viderit expedire. Ratum et firmum habituri, quicquid in premissis per ipsum fratrem fuerit ordinatum, ac si per nos per-

321. a) Phs *or.* b) *deest or.* c) *supra lineam or.; cf. infra.*

sonaliter et presencialiter factum esset. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum et actum apud Aquianum, Idus Iulii, anno Domini MCCLXXX secundo.

Constat de duabus interlineaturis scilicet 'aliud' et 'faciendi'.

Datum ut prius [1].

322. *LITTERAE RUDOLFI REGIS AD COMITEM GEBENNENSEM DE HOSTE FACIENDA. 1283. Iun. 22.*

Ex Libro litterarum imperialium fol. 190. Cf. mandata similia supra nr. 188—191. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1793. (P. deest.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro comiti Gebenensi dilecto fideli suo gratiam suam et omne bonum.

Volentes iura et bona imperii, que iandudum comes Sabaudie iniuriose tenuit occupata, retrahere ad nostram et ipsius imperii potestatem, contra ipsum processimus cum copiosa milicie comitiva, ut etiam ulciscamur iniurias nostris hominibus irrogatas. Unde cum ab incepto opere non volumus aliqualiter resilire, nisi prius nostram consequamur omnimode Dei presidio voluntatem, fidelitatem tuam rogamus et requirimus plenissimo cum affectu, quatinus collocato pre oculis, qualiter nobis et imperio es astrictus, sic te prepares et accinges, quod pro recuperandis bonis memorati imperii et nostris et hominum nostrorum iniuriis ulsciscendis gratum nobis valeas auxilium impertiri. Nos etiam te in tua iusticia nullatenus deseremus, unde viriliter aggrediaris negotium, et tibi centum milites si indigueris transmittemus, nec pacem cum dicto comite faciemus, nisi cum tuis iuribus et iusticia sis inclusus.

Datum in castris ante Paterniacum, X. Kal. Iulii, regni nostri anno decimo.

323. *PAX CUM COMITE SABAUDIAE. 1283. Dec. 27.*

Ex autographo 'Trattati diversi Mazzo 1 nr. 6' signato, cuius sigillum desideratur. Iuxta servatur transsumtum eiusdem autographi a. 1283. die Mercurii post festum beati Vincentii (= 1284. Ian. 26) Chillone per episcopum Augustensem et Wilhelmum de Belloforti clericum reginae Franciae factum. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1805. (P. 443.)

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad vestram noticiam cupimus pervenire, quod nos cum nobili viro Philippo comite Sabaudie bonam pacem et firmam super guerra, que inter nos et ipsum vertebatur, fecimus in hunc modum:

1. Primum quod ipsi Philippo comiti Sabaudie et omnibus ac singulis suis valitoribus et adiutoribus et specialiter civibus de Morato et Contamino bonam, perfectam et stabilem pacem damus et facimus et omnem indignacionem, iram, rancorem et odium, quas et que contra ipsos habuimus, puro corde et bona fide eis remittimus integre et liberaliter indulgemus [2].

2. Item dictus comes nobis restituet et tradet Moratum et Contaminum et resignabit advocaciam et quicquid iuris habet in Paterniaco [3].

3. Item civibus Morati et Contamini nulla dampna seu gravamina inferemus, pro eo quod dicto comiti adheserunt, sed eos in iuribus suis, possessionibus et libertatibus dignabimur conservare [2].

1) *Cf. infra ad nr. 335.* 2) *Cf. Reg. imp. VI, 1806. 1807.* 3) *Cf. nr. 324.*

4. Item prefato Philippo comiti Sabaudie nec questionem nec guerram per nos nec per alium movebimus tempore vite sue super possessionibus seu hominibus aut fortaliciis imperii, quas et quos et que hodie possidet aut in sua hodie retinet potestate.

5. Item priorem et monasterium ac habitatores Paterniaci conservabimus in possessionibus, libertatibus et iuribus suis nec ipsis aliqua dampna seu gravamina quoad vixerimus inferemus pro eo, quod dicto comiti adheserunt. Tali condicione adiecta, quod nos advocaciam in Paterniaco nomine imperii retinebimus et quod successoribus nostris regibus et imperio omne ius et omnis libertas salva remaneat in futurum, sicut ipsis competiit seu competere potuit primo die antequam hec pax et concordia esset facta. Et similiter priori et monasterio omne ius et omnis libertas remaneat salva in futurum, sicut eis competiit seu competere potuit primo die antequam hec pax et concordia esset facta.

6. Item captivi hinc inde absoluti libere dimittentur[a].

In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in castris ante Paterniacum, in die beati Iohannis apostoli et ewangeliste, ind. XII, anno Domini MCCLXXX tercio, regni vero nostri anno undecimo.

324. *TESTIMONIUM REGIS DE RESTITUTIONE CASTRORUM ET IURIUM. 1283. Dec. 29.*

Ex autographo item signato nr. 7, cuius sigillum item deest. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1808. (P. deest.)

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras visuris vel audituris graciam suam et omne bonum.

Noverit universitas vestra, quod cum nobilis vir Philippus comes Sabaudie per pacem et concordiam inter nos et ipsum factam de guerra, que inter nos vertebatur, nobis deberet restituere et tradere Muratum et Contaminum et resignare advocaciam et quidquid iuris habebat in Paterniaco, magister Guillelmus de Belloforti dilectus clericus noster et Aymo de Sancto Triverio clericus dicti comitis et procuratores ipsius comitis vice et nomine ipsius comitis supradicta liberaliter impleverunt et fecerunt. In cuius rei testimonium presens scriptum nostre magestatis sigillo fecimus communiri.

Datum Mureti, die Mercurii post nativitatem Domini, anno Domini MCCLXXX tercio, indictione XII, regni vero nostri anno undecimo.

325. *LITTERAE REGIS DE ARBITRIS ELIGENDIS. 1284. Ian. 2.*

Ex autographo signato 'Diplomi imperiali Mazzo 2 nr. 17', cuius sigillum desideratur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1810. (P. deest.)

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Noverint universi, quod inter nos et spectabilem virum Philipum comitem Sabaudie taliter est conventum, ut pax firmior et maior subiectis plebibus tranquillitas conservetur, quod occasione alicuius guerre[a] vel discordie, si eam quod absit inter nostras

323. a) e *in rasura or.*

325. a) guecrre *or.*

civitates seu fideles alios ac ipsius comitis prenotati contigerit suboriri, nulla pignora hinc inde capi debeant vel alia dampnosa dispendia irrogari. Sed ex utraque parte duo viri fidedigni debent eligi et venerabilis frater H. Basiliensis episcopus princeps noster karissimus et magister Guillelmus de Belloforti clericus serenissime domine M. regine Francie pro tertio statuentur, qui ipsam guerram sine dispendioso discordiarum strepitu valeant complanare. Unde damus has nostras litteras in testimonium super eo.

Datum Friburgi, IIII. Non. Ianuarii, regni nostri anno XI.

326. *MANDATUM REGIS DE PECUNIA RECIPIENDA. 1284. Ian. 2.*

Ex Libro litterarum imperialium fol. 31. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1811. (P. deest.)

Rud(olfus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Phi(lippo) comiti Sabaudie amico suo dilecto salutem et omne bonum.

Gerentes de circumspectione prudentis viri Ul. dicti Ricz civis Friburgi fiduciam inconcussam, damus et concedimus ei mandatum et plenam ac liberam potestatem petendi, requirendi et exigendi et recipiendi a te duo millia marcharum argenti, in quibus nobis ex compositione et concordia inter nos et te facta es obligatus[1]. Et quicquid nomine nostro eidem persolveris de pecunia memorata, nobis computabimus persolutum et te pro tanto quod ei persolveris quittabimus et quittamus presentibus libere et solute. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo fecimus nostre maiestatis communiri.

Datum Friburgi, II. Non. Ianuarii, indicione duodecima, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, regni vero nostri anno undecimo.

327. *QUITATIO DE MILLE MARCIS. 1284. Ian. 28.*

Ex eodem Libro fol. 31'. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1811. (P. deest.)

Ego Uldricus Divitis burgensis de Friburgo notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego de mandato magnifici principis R. Dei gratia Romanorum regis semper augusti michi ab eodem domino rege concesso et nomine ipsius domini regis habui et recepi in bona pecunia numerata ab illustri viro Ph. comite Sabaudie, solventi michi ad opus et nomine dicti domini regis tanquam procuratori ipsius domini regis, mille marchas argenti vel valorem earum de illis duobus millibus marchis, in quibus[a] dictus dominus comes dicto domino regi tenebatur ex compositione facta inter eos. De quibus mille marchis procuratorio nomine me habeo et teneo integre pro contento et soluto et de eis ipsum dominum comitem et suos procuratorio nomine dicti domini regis et nomine ipsius regis quitto, libero penitus et absolvo, renunciando exceptioni non numerate et non habite pecunie, spei future numerationis, doli, in factum et omni auxilio et beneficio iuris canonici et civilis. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presenti littere apponendum.

Datum Chill(one), die Veneris ante purificationem beate Marie, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio.

327. a) quis *c.*

1) *Cuius rei in capitibus Pacis supra nr. 323 mentio non fit.*

328. *MANDATUM ALTERUM. 1284. Ian. 31.*

Ex autographo signato 'Diplomi imperiali Mazzo 2 nr. 18'. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1812. *(P. deest.)*

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Philippo comiti Sabaudie fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Nobilem virum Richardum de Corbiers nostrum fidelem dilectum ad tuam presenciam destinamus, dantes sibi aut certo nuncio suo ipsius litteras deferenti [1] plenam et liberam potestatem mille marcas argenti, in quibus ex composicione inter nos et te facta obligatus existis, a te petendi et exigendi necnon recipiendi et caucionem pro dicta pecunia vel eius parte nobis solvenda vel eidem Richardo aut ipsius nuncio certo nostro nomine acceptandi et recipiendi. Gratum et ratum habituri, quicquid idem Richardus [a] vel ipsius certus nuncius circa predictam pecuniam et eius solucionem nostro nomine fecerit vel ordinaverit. Presencium testimonio litterarum [b], quas sigillo maiestatis nostre fecimus communiri.

Datum Friburgi, II. Kal. Februar., anno Domini MCCLXXXIIII, regni nostri anno XI.

329. *QUITATIO ALTERA. 1284. Apr. 7.*

Ex autographo signato 'Trattati diversi Mazzo 1 nr. 5'. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1812 itemque 1951 a. *(P. deest.)*

Ego Uldricus Divitis burgensis de Friburgo notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego de mandato Richardi de Corberiis michi ab eodem dicto Richardo concesso et nomine ipsius dicti Richardi habui et recepi in bona pecunia numerata ab illustri viro domino Philipo comite Sabaudie, solvente michi ad opus et nomine dicti Richardi tanquam procuratori ipsius Richardi, mille marchas argenti vel valorem earum, que restabant ad solvendum de illis duobus milibus marchis argenti, in quibus dictus dominus comes magnifico principi domino regi Alamannie tenebatur ex compositione facta inter eos. De quibus mille marchis procuratorio nomine dicti Richardi me habeo et teneo integre pro contento et soluto et de eis ipsum dominum comitem et suos procuratorio nomine ipsius Richardi et nomine ipsius quitto, libero penitus et absolvo, renuncians exceptioni non numerate et non habite pecunie, spei future numerationis, doli, in factum et omni auxilio et beneficio iuris canonici et civilis. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus litteris apponendum.

Datum Chillon(e), die Veneris sancta, anno Domini MCCLXXX tercio.

---

328. a) Richardo *or.* b) lit9arum *or.*

1) *Cf. nr. 329.*

330—332. REVOCATIO CONSTITUTIONIS VICARIORUM IMPERIALIUM.

1282. Mai. 15.—1284. Iun. 7.

330. *LITTERAE REVOCATORIAE. 1282. Mai. 15.*

Dedit vir d. Bruns ex autographo tabularii civitatis Lubecensis 'Trese Caesarea nr. 19'. Sigillum pendet loro membranaceo. Cf. supra nr. 180. 236. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1653. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris advocato, consulibus et universis civibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

Pro tranquillitate vestra et ampliore securitate vos et civitatem Lubicensem illustribus Iohanni, Conrado et Ottoni fratribus marchionibus, principibus nostris dilectis, de Brandenburch meminimus commisisse. Verum quia eadem commissio vobis nec utilis nec expediens reputatur, ipsam presentibus revocamus, vos a devocione dictorum marchionum, quantum est ex parte commissionis predicte, nichilominus absolventes. Mittentes has litteras vobis in testimonium super eo.

Datum Ulmee, Idus Maii, anno Domini MCCLXXXII, regni nostri anno IX.

331. *MANDATUM LUBECENSIBUS DIRECTUM. 1282. Dec. 7.*

Item ex autographo nr. 23. Cui inscriptum est: Prudentibus viris consulibus et universis civibus Lubicensibus, dilectis nostris fidelibus. *Fragmenta sigilli, quod olim litteras clausit, adsunt. Cf. infra nr. 361. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1736.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universis civibus Lubicensibus, dilectis suis fidelibus, graciam suam et omne bonum.

Ingredientes vestre querele nobis porrecte crebrius de illustribus marchionibus de Brandenburch Ottone et Cunrado fratribus, dilectis nostris principibus, nostra precordia et nos feliciter ammonentes, ad salutem vestram et commodum nos favorabiliter inclinarunt, unde predictis marchionibus super commissione ipsis de vobis facta eis litteras revocatorias dirigentes[1] et vos illustribus ducibus Saxonie Iohanni et Alberto fratribus, principibus nostris dilectis, propensius committentes, fidelitati vestre committimus et mandamus precise volentes, quatinus eisdem ducibus Saxonie devote parere et intendere studeatis in omnibus tamquam nobis.

Datum Hagenowe, VII. Idus Decembris, regni vero nostri anno X.

332. *MANDATUM DUCI SAXONIAE MISSUM. 1284. Iun. 7.*

Item ex apographo coaevo eiusdem tabularii nr. 30. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1836. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus illustri Alberto duci Saxonie, principi et filio suo karissimo, graciam suam et omne bonum.

1) *Supra nr. 330.*

Ad nostram regiam audienciam est deductum, quod tu recepta pecunia ab illustribus marchionibus de Brandenburg eis spoponderis contra dominos Slavie et cives Lubicenses, nostros fideles dilectos, in gwerrarum discrimine, quod inter eosdem marchiones ex una et predictos dominos Slavie ex parte altera[a] est subortum, contra nostri honoris et nominis lesionem ac generalis pacis pulchritudinem, pro cuius conservatione te credebamus et adhuc credimus iuxta crediti tibi a nobis officium debitum, eo quod in illis partibus noster officialis et vicarius existis, potius et res exponere et personam, quam in ipsius moliri minus provide detrimentum, tuum auxilium pro viribus inpertiri. Eapropter tuam sinceritatem rogamus et hortamur plenissimo cum affectu, mandantes tibi nichilominus studiose et precise volentes, quatinus cum ex huiusmodi gwerrarum dissensione respublica suum sibi videat imminere periculum et generalis pacis amplectanda serenitas amare lesionis scissuram sibi senciat affuturam, non aliquorum, qui forte tuo honori pro ipsorum commoditate privata cupiunt derogare, persuasionibus consenciendo aut aures patulas arrigendo, premisse werre te non inmisceas quoquomodo, sed inter dictas partes toto conamine pacis federa studeas reformare. Ob hoc utique nostre excellentie adeo conplacebis, quod tuam obinde devocionem cogimur non immerito commendare. Si vero secus feceris, quod non credimus, nostram offensam te noveris incursurum graviter. Scias eciam, quod in brevi nuntios nostros sollempnes ad dictas partes transmittemus, qui prefatos dominos ad conservandum pacis federa nostro nomine et auctoritate inducent ac eas autorizante Domino reducent ad optate pacis et concordie unionem.

Datum Friburgi, VII. Idus Iunii, regni nostri anno XI.

333–335. CONCORDIA CUM ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1282. Iul. 26.—Sept. 27.

333. *LITTERAE REGIS. Iul. 26.*

Supersunt nonnisi in Copiario qui dicitur Sifridi archiepiscopi in tabulario civitatis Coloniensis asservato Mscr. A. XII, 4 saec. XIV. fol. 25'. Denuo nos ipsi contulimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1686. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum.

(1) Ne insignis Coloniensis ecclesia, quam decet devocione debita venerari, ex periculose dissensionis materia, que inter nos et venerabilem patrem eiusdem ecclesie archiepiscopum principem nostrum hactenus vertebatur[a], aliquibus ruinosis[b] obruatur periculis et reipublice status floridus sine perturbacione qualibet conservetur, mediantibus venerabilibus patribus Wer. archiepiscopo Maguntinensi et H. Basiliensi episcopo principibus nostris dilectis per honorabiles viros Th. decanum maioris, Wer. Sancti Gereonis, Ar. Sancti Severini prepositos, F. decanum Sanctorum Apostolorum, Io. de

332. a) ex parte altera *supra lineam scriptum tr.*

333. a) *sequitur* alinquib3 *deletum c.* b) ninosis? *c.*

Rennenberg canonicos ecclesiarum Coloniensium ex parte dicti archiepiscopi cum pleno mandato ad nostram presenciam destinatos inter nos et memoratum archiepiscopum de nostro consensu libero talis est concordia ordinata:

(2) Videlicet quod ipse archiepiscopus castrum Werdense cum omnibus iuribus et pertinenciis universis, sicut ipse archiepiscopus tenuit et possedit, nobis restituet vel nunciis, quos ad hoc duximus deputandos. (3) Item iniusta pedagia sive theolonia apud Andernacum et Bunnam ac alibi in terris et aquis idem archiepiscopus dimittet penitus, illa de cetero nullatenus recepturus. Percepta eciam de predictis pedagiis sive theoloniis emendabit ad dictum et arbitrium venerabilis H. Basiliensis episcopi et nobilis viri E. comitis de Catzenellenboge et aliorum, quos ipse ad hec duxerit assumendos. Pedagia vero iusta sive theolonium, que ab antiquo Coloniensis ecclesia rite habuit, pleno iure possidebit predictus archiepiscopus nomine Coloniensis ecclesie in futurum. (4) Item omnes adiutores nostri huic concordie sunt inclusi debentque cum sepedicto archiepiscopo et ipse cum eis plena pace et concordia congaudere, et ipse archiepiscopus illis, qui eum requisierint, ut ipsis querelis sibi ex ipsorum parte motis vel movendis amorem vel iusticiam faciat, eique[c] facere voluerint iusticiam vel amorem super quibuscumque conquestionibus, infra festum Pasche proxime nunc futurum, (Apr. 18.) dolo et fraude penitus exclusis, faciet iusticiam vel amorem, ipsique, qui eidem archiepiscopo moverint aliquas questiones, infra predictum terminum sibi facient iusticiam vel amorem. (5) Preterea discretus vir Rutgerus canonicus Aquensis clericus noster tenebit possessionem advocacie Assindensis ecclesie, ita tamen quod ex huiusmodi possessione facta[d] archiepiscopo et sue ecclesie nullum dampnum vel preiudicium generetur nec nobis de novo ius aliquod acquiratur. Sed duo honesti viri et fidedigni ex utraque parte debent eligi[e], cum idem archiepiscopus ad presenciam nostram pervenerit, qui quidem quatuor vel tres ex eis inquisito super advocacia iure nostro et imperii ac eiusdem archiepiscopi et sue ecclesie infra sex septimanarum spatium a tempore electionis arbitrorum numerandum nobis vel ipsi archiepiscopo et sue ecclesie ipsam advocaciam attribuent iusticia vel amore sub debito prestiti iuramenti. Quod si aliquem vel aliquos ex his arbitris decedere vel legitimo impedimento contigerit prepediri, alter vel alii sine dolo et[f] sine fraude substituentur, qui terminent dictum negotium modo dicto. Ille etiam[g], per cuius arbitros vel amicabiles compositores steterit, quominus prefata infra dicti temporis spacium compleantur, cadet a iure quod sibi in dicta advocacia competiit sive competere videbatur. (6) Insuper nos memorato archiepiscopo et ecclesie sue restituemus omnes litteras, quibus nobis usque[h] ad hec tempora super quibusdam articulis fuerit obligatus, et sepedictus archiepiscopus nobis similiter tenetur restituere omnes litteras, in quibus super quibusdam articulis seu promissionibus sibi vel sue ecclesie vel quondam Eng(elberto) bone memorie Coloniensi archiepiscopo fu[er]imus obligati. (7) Preterea nos assumemus duos vel tres viros honestos et ipse archiepiscopus totidem, cum ad nos venerit, assumet, quorum arbitrio de illatis gravaminibus per obsequiosa servicia nobis prestabit emendam. Et ut premissa in pleno consistant robore firmitatis, prefati procuratores archiepiscopi memorati habentes ad hoc plenum mandatum in animam ipsius archiepiscopi iuraverunt, quod ipse archiepiscopus omnia predicta teneatur et debeat inviolabiliter observare, et ipse archiepiscopus, cum in presenciam nostram pervenerit, corporale prestabit super[i] observacione premissorum omnium sacramentum. (8) Nomina adiutorum nostrorum sunt hec: illustres F.[k] dux Lotheringie, H. lantgravius Hassie et nobiles viri Flo. Hollandie et Gelrie, Th. Clevensis, H. Luczellenburgensis, A. de Monte, Losensis et Iulia-

333. c) *corr. ex* eisque c. d) facto c. e) *corr. ex* elegi c. f) et dolo c. g) qui *add.* c. h) *supra lineam add.* c. i) *corr. ex* sub c. k) *sic* c.

censis comites, de Heimsberg et de Valkenburg nobiles, S. de Westerburg vel Hanowen et de Grifenstein; in Westvalia venerabiles Oysnaburgensis et Paderburnensis episcopi, E. de Marka, de Waldecken, de Everstein comites, S. de Lippia, Wer. de Ithere, Wer. de Bisschofhusen. (9) Si vero aliqui aliorum nostrorum adiutorum in futurum occurrerint memorie, illos ipsi archiepiscopo[l] nominabimus, cum ipse se ipsum conspectui[m] [nostro][n] presentabit, quos condicionibus, pace et concordia, quibus gaudent superius nominati, volumus et ipse archiepiscopus vult gaudere. (10) Item supradictum castrum Werde cum suis attinentiis universis ipse archiepiscopus restituet nobis vel nunciis, quos ad hoc duxerimus deputandos[o], a feria quarta post festum beati Iul. 29. Iacobi ad octo dies sequentes vel prius si poterit bona fide. In quorum omnium premissorum testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Oppenhem, VII. Kal. Augusti, indictione X, anno Domini MCCLXXX secundo, regni vero nostri anno nono.

334. *ALIAE LITTERAE. Iul. 27.*

Ex eodem Copiario fol. 26. Item nos contulimus. Cf. litteras consensus archiepiscopi infra nr. 340, eodem die datas. — Böhmer, Reg. imp. VI, 168. (P. deest.)

Rodolphus Dei gracia rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus, quibus presentes littere fuerint exhibite, graciam suam et omne bonum.

Licet olim inter nos et venerabilem Sifridum archiepiscopum Coloniensem principem nostrum dilectum exorta dissensionis materia fuerit et rancoris, tamen tanto facilius debemus ad prestandam veniam inclinari, quanto videtur apercius et cercius experitur, sacrum imperium sine principum fulcimento non posse[a] subsistere, sed minari potius confractis compaginibus ad ruinam. Hinc est quod nos predicto venerabili S. Coloniensi archiepiscopo, principi nostro dilecto, omnem[b] indignacionis sive rancoris acredinem erga ipsum ex quacumque causa conceptam ex animo plene duximus remittendam et ipsum ad gracie nostre sinum recolligimus pristini favoris et dilectionis plenitudine amplectandum, volentes ipsum et inclitam ecclesiam suam in omnibus iuribus, libertatibus et honoribus, quibus hactenus sunt gavisi, favorabiliter confovere.

Datum Oppinhem, VI. Kal. Augusti, anno Domini MCCLXXX secundo, indictione X, regni vero nostri anno nono.

335. *STATUTUM DE MONETA. Sept. 27.*

Denuo contulimus autographon, quod asservatur in tabulario regio Dusseldorpiensi 'Churcöln 289'. Sigillum regis parum laesum, sigilli archiepiscopi fragmenta pendent filis sericis. In dorso leguntur De moneta sub certo valore per regem Rom. et archiepiscopum Colon. pariter facienda. *Cf. ea, quae Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 55 sq. notavit de forma eschatocolli, et supra nr. 321. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1715. (P. 440.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, baronibus, comitibus, nobilibus, vasallis ac aliis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

333. l) archiepiscopi *c.* m) confectui *c.* n) *deest c.* o) *in corr. c.*

334. a) *sequitur* substinere *deletum c.* b) omnes *c.*

Sept. 25. (1) Iurata pace feria sexta ante festum beati Michahelis proxima apud Bopardiam a venerabilibus Coloniensi, Treverensi archiepiscopis et Lud. comite palatino Reni duce Bawarie principibus, comitibus, baronibus, nobilibus ac aliis nostris fidelibus, qui eandem prius non iuraverant[1], ac tractantibus nobis de tranquillitate, commodo ac utilitate communi[a] cum ipsis, de monetarum defectibus et earum falsificacione in variis et diversis locis Alamannie male commissa varie ac diversimode a pluribus querimonie surrexerunt. (2) Super quibus cum consederemus et[b] cum venerabili . . Maguntino archiepiscopo ac aliis supradictis principibus ac nobilibus de maturo remedio conferremus, tandem inter nos et dictum Coloniensem archiepiscopum, dictis principibus et nobilibus presentibus, taliter est conventum et ob evidentem necessitatem et utilitatem tocius patrie concordatum, quod et nos in loco nobis placito sub ymaginario regie maiestatis et idem archiepiscopus in civitate Coloniensi sub expressione sue ymaginis in eisdem tamen et equalibus forma, albedine, puritate argenti et ponderis quantitate novam cudi seu fieri faciamus monetam: de qualibet marca argenti tredecim solidos et quatuor denarios in pondere, qui examinati et ad ignem positi reddent marcam in pondere quatuor denariis tantum minus, et sic subsistet marca quoad puritatem in quatuor denariis. (3) Et quod nulli alteri, cuiuscumque condicionis existat, in regno Alamanie fas sit et licitum, eiusdem ymaginis, ponderis, puritatis et albedinis habere monetam; sed ubicumque talis deprehensa fuerit, tamquam falsa et pro falsa ab omnibus reputetur, et deprehensus cum ea tamquam falsarius puniatur. (4) Volentes, ut pro eius certitudine et cautela de moneta nostra tredecim solidi et quatuor denarii ad monetam Coloniensem et de Coloniensi moneta tantumdem ad nostram ponatur pro securitate que dicitur in vulgari stale, ob hoc ut deprehensis falsis denariis pro veritatis iudicio semper hic vel ibi ad denarios taliter depositos recurratur. (5) Has autem monetas ubique locorum per regnum nostrum secundum sui valorem recipi volumus et per ipsas et cum ipsis precipimus negociaciones quaslibet exerceri. Aliorum vero principum et nobilium monete legitime et antique in debito suo cursu manebunt. Nullus tamen aliquam monetam habebit, nisi legitime doceat, quod eandem ab imperio debeat obtinere. In quorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillo venerabilis Coloniensis archiepiscopi predicti presentibus sunt appensa.

Dat. Bopardie, V. Kal. Octobr., anno Domini MCCLXXX secundo, regni vero nostri anno IX.

Predictis nostris et eiusdem archiepiscopi Coloniensis monetis a die renovacionis denariorum ultra decennium minime valituris.

Dat. apud Bopardiam ut supra[c], V. Kal. Octobr., anno Domini MCCLXXX secundo, regni vero nostri anno IX.

---

336. 337. SENTENTIAE PRO ABBATE WEISSENBURGENSI.

1282. Nov. 28.—Dec. 2.

336. *SENTENTIA DE IURE ABBATIAE.* *Nov. 28.*

Dedit J. Lechner ex 1) *Libro privilegiorum Weissenburgensium a. 1580. scripto tabularii Vindobonensis fol. 14, ubi collatio cum autographo facta esse indicatur. Nos ipsi*

335. a) commi *or.* b) *supra lineam add. or.* c) . . *add. or.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 1713a et supra nr. 281.*

contulimus 2) *apographon saec. XVIII., quod superest in Copiario Weissenburgensi Spirae in tabulario regio asservato fol. 498. Ex alio ut videtur fonte dedit iam olim* S *Schöpflin 'Alsatia diplomatica' II, 24 nr. 730, ubi notatur:* Ex tabulario ecclesiae Wissenburg. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1729.* *(P. deest.)*

Nos Rudolfus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium protestamur et scire volumus universos, quod cum inter venerabilem Edelinum abbatem Wissenburgensem[b] et suum conventum ex una et cives in Hagenbach[c] ex parte[d] altera super iuribus publice curie et officio sculteti, pratis, pascuis, piscationibus, nemoribus, arenis et[d] iuribus, que buteil[e], heuptrecht[f] et hertrecht dicuntur, necnon super aliis, que predicti abbas et conventus[g] usque ad libertatem civibus eisdem[h] concessam[i.1] pacifice tenuerunt, aliquamdiu questionis materia moveretur[k], tandem quia per inquisitores ad hoc deputatos extitit evidenter compertum, quod prefati abbas et conventus predicta omnia et singula, super quibus fuit questio, ante libertatem ipsorum civium pacifice possederunt, nos nolentes, quod occasione libertatis huiusmodi ecclesie Wissenburgensi aliquod preiudicium generetur, procuravimus, quod predicte partes super questione premissa taliter convenerunt[l], quod prefati abbas et conventus iura publice curie, officium sculteti, pascua[m], piscationes, nemora et iura predicta necnon omnia alia bona et iura, sicut ea ante libertatem et usque ad[n] tempus libertatis civium habuerunt, debent inantea libere ac[o] pacifice possidere nec in hoc eis ex parte civium ullum debet impedimentum prestari. Cives quoque sine impedimento quolibet gaudebunt omnibus libertatibus suis et iuribus, que ante libertatem ipsis indultam habuisse noscuntur. Preterea idem abbas et conventus renunciaverunt simpliciter omnibus damnis, iniuriis et gravaminibus ipsis illatis et expensis factis[p] occasione questionis predicte, nec officialis ipsius abbatis super his cives ipsos impetet[q] nec eis movebit aliquam questionem. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro[r] et predictorum abbatis et conventus sigillis fecimus communiri.

Datum in Wissenburg[s], IIII. Kal. Decembris, indictione undecima, anno Domini millesimo ducentesimo LXXXII, regni vero nostri anno decimo.

337. *DECLARATIO DE LIBERTATIBUS CIVITATUM IURI IMPERII ET PRAELATORUM NON PRAEIUDICANTIBUS. Dec. 2.*

Item ex 1) *fol. 13, ubi collatio cum autographo facta esse indicatur, et* 2) *fol. 502. Contulit etiam b. m. Weiland* 3) *innovationem Weissenburgensem saec. XVI. ex. in tabulario generali regni Bawarici asservatam fol. 14'. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1732.*
(P. 441.)

Rudolfus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Quia regalem decet clementiam, sic devotis libertates impendere et bene meritis liberalitatis et munificentie sue gratiam impertiri, quod ex eo imperio ac ecclesiis et[b] ecclesiarum prelatis nullum prorsus in suis iuribus preiudicium irrogetur, ad univer-

336. a) Rudolphus 2. b) Weissenburgensem 1. *S.* c) Hagenbach 1. 2. d) *deest* 1. e) butel 1. f) heubtrecht 2; hauptrecht 1. g) conventum 1. h) eiusdem 1. i) concessum 1. 2. k) movetur 1. l) convenerint 1. m) pascuas 2. *S.* n) in 2. *S.* o) et *S.* p) factum 1. q) impetret 2. r) nostre 1. s) Weissenburg 1. 2.

337. a) Rudolphus 2. 3. b) ac 3.

1) *Cf. Reg. imp. VI, 1420.*

sorum tam presentium quam futurorum notitiam volumus pervenire, quod per libertates illas, quibus a creationis nostre tempore civitates et loca quecunque dotavimus, nullum volumus imperio et ecclesiis ac ecclesiarum prelatis in suis iuribus et honoribus[c] preiudicium generari, sed volumus quod imperium et prelati ecclesiastici omnibus iuribus illis gaudeant, quibus ante libertatem huiusmodi civitatibus[d] et locis a nobis indultam[e] usi fuerunt et que in eis ante tempora libertatis eiusdem habuisse noscuntur. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Hagenawe[f], IIII. Nonas Decembris, indictione XI, anno Domini[g] millesimo ducentesimo LXXXII[h], regni vero nostri anno decimo.

---

338. SENTENTIA DE CIVIBUS NON EVOCANDIS.

1282. Dec. 4.

Damus ex Copiario I fol. 12 tabularii civitatis Nussiensis, ubi textus meliori fide traditur quam in Copiario III fol. 94, a v. d. Lacomblet olim adhibito. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1733. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod coram nobis in die beate Barbare virginis apud Ehenheim pro tribunali sedentibus[1] ad instanciam dilecti fidelis nostri Conradi dicti Meyere civis Nussiensis per generalem sentenciam venerabilium Argentinensis et[a] Tullensis episcoporum principum nostrorum ac aliorum nobilium et imperii fidelium, qui fuere presentes, requisitum extitit et obtentum: quod si aliquis princeps[b] ecclesiasticus vel prelatus de capituli sui consensu aliquam civitatem suam vel opidum libertaverit et civibus eiusdem civitatis vel opidi plene ius dederit libertatis, idem princeps aut prelatus vel aliquis suo nomine cives ipsos contra libertatem illam, qua longis temporibus pacifice sunt gavisi[c], vel aliquis talis principis vel prelati successor non possit[d] nec debeat extra civitatem ad iudicium trahere vel eciam evocare, nisi racionabilis causa subesset et hoc idem princeps aut prelatus iudiciario ordine contra cives per legitimam sentenciam obtineret. Quam sentenciam utpote rite latam tenore presencium approbantes, ipsam volumus inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum loco et die predictis, anno Domini MCCLXXXII, regni vero nostri anno decimo.

---

337. c) hominibus 1. 2. d) civitati 2. e) indultum 1. f) Hagenaw 2. g) *deest* 3. h) octogesimo secundo 3; MCCLXXX secundo 2.

338. a) *sequitur* C *deletum c.* b) *sequitur* et *deletum c.* c) gavesi *c.* d) *corr. ex* possint *c.*

1) *Cf. sententiam alteram eiusdem diei infra nr. 347.*

339—345. INFEUDATIO DUCUM AUSTRIAE ET STIRIAE.

1282. Dec. 27. Iul. 27. — 1283. Iul. 11.

339. *PRIVILEGIUM REGIS PRIMUM. 1282. Dec. 27.*

Insignis documenti autographon servatur in tabulario Vindobonensi. Imaginem phototypicam v. 'Die österreichisch-ungarische Monarchie in Wort und Bild. Uebersichtsband' ad p. 40. Cf. ea quae Reg. imp. VI, 1740b notata sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1743. (P. deest.)

⁞ Rudolfus ⁞ Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum.

(1) Romani moderator imperii ab observancia legis solutus legum civilium nexibus, quia legum conditor non constringitur, et tamen legis nature dominium, quod ubique et in omnibus principatur, necessario profitetur. Huius enim legis imperiosa potestas sic regnat potenter, sic in dominii sui potencia exuberat affluenter, sic cunctos artat et stringit, sic omnes dominii sui iugo laqueat et involvit, ut omnis caro et lingua statutis ipsius pareant et mandatis obediant, profiteantur dominium et imperium recognoscant. (2) Ideoque et nos, licet in excellenti specula regie dignitatis et super leges et iura simus positi, legis tamen nature preceptis et imperio caput nostrum sincere submittimus et eidem fidelitatis debitum exsolvere cupientes, notum fieri volumus tam presentis temporis quam future posteritatis imperii Romani fidelibus, quod inter multa liberalitatis inmense beneficia, quibus a sublimacionis nostre primordio plerosque fideles imperii prevenimus, ad instinctum, immo pocius imperium et preceptum eiusdem legis nature circa magnificenciam status prolis nostre et sublimationem ipsius studia nostra convertimus ac de libero et expresso consensu imperii principum ius in electione regis Romani[a] ex longa consuetudine tenencium principatus sive ducatus Austrie, Stirie, Carniole et Marchie cum universis suis honoribus, iuribus, libertatibus et pertinenciis, sicut eos clare memorie Liupoldus et Fridericus duces Austrie et Stirie tenuerunt ac possederunt, et aliis, que in terris eisdem quondam Otacharus rex Boemie quocumque legitimo titulo conquisierat, illustribus Alberto et Rudolfo filiis nostris karissimis apud Augustam sollempniter cum vexillis et sollempnitate debita concessimus in feodum ac principum imperii numero, consorcio et collegio aggregantes eosdem et ipsis ius principum concedentes, ab eis pro principatibus memoratis fidelitatis et homagii recepimus iuramentum. (3) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis graciam infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. [I]n[b] cuius rei testimonium et perpetui roboris firmitatem presentes litteras inde conscribi et bulla aurea thypario regie maiestatis inpresso iussimus communiri. Testes sunt hii: venerabiles Chunradus Argentinensis, Hartmannus Augustensis, Heinricus Ratisponensis et Wernhardus Secouiensis episcopi, illustres Ludewicus comes palatinus Reni dux Bawarie, principes nostri, Chunradus dux de Tekk, Hermannus marchio de Baden, Heinricus marchio de Burgow et Heinricus marchio de Hahperch et spectabiles viri Albertus et Burchardus fratres de Hohenberch, Heinricus, Fridericus et Egeno de Vůrstenberch, Eberhardus

339. a) Romai *or.* b) *initialis exarata non est or.*

de Habspurch, Ludewicus de Ötingen, [c] de Vlugelow, Meinhardus Tirolensis et Guntherus de Swartzenburch comites. Item nobilis vir Fridericus burchgravius de Nurenberch, Wernhardus de Schowenberch, Livtoldus de Chvnring, Fridericus dapifer de Lengebach, Ulricus de Capella, Erchengerus de Landeser, Hertnidus et Livtoldus fratres de Stadekk et quam plures alii.

Signum domini Rudolfi regis Romanorum invictissimi. (M.)

Datum in Augusta, per manum magistri Gotfridi prepositi Pataviensis nostri p[ro]thonotarii[d], VI. Kalen. Ianuarii, indicc. XI, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, regni vero nostri anno decimo.

340. *CONSENSUS ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. 1282. Iul. 27.*

Autographon eiusdem tabularii denuo descripsimus[1]. *Pendet sigillum illaesum filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1688.* *(P. deest.)*

Sifridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Ut serenissimo domino nostro Rudolfo Romanorum regi semper augusto eo devotius in omnibus placeamus, nostrum consensum plenum et liberum damus, quod ipse dominus rex principatum quem voluerit cum suis pertinentiis universis et singulis, imperio et regno dumtaxat exceptis, concedat et conferat suis filiis legittimis, quando velit. Cui collacioni seu concessioni nos exnunc consensum liberum et spontaneum adhibemus. Et ut predicta robur obtineant inviolabilis firmitatis, has nostras litteras ipsi domino nostro regi damus sigilli nostri munimine roboratas.

Datum Oppenheim, anno Domini MCCLXXXII, feria secunda post festum beati Iacobi apostoli.

341. *CONSENSUS MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS ET DUCUM SAXONIAE. 1282. Aug. 22.*

Autographa B, S 1, S 2 *eiusdem tabularii denuo descripsimus. Pendent sigilla fere illaesa loro membranaceo (*B, S 2*), filis sericis (*S 1*). De textu, de linea dati, de sigillatione non omnia recte relata sunt in Regestis imperii VI, 1711.* *(P. deest.)*

Otto Dei gracia marchio Brandenburgensis omnibus presens scriptum visuris salutem in Virginis filio benedicto[a].

Ad cognicionem et noticiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod ob dilectionem et peticionem serenissimi domini nostri Rudolfi Romanorum regis voluntatem nostram adhibemus plenariam et consensum, quod inclitus dominus noster Rudolfus[b] Romanorum rex iam predictus[c] filiis suis Alberto et Rudolfo[d] terras, videlicet Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam[e] et marchiam Slavicam, libere possidendas iusto tytulo conferat feodali. Ut autem procedente tempore super huiusmodi factis de nostra voluntate, consensu et assensu nulli dubium oriatur et ut presens

339. c) *spatium nomini relictum or.* d) *uncis inclusa evanuerunt or.*

341. a) *protocollon in S 1:* Nos Iohannes Dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux burgraviusque Magdeburgen(sis) ac sacri imperii marchalcus omnibus *etc.; in S 2:* Albertus Dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux omnibus *etc.* b) Růdolfus *S* 1. c) dilectis *add. S* 1. d) Růdolfo *S* 1. e) Karniolam *S* 1.

1) *Cf. iam supra nr. 333. 334.*

scriptum robur obtineat firmitatis, id ipsum[f] sigilli nostri munimine[g] duximus roborandum.

Dat. Brandburg.[h], XI. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo [secundo][i].

342. *CONSENSUS ARCHIEPISCOPORUM MOGUNTINI, TREVIRENSIS, COMITIS PALATINI. 1282. Sept. 22.*

Autographa M, T, P *eiusdem tabularii denuo descripsimus. Pendent sigilla fere illaesa filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1711.* *(P. deest.)*

Wernherus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam[a].

Ut intemerate fidei puritas et sincere devotionis integritas, quibus serenissimum dominum nostrum Rudolfum Romanorum regem semper augustum constanter prosequimur et prosequi volumus incessanter, claro clarius pateat in effectu, consentimus expresse ac nostrum ad hoc liberaliter impertimur assensum, ut ipse principatus Austrie, Stirie[b], Karinthie, Carniole et Marchie cum suis iuribus et pertinentiis universis, quos alienatos iamdudum ab imperio et distractos non sine multo sudore et sanguine ad eiusdem imperii potestatem reduxit, illustribus Alberto et Rudolfo filiis suis, qui in terris predictis sunt non inmerito honorandi, conferat et concedat in feodum, quandocumque sue fuerit voluntatis, eidem collationi seu concessioni exnunc ut extunc spontaneum et liberum adhibentes consensum. Et ut[c] premissa robur obtineant firmitatis in evidens predicti consensus nostri testimonium memorato domino nostro regi has nostras litteras damus sigilli nostri robore communitas.

Datum Bopardie, X. Kalend.[d] Octobris, ind. XI, anno Domini MCCLXXXII.

343. *MANDATUM REGIS. 1282. Dec. 29.*

*Duo autographa fidelibus Austriae (*A 1. 2*) itemque duo fidelibus Stiriae directa (*S 1. 2*), quae omnia servantur in eodem tabulario, denuo contulit socius noster J. Lechner. Quorum sigilla plus minusve laesa pendent loris membranaceis. De linea dati v. Regesta imperii. Cf. infra ad a. 1288. Apr. 26. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1746. 1747.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, clientibus et vasallis[a] Austrie[b] fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Cum nos accedente consensu libero principum venerabilium et illustrium in electione Romanorum regum et imperatorum voces habencium vacantes nobis et imperio terras seu ducatus Austrie et Styrie[c] cum suis dominiis, honoribus, iuribus et uni-

341. f) id ipsum *deest S* 1. 2. g) presentes litteras *add. S* 1; *quae des. S* 2. h) Braudburḡ *B.* i) secundo *per negligentiam ingrossatoris excidit B; eschatocollon in S* 1: Datum XI. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, in octava assumptionis beate Marie virginis; *in S* 2: Dat. XI. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, apud Aken.

342. a) *protocollum in T:* Heinricus Dei gracia sancte Troverensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus litteras inspecturis presentes salutem in Domino sempiternam; *in P:* Ludowicus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie universis Christi fidelibus litteras inspecturis presentes salutem et noticiam subscriptorum. b) Styrie *T.* c) Et u *in rasura T.* d) Kal. *T. P.*

343. a) vassallis *S* 1. 2. b) Stirie *S* 1. 2. c) Stirie *S* 1. 2.

versis utilitatibus, quondam ingenuis Leupoldo et Friderico ducibus ipsorum principatuum debitis et consswetis[d], illustribus Alberto et Rudolfo filiis nostris karissimis et heredibus eorundem contulerimus a nobis et sacro imperio Romano[e] perpetuo possidendas et eos[f] investiverimus sceptro regio de eisdem, ut declarant plenius privilegia super ipsa collacione tradita et confecta[1], universitatis vestre fidelitati committimus firmiter et mandamus, quatinus eisdem Alberto[g] et Rudolfo[h] filiis et principibus nostris veris dominis vestris[i] et ducibus plena fide necnon subiectionis omnimode debito et reverencia intendatis. Non obstantibus quibuscumque iuramentis nobis et imperio sacro[k] per vos prestitis, que presentibus relaxamus, et litteris hinc inde datis seu privilegiis omnibus concessarum vobis per nos quarumlibet libertatum.

Datum Auguste, IIII. Kal. Februarii[l], indictione[m] decima[n], anno Domini MCCLXXX secundo[o], regni vero nostri anno decimo[n].

344. *PRIVILEGIUM REGIS SECUNDUM.* 1283. *Iun. 1.*

Autographon insignis privilegii servatur in eodem tabulario. Imago heliographica publicata est 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 13. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1789. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum.

(1) In concessione terrarum Austrie, Styrie, Carniole et Marchie de consensu principum imperii per nos illustribus Alberto et Rudolfo filiis nostris facta sollempniter apud Augustam, de dictis terris ordinandi et disponendi inter eosdem prout videretur, ipsis in hoc expresse consentientibus, nobis reservavimus plenariam potestatem. (2) Et quia postmodum nobiles mediocres et minores ac communitas ipsarum terrarum instantius et devotius per sollempnes nuncios nostre celsitudini supplicarunt, ut devotionis et fidei puritate, qua semper in nostris obsequiis claruerunt, pre oculis collocata, eos et terras prehabitas, quibus periculosum esset et grave duplicis dominii iugo colla submittere, iuxta testimonium veritatis: 'Nemo potest dominis digne servire duobus',[2] benigni favoris munere respicere et taliter ordinare et facere dignaremur, quod eedem terre cum suis iuribus, honoribus et pertinenciis in solidum sepedictum Albertum respiciant et eidem soli tamquam vero domino suo obediant et intendant, nos considerantes predictarum terrarum, nobilium et incolarum sinceram fidem et puram devotionem, quibus a felicis adventus nostri in terras predictas principio nos semper fervide coluerunt, attendentes quoque commune terrarum ipsarum votum et concors in hac parte desiderium et ob hoc non magis dictorum filiorum nostrorum commoditati quam earundem terrarum quieti consulere cupientes, supplicationem premissam clementer admisimus et de ipsis terris maturo nostre deliberationis consilio ad tollendam cuiuslibet turbationis future materiam et ut etiam dicti fratres ex paterna sollicitudine relegatis, que eorundem cordium possent ab invicem sequestrare ligamina, in fraterni amoris amenitate convivant, ex potestate patria et auctoritate nobis in concessione dictarum terrarum retenta taliter statuimus, disponimus, ordinamus et volumus, quod predictus Albertus et eius heredes masculi sepedictarum terrarum principatus et dominia cum omnibus suis iuribus, honoribus et pertinentiis universis, prout predictas terras eisdem Alberto et Rudolfo pro indiviso prius contulimus, soli perpetuo habere debeant et tenere. (3) Sic tamen, quod si infra quatuor annorum

343. d) consuetis *S* 1. 2. e) Romano imperio *A* 2. *S* 1. 2. f) *deest A* 1. g) Al. *S* 1. 2. h) Rud. *S* 1. 2. i) vestris dominis *A* 2. *S* 1. 2. k) Romano *S* 1. 2. l) febr. *A* 2. *S* 1. 2; *sic in omnibus autographis male pro* Ian. m) ind. *A* 2. *S* 1. 2. n) X. *S* 1. 2. o) II *S* 1. 2.

1) *Supra nr.* 339. 2) *Cf. Matth.* 6, 24.

a nunc festo Pasche currere incipientium spatium memorato Rudolfo de regno vel Apr. 18.
alio principatu non providerimus, extunc sepedictus Albertus vel, si ipsum contingat decedere, sui heredes masculi, quos ad hoc etiam teneri volumus, in numerata pecunia dictum Rudolfum respicient et eidem solvent et dabunt, quantum nostra providentia duxerit moderandum. (4) Verum si priusquam dicto Rudolfo iuxta modum premissum providerimus, nos qui solus potens est auferre spiritum principum[1] ab hac luce vocaverit, extunc erit in taxatione et moderamine nobilium virorum Friderici burgravii de Nurenberg, Alberti de Hohenberg, Heinrici de Fůrstenberg et Ludowici de Ŏtingen comitum, quantum eidem Rudolfo in numerata pecunia dandum fuerit aut solvendum. Et si predictorum quatuor unus vel duo aut tres decesserint, superstites vel superstes in mortuorum loco alios vel alium sub iuramenti debito et in fide sua recipient et eligent, quos inter consanguineos eorundem magis utiles noverint et communes. Si vero omnes predictos contingat ab hac luce vocari, tunc dicto Rudolfo solvetur et dabitur ab ipso Alberto vel eius heredibus masculis, quantum communium amicorum suorum quatuor, quos ad hoc communiter[a] elegerint, duxerint moderandum. (5) Et predicti temporis spatio revoluto domini ac incole earundem terrarum Austrie, Styrie, Carniole et Marchie predicto Rudolfo in nullo erunt obnoxii vel ligati, sed omnino liberi ab eodem. (6) Provisione quoque de regno vel alio principatu facta per nos eidem Rudolfo, prout superius est expressum, nullum habebit respectum predictus Rudolfus ad ipsum Albertum vel eius heredes masculos de pecunia aliqua sibi solvenda vel danda pro terris predictis. Sed ipse Albertus et eius heredes masculi eas libere sine requisitione vel solutione alicuius pecunie vel impeticione aliqua perpetuo possidebunt, nisi principatus, de quo provideremus eidem Rudolfo, foret adeo tenuis, quod in pecunia solacium aliquale sibi fieri nobis conveniens videretur. Quo in casu predictus Albertus vel ipsius heredes legitimi nostre obedient similiter voluntati. (7) Ad hec in providencie nostre moderamine residere volumus infra predicti quadriennii spatium ordinandi sive taxandi, quantum prefatus Albertus vel eius heredes legitimi dicto Rudolfo post lapsum ipsius quadriennii dare et solvere in pecunia teneantur. Licet enim ante termini prelibati lapsum modum et quantitatem solvende pecunie moderemur, post lapsum tamen dicti temporis primum dictum Albertum vel eius heredes ad solutionem pecunie volumus obligari, a qua tamen erunt liberi, si eidem Rudolfo de honorabili providerimus principatu. (8) Ceterum si prefatus Albertus vel sui heredes ordinationem nostram premissam non attenderent nec servarent, extunc ipsi Rudolfo ex presenti paterna ordinatione nullum volumus preiudicium generari. Sed ius sibi primo acquisitum ex nostra concessione in terris predictis salvum sibi volumus per omnia remanere. (9) Et nichilominus, si predictum Albertum una cum suis heredibus masculis contingat decedere, volumus et statuimus, quod predicti principatus sive dominia cum suis iuribus, honoribus et pertinentiis universis ad sepedictum Rudolfum et suos heredes legitimos libere devolvantur. (10) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem regie maiestatis offensam[b] se noverit incurrisse, ordinatione nostra predicta nichilominus in suo robore perpetuo permansura. Testes huius rei sunt: venerabilis Gotfridus Patt(aviensis) episcopus princeps noster, honorabilis vir magister Heinricus de Clingenberg doctor decretorum noster prothonotarius, nobiles viri Fridericus burgravius de Nurenberg, Ulricus de Tubers, Otto de Lichtenstein, Sthephanus de Missowe marscalcus Austrie et Ulricus de Capella, dilecti nostri fideles.

Signum serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis invictissimi. (M.)

344. a) cōt7 *or.* b) onfensam *or.*

1) *Cf. Ps. 75, 13.*

In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Rinvelde, per manum magistri Heinrici prothonotarii nostri predicti, Kal. Iunii, indicc. XI., anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, regni vero nostri anno X.

Ego Heinricus[b] prothonotarius predictus vice domini Rudolfi inperialis aule cancellarii recongnovi et propria manu subscripsi.

345. *RECEPTIO PRIVILEGII PER MINISTERIALES AUSTRIAE ET STIRIAE. 1283. Iul. 11.*

Autographon eiusdem tabularii ediderunt Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden' p. 136 nr. 69. Denuo contulit J. Lechner. Pendent octo sigilla parum laesa loris membranaceis. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1789. *(P. deest.)*

(1) Nos Otto de Haslowe iudex provincialis per Austriam, Otto de Berhtoltstorf camerarius, Stephanus de Misschowe marschalcus, Liutholdus de Chvnringen pincerna Austrie, Vlricus de Cappella iudex provincialis super Anasum, Fridericus de Lengenpach, Erkengerus de Landeser, Otto de Lichtinstein et Fridericus de Pettovia ad universorum tam presencium quam eciam futurorum noticiam cupimus pervenire, recognoscentes humiliter et publice profitentes, quod etsi princeps magnificus dominus noster karissimus dominus Rudolfus Dei gracia Romanorum rex inclitus nos suos fideles, tunc sibi et Romano imperio inmediate subiectos, multis amplis et variis beneficencie sue donis liberaliter hactenus respexisset, in hoc tamen sue liberalitatis eximie thesauros in nos copiosius et exuberancius noscitur effudisse, quod provisionem de duobus dominis sive principibus illustribus dominis Alberto et Rudolfo filiis suis preclaris nobis ac terris Austrie, Styrie, Carniole et Marchie factam sollempniter apud Augustam, reservata sibi tunc temporis super eo plenaria potestate, ad nostram ac incolarum terrarum predictarum devotam instanciam in personam karissimi domini nostri domini Alberti ducis et principis gloriosi, adhibito sano deliberacionis sue consilio, graciose restringere est dignatus, ipsius solius et heredum suorum suavi nos iugo subiciens in ea forma et modo, qui in suo regali privilegio super eo confecto lucidius continetur. (2) Cuius quidem privilegii nobis exhibiti et monstrati de verbo ad verbum talis est tenor:

'Rudolfus Dei gracia — anno decimo'. *supra nr. 344; deest subscriptio.*

(3) Nos igitur tantorum beneficiorum nobis a regali clemencia collatorum non immemores nec ingrati et propter hoc nostre devocionis et fidei vice reciproca debitum exsolventes, ordinacionem regiam supradictam, in nostrum ac dictarum terrarum favorem, commodum et honorem editam et concessam, cum devotis graciarum accionibus acceptamus, approbamus, recipimus et in ipsam unanimiter consentimus et nichilominus nos facturos et curaturos, quod premissa ordinacio in omnibus suis articulis firmiter observetur, bona fide promittimus et ad hoc nos eciam fidei dacione ac iuramenti super eo prestiti vinculo obligamus. (4) Volentes quoque beneplacito regio in omnibus satisfacere et placere, ambobus fratribus dominis nostris Alberto et Rudolfo predictis tam nos quam predictarum terrarum incole sub forma et tempore in ordinacione premissa contentis fidelitatis et homagii prestitimus publice iuramentum, post cuius tamen temporis lapsum predicto domino nostro Alberto soli et eius heredibus masculis ex ordinacione premissa et iuramento nostro prehabito ligati erimus et a dicto domino nostro

344. b) Ego *adhuc eadem manu scriptum; a verbo* Heinricus *alia manus or.*

Rudolfo liberi et soluti, nisi forte dominus noster Al(bertus) ordinacionem predictam, quatenus ipsum respicit et contingit, non attenderet nec servaret. In quo casu ius domino R(udolfo) in concessione terrarum apud Augustam primitus acquisitum simpliciter reviviscet, nosque per consequens eidem, sicut et fratri suo domino nostro Alberto predicto, ad paris devocionis et fidei debitum erimus obligati. (5) Demum expresse promittimus, quod si sepedictum dominum nostrum Albertum et eius heredes masculos dicto domino nostro Rudolfo superstite contingat decedere, extunc ipsi domino Rudolfo in omnibus tanquam vero domino nostro perpetuo intendemus. (6) Ut autem de premissis omnibus a nobis fideliter observandis fides cercior et certitudo fidelior habeatur, presentes litteras exinde conscribi et sigillorum nostrorum appensione voluimus communiri.

Datum Wienne, in vigilia beate Margarete virginis, presentibus reverendo patre domino Gotfrido Pataviensis ecclesie episcopo, domino Ulrico de Tavuers, magistro Chunrado scriba Austrie et magistro Benzone illustris domini Alberti ducis supradicti prothonotario, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio.

---

346. CONVENTIO CUM DUCE BAWARIAE SUPER PACE CONSERVANDA.

1282. Dec. 29.

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae denuo contulimus. Sigillum regis desideratur; sigillum ducis valde laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1748. (P. 441.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Ludewicus eadem gracia comes palatinus Reni dux Bawarie tenore presencium profitemur et scire volumus universos, quod nos super pace conservanda in Bawaria et Swevia convenimus in hunc modum:

1. Quod quicumque aliquem de Swevia in Bawaria spolium committentem vel alias delinquentem in strata vel extra stratam per unam noctem scienter tenuerit, pro reo satisfaciet et tenebitur loco rei. Si vero negaverit tenuisse se talem, manu tercia purgare se debet vel culpabilis iudicatur. Eodem per omnia observato, si in Swevia de Bawaria vel de loco alio in similibus delinquatur.

2. Sunt autem in parte Swevie superiori ex parte regia Volkmarus de Kemenata advocatus Augustensis et fratres de Schellenberg, in inferiori vero parte Swevie dictus . . Gusse et Ulricus dictus de Eychen, in Bawaria vero super Augustam ex parte nostra, comitis Palatini scilicet, Winhardus de Rorbach, Chunradus de Wildenrode ac vicedominus, in inferiori autem parte versus Danubium Scilicpergarius dictus Spet de Vemmingen et ibidem vicedominus electi et denominati pro iudicibus et conservatoribus huius pacis, ad quos recursus habebitur, cum contra pacem aliquid attemptatur.

3. Et hii, qui in Bawaria sunt superius nominati, auctoritate eis per nos comitem Palatinum tradita, corrigent omnia, que in Bawaria committuntur adiutorio nobilium, militum et civitatum et aliorum in Bawaria existencium. Qui eciam ad mandatum

nostrum, comitis scilicet Palatini, de hoc iuramentum prestabunt. Et si auxilium denominatorum in Swevia super correctione et iudicio nocencium eguerint et ab eis illud requisierint, illi cum nobilibus, militibus et civitatibus Swevie istis auxilium exhibebunt.

4. Si vero in Swevia delinquitur contra pacem, denominati superius in Swevia illud corrigent et reformabunt et nobiles, milites et civitates Swevie super hoc per dictos conservatores pacis seu iudices requisiti prestabunt eis ad hoc efficaciter toto posse auxilium et iuvamen. Et nos rex Rudolfus de eo volumus per ipsos nobiles, ministeriales, milites et civitates Swevie iuramentum prestari. Et nichilominus, si necesse fuerit, nominati sive electi in Bawaria istis suum debent auxilium cum incolis Bawarie inpertiri.

5. Et quod predicti tam in Bawaria quam in Swevia premissa fideliter exequantur et cuncta agant, faciant et ordinent, que pro pace sunt necessaria et utilia, super quibus ipsis plenam auctoritatem committimus, iidem prestiterunt publice iuramentum.

Et in istorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Dat. Auguste, IIII. Kal. Ianuarii, indicc. XI, anno Domini MCCLXXX secundo.

---

347. SENTENTIA DE COMITATIBUS NON DIVIDENDIS.

1283. Ian. 18.

Denuo contulimus autographon, quod servatur in tabulario principum Furstenbergensium. Cuius sigillum deest. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1759. *(P. 442.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

1282. Dec. 4. Presidentibus nobis iudicio apud Einheim feria sexta proxima post festum beati Andree apostoli nunc preteritum[1], presente venerabili . . Argentinensi episcopo principe nostro dilecto et multis aliis comitibus, nobilibus, ministerialibus et vasallis ibidem existentibus eciam coram nobis, per sententiam quesitum extitit et obtentum legittime per eandem, omnium astantium applaudente consensu, quod nullus comitatus sub Romano imperio sine nostro consensu possit vel debeat dividi vel vendi aut distrahi pars aliqua, per quam esset comitatus huiusmodi diminutus. Ad hec in eodem iuditio omnibus predictis annuentibus eciam fuit per sentenciam iudicatum, quod comitatum de Bare, vacantem nobis et imperio ex libera et spontanea resignatione nobilis viri comitis Hermanni de Sulze, alteri possemus concedere pro nostre beneplacito voluntatis. Sane cum idem Hermannus eundem comitatum in Bare habuerit et iudicium exercuerit in eodem, nos predictas sententias approbantes sepedictum comitatum in Bare nobili viro Henrico comiti de Vurstenberg dilecto nostro fideli cum omnibus suis attinentiis plene et integre, sicut dictus comes Hermannus et progenitores sui ipsum comitatum tenuerant, libenter et liberaliter duximus concedendum. Mandantes universis et singulis in eodem comitatu residentibus, quod ipsi Henrico comiti de Vurstenberg tamquam suo domino reverenter obediant et intendant. Si quis vero in hoc nostro

1) *Cf. sententiam supra nr. 338 eodem die prolatam.*

mandato rebellis extiterit, de ipso iudicabimus iuxta quod curie nostre sentencia dictaverit iudicandum. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Heilicprunne, XV. Kalend. Febr., ind. XI, anno Domini MCCLXXX tertio, regni vero nostri anno decimo.

348. SENTENTIA DE IURE MONETAE ANTIQUO SERVANDO.

1283. Febr. 13.

Autographon tabularii civitatis Wormatiensis nr. 126 denuo collatum est. Sigillum parum laesum pendet filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1761. (P. 443.)

Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Nobis pro tribunali sedentibus in Brisacho in die beate Scolastice virginis per Febr. 10.
sentenciam principum, comitum, nobilium ac aliorum imperii fidelium quesitum et obtentum extitit coram nobis: quod quilibet princeps imperii ecclesiasticus vel secularis ab ipso imperio monetam tenens in feodum ipsam monetam pocius debet cudere vel cudi faciet secundum ius et consuetudinem, quibus ab antiquis temporibus de iure hactenus est gavisus, quam iuxta voluntatem consorcium, qui vulgariter huesgenoes appellantur. Unde nos videntes eandem sentenciam inniti iusticie, ipsam auctoritate regia approbamus. Testes sunt venerabiles . . Argentinensis, H. Basiliensis episcopi, honorabiles viri . . Magunt(inensis) et . . Argentinensis prepositi, nobiles viri . . dux de Tecke, Egeno comes de Friburgo, . . comes de Veldens, Ot. de Ossenstein, W. de Clingen et quam plures alii. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in Brisacho, Idus Febr., ind. XI, anno Domini MCCLXXXIII, regni vero nostri anno decimo.

349. 350. MANDATA DE REPARATIONE PALATII REGALIS.

1283. Mart. 24. — 1285. Sept. 1.

349. *MANDATUM PRIMUM. 1283. Mart. 24.*

Repetimus editionem, quam paravit vir cl. Bode 'Urkundenbuch der Stadt Goslar' II (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XXX) p. 325 nr. 305 ex duobus copiariis in tabulario civitatis Goslariensis exstantibus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1773. (P. deest.)

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Iudeis Goslariensibus, dilectis camere sue servis, graciam suam.

Devocioni vestre firmiter precipiendo mandamus precise volentes, quatinus annis singulis sex marcas argenti pro reparacione et conservacione regalis palacii in Goslaria[a] dare nullatenus omittatis.

Datum in castro ante Porrentrut, IX. Kalendas Aprilis, regni nostri anno X.

350. *MANDATUM ITERATUM. 1285. Sept. 1.*

Dedit idem l. c. 343 nr. 329 ex autographo eiusdem tabularii, cuius sigillum dorso impressum desideratur. Eadem manu in verso scripta sunt haec: Universis Iudeis Goslariensibus camere nostre servis. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1933. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Iudeis Goslariensibus, camere sue servis, graciam suam.

Cum vos[a] pro reparacione palacii nostri Goslariensis sex marcas singulis annis persolvere debeatis, quas aliquibus annis solvere, prout intelleximus, neglexistis, devocioni vestre firmiter et districte precipiendo mandamus precise volentes, quatinus deinceps annis singulis dictas sex marcas cum refusione neglecte pecunie ad reparacionem et structuram dicti palacii predictis nostris civibus assignare nullatenus omittatis.

Datum Brisaci, Kalend. Septembris, regni nostri anno XII.

---

351. STATUTUM DE CONDUCTU MERCATORUM.

1283. Mart. 30.

Autographon tabularii civitatis Yperensis denuo nos ipsi a. 1894. contulimus[1]. *Sigillum illaesum pendet loro membranaceo. Huic statuto quis debeatur locus in historia commercii cognoscenda, expositum est apud A. Schulte 'Geschichte des mittelalterlichen Handels' I, 185 sqq.*[2]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1774. (P. deest.)*

349. a) Goszlaria *codex alter.*

350. a) nos *ed.*

1) *Diegerick 'Inventaire des chartes et documents aux archives de la ville d'Ypres' I, 125 nr. 144. Cf. 'Neues Archiv' XX, 427.* 2) *Huius statuti verba in ipsa Italia nota fuisse, epistola a civibus Bononiensibus Rudolfo regi directa, quae anni indicatione caret, probatur. Quam Bononiae in tabulario regio 'Sezione del Comune. Lettere dell' anno 1289' asservatam publici iuris fecit A. Schulte 'Mittheilungen des Instituts' XXIII, 159 sq. In cuius epistolae narratione leguntur haec verba, omnino fere cum nostro statuto concordantia:* Egregie maiestatis vestre felici proposito disponente mercatoribus ad nundinas (*sic pro* metas *c.*) Alemanie ac Burgundie venientibus securum transitum preparare, omnes nobiles et fideles vestros alios, a sacro Romano imperio tenentes conductum in feudum infra montem, apud quem conductus illustris ducis Lotoringie inchoatur, e[t] partes Alpium versus nundinas generales Frantie, Flandrie et Campanie, ad vestram fuisse didicimus presentiam evocatos et cum eisdem certa recepta cautione solempniter ordinatum, quod per quemlibet in suis districtibus mercatoribus [et] transeuntibus debito deducto telonio de securo ducatu debeat (debent *cd.*) taliter provideri, quod hiis, in cuius districtibus quispiam spoliatur, ad restitutionem ablatorum plenariam teneatur. Huius itaque *etc.*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis mercatoribus per Ytaliam, Romaniolam, Tusciam, Siciliam, Apuliam, Calabriam, Terram Laboris et Sardaniam ac aliis frequentantibus nundinas Francie, Campanie et Flandrie presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Post sollicitudines et curas varias ac multiplicis laboris incommodum, quo hactenus circa tocius reipublice negocium procurandum feliciter noctes insompnes produximus, ad metas Alemanie et Burgundie Deo auspice venientes et volentes, prout ex officii desuper nobis crediti tenemur debito, mercatoribus et aliis universis, quorum nonnunquam de depredacione publica querela auribus nostris insonuit, securum transitum preparare, omnes nobiles et fideles nostros alios, a sacro Romano imperio tenentes conductum in feodum infra montem, apud quem conductus illustris . . [ducis][a] Lothoringie inchoatur, et partes Alpium versus nundinas generales Francie, Flandrie et Campanie, ad nostram presenciam duximus evocandos et cum ipsis ordinavimus, quod eorum quilibet in suis districtibus mercatoribus et transeuntibus debito deducto thelonio de securo ducatu debeat providere, si quod is, in cuius districtu quispiam spoliatur, ad restitucionem ablatorum plenariam teneatur. Super hiis autem predictis certam recepimus caucionem. Volentes, quod ipsa strata ab omnibus publice frequentetur et super observacione plenaria premissorum securus respectus ad nostram celsitudinem habeatur. In cuius testimonium maiestatis nostre sigillum presentibus est appensum.

Datum in castris ante Burnendrut, III. Kal. Aprilis, indiccione XI, anno Domini MCCLXXXIII, regni vero nostri anno X.

352—354. CONVENTIO CUM CIVITATE CUMANA.

1283. Apr. 20.—Mai. 21.

352. *PROCURATORIUM REGIS. Apr. 20.*

Contulit Registrum civitatis Cumanae fol. 86' vir cl. Holder-Egger. Insertum est infra nr. 353. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1779. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris[a] . . potestati, consilio et comuni civitatis Cumarum dilectis[b] suis fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Venerabilis Henricus[c] Basiliensis episcopus princeps[d] noster karissimus, nostrorum cognitor secretorum, sic sua devocione purissima et multis virtuosis operibus nobis exibitis cum fideli claritate conspicua tenaci[e] inscribenda memorie celsitudini nostre complacuit, quod cum ob prerogativam fiducie singularis, quam sua virtus eximia necnon experte legalitatis et probitatis opera clariora de ipso nostris instru[x]ere precordiis, nequaquam a nobis ali[en]um, set manum nostram dexteram, cum qua cuncta[f] disponimus et dirigimus, reputantes, sibi tamquam illi, cui plenius omnia archana nostri cordis sunt cognita quemque ad cuncta nostra et imperii negocia per Lumbardiam et Italiam dirigenda feliciter magis utilem estimamus[1], damus et concedimus plenam et

351. a) *deest or. in fine lineae.*

352. a) s. aug. pr. viris *bis scr. c.* b) filiis *add., sed expunctum c.* c) *corr. ex* henrico *c.* d) princips *c.* e) lenati *c.* f) ϙcta *c.*

1) *Cf. infra arengam nr. 376.*

liberam potestatem tractandi, ordinandi, disponendi de bonis et iuribus universis et singulis ad nos et sacrum imperium Romanum spectantibus in partibus Lumbardie et Italie prenotatis necnon repetendi et recipiendi civitates, oppida, villas, castra et quecumque bona seu iura alia dicti imperii in potestatem suam nostro nomine et imperii memorati et disponendi de eisdem, prout nobis et ipsi imperio noverit expedire, necnon ordinandi militibus de stipendiis ad terrarum statum pacificum conservandum ac faciendi omnia et singula, que si presentes essemus, possemus facere vel personaliter faceremus, necnon nos super observacione omnium et singulorum, que ipse[g] in predictis civitatibus, oppidis, villis, castris et quibuscumque bonis et iuribus aliis eiusdem imperii tractaverit, ordinaverit, disposuerit, receperit, fecerit seu promiserit, obligandi. Ratum et gratum habentes, quicquid per ipsum in premissis fuerit ordinatum In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Burnedrut[h], XII. Kal. Maii, indict. XI, anno Domini MCCLXXXIII, regni vero nostri anno X.

353. *SINDICATUS CONSILII COMMUNIS. Mai. 21.*

Ex eodem Registro fol. 84 item contulit vel descripsit Holder-Egger. Quo etiam redit apographon 'ex schedis Fagnani', quod praebet cod. Monti, D. S. IV. 19, t. II fol. 227 bibliothecae Ambrosianae. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1779. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuageximo tercio, die Veneris vigeximo primo mensis Maii, indictione undecima.

1. Convocato et congregato consilio generali comunis Cumarum ad sonum campane et per vocem preconiam necnon per preceptum nostri Guillelmi de Sorrexina potestatis Cumarum in palatio Cumano more solito pro hoc sindicatu faciendo, nos potestas et nobiscum credendarii eiusdem comunis, qui sumus due partes et plures tocius predicti consilii presentes, nostris nominibus et nomine comunis et hominum Cumarum facimus et constituimus nostros et dicti comunis et hominum Cumarum sindicos, procuratores et nuncios[a] dominos Henricum[b] de Olzate et Guillelmum de Guilizono ambos iureperitos[c] de Cumis ad infrascripta pacta et conventiones facienda inter venerabilem in Christo patrem dominum Henricum[b] Bassiliensem episcopum, legatum, nuncium et ambaxatorem[d] domini nostri Rodulfi[e] Romanorum regis incliti nomine ipsius domini nostri regis ex una parte et comune et homines Cumarum ex altera. Et ad promittendum ipsi domino episcopo recepturo nomine et vice predict domini nostri regis et suorum successorum et imperii Romani de ipsis pactis attendendis et observandis prefato domino nostro regi et imperio Romano, et ad obligandum nos credendarios et consilium et bona comunis et hominum Cumarum iam dicto domino episcopo vice predicti [domini][f] nostri regis et imperii Romani [et][f] successorum eius de infrascriptis pactis et convencionibus attendendis seu de ipsorum observancia perhenni, et ad iurandum et faciendum ipsi domino episcopo nomine et vice prenominati domini nostri regis et imperii debitam fidelitatem in animam predictorum credendariorum et comunis et hominum Cumarum. Et ad iurandum[g] de habendis ratis et firmis predictis pactis et conventionibus et ea que fient per ipsos sindicos occaxione

352. g) in pred. ipse *corr.* ipse in pred. *c.* h) Burnedruc̄ *c.*

353. a) noncios *c.* b) honricum *c.* c) peritos *c.* d) *corr. ex* ambaxatores *c.* e) Redulfi *c.* f) *deest c.* g) et faciendum ipsi domino episcopo *add., sed expunctum c.*

huius sindicatus. Et generaliter ad omnia ea et singula gerenda et facienda et expedienda, que cauta fuerint et expedierit in predictis et circha predicta et eorum occasione.

2. Ad hec nos potestas et credendarii dantes et concedentes ipsis dominis Henrico et Guilelmo sindicis et procuratoribus comunis Cumarum ad predicta omnia et singula sollempniter gerenda et facienda et expedienda liberum et generale mandatum et liberam et generalem administrationem in predictis et super predictis, promittimus et convenimus obligando omnia nostrorum credendariorum bona et omnia bona comunis Cumarum presencia et futura michi Ferrabovi notario infrascripto tanquam publice persone sollenniter stipulanti et recipienti ad partem predicti domini nostri regis et imperii[h] Romani et cuiuslibet alterius persone, cui[i] vel cuius intererit, nos et comune et homines Cumarum habiturum et habituros hunc sindicatum et quecumque omnia et singula acta, facta, promissa, obligata et expedita fuerint per ipsos sindicos ratione et occaxione huius sindicatus rata et firma.

3. Que quidem pacta et convenciones sunt hec: (I) 'Inprimis quod comune et homines Cumarum teneantur et debeant imperio Romano et domino Rodulfo regi Romanorum dimittere et restituere omnia iura ipsi imperio Romano et dicto domino regi de iure debita, et quod teneantur iuvare et auxiliare et con[s]cilium dare, prout de iure tenentur, prefato domino regi ad recuperandum et defendendum iura imperiali[a] a quolibet illicito detentore. (II) Item quod predictus dominus episcopus legatus dicti domini regis et eius nomine teneatur confirmare et habere firma et rata omnia et singula privilegia, pacta, indulgencias, gratias, sentencias, prerogativas[k], specialitates et iura cetera data [et facta][l] comuni Cumarum ab imperatoribus et regibus eiusdem domini [regis][l] Rodulfi predecessoribus vel ab eorum nunciis, prout de iure valent, et ea privilegia, pacta, indulgencias, gratias, sentencias, prerogativas et cetera alia iura, prout de iure valent, predictus dominus rex eidem comuni Cumarum servare teneatur et confirmare. [Teneatur][l] eciam predictus dominus rex iuvare et auxilium[m] dare dicto comuni Cumarum contra quascumque[n] personas, collegia et universitates, que vellent[o] in aliquo prescriptorum contra iusticiam ipsum comune Cumarum vexare. (III) Item quod comune et homines Cumarum teneantur et debeant dare apertionem viarum et stratas reserare militie et genti predicti domini regis, quocienscumque ipse dominus rex[p] eas mitteret in Lombardiam, et eam miliciam et gentem recipere et eis eundo, morando et redeundo subvencionem in rebus victualibus prestare muneribus et peccunia[q] ipsorum foro tamen congruenti, et eciam ipsi[r] domino regi, quociens veniret in Italiam per districtum[s] Cumarum, semper nichilominus salvis omnibus iuribus iam dicto imperio et comuni Cumarum competentibus'.

4. Interfuerunt presentes pro testibus traditioni huius sindicatus dominus Gualterius de Vaze et dominus Rubeus de Belmonte et dominus Curadus de Porta et domini Guilelmus de Pessina, Antonius Macrnus et Tana de Licurti cives Mediolani et iudices in regimine Cumarum, et domini Spinus Sallarius et Petrucius de Lonate similiter cives Mediolani et socii predicti domini Guillelmi de Sorexina potestatis Cumarum, et domini Simon de Locarno[t], Iosep Bugonus, Bennus de Orcho, Guillelmus de Turre, Gufredacius de Locarno, Iverardus de Locarno, Gracius de Carcano, Pax de Cantono, [Petrus de Leuco, Simon de Lucino, Arialdus de Cermenate, Bertarius de Zezio iurisperitus, Paganus Rusca, Sozo de Spezanave, Iohannes Luvatus, Rizius de Cantono, Pax de Cantono,][u] Albertolus de Vurio, Guillelmus Guittus, Albertus iudex,

353. h) nr̄i *add., sed expunctum c.* i) cuia *c.* k) prerogationes *c.* l) *deest c.; cf. nr. 354.* m) *in corr. c.* n) quacn̄que *c.* o) nallent *c.* p) Res *c.* q) peccuniā *c.; v. etiam nr. 354.* r) ipso *c.* s) destructum *c.* t) locar̄ *c.* u) *uncis inclusa per dittographiam exciderunt c.; ex nr. 354 supplevimus.*

Albricus[v] Ruscha, Albertolus Albrisius, Arialdus de Lalio iudex, Mosca Albrisius, Petrus domini Luterii Rusche, Ubertus de Pino, Frassolus Malacria, Romerius de Puteo, Gaudencius de Pizinigo, Fredericus de Puteo, Adam Grecus, Iacobus Grecus, Alexander Grecus, Petrus Pazus, Petrinolus ser Lafranci Rusche, Iohanes ser Lafranci Rusche, Martinus Malladobatus, Iohanes Rambertengus, Bertarus Rambertengus, Bellolus de Interligna, Iohanes de Bontate et plures alii cives Cumarum.

(S. N.) Ego Bertramolus de Albricis notarius Cumarum, filius condam ser Bertrami Albrici de Cumis, hanc cartam sindicatus rogatu suprascripti Ferrabovis de Dorso notarii, scribe pallacii et canzelarii comunis Cumarum scripsi.

354. *INSTRUMENTUM CONVENTIONIS. Mai. 21.*

Ex eodem Registro fol. 85. Contulit Holder-Egger. Quae concordant cum nr. 353, typis minoribus excudenda curavimus. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1779.

(P. deest.)

[In nomine Domini amen.][a]

Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, die Veneris vigeximo primo mensis Madii, indictione undecima.

1. Ad honorem domini Ihesu Christi et beate Marie virginis gloriose necnon beati Abondii confessoris terre Cumarum, ad reverenciam sancte matris ecclesie Romane et ad exaltacionem domini Rudolfi Romanorum regis invictissimi semper et imperii Romani, ad commendationem et laudem eximiam venerabilis in Christo patris domini Henrici Basiliensis episcopi, legati, nuncii et ambaxatoris prefati domini regis, ac ad statum tranquillum, opulentum et prosperum incolarum tocius terre Cumarum. Domini Henricus[b] de Olzate et Guillelmus de Guilizono iurisperiti et cives nobiles Cumarum, sindici et procuratores comunis et hominum Cumarum ad infrascripta pacta et conventiones et infrascripta omnia et singula sollemniter gerenda, facienda et expedienda legittime constituti, ut patet per instrumentum publicum ipsius sindicatus[1] traditum et imbriviatum et eciam suscriptum per me Ferrabovem de Dorso notarium et cancellarium comunis Cumarum paulo ante tradicionem huius instrumenti nomine comunis et hominum Cumarum et tocius generalis consilii eiusdem comunis, fecerunt et faciunt ipsa infrascripta pacta et conventiones iam dicto domino episcopo recipienti vice et nomine predicti domini regis et Romani imperii. Et promiserunt et convenerunt et promittunt et conveniunt obligando omnia bona comunis et hominum Cumarum tam presencia quam futura pignori[c] dicto domino episcopo recipienti nomine et ad partem ipsius domini regis et imperii Romani, quod ipsum comune et homines Cumarum[d] omni tempore ipsa pacta et conventiones perfecte attendent et perfectius observabunt eidem domino regi et imperio Romano. Tenor enim pactorum et convencionum hic est:

2. Hec sunt pacta et conventiones inita inter venerabilem in Christo patrem dominum Henricum episcopum Basilliensem, legatum, nuncium et ambaxatorem domini Rudolfi Romanorum regis excellentissimi semper augusti, nomine ipsius regis incliti ex una parte et comune et homines Cumarum ex altera[e]: (I) Inprimis quod comune et homines Cumis teneantur et debeant imperio Romano et domino Rudolfo regi Romanorum dimittere et restituere omnia iura ipsi imperio Romano et dicto domino regi de iure debita, et quod teneantur iuvare et auxilium et conscilium dare, prout de iure tenentur, prefato domino regi ad recuperandum et defendendum iura imperialia a[f] quolibet illicito detentore.

353. v) Albertus *c.*

354. a) *desunt c.* b) Hēnrici *c.* c) pig̅ *c.* d) civit̅ *c.* e) alta. Inprimis quod cōe et homines Cum̄ ex altera *c.* f) a *post insertum c.*

1) *Supra nr. 353.*

(II) Item quod predictus dominus episcopus legatus[g] dicti domini regis et eius nomine teneatur confirmare et habere firma et rata omnia et singula privilegia, pacta, indulgencias, gratias, sentencias, prerogativas, specialitates et iura cetera data et facta comuni Cumarum ab imperatoribus et regibus eiusdem domini regis Rudolfi predecessoribus vel ab eorum nunciis, prout de iure valent, et ea privilegia, pacta, indulgencias, gratias, sentencias, prerogativas et iura, prout de iure valent, predictus dominus rex eidem comuni Cumarum servare teneatur et confirmare. Teneatur etiam predictus dominus rex iuvare et auxilium dare dicto comuni Cumarum contra quascumque personas, collegia et universitates, que vellent in aliquo prescriptorum contra iusticiam ipsum comune Cumarum vexare. (III) Item quod comune et homines Cumarum teneantur et debeant dare apertionem viarum et stratas reserare milicie et genti predicti domini regis, quocienscumque ipse dominus rex eas mitteret in Lombardiam, et eam miliciam et gentem recipere et eis eundo[h], morando et reddeundo subventionem in rebus victualibus prestare muneribus et peccunia[i] ipsorum foro tamen congruenti, et eciam ipsi domino regi, quociens veniret in Italiam per districtum Cumarum, semper nichilominus salvis omnibus iuribus iam dicto imperio et comuni Cumarum competentibus.

3. Preterea iam dicti sindici et procuratores nomine comunis, consilii et hominum Cumarum et in eorum animas fecerunt et iuraverunt et faciunt et iurant fidem et fidelitatem in manu eggregii viri domini Oldonis de Birago iurisperiti de Mediollano ordinantis in presencia predicti domini episcopi recipientis vice predicti domini regis Rudolfi et imperii Romani et in presencia domini [k] marchionis de Absperch in hunc modum[1]: 'Nos Honricus[l] de Olzate et Guillelmus de Guiliçono iurisperiti iuramus fidelitatem domino nostro Rudolfo regi excellentissimo Romanorum semper augusto. Non erimus in facto, dicto seu consilio, quod personam aut vitam aut menbrum aut honorem vel ius suum amittat, aut quod mala captione detineatur vel aliquid fiat in preiudicium suum nec honoris sui. Et si ad noticiam nostram pervenerit, quod aliquis aliquid predictorum contra prefatum dominum nostrum vellet comittere, pro posse nostro turbabimus, alioquin quam cicius poterimus[m] per nos vel per nostrum noncium vel per nostras litteras sibi nunciabimus. Imperium quod habet et terram et omnia iura sua iuvabimus pro posse nostro manutenere et defendere et aliam terram et alia iura aquistare. Et si sciverimus, aliquam personam, collegium vel universitatem aliquid quod pertineat ad ius imperii illicite detinere, quam cicius poterimus ei vel eius nunciis nunciabimus. Consilium, quod ipse vel alius eius nomine a nobis pecierit, fidele sibi secundum nostram providenciam dabimus. Secreta nobis ab eo vel ab alio eius nomine comissa nulli sine eius licencia manifestabimus[n], si[2] nos Deus adiuvet ad sancta Dei evangelia'.

4. Quod quidem fidelitatis iuramentum et ipsam fidelitatem necnon predictam promissionem et conventionem et obligationem et iuramenta et predicta omnia et singula predicti ambo sindici in pleno consilio eiusdem comunis Cumarum et coram copiosa presencia domini Guillelmi de Sorexina potestatis Cumarum et in presencia infrascriptorum testium matura et consulta deliberatione fecerunt tam sollemniter quam legittime. Et versa vice predictus dominus Henricus episcopus, legatus, nuncius et ambaxator predicti domini regis Rodulfi, ut constat per litteras ipsius legationis[3] sigillatas sigillo cereo pendente ipsius domini regis, quarum tenor infra legitur, nomine ipsius domini regis promisit in aspectu omnium astancium in virtute sancti Spiritus, virtute[o] sacramenti predictum dominum regem attenditurum et observaturum comuni Cumarum predicta omnia pacta et convenciones et facere attendi[p] omni tempore et

354. g) et *add. c.* h) eondo *in corr. c.* i) peccuniā *c.* k) *hoc loco spatium vacuum uni voci inserendae relictum c.* l) honricū *c.* m) ut *add. c.* n) malestabimus *c.* o) uite *c.* p) attendendi *c.*

1) *V. etiam iuramentum supra nr. 86.* 2) *Cf. supra tom. II, 624 lin. 11.* 3) *Supra nr. 352.*

efficaciter observari. Hanc enim fidelitatem quilibet infrascriptorum approbavit et fecit per corporalia et singularia iuramenta super pallacio veteri comunis Cumarum, ubi predicta omnia acta et expedita fuere.

5. Demum ad cautelam et robur omnium predictorum et in rei testimonium hoc instrumentum predictus dominus potestas de voluntate omnium infrascriptorum et tocius consilii Cumarum mandavit comunis Cumarum pendente sigillo cereo premuniri[q].

6. 'Rudolfus Dei gratia — nostri anno X'. *supra nr. 352.*

7. Interfuerunt presentes pro testibus tradicioni huius sindicatus dominus Gualterius de Vaze et dominus Rubeus de Belmonte et dominus Conradus de Porta et domini Guills de Pessina, Antonius Maernus et Tana de Licurti cives Mediollani et iudices in regimine Cumarum, et domini Spinus Sallarius et Petrucius de Lonate similiter cives Mediolani et socii predicti domini Guillelmi de Sorexina potestatis Cumarum, et domini Symon de Locarno[r], Iosep Bugonus, Bennus de Orcho, Guillelmus de Turre, Gufredacius de Locarno, Iverardus de Locarno, Gracius de Carcano, Pax de Cantono, Petrus de Leuco, Simon de Lucino, Arialdus de Cermenate, Bertarus de Zezio iurisperitus, Paganus Ruscha, Sozo de Spezanave, Iohanes Luvatus, Rizius de Cantono, Pax de Cantono, Albert[ol]us de Vurio, Guillelmus Guittus, Albertus iudex, Albricus Ruscha, Albertolus Albrisius, Arialdus de Lalio iudex, Mosca Albrixius, Petrus domini Loterii Rusche, Ubertus de Pino, Frasolus Mallacria, Romerius de Puteo, Gaudencius de Pizinigo, Fredericus de Puteo, Addam Grecus, Iacobus Grecus, [Alexander Grecus][s], Petrus Pazus, Petrinolus ser Lafranci Rusche, Iohanes ser Lafranci Rusche, Martinus Maladobatus, Iohanes Rambertengus, Bertarus Rambertengus, Bellolus de Interligna, Iohanes de Bontate et plures alii cives Cumarum.

(S. N.) Ego Bertramolus de Albricis notarius Cumarum, filius condam ser Bertrami Albrici, hanc cartam rogatu suprascripti Ferrabovis de Dorso notarii et scribe palacii et canzellarii[t] comunis Cumarum scripsi.

355—357. CONCESSIO BONORUM IMPERII.

1283. Mai. 24. 1282. Sept. 19. 1297. Iun. 4. Aug. 23.

355. *PRIVILEGIUM REGIS. 1283. Mai. 24.*

Denuo contulimus autographon tabularii principum Furstenbergensium. Sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1787.

(P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Licet inter Romanum imperium et illustres predecessores nostros, qui eidem imperio pro tempore prefuerunt, ex una necnon nobilem virum Heinricum comitem de Furstenberg ac suos predecessores ex parte altera super oppidis Vilingen et Hasela cum eorum attinenciis dudum mota fuerit materia questionis[1], nos tamen eiusdem comitis Heinrici fidem et merita collaudanda benignius intuentes, ad cuiuslibet future

354. q) p̃mituri *c.* r) locar̄ *semper c.* s) *deest c.; cf. nr. 353.* t) canzellari9 *c.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 1656.*

questionis materiam abolendam predicta oppida Vilingen et Hasela cum suis attinenciis universis ipsi comiti Heinrico et heredibus suis legitimis, principum imperii ad hoc benivolo accedente consensu, de novo concedimus a nobis et dicto imperio in feodum perpetuo possidenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem regie maiestatis[a] offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Columbar(ie), IX. Kal. Iunii, indict. XI, anno Domini MCCLXXXIII, regni vero nostri anno decimo.

356. *CONSENSUS PRINCIPUM ELECTORUM. 1282. Sept. 19. 1297. Iun. 4.*

Eiusdem tabularii autographa contulimus, quae sunt: M *exemplar Moguntinum, cuius sigillum laesum pendet filis sericis rubei coloris;* C *Coloniense, cuius sigilli fragmenta pendent filis sericis rubei coloris;* T *Trevirense, cuius sigillum desideratur, filis sericis rubei coloris relictis;* P *comitis Palatini, cuius sigilli fragmenta pendent filis sericis rubei coloris; exemplaria* M. C T *eadem manu exarata sunt,* P *alterius manu. Manu etiam altera scriptum est* S *exemplar Saxonicum, cuius copia authentica a. 1297. Iun. 4. data cum vestigiis sigilli loro membranaceo pendentis servatur. Cf. Reg. imp. VI, 1787. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1707.* *(P. deest.)*

Wernherus Dei gracia sancte Magunt(ine) sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius presencium inspectoribus universis salutem in omnium salvatore[a].

Noverint universi tam posteri quam presentes, quod cum quedam questio inter imperium Romanum et eos qui imperio pro tempore prefuerunt ex una necnon[b] virum nobilem Heinricum[c] comitem de Furstemberg[d] ac suos predecessores ex parte altera super opidis[e] Vilingen et Hasela cum eorum attinentiis verteretur, composicionem seu ordinacionem, quam serenissimus dominus noster Rudolfus[f] Dei gracia rex Romanorum illustris nomine imperii et predictus Heinricus[g] comes de Furstemberg[h] nomine suo et successorum suorum super dictis opidis[e] et attinentiis duxerint faciendam, ratam et gratam habemus et propter utilitatem ex[i] eadem composicione[k] seu ordinacione provenientem imperio, nostrum super ipsa adhibemus consensum voluntarium et expressum, maxime cum ipsa composicio seu ordinacio iuramento a predicto domino nostro rege Roman(orum) prestito super bonis imperii non alienandis nullum preiudicium generet vel adducat[1].

Dat. Bopardie[l], anno Domini millesimo CCLXXXII[m], XIII. Kal.[n] Octobr.[o].

355. a) magiestatis *or.*

356. a) *protocollum in C:* Sifridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius pres. insp. un sal. in omn. salv.; *in T:* Heinricus Dei gracia archiepiscopus Trevirorum pres. insp. un. sal. in omn. salv.; *in P:* Lodwicus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie pres. insp. un. sal. in omn. salv.; *in S:* Dat. per copiam. Albertus Dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux, comes in Bren pres. insp. un. sal. in omn. salv. b) et *C. P. S.* c) Hainr. *S.* d) Furstenberc *T;* Fůrstenberg *P;* Furstenberg *S.* e) oppidis *P.* f) Růd. *S.* g) Henr. *S.* h) Furstenberc *T;* Fůrstenberg *P;* Fůrstenberg *S.* i) et *male S.* k) *in corr. S.* l) Bohpardie *P.* m) ducentesimo octogesimo secundo *P.* n) Kaln *P.* o) *eschatocollon in S:* Dat. Prage, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo VII, tercia feria post festum Penthecostes.

1) *Cf. declarationem regis supra nr. 110.*

357. *CONSENSUS REGIS BOHEMIAE. 1297. Aug. 23.*

Eiusdem tabularii autographon contulimus. Pendet sigillum bilaterale laesum loro membranaceo. Cf. Reg. imp. VI, 1787. *(P. deest.)*

Nos Wencezlaus Dei gracia rex Boemie, dux Cracovie et[a] Sandomerie ac marchio Moravie sacrique Romani imperii princeps et pincerna notum facimus universis harum seriem inspecturis, quod nos composicioni seu ordinacioni, facte olim per dive memorie dominum Rudolphum Romanorum regem illustrem, dominum et socerum nostrum karissimum, cum nobili viro Henrico comite de Furstenberk super opidis Vilingen et Hasela cum eorum attinenciis, super quibus inter predictos regem et comitem questio vertebatur, prout in litteris ipsius regis inde confectis[1] plenius contineri dicitur, nostrum benigne prestamus assensum, maxime cum composicio seu ordinacio predicta iuramento, quod rex ipse super bonis imperii non alienandis prestitit, nullum preiudicium afferre seu generare dicatur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. in Cadano, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, X. Kal. Septembr., decime indiccionis, regni nostri anno primo.

---

358. 359. APPROBATIO COMMISSIONIS VICARIATUS IN TUSCIA.

1283. Mai. 28. — Nov. 5.

358. *INSTRUMENTUM VICARII GENERALIS. Mai. 28.*

Transsumtum coaevum tabularii regii Florentini 'Prov. San Miniato', quod iam supra ad nr. 265 adhibuimus, de quo cf. ibidem, denuo contulit vir cl. Holder-Egger. De ratione cf. Reg. imp. VI, 1802. *(P. deest.)*

In Christi nomine.

Universis et singulis imperii fidelibus notum sit per presens instrumentum publicum nostro sigillo munitum, quod nos Rudolfus imperialis aule cancellarius et in Tuscia vicarius generalis et nuntius et procurator et administrator bonorum et iurium imperii et serenissimi domini Rudolfi Dei gratia Romanorum regis semper augusti in provincia Tuscie facimus et constituimus nobilem virum dominum Dietalmum de Guttingen, dilectum consanguineum nostrum, vicarium, procuratorem et nuntium imperii et predicti domini regis et nostrum in provincia Tuscie et specialiter in terra Sancti Miniatis et in terra Ficecchii et in terra Sancte Crucis et castri Franci et districtu eorum et ad petenda et exigenda ipsa bona et iura imperii et in iudicio et extra iudicium et ad redditus et proventus imperii petendos et exigendos per totam provinciam Tuscie et ad libellos dandos et ad lites contestandas et ad testes producendos et ad instrumenta producenda et ad positiones faciendas et responsiones et ad sententias audiendas et ad appellandum et iurandum de calumpnia et ad prestandum cuiuslibet generis iuramentum in anima

357. a) *ab hoc verbo mutato stilo or.*

1) *Supra nr. 355.*

nostra et ad bampna imponenda et exigenda et ad sententias ferendas et ad appellationes recipiendas et cognoscendum de appellationibus et ad omnia generaliter et specialiter, que in predictis et circa predicta fuerint necessaria, utilia seu opportuna, et ad omnia etiam et singula, in quibus mandatum requiritur speciale, et ad omnia generaliter et specialiter, ad que nos a predicto domino rege fuimus constituti et ordinati, ut ipse dominus Diethalmus omnia et singula possit facere, agere et experiri, que nos facere possemus, si essemus in provincia Tuscie constituti. Damus ei etiam potestatem constituendi procuratorem et procuratores ad administrandum et agendum et defendendum etiam ante litem contestatam. Et quicquid dictus vicarius, sindicus, procurator, actor, nuntius et administrator et constitutus seu constituti ab eo fecerint, nos tibi Petro infrascripto notario, stipulanti vice et nomine dicti vicarii et omnium quorum interest, nos et ipsum dominum regem firmum et ratum habituros promittimus sub obligatione omnium bonorum imperii et predicti domini regis et nostrorum. Et ad maiorem firmitatem et plenum robur presens instrumentum sigilli nostri pendentis[a] munimine fecimus roborari.

Actum in arce Sancti Miniatis, presentibus hiis rogatis testibus, scilicet honorabilibus viris domino Iohanne preposito Turicensi, domino Guidone de Suczaria, domino Rugerio Rubeo de Adimariis de Florentia vicario Ficecchii, Iohanne Iacobini de Alfanis de Florentia, domino Tolomeo de Silva iudice de Sancto Miniate et Alcherolo Palastra de Sancto Miniate et multis aliis. In anno Domini MCCLXXXIII, indictione XI, mense Maii, die XXVIII.

359. *LITTERAE REGIS.* *Nov. 5.*

Ex eodem transsumto iam olim descripsit Ficker. Denuo contulit Holder-Egger. Orthographiam in minutiis mutavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1802. (P. deest.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis nobilibus, civitatibus, oppidis, villis, castris et eorum rectoribus ceterisque omnibus suis et imperii Romani fidelibus per Tusciam presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Vestre laudande devotionis prestantiam et fidei puritatem, quibus nobis et imperio semper grate signa constantie demonstrastis, alto laudum preconio attollentes, vobis omnibus et singulis presentibus cupimus esse notum, quod nos commissionem factam nobili viro Dithelmo de Guttingen, dilecto fideli nostro, per honorabilem virum R(udolfum) curie nostre cancellarium predilectum ratam habemus et gratam et eam approbamus ac presentis scripti patrocinio confirmamus. Unde fidelitatem vestram rogamus plenissimo cum affectu, regia nichilominus vobis auctoritate mandantes, quatinus sibi parere fideliter et devote intendere pro nostra reverentia studeatis iuxta continentiam litterarum, quas dictus cancellarius noster sibi noscitur tradidisse. Ob hoc enim vestris utilitatibus tam favorabiliter intendemus, quod nostre gratie plenitudinem sentietis.

Dat. in castris ante Paterniacum, Non. Novenbr., regni nostri anno XI.

358. a) *sub textu eadem manu suppletum tr.*

360. SENTENTIA DE CASSANDIS OBLIGATIONIBUS VI OBTENTIS.

1283. Aug. 23.

Cum autographon contra ea, quae in Regestis imperii notantur, teste praefecto tabularii Vindobonensis non iam supersit, proponimus ex B *codice privilegiorum regni Bohemiae a. 1547. scripto, Ms. 193 fol. 13', cuius exemplar eodem praefecto iubente benivole nobiscum communicatum est, et* P *codice bibliothecae universitatis Pragensis I. C. 24 saec. XV. fol. 344, quem contulit socius noster F. Schneider. Orthographiam in minutiis ad modum cancellariae Rudolfinae posuimus. Cf. etiam sententiam supra nr. 103 et H. Siegel 'Das erzwungene Versprechen' (= 'Wiener Sitzungsberichte' 128 p. 13—16). — Böhmer, Reg. imp. VI, 1799. (P. 444.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod nobis iudicio presidentibus in vigilia beati Bartholomei apostoli apud Friburgum in Otlandia nuncii illustris Wenczlai[a] regis Boem(ie) nostram celsitudinem accesserunt cum instancia postulantes, ut per sentenciam vellemus inquirere: utrum princeps aliquis vel alius cuiuscumque condicionis vi vel metu inductus expers proprie libertatis fideiussionibus, stipulacionibus vel quibuscumque aliis obligacionibus se posset constringere vel artare, ita quod in posterum super huiusmodi obligacionibus sic extortis posset impeti vel aliquatenus conveniri tanquam efficaciter obligatus. Quod ad instanciam dictorum nunciorum per sentenciam postulavimus[b] diffiniri et sentenciatum extitit a principibus, comitibus, nobilibus et aliis imperii fidelibus, qui ipsi iudicio presentes aderant: quod princeps vel quilibet alius[c] ad ea, que vi metuve coactus promitteret vel quibuscumque pactis obligatoriis se astringeret, factus sui compos nullatenus teneretur et tales pactiones obligatorie qualescumque censende forent irrite penitus et inanes. (2) Qua vero sentencia nostra approbacione sequente prolata, predicti nuncii ad speciem descendentes nostro culmini supplicarunt: si inclitus Wenczlaus[a] heres regni Boemie prenotatus, quem illustris Otto marchio de Brandemburg aliquo tempore contra propriam detinuit voluntatem, deinde fretus propria libertate ad complecionem illorum pactorum taliter extortorum atque consummacionem obligacionum quarumcumque, sub quibus eidem marchioni pro viginti milibus marcharum obligavit civitatem Sitavie[d] et castrum Ronawe[e] cum eorum pertinenciis, castrum Scharfinstein[f] et civitatem cum omnibus aliis attinenciis, castrum Bezdez[g] cum suis pertinenciis, castrum Deczem[h] cum suis pertinenciis, civitatem Uzk et castrum cum eorum attinenciis, civitatem Brucks[i] et castrum cum eorum pertinenciis necnon castrum Svadowe[k] cum suis pertinenciis universis, sub quibus eciam promissionibus taliter extortis ipsi marchioni pro duobus milibus marcharum fideiussores per modum extorsionis coactus posuit, et pro quinque milibus marcharum, quas se daturum promisit, aliqualiter teneatur; maxime cum inter nos et dictum marchionem, cum eius cure antedictum heredem Boemie cum suo regno usque ad certum tempus committeremus, intercessit certa convencio digna in suo robore observari, videlicet quod exspirante certo tempore, quod convencioni adiectum fuerat, prenominatum heredem regni Boemie una cum suo regno sine quolibet dampno vel

360. a) W. *P.* b) post. per sent. *P.* c) alius quil. *P.* d) Sittavie *P.* e) Ronaw *P.* f) Harfenstein *P.* g) Besdes *P.* h) Deczin *P.* i) Brux *P.* k) Snadowe *B;* Gnadowe *P.*

dispendio vel quantalibet iniuria sine peticione quarumlibet expensarum iuxta legem convencionis restitueret pleno iure, cuius tamen convencionis legibus dictus marchio obvians, minus iuste pactiones, obligaciones, fideiussiones extorquens indebite que promisit penitus violavit atque singula superius expressa, principes, comites et nobiles, qui in eodem aderant iudicio, per nos requisiti sentenciando protulerunt: quod sepedictus heres regni Boemie ad complecionem dictorum pactorum, promissionum, fideiussionum necnon quarumcumque obligacionum ab eo taliter extortarum per dictum marchionem nullatenus sit astrictus, sed a predictis omnino per sentenciam debeat liberari et utique penitus absolvi, obligaciones eciam[l] dictorum bonorum, promissiones, fideiussiones ipso iure nulle debent pro cassis et irritis estimari. Unde nos videntes et provida meditacione pensantes ipsam sentenciam de bono et equo iure subnixam, eam auctoritate regia approbantes obligaciones dictorum bonorum seu pignorum, fideiussiones, promissiones, prout superius expressum existit, cum contra ius et equum sint extorte a dicto marchione in dicti heredis preiudicium ac gravamen[m], per sentenciam prout coram nobis extitit sentenciatum irritantes, fideiussores a suis promissionibus absolventes, cives, burgenses et alios quoscumque homines dictorum castrorum, oppidorum seu civitatum a sacramentis seu promissionibus dicto marchioni ad mandatum dicti heredis vel alio quocumque modo prestitis eciam absolvendo, mandamus vobis universis et singulis, quatinus ipsum heredem regni Boemie, quem mediante dicta sentencia ab obligacione dictorum bonorum et aliis pactis, fideiussionibus cum fideiussoribus datis absolvimus et denunciamus absolutum, a predictis omnibus et singulis dicto modo prestitis habeatis penitus absolutum, scientes eum ad perfectionem seu consumacionem dictarum obligationum aliqualiter non teneri. Testes qui premisse sentencie interfuerunt sunt: venerabiles C. Argent(inensis), H. Basiliensis episcopi, Rud. aule nostre cancellarius, nobiles viri H. marchio de Hahperch[n], F. burggravius de Nurnberg[o], Al. de Hohenberg[p], Eg. de Furstenberg[q] comites, de Nifin[r], B. de Geroldsecke[s] nobiles et alii quam plures.

Datum et actum Friburgi in Otlandia, X. Kal. Septembris, indictione XI, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio[t], regni vero nostri anno decimo.

---

361. MANDATUM DE CURIA ET OBSERVANTIA PACIS GENERALIS.

1284. Mart. 8.

Autographon tabularii civitatis Lubecensibus 'Trese Caesarea' nr. 26 denuo descripsit vir d. Bruns. Sigillum, quo clausum erat mandatum, parum laesum est. Inscriptio est haec: Prudentibus viris consulibus et universis civibus Lubicensibus dilectis nostris fidelibus. *Cf. supra nr. 330–332. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1818.* *(P. 445.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris advocato, consulibus et universis civibus Lubicensibus fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

360. l) et *B.* m) aggravamen *uno ductu scriptum B.* n) Habchspurg *P.* o) Nuremberg *P.* p) Hoemberg *P.* q) Furstemberg *P.* r) Niffin *P.* s) Geroltsecke *P.* t) MCCLXXXIII *P.*

Noscat vestra fidelitas, quod nos de principum et fidelium nostrorum consilio solempnem curiam celebrandam apud Nûrinberg duximus revocandam et generalem exercitum instaurandum, considerantes hec magis observacioni generalis pacis proficere Iun. 24. quam curiam supradictam. Expedicio eciam dicti exercitus erit in festo beati Iohannis Baptiste proximo nunc venturo. Ceterum fidelitatem vestram seriose requirimus et hortamur, quatinus ad observanciam pacis predicte vestra fidelitas se habilitet et disponat. Nam quicunque se pacis ipsius turbatores ostenderent, nos amatores eiusdem contra eosdem vellemus prosequi auxilio et favore.

Datum apud Brisacum, VIII. Idus Marcii, regni nostri anno undecimo.

---

362. CONSTITUTIO VICARII GENERALIS IN TUSCIA.

1284. Mai. 1.

Denuo contulimus codicem bibliothecae oppidi Valenciennes 784 (584) fol. 66, ubi invenimus cum rubro: De terra Thucie. *Textus manu fere coaeva cancellatus est itaque in tabula documentorum codici adiecta haec constitutio non registratur*[1]. *Quo redeunt omnes editiones. Est hic codex 'Hasnoniense cartarium dominorum de Avesnis', quod adhibuit Martenius; itemque in libro 'De vera civitatis Florentinae libertate', e quo Lamius documentum proposuit, ex ipsa editione Marteniana sumptum est.*

Quae concordant supra cum nr. 265, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1827. *(P. deest.)*

Rudelphus[2] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliarum ecclesiarum prelatis, principibus, nobilibus, comitibus, civitatibus, communitatibus, universitatibus, oppidis, castris et villis et personis singularibus quibuscunque in partibus Tuscie constitutis gratiam suam et omne bonum.

(1) Commissiones seu procurationes quascunque honorabili viro Rudelpho[2] electo Salzburgensis ecclesie imperialis aule cancellario in bonis, possessionibus, redditibus, proventibus, civitatibus, castris, munitionibus, iurisdictionibus necnon in aliis, in quibus mandatum requiritur speciale, de terra Tuscie per nos factis in omnibus suis articulis expressius revocantes, ad noticiam vestram cupimus pervenire, quod nos spectabilem virum Iohannem de Avesnis comitem Hayn(onie) fidelem et familiarem nostrum dilectum constituimus, facimus et ordinamus nostrum et Romani imperii in partibus Tuscie vicarium generalem et insuper procuratorem et nuncium nostrum ad exigendum, petendum et recipiendum nostro et eiusdem imperii nomine fidelitatis, homagii et servitii nobis debiti sacramenta, a quibuscunque personis vel locis nobis in eisdem partibus Tuscie eadem debeantur. (2) Et ad petenda et recipienda bona*, possessiones, redditus*, proventus, civitates, castra, munitiones, iurisdictiones et iura, quocunque nomine censeantur, in eisdem partibus Tuscie pertinentia ad nos et imperium supradictum, et ad ordinandum et disponendum de ipsis*, quicquid sibi videbitur expedire. (3) Et iudices et officiales constituendum in negotiis et causis quibuscunque, sicut nos ipsi eosdem

1) *Cf. 'Catalogue général des manuscrits. Départements' XXV, 472 et Mangeart 'Catalogue des manuscrits de Valenciennes' p. 706—712, qui tabulam documentorum codici adiectam prelo dedit.* 2) *Cf. supra p. 12 lin. 16.*

constituere possemus, si presentes essemus, et ad statuendum, tractandum et faciendum in predictis partibus Tuscie omnia et singula, que verus et legitimus vicarius, procurator et nuntius plenum mandatum et liberam administrandi potestatem habens a nobis facere potest et debet de consuetudine vel de iure, in illis etiam casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. (4) Sententias etiam, banna[a], penas et multas tam in causis criminalibus quam pecuniariis et aliis quibuscunque, quas idem vel constituti ab eo iudices, officiales vel executores tulerint, imposuerint vel exegerint, ratas habebimus et faciemus Domino concedente inviolabiliter observari. (5) Damus preterea predicto comiti plenam et liberam potestatem et speciale mandatum, rebelles et indevotos, si quos quod avertat[b] Altissimus in partibus Tuscie repererit, qualiscunque conditionis extiterint, privandi feodis, castris, terris, gratiis, libertatibus, districtibus, privilegiis, iuribus et iurisdictionibus quibuscunque, quos, quas vel que iidem tenere ab imperio dinoscuntur[c]. (6) Nos quoque gratum, ratum et acceptum habebimus, quicquid per dictum vicarium, procuratorem et nuntium nostrum* actum et gestum, statutum, iudicatum et ordinatum fuerit in premissis et circa premissa vel quodlibet premissorum.

In cuius rei testimonum presentes litteras fieri et pendenti sigillo nostre regie maiestatis in evidens testimonium precepimus communiri.

Datum Friburgi, Kal. Maii, indictione XII, anno Domini MCCLXXX quarto, regni vero nostri anno undecimo.

---

363. SENTENTIA DE IURE ACTIONIS PROSCRIPTORUM.

1284. Aug. 25.

Autographon tabularii civitatis Spirensis nr. 12 denuo descripsimus. Sigillum desideratur. In verso legitur: R. est. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1856.* *(P. deest.)*

Nos Rud(olfus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium ad universorum imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nobis pro tribunali sedentibus in vigilia beati Bartholomei apostoli nunc[a] preterita apud Sûnnesheim Aug. 23.
quesitum extitit per sentenciam: si aliquis ab aliqua civitate suis privatus iuribus alium vel alios in aliqua causa inpetere valeat vel querelam contra eum vel eos deponere aut in iudicium evocare. Et sentenciatum fuit ibidem omnium astancium applaudente consensu: quod non, et quod per scultetum, qui tunc temporis prefuit, quo idem suis iuribus privabatur, aut per consules civitatis vel eorum litteras aut per aliorum fidedignorum testimonium vel per alia quecunque legittima documenta probari[b] debeat, predictum suis esse privatum iuribus et probacione facta huiusmodi is suis privatus iuribus non possit de aliquo querelari vel contra quemquam agere vel aliquem in iudicium evocare. Presencium testimonio litterarum.

Datum Helicprunne, VIII. Kal. Sept., ind. XII, anno Domini MCCLXXXIIII, regni vero nostri anno XI.

---

362. a) bona *c.* b) advertat *c.; cf. nr. 265.* c) disnoscuntur *c.*

363. a) nū *or.* b) prabari *or.*

364. MANDATUM DE CIVIBUS A IUDICE CURIAE NON IUDICANDIS.

1285. Iun. 26.

Supersunt tria autographa, quae sunt: M *exemplar Moguntinum tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 94½ signatum, quod descripsit Herre; pendet sigillum filis sericis;* S *tabularii civitatis Spirensis nr. 15, quod edidit Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' 113 nr. 152; pendet sigillum laesum;* W *tabularii civitatis Wormatiensis, quod edidit Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 274 nr. 419; sigillum laesum pendet filis sericis rubri et flavi coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1918. 1917. 1916. (P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod nos ob fidem inpermutabilem et preclare devocionis memorandam constanciam

M.	*S. W.*
quibus prudentes viri . . cives Maguntinenses dilecti nostri fideles nos et imperium iugiter venerantur,	prudentum virorum . . civium Spirensium[a], quibus nos et imperium sunt iugibus obsequiis prosecuti,

nobili viro . . iudici curie nostre inhibuimus et presentibus inhibemus, quod de eisdem civibus Maguntinensibus[b] vel eorum aliquo[c] nulli iudicet conquerenti, set volentes de eisdem civibus vel eorum aliquo querelari ad nos eosdem dictus iudex debet transmittere et nos eos ad civitatem Maguntinensem[d] remittemus amore vel iusticia complanandos. Quod si ibidem factum non fuerit, nos utrique parti exhibebimus[e] iusticie complementum. Dantes eis has nostras litteras in testimonium super eo.

Datum Maguncie, VI. Kal. Iulii, indictione XIII, anno Domini MCLXXX quinto, regni vero nostri anno duodecimo.

---

365. 366. SENTENTIAE PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1285. Iun. 28.—Iul. 7.

365. *SENTENTIA DE PROCURATORE SUBSTITUENDO. Iun. 28.*

Repetimus editionem, quam ex Gelenii 'Farraginibus diplomaticis' in tabulario Coloniensis civitatis asservatis II, 103 paravit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Gesch. des Niederrheins' II, 476 nr. 865. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1919. (P. deest.)

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nobis apud Maguntiam feria quinta, videlicet vigilia

364. [a]) Wormaciensium *W.* [b]) Spirensibus *S;* Wormaciensibus *W.* [c]) vel eorum aliquo *desunt S. W.* [d]) Spirensem *S;* Wormaciensem *W.* [e]) exhibere tenebimur *S.*

apostolorum Petri et Pauli, pro tribunali sedentibus ex parte venerabilis Sifridi Coloniensis archiepiscopi, principis nostri reverendissimi, quesitum extitit coram nobis: quod cum ipse diei, quam civibus Nussiensibus prefixerat, propter impedimenta legitima nostra et imperii, quibus ad presens utiliter occupatur, non valeat personaliter interesse, si alium substituere valeat loco sui. Et fuit sententiatum a principibus, comitibus, nobilibus, baronibus et aliis nostris et imperii fidelibus, qui presentes aderant, quod loco sui posset alium subrogare. Quam sententiam utpote rationabilem approbantes, eam presentium litterarum testimonio confirmamus.

Datum Maguntie, die predicto, indictione XIII, anno Domini MCCLXXX quinto, regni vero nostri anno XII.

366. *SENTENTIA DE CIVIBUS NUSSIENSIBUS PUNIENDIS.* *Iul. 7.*

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis denuo contulimus. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1921. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod nobis pro tribunali sedentibus prope Wetflariam in castris ad instantiam venerabilis S. Coloniensis archiepiscopi principis nostri karissimi quesitum fuit per sentenciam in presentia principum et aliorum nostrorum fidelium: qua pena opidani de Nuzia plectendi existerent, qui ipsum admittere et intromittere clausis portis et ianuis rennuerunt, ne de viro illo, qui se imperatorem finxit dum viveret et qui de falsitate convictus et heresi igne meruit concremari, iuditium et iusticiam excerceret. Et senteneiatum fuit communiter et obtentum, annuentibus omnibus principibus, comitibus, nobilibus et nostris fidelibus universis qui fuere presentes, quod ipsi opidani eandem penam et delictum consimile incidissent, quod ille incidit quem fovebant, et quod in suis iuribus, libertatibus et gratiis privandis vel etiam conservandis ab ipso Coloniensi archiepiscopo gratie ipsius archiepiscopi se submittere teneantur, quam gratiam ex plenitudine nostre potestatis regie sibi concedimus, predictam sententiam benivole confirmantes presentium testimonio litterarum.

Datum in castris ante Wetflariam, Non. Iulii, ind. XIII, anno Domini MCCLXXXV, regni vero nostri anno XII.

---

367. RECEPTIO FAMILIARIS IN PROTECTIONEM IMPERII SPECIALEM.

1285. Iul. 12.

Autographon huius mandati hucusque ineditum, quod asservatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 2 nr. 20' signatum, a. 1903. descripsimus. Scriptum est in cancellaria regis. Sigillum iam deest, quod olim pendebat loro membranaceo. Cf. supra ad nr. 310—329. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1923. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Spectabilis vir Ludewicus comes Sabaudie fidelis noster dilectus nuper apud Maguneiam nos accessit et cum diligencia nostre celsitudini supplicavit, ut ipsum in servitorem et familiarem nostrum recipere dignaremur. Nos autem videntes prelucide affectum suum purissimum et fidei puritatem, quibus nos prosequitur incessanter, et volentes obinde[a] sibi in omnibus suis desideriis placide conplacere, ipsum in nostrum familiarem recipimus hilariter et benigne ac in protectionem nostram et eiusdem imperii specialem. Et quia idem comes nobis bona fide promisit suum servicium fideliter exhibere, nos sibi tanquam ei, quem in specialem nostrum familiarem et protectionem suscepimus, promisimus vice versa, quod sibi, sicut fideli nostro tenemur merito, consilio et auxilio fideliter assistemus et ipsum defendemus ac manutenebimus contra iniuriatores et quoslibet turbatores. Et quia multa debent inmunitate fulciri hii, qui sunt regie familiaritatis participes, vobis universis et singulis damus hoc edicto regio firmiter in mandatis, quatinus ipsum comitem contra nostre protectionis tenorem non presumatis aliqualiter perturbare, sed nos in ipso specialiter honoretis, si nostram indignacionem volueritis evitare. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus conmuniri.

Datum Maguncie, IIII. Idus Iulii, indictione XIII, anno Domini MCCLXXX quinto, regni vero nostri anno duodecimo.

---

368. SENTENTIA CONTRA FALSATORES MONETAE.

1285. Iul. 13.

368a. *SENTENTIA.*

Autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Churcöln 305' iterum contulimus. Scriptum est in cancellaria regis. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1924. *(P. 446.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Presidentibus nobis iudicio in die beate Margarete virginis proxime nunc preterita apud Maguneiam quesitum fuit per sentenciam a principibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus et aliis nostris fidelibus universis qui presentes aderant: qua pena puniri debeant falsarii qui falsam monetam cudunt et faciunt, ac hii qui per eandem monetam exercent commercia vel ipsam ex certa sciencia conservant, vel domini per quos predicti in suis municionibus confoventur. Et sentenciatum extitit eorundem principum tam spiritualium quam secularium, comitum, nobilium ac omnium nostrorum fidelium qui ibidem fuerunt applaudente consensu: quod falsarius falsam monetam cudens vel fabricans, si deprehensus fuerit, sit decoctionis pena plectendus. Et illi, qui cum eadem moneta scienter exercet commercia vel ipsam conservat ex certa

367. a) o *corr. ex* s *or.*

sciencia, manus debeat amputari. Dominus vero huiusmodi falsarios[a] in suis municionibus confovens vel conservans sicut ipse falsarius debet consimili pena puniri. Nos autem ipsam sentenciam approbantes vobis universis et singulis damus hoc edicto regio firmiter in preceptis, quatinus eandem sentenciam inviolabiliter observetis. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Maguncie, die predicto, anno Domini MCCLXXX quinto, regni vero nostri anno duodecimo.

368b. *MANDATUM FIDELIBUS DIRECTUM.*

Quattuor autographa eiusdem tabularii descripsimus, quibus sigillum cereum a dorso impressum est. 1 *et* 2 *eadem manu,* 3 *et* 4 *alia sed eadem manu in cancellaria regis scripta sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1925.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili . . Leodiensi episcopo principi suo dilecto[a] graciam suam et omne bonum.

Presidentibus nobis iudicio in die beate Margarete virginis proxime nunc preterita apud Magunciam quesitum fuit per sentenciam a principibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus et aliis nostris fidelibus universis qui presentes aderant: qua pena puniri debeant falsarii qui falsam monetam cudunt et faciunt, ac hii qui per eandem monetam exercent commercia vel ipsam ex certa sciencia conservant, vel domini per quos predicti in suis municionibus confoventur. Et sentenciatum extitit eorumdem[b] principum tam spiritualium quam secularium[c], comitum, nobilium ac omnium nostrorum fidelium qui ibidem affuerunt[d] applaudente consensu: quod falsarius falsam monetam cudens vel fabricans, si deprehensus fuerit, sit decoccionis[e] pena plectendus. Et illi, qui cum eadem moneta scienter exercet conmercia vel ipsam conservat ex certa sciencia, manus debeat amputari. Dominus vero huiusmodi falsarios in suis municionibus confovens vel conservans sicut ipse falsarius debet consimili pena puniri. Nos autem ipsam sentenciam approbantes sinceritati[f] tue firmiter et districte precipiendo mandamus, quatinus monetam in tuis districtibus et alibi cudi non facias de cetero nec falsarios foveas vel conserves sicut penam predictam et indignacionem regiam volueris evitare.

Datum[g] Maguncie, die predicto, regni nostri anno XII.

368a. a) falfarios *or.*

368b. a) *loco* venerabili—dilecto 2: honorabili viro Walramo preposito Aquensi capellano suo dilecto; 3: nobili viro Th. de Hensberg fideli suo dilecto; 4: nobili viro W. de Vronze fideli suo dilecto. b) eorundem 2. 3. 4. c) ecclarium 1. d) fuerunt 2. 4. e) decoctionis 2. f) fidelitati 2. 3. 4. g) Dat. 3. 4.

369—372. LEGATIO AD HONORIUM IV. PAPAM.

1285. Nov. 22.—1286. Apr. 17.

369. *PROCURATORIUM DE CORONATIONE IMPERIALI.* *1285. Nov. 22.*

Denuo contulimus autographon tabularii secreti Vaticani Arm. I c. 5 nr. 11[1]. *Pendet sigillum laesum. Cf. litteras pontificis regi directas Reg. imp. VI, 1930 et infra nr. 376. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1949.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in christo patri domino Honorio divina providencia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus cum filialis obedicionis et reverencie promptitudine devotissima pedum oscula beatorum.

Quia de fide sincera et devocione purissima honorabilium virorum magistrorum Leupoldi de Wiltdingin[2], Willehelmi de Belloforti et Petri prepositi et electi ecclesie Maguntine capellani nostri dilecti ac strennui viri Marquardi de Yfendal familiarium nostrorum dilectorum, quam in ipsis laudabilibus et preclaris operibus sumus experti multociens fructuose et cottidie experimur, pre ceteris fiduciam gerimus ampliorem, ipsos, quibus secreta cordis nostri apperuimus, ad beatitudinis vestre pedes fiducialiter destinamus. Dantes eis auctoritatem plenariam et liberam potestatem ac speciale mandatum petendi, impetrandi et acceptandi diem nobis de vestra paterna providencia prefigendum pro suscipiendo de vestris sacrosanctis manibus imperiali dyademate et imponenda nobis corona cesaree dignitatis, et iurandi in animam nostram super observacione omnium illorum, que circa premissa ab eisdem vestra reverenda paternitas duxerit requirenda. Ratum et gratum habituri, quicquid predicti acceptaverint, ordinaverint seu fecerint in premissis. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Lausanne, X. Kal. Decembris, indiccione XIIII, anno Domini MCCLXXX quinto, regni vero nostri anno XIII.

370. *PROCURATORIUM DE SUBSIDIO PECUNIARIO. 1285. Nov. 22.*

Item ex Arm. I c. 5 nr. 12[3]. *Sigillum desideratur. Partim concordat cum procuratorio nr. 369. Cf. infra nr. 377. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1950.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio divina providencia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus cum filialis obedicionis et reverencie promptitudine devotissima pedum oscula beatorum.

Quia de fide sincera et devocione purissima honorabilium virorum Petri prepositi et electi ecclesie Moguntine capellani nostri, magistrorum Leupoldi de Wiltdingin et Willehelmi de Belloforti ac strennui viri Marquardi de Ifendal militis familiarium nostrorum dilectorum, quam in ipsis laudabilibus et preclaris operibus sumus experti multociens fructuose et cottidie experimur, pre ceteris fiduciam gerimus ampliorem, ipsos, quibus secreta cordis nostri sunt congnita, ad beatitudinis vestre pedes fiducialiter destinamus. Dantes eis auctoritatem plenariam et liberam potestatem ac

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 49.* 2) *Cf. Reg. imp. VI, 2093.* 3) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 50.*

speciale mandatum requirendi et acceptandi subsidium pecuniarium vel quocumque nomine censeatur pro votivis nostris processibus ad suscipiendum de vestris sacrosanctis manibus Romani imperii dyadema et coronam cesaree dignitatis, necnon promittendi et omnia faciendi, que in peticione predicti subsidii requiruntur, ac obligandi nos et in animam nostram si necesse fuerit iurandi ad observacionem omnium, que racione memorati subsidii ab ipsis vestra paternitas duxerit requirenda, necnon faciendi et perficiendi omnia, que personaliter possemus facere, si presentes essemus. Ratum et gratum habituri, quicquid iidem acceptaverint, promiserint seu fecerint in premissis. Presentium testimonio litterarum.

Datum Lausanne, X. Kal. Decembris, indiccione XIIII, anno Domini MCCLXXX quinto, regni vero nostri anno XIII.

371. *CONSTITUTIO VICARII GENERALIS IN TUSCIA. 1285. Nov. 22.*

Dedit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 485 nr. 482 ex transsumto a. 1286. Iul. 2. facto, qui Senis in tabulario regio asservatur. Denuo a. 1903. contulimus. V. supra nr. 362 et infra nr. 378 itemque ea quae in Regestis imperii exponuntur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1951. (P. deest.)

Rodolfus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus per Tuscia[m] constitutis et ad eandem pertinentibus gratiam suam et omne bonum.

(1) Consopitis undique bellice tempestatis erroribus et in redivive iocunditatis et pacis statum floridum Domino suffragante reductis per Germaniam universis, versus Tusciam veluti ad ortum imperii specialem, in quo dive memorie imperatores et reges Romanorum illustres predecessores nostri consueverant fructus suavis delectationis[a] decerpere, aciem mentis nostre dirigimus, cura pervigili meditando[1], qualiter eidem de vicario provideamus ydoneo, per quem ibidem ad honorem sancte matris ecclesie, cuius devotionem cum humilitate qualibet ex debito profitemur, et ad honorem sacri Romani imperii pax et iustitia se mutuis constringant amplexibus et via nobis salubriter preparetur, qua feliciter procedamus ad suscipiendum Romani imperii diadema. (2) Sane cum honorabilis vir dominus Percivallus de Lavania[b] domini pape subdiaconus et capellanus continuatis legalitatis operibus insignia semper pure devotionis pretenderit et ex parte fidei sue prestantia nobis dederit de ipso gerere fiduciam specialem, nos ex preteritis industrie sue gestis pro futuris verisimiliter presumentes, quod ad honorem matris ecclesie prenotate, ad decus Romani imperii nec[non] ad augmentum pacis et tranquilitatis reipublice christiane ipsi certe preesse debeat sic, ut prosit[2], ipsum ipsi terre Tuscie preficimus et in ea constituimus nostrum vicarium generalem. (3) Dantes ei auctoritatem plenariam et spetialem ac liberam potestatem, civitates, oppida, villas, castra et loca cetera, possessiones et iura repetendi, deinceps futuros census, redditus et obventiones universas sacri imperii antedicti, a quibuscunque et ubicunque locorum per terram Tuscie memoratam vel alibi detineantur, requirendi per se vel alios et ab ipsis detemptoribus revocandi, corporalem in hiis possessionem per se vel alium naciscendi, fidelitatis debitum recipiendi et omnia, que ex obtenta consuetudine et iure competunt, animadvertendi in facinorosos[3], iurisdictiones, iudicium et iusticiam exercendi, penas imponendi, causas criminales vel civiles determinandi, rebelles in

371. a) dilectionis *tr.* b) Launia *tr.*

1) *Cf. arengas constitutionum supra nr. 100 et 266.* 2) *Cf. supra nr. 93 et 266.* 3) *Dig. II, 1. 3.*

hiis ac iussionibus suis licitis o[b]viantes cohercendi penis ac bannis pro arbitrio voluntatis vice nostra regia contumacibus, pro[ut] expedire viderit, imponendis, ceteraque circa premissa et universa et singula faciendi, ordinandi et disponendi, que celsitudini nostre et imperio viderit expedire. (4) Nam ipsum maiestatis nostre vicarium in premissis administrationem generalem et liberam volumus obtinere, sibi merum et mistum imperium [1] concedendo, ratum et gratum habentes, quicquid in prescriptis per eundem et cum eodem nostro vicario gestum, dispositum, factum fuerit ac etiam ordinatum. Ita tamen, quod ipse dictas civitates, oppida, castra, villas et loca cetera, possessiones et iura ac alia omnia expressa superius necnon memoratum vicariatus officium nobis et imperio libere et restituere et resignare debeat, quandocunque per nos vel successores nostros vel nostros certos nuncios fuerit requisitus. (5) Quocirca universis vobis et singulis tam nobilibus quam plebeis damus firmiter in mandatis, quatinus eidem domino Perzivallo tanquam nostro vicario studeatis fideliter et devote intendere et in omnibus obedire, sic quod in ipso nostra maiestas regia specialiter honoretur. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Lausanne, X. Kal. Decembris, indictione XIIII, anno Domini millesimo CCLXXXV, regni vero nostri anno XIII.

372. *MANDATUM HONORII IV. PAPAE TUSCIS MISSUM. 1286. Apr. 17.*

Item apud Ficker l. c. 488 nr. 484 ex eadem membrana ut nr. 371, quam denuo contulimus. Quae concordant supra cum nr. 267, typis minoribus excudenda curavimus. (P. deest.)

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nobilibus viris universis marchionibus, comitibus et aliis magnatibus necnon potestatibus, capitaneis cunctisque rectoribus, consiliariis ac universitatibus civitatum, castrorum ac aliorum locorum ceterisque per partes Tuscie imperio Romano subiectis salutem et apostolicam benedictionem.

Ad statum Romani imperii feliciter conservandum karissimus in Christo filius noster Rodulfus rex Romanorum illustris [a] diligenter intendens operose sollicitudinis studium exhibet curamque tribuit vigilantem, ut subiecti sibi populi, maxime in Tuscie partibus constituti, submotis obstaculis et impedimentis quibuslibet profligatis, pacis stabilis commodis, regis pacifici potentia cohoperante, tripudient ac sedula observatione iusticie gratulentur. Cum itaque regis memorati serenitas [b] circa statum vestrum pacificum et quietum intenta sollicite dilectum filium Perzivallum de Lavania subdiaconum et capellanum nostrum, quem ob suorum exigenciam meritorum benivolencia prosequimur speciali, suum in predictis Tuscie partibus generalem vicarium duxerit ordinandum, prout in ipsius regis litteris dicitur plenius contineri [2], universitatem vestram monemus, rogamus et ortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus pro apostolice sedis reverencia prefatum vicarium studeatis devote recipere ipsumque, prout tanti principis vicarium condecet, honorificencia condigna tractare, ipsius monitis et mandatis intendentes ac obedientes humiliter, ut debetis, sic vos in hoc efficaciter habituri, ut exinde vestre devocionis sinceritas clarius elucescat dictusque vicarius commissum sibi officium liberius et utilius exequatur. Nos enim nichi[l]hominus dilecto filio magistro Petro de Piperno canonico Suessionensi damus nostris litteris in mandatis [3], ut vos ad id ex parte nostra moneat efficaciter et inducat.

Dat. Rome, apud Sanctam Sabinam, XV. Kal. Maii, pontificatus nostri anno primo.

---

372. a) illustrix *tr.* b) serennitas *tr.*

1) *Dig. II, 1, 3.* 2) *Supra nr. 371.* 3) *Hoc mandatum, quod mutatis mutandis cum nr. 372 concordat, eadem membrana continetur, ut nr. 371. 372. Cf. Ficker l. c.*

373—375. INFEUDATIO DUCATUS KARINTHIAE.

1286. Ian. 23.—Febr. 1. 1285. Mart. 29.

373. *PRIVILEGIUM REGIS PRIMUM. 1286. Ian. 23.*

Contulit autographon tabularii Vindobonensis socius noster J. Lechner. Trium sigillorum duo, Rudolfi regis videlicet et Meinhardi, plus minusve laesa supersunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1964. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis vel et audituris graciam suam et omne bonum. (1) Perpetue pacis et amicicie federa inter illustrem Albertum ducem Austrie et Stirie, dominum Carniole, Marchie et Portus Naonis principem et filium nostrum dilectum ex una et spectabilem virum Meinhardum comitem Tyrolensem socerum suum ex parte altera vigore perpetuo affectantes, tam filio nostro predicto quam ipsi comiti in futurum taliter providemus hoc expressius attestantes, quod ex collacione ducatus sive principatus terre Karinthie, quo dicti comitis titulum ampliare disponimus, eidem in terris Carniole et marchie Sclavice que vulgo Windischmarich dicitur nullum ius penitus acquiratur, quin pocius dicte terre cum ministerialibus, castris, civitatibus, bonis, hominibus, advocaciis et ceteris suis pertinenciis universis libere apud filium nostrum predictum permaneant cum omni iuris plenitudine, sicut eundem iam pridem apud Augustam sceptro nostro regio investivisse recolimus de eisdem. Salvis per omnia filio nostro predicto castris, civitatibus, ministerialibus ac ceteris bonis et iuribus, quocumque nomine censeantur, si qua[a] in terris predictis, scilicet Carniole et Marchie, ab olim principes sive duces Karinthie quocumque iure vel titulo possederunt, ad que dictus comes pretextu collacionis seu infeodacionis ducatus Karinthie nullum umquam iuris aut facti respectum habebit. Salvo tamen eo dumtaxat comiti memorato, quod ipse comes sepe dictas terras Carniolam et marchiam Sclavicam, quas pro quadam summa pecunie seu argenti sibi iam dudum assignavimus obligatas, tam diu quiete possideat, quousque dicta summa pecunie, quem nostris ac filii nostri predicti litteris sibi desuper traditis est expressa, eidem plenarie fuerit persoluta. Qua solucione completa dicte terre ad filium nostrum Albertum vel suos heredes cum omnibus pertinenciis suis et iuribus, sicut superius est expressum, libere revertentur. (2) Ducatum quoque Karinthie dictus comes Minhardus[b] cum omnibus illis iuribus et honoribus possidebit, sicut ipsum illustres quondam Bernhardus et Ulricus duces Karinthie illustrium virorum Liupoldi et Friderici ducum quondam Austrie et Stirie temporibus possederunt. Eo tamen semper excepto, quod si quas civitates, castra, bona vel iura, quocumque nomine censeantur, duces iam dicti in terris Carniole et Marchie supradictis, sicut premisimus, tenuerunt, integra filio nostro remaneant et ab ipso terrarum suarum dominio nullatenus sequestrentur. (3) In ducatu quoque terre Karinthie omnia illa iura, que predicti principes Liupoldus et Fridericus tam in hominibus quam in bonis inibi tenuerunt, filius noster predictus similiter et pari iure per omnia possidebit. (4) Preterea comes predictus ministeriales filii nostri predicti in se et in suis castris, bonis ac iuribus in Karinthia constitutis non gravabit in aliquo contra iusticiam nec artabit nec eciam castra vel possessiones eorum, quocumque ea iure possideant, comparabit, nisi ad hoc filii nostri

373. [a]) *sic or.; cf. nr. 375.* [b]) *sic or.*

consensus accesserit et voluntas. Id ipsum quoque quoad omnes filii nostri ducatus et terras comes idem fideliter observabit. Qua lege eciam vice reciproca filium nostrum astringimus, ut nec ipse videlicet in ducatu Karinthie possessiones et castra ministerialium comitis prelibati quocumque ad ipsos iure spectancia comparare presumat absque ipsius comitis beneplacito et consensu. (5) Ut autem premissa omnia rata et inconvulsa perpetue observentur, sicut a partibus in nostra presencia sunt firmata, presentes litteras nostre ac parcium ipsarum sigillis providimus muniendas.

Datum Auguste, X. Kalen. Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, indiccione XIIII, regni vero nostri anno XIII.

374. *CONSENSUS DUCIS SAXONIAE. 1285. Mart. 29.*

Autographon eiusdem tabularii nos ipsi denuo descripsimus. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1971. (P. deest.)

Albertus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie burcgraviusque Medeburgensis omnibus inperpetuum.

Imperii celsitudo decoris tociens pociora sue subsistencie fulcimenta recipit et vires forciores assumit, quociens numerus principum, quibus idem imperium quasi columpnis egregiis potenter innititur, adaugetur. De quorum utique multitudine imperialis excellencia tanto sublimior conspicitur, quanto in eisdem principibus firmitate prestabili solidior invenitur. Quia igitur illustres principes domini Albertus et Rudolfus duces Austrie et Stirie petiverunt, de nostro beneplacito et consensu procedi, quod serenissimus dominus noster Romanorum rex inclitus de ducatu Karinthie, quem ab eo iidem principes tenent in feodum, ad resignacionem ipsorum liberam spectabilem virum dominum Meinhardum comitem Tyrolensem, quem adornat generosi sanguinis altitudo quemque, prout cognovimus, ex preclare fame preconio attollit rerum opulencia et potestas, infeodet et clarescere faciat in caterva principum honore et gloria principatus, nos decus et decorem imperii amplectentes, considerantes eciam idem sacrum imperium comitis eiusdem posse serviciis salubrius adiuvari, predictorum ducum Austrie precibus inclinati nostrum ad hoc benivolum adhibemus consensum, quod prefatus comes per ipsum dominum nostrum regem infeodetur de ducatu Karinthie prenotato et insignitus honore ac stemate principatus numero imperii principum aggregetur. In cuius nostri consensus evidens testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri.

Datum Nurenberch, IIII. Kal. Aprilis, anno Domini MCCLXXXV.

375. *PRIVILEGIUM REGIS ALTERUM. 1286. Febr. 1.*

Contulit autographon eiusdem tabularii item J. Lechner. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis viridis rubeique coloris. Quae concordant cum nr. 373, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1971. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum.

(1) Ex augustalis benivolentie largitate procedere consuevit, benemeritorum fidelium suorum preclara merita graciosis amplecti favoribus et condignis honorum insigniis munifice premiare, quo exemplo ceteri provocati ad devotionem imperio debitam ferventioribus animis se disponant. (2) Eapropter noverit presens etas et futuri temporis successiva posteritas[a], quod illustres Albertus et Rudolfus duces Austrie et

375. a) steritas *in rasura or.*

Stirie, domini Carniole, Marchie ac Portusnaonis, principes et filii nostri dilecti, apud Augustam in nostra presentia constituti celsitudini nostre devotis precibus institerunt, quatinus principatum sive ducatum terre Karinthie, quo ipsos iam dudum cum ceteris ducatibus, videlicet Austrie et Stirie supradictis, de consensu principum electorum ius in electione Romani regis habentium investivisse recolimus in Augusta, in manus nostras libere resignatum spectabili viro Meinhardo comiti Tyrolensi et heredibus suis conferre ac ipsum de eodem sollempniter investire de regali nostra clementia dignaremur. (3) Nos igitur prelibati comitis merita, grata quoque que nobis et imperio Romano frequenter impendit obsequia et que adhuc impendere poterit graciora benignius intuentes et sollertius advertentes, quod crescente numero imperii principum Romanorum vires imperii sui roboris pariter et decoris suscipiunt incrementum, memoratum Meinhardum pro se et suis heredibus de ducatu predicto terre Karinthie in manus nostras per filios nostros duces predictos libere resignato ad devotam ipsorum instantiam adiuncta sollempnitate debita et consueta curavimus investire eundem cum suis heredibus, qui sibi in eodem ducatu successerint, iuri, honori et titulo ceterorum imperii principum perpetuo ascribentes. (4) Sed ne ex infeodatione predicta inter prefatum Albertum filium nostrum suosque successores in ducatibus sive dominiis supradictis ex una et iam dictum Meinhardum ducem suosque successores in ducatu Karinthie ex parte altera ulla in posterum dissenscionis[b] materia valeat suboriri, tam ipsi Alberto quam dicto Meinhardo ac successoribus eorundem imperpetuum taliter nr. 373 c. 1. providemus hoc expressius attestantes, quod ex collatione ducatus* terre Karinthie per nos ipsi duci Meinhardo nunc facta eidem Meinhardo vel suis successoribus in eodem nullum ius penitus in terris Carniole et marchie Sclavonice que vulgo Windismarch dicitur acquiratur, quin potius dicte terre cum ministerialibus, castris, civitatibus, advocatiis, prediis ac ceteris suis pertinentiis universis libere apud filium nostrum predictum suosque successores remaneant cum omni iuris plenitudine, sicut eidem per nos iam pridem apud Augustam sceptro nostro regio sunt collate. Salvis nichilominus ipsi Alberto filio nostro suisque successoribus universis castris, civitatibus, ministerialibus ac ceteris bonis et iuribus, quocumque nomine censeantur, si quas vel si qua[c] in dictis terris Carniole et marchie Sclavonice ab olim principes sive duces Karinthie quocumque iure vel titulo possederunt, ad que dictus dux Meinhardus suique successores nullum omnino iuris aut facti respectum habebunt. (5) Ducatum quoque c. 2. terre Karinthie* dux Meinhardus aut sui heredes cum omnibus illis iuribus et honoribus possidebunt, sicut ipsum illustres quondam Bernhardus et Ulricus duces Karinthie illustrium virorum Leupoldi et Friderici ducum* Austrie et Stirie temporibus possederunt. Eo tamen semper excepto, quod si quas civitates, castra, bona vel iura, quocumque nomine censeantur, duces iam dicti Karinthie in terris Carniole et Marchie supradictis, sicut premisimus, tenuerunt, salva et integra filio nostro Alberto ac successoribus suis remaneant et ab ipso terrarum suarum dominio nullo unquam tempore sequestrentur. (6) In ducatu quoque terre Karinthie omnia illa iura, que c. 3. Leupoldus et Fridericus principes supradicti tam in hominibus quam in bonis inibi tenuerunt, filius noster predictus suique successores Austrie et Stirie duces similiter et pari iure per omnia possidebunt. (7) Preterea dux Meinhardus predictus ministeriales filii nostri* in c. 4. se et in suis castris, in bonis ac iuribus, que in Karinthia possident, non gravabit in aliquo contra iusticiam nec artabit nec eciam castra vel possessiones eorum, quocumque ea iure possideant, comparabit*. Id ipsum quoque quoad omnes filii nostri ducatus et terras dux predictus fideliter observabit. Qua lege eciam filium nostrum astringimus vice reciproca, ut nec ipse videlicet in ducatu Karinthie possessiones aut castra ministerialium dicti ducis Meinhardi quocumque ad ipsos iure spectantia comparare presumat*. (8) Universis itaque nobilibus, ministerialibus, militibus, clientibus, civibus ac ceteris, qui predicto ducatui fidelitatis homagio

375. b) *sic or.* c) *sic or.; cf. nr. 373.*

ac debite servitutis obsequio astringuntur, per ipsum ducatum Karinthie constitutis, auctoritate presentium districte precipiendo mandamus, quatinus dicto Meinhardo tamquam suo vero duci et domino devotione debita intendentes integra sui iura ducatus eidem exhibeant et assignent. In quorum omnium memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes huius rei sunt: venerabiles Rudolfus Salzburgensis archiepiscopus cancellarius noster, Henricus Basiliensis, Wernhardus Pataviensis, Henricus Ratisponensis, Rempoto Eystetensis, Hartmannus Augustensis, Hartnidus Gurcensis, Cunradus Chimensis et Cunradus Lavantinensis ecclesiarum episcopi necnon illustres Ludowicus comes palatinus Reni et Henricus frater suus duces Bawarie, Fridericus lantgravius Turingie et nobiles viri Burchardus comes de Hoenberg, Rudolfus et Henricus fratres comites de Monteforti et Fridericus burggravius de Nurenberg et alii quam plures fidedigni.

Signum (M.) serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis invictissimi.

Datum Auguste, Kal. Februarii, indictione XIIII, anno Domini millesimo CCLXXX sexto, regni vero nostri anno tercio decimo.

376—381. LEGATIO ALTERA AD HONORIUM IV. PAPAM.

1286. Febr. 1.—Mai. 31.

Omnium actorum ad hanc legationem iteratam spectantium autographa adhuc servantur in tabulario generali regni Bawarici, quo ex tabulario Moguntino delata sunt. Cf. iam supra nr. 369. 370.

376. *PROCURATORIUM DE CORONATIONE IMPERIALI. Febr. 1.*

Servatur 'Kaiserselekt Nachtrag' 113. Sigillum desideratur. Contulit b. m. Weiland. Quae concordant cum nr. 369, litteris minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1972. (P. deest.)

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus cum filialis obeditionis et reverentie promptitudine devotissima pedum oscula beatorum.

Quia de fide sincera et devotione purissima reverendi patris H. Basiliensis episcopi principis et secretarii nostri karissimi, quam in ipso laudabilibus et preclaris operibus sumus experti multociens fructuose et cotidie experimur, pre ceteris fiduciam gerimus ampliorem, ipsum, cui omnia secreta cordis nostri sunt cognita[a], ad beatitudinis vestre pedes fiducialiter destinamus. Dantes ei auctoritatem plenariam et liberam potestatem ac speciale mandatum petendi, impetrandi et acceptandi diem nobis de vestra paterna providentia prefigendum pro suscipiendo de vestris sacrosanctis manibus imperiali diademate et imponenda nobis corona cesaree dignitatis, et iurandi in animam nostram super observatione omnium illorum, que circa premissa ab eo vestra *paternitas duxerit requirenda, etiam si mandatum exigant speciale. Ratum et gratum

376. a) *cf. nr. 370 et 377.*

habituri quicquid ipse episcopus acceptaverit, ordinaverit seu fecerit in premissis. [In cuius rei][b] testimonium presentes litteras *inde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Auguste, Kal. [Febr., indict. XIIII, anno Domini][c] MCCLXXX sexto, regni nostri anno XIII.

377. *PROCURATORIUM DE SUBSIDIO PECUNIARIO. Febr. 1.*

Servatur ibidem 97½. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. Contulit Weiland. Quae concordant cum nr. 370, litteris minoribus excuduntur. — Böhmer, Reg. imp. VI deest. *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Rudolfus Dei graçia Romanorum rex semper augustus cum filialis obeditionis et reverentie promptitudine devotissima pedum oscula beatorum.

Quia de fide sincera et devotione purissima reverendi patris H. Basiliensis episcopi principis et secretarii nostri karissimi, quam in ipso laudabilibus et preclaris operibus sumus experti multociens fructuose et cotidie experimur, pre ceteris fiduciam gerimus ampliorem, ipsum, cui omnia secreta cordis nostri sunt cognita, ad beatitudinis vestre pedes fiducialiter destinamus. Dantes ei auctoritatem plenariam et liberam potestatem ac speciale mandatum requirendi et acceptandi subsidium pecuniarium vel quocumque nomine censeatur pro votivis nostris processibus ad suscipiendum de vestris sacrosanctis manibus Romani imperii diadema et coronam cesaree dignitatis, necnon promittendi ac omnia faciendi, que in petitione predicti subsidii requiruntur, ac obligandi nos et in animam nostram si necesse fuerit iurandi ad observationem omnium, que racione memorati subsidii ab ipso vestra paternitas duxerit requirenda, necnon faciendi et perficiendi omnia, que personaliter possemus facere, si presentes essemus, etiam si mandatum exigant speciale. Ratum et gratum habituri, quicquid idem episcopus acceptaverit, promiserit seu fecerit in premissis. Presentium testimonio litterarum.

Datum Auguste, Kal. Febr., indict. XIIII, anno Domini MCCLXXX sexto, regni nostri anno XIII.

378. *PROCURATORIUM DE VICARIATU TUSCIAE. Febr. 1.*

Servantur 1) *et* 2) *'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 1. Sigilla iam desunt Contulit Weiland.*

Notandum est contra opiniones virorum doctorum, hic regem ad tenorem documenti de vicariatu agere et inter vicariatum et vicariatum generalem aliquid interesse, ita ut alter altero non excludatur. V. iam supra nr. 358. 359. Cf. Reg. imp. VI, 1975. 76. 77. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1973. 1974. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos de fide sincera et devocione purissima reverendi patris H. Basiliensis episcopi, principis et secretarii nostri karissimi, quam in ipso laudabilibus et preclaris operibus sumus experti multociens fructuose et cottidie experimur, pre ceteris gerentes fiduciam ampliorem, sibi damus auctoritatem plenariam et liberam potestatem ac speciale mandatum tractandi, ordinandi, paciscendi, promittendi, conveniendi, concordandi cum reve-

376. b) In cuius rei *iam abscisa or.* c) Febr.—Domini *iam abscisa or.*

rendo[a] in Christo patre domino Matheo divina providencia Sancte Marie in Porticu cardinali dyacono amico nostro karissimo[a] super terra Tuscie seu vicariatu eiusdem ac ipsum dominum Matheum[b] nomine nostro per Tusciam vicarium constituendi ac[c] ipsum in possessionem civitatum, opidorum, castrorum, villarum et municionum quarumcunque tanquam nostrum vicarium mittendi, necnon faciendi et acceptandi et in animam nostram iurandi, si necesse fuerit, et firmandi ac stabiliendi omnia et singula, que circa dictam terram Tuscie vel vicariatum eiusdem cum predicto domino Matheo[d] fuerint facienda, firmanda, stabilienda ac eciam ordinanda, eciam si mandatum exigant speciale. Ratum et gratum habituri quicquid idem episcopus tractaverit, ordinaverit, fecerit, pepigerit ac firmaverit in premissis. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in Augusta[e], Kal. Februarii, indiccione XIIII, anno Domini MCCLXXX sexto[f], regni vero nostri anno terciodecimo[g].

379. *MANDATUM CIVITATIBUS ITALIAE DIRECTUM.* *Febr. 1.*

Servatum ibidem descripsit Herre. Sigillum iam deest. Cf. etiam alia acta varia huius legationis Reg. imp. VI, 1980—82. 1985—88. 1991—96. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1978. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis civitatibus per Italiam, Tusciam et Romaniolam suis et imperii Romani fidelibus graciam suam et omne bonum.

Cum nos venerabilem H. Basiliensem episcopum principem et secretarium nostrum karissimum, cuius clara fides et fervens devocio erga nos et sacrum imperium Romanum ad instar luminosi choruscant sideris, pro nostris et ipsius imperii negociis ad pedes sanctissimi patris nostri domini Honorii summi pontificis dirigamus, fidelitatem vestram, de qua fiducie plenitudinem obtinemus, affectuose requirimus et rogamus, quatinus predictum nostrum principem in nostris agendis et imperii vobis habeatis fideliter recommissum et ei pro nostra reverencia de securo conductu, prout a vobis requisierit, providere curetis. Super premissis autem et aliis verbis eiusdem, cui cordis nostri secreta cuncta sunt cognita, fidem adhibeatis credulam tamquam nostris, taliter facientes, quod fidei vestre promptitudinem non inmerito teneamur multipliciter commendare.

Datum Auguste, Kal. Febr., ind. XIIII, anno Domini MCCLXXX sexto, regni vero nostri anno XIII.

380. *EPISTOLA HONORII IV. RUDOLFO REGI MISSA.* *Mai. 31.*

Autographon 'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 2 servatum nos ipsi descripsimus. Pendet bulla plumbea filo canapis. Quae concordant supra cum nr. 77, litteris minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2023. *(P. deest.)*

Honorius episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Sacerdocium et imperium* mutuis auxiliis* indigere alterutrius considerata carentia evidenter insinuat et emergentia exinde discrimina manifestant. Imperium namque in apostolice

378. a) *loco* reverendo—karissimo 2: egregio viro Urso de Ursinis nostro et imperii Romani fidele dilecto. b) *loco* dom. Math. 2: Ursum. c) et 2. d) *loco* dom. Math. 2: Urso. e) *loco* in Augusta 2: Auguste. f) VI 2. g) XIII 2.

sedis vacatione suo destituitur directore salutis, ecclesia vero in throni cessatione cesarei* proprio defensore privatur. Curare itaque debent, curare summopere gubernantes imperia et regna regentes, ut ecclesias et personas ecclesiasticas foveant, libertates et iura tueantur ipsarum et temporalia hiis fulcimenta non subtrahant, a quibus spiritualiter fulciuntur, immo in omni promptitudine[a] temporaliter eos communiant, quorum presidio spiritualia recipiunt munimenta. Sed nec minus qui ecclesiarum gubernacula gerunt summa esse cura solliciti, omni debent ope satagere, ut reges ceterique catholici principes debite polleant integritate potentie, status sui plenitudine integrentur. Consulte namque illis assistitur, quorum cedit* prosperitas in auxilium assistentis. Debent quippe toto niti conamine, ut regna pace refloreant, statu pacifico vigeant et tranquillitate fruantur optata. In hoc enim ecclesiis ipsis quietis et pacis comoda procurantur. (2) Horum sane consideratione deducimur, ut ad consumationem imperialis in persona tua fastigii, quam ad id acceptata iam per Romanam ecclesiam vocavit electio, sollicite intendamus, in illo sperantes, in cuius manu principum corda consistunt, quod ipsius imperii regimen ex hoc salubrius dirigetur eiusque directio [pacem][b] producet in populis et Dei servitia executionis exinde promptioris sorcie[n]tur effectum. (3) Nuper itaque venerabili fratre[c] nostro H. Maguntin(ensi) archiepiscopo, tunc episcopo Basiliensi propter hoc a tua magnificentia destinato, in nostra et fratrum nostrorum presentia tuo nomine cum instancia postulante, ad unctionem, consecrationem et imperialis diadematis coronationem de nostris recipiendas manibus tibi terminum assignari, nos cum eisdem fratribus diligenti collatione prehabita et hiis que circa hec attendenda putavimus perpensa deliberatione discussis, excellentie regie ad petitas unctionem[d], consecrationem et coronationem imperialis diadematis in basilica principis apostolorum de Urbe recipiendas a nobis, Domino favente sermoni, festum purificationis beate Virginis primo venturum de ipsorum fratrum consilio assignamus. Febr. 2. (4) Quod si forsan interim quod absit aliqua difficultas emergeret, que tuum ad premissa in dicto termino impediret adventum, quodcumque aliud ad hoc tempus duxeris eligendum de consilio venerabilis fratris nostri I. episcopi Tusculan(ensis), quem probate utique discrecionis virum, scientia preditum et virtute, ut tibi ab invio precavens[e], tuos ponat gressus in via teque in tuis oportunitatibus consilio dirigat et auxilio fulciat efficaci, ad tue petitionis instanciam legatum in Alamanie ac quibusdam aliis partibus duximus deputandum, id nobis adeo mature prenuntiare procures, quod nos et fratres eosdem Deo actore invenire valeas, prout exigit negotii tanti sollempnitas, ad predicta prosequenda paratos. (5) Eya ergo, princeps inclite, age sollicite, ad honoris tui consumandi sollempnia sic te prepara, sic dispone, ut nequaquam transeat tam prompta exhibitio nostri paterni favoris inefficax, sed in eodem termino vel saltem alio, quem tibi ut premittitur videris oportunum, iuxta magnificentie tue decentiam sic dispositus, sic paratus occurras, quod tuo voto in premissis impleto votiva in eodem favore nostro comoda efficaciter Deo auspice consequaris.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, II. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

381. *EPISTOLA PONTIFICIS PRINCIPIBUS MISSA.* *Mai. 31.*

Supersunt duo autographa formae principibus ecclesiasticis missae 1 a) *'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 2,* 1 b) *'Mainz Erzstift' fasc. 34 servata;* 2) *autographon formae principibus saecularibus directae 'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 2. Nos ipsi ea descripsimus vel contulimus. Pendent bullae plumbeae.*

Praeter has epistolas adhuc exstant sex exemplaria cum bullis plumbeis pendentibus diversis principibus separatim missae, quorum textus hic proponere supersedimus. Sunt

380. a) propplitudine 1. b) *deest or.; cf. infra nr. 381.* c) fratri *or.* d) nctio *in rasura or.* e) precavent *or.*

quidem exemplaria archiepiscoporum Moguntini et Salisburgensis, Ludovici comitis Palatini, ducis Karinthiae omnia 'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 2, Heinrici ducis Bawariae, regis Bohemiae 'Mainz Erzstift' fasc. 34 asservata. Exemplari Heinrici ducis Bawariae in margine superiori inscripta sunt haec: Ista est correcta, ad i[n]star istius corrigantur alie.

Quae concordant cum nr. 77, item typis minoribus excussa sunt. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 2023. *(P. deest.)*

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabilibus[a] fratribus universis archiepiscopis et episcopis in imperio per Alamaniam[b] et Slaviam[c] constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Sacerdotium et imperium* mutuis auxiliis* indigere alterutrius eorum considerata carentia evidenter insinuat et emergentia exinde discrimina manifestant. Imperium namque in apostolice sedis vacatione suo destituitur directore salutis, ecclesia vero in throni cessatione cesarei* proprio defensore privatur. Curare itaque debent, curare summopere gubernantes imperia et regna regentes, ut[d] ecclesias et personas ecclesiasticas foveant, libertates et iura tueantur ipsarum et temporalia hiis fulcimenta non subtrahant, a quibus spiritualiter fulciuntur, immo in omni promptitudine temporaliter eos communiant, quorum presidio spiritualia recipiunt munimenta. Sed nec minus qui ecclesiarum gubernacula gerunt summa esse cura solliciti, omni debent ope[e] satagere, ut reges ceterique catholici principes debite polleant integritate potentie, status sui plenitudine integrentur. Consulte namque illis assistitur, quorum cedit* prosperitas in auxilium assistentis. Debent quippe toto niti conamine, ut regna pace refloreant, statu pacifico vigeant et tranquillitate fruantur optata. In hoc enim ecclesiis ipsi quietis et pacis comoda procurantur. (2) Horum sane consideratione deducimur, ut ad consumationem imperialis in carissimi in Christo filii nostri Rodulphi regis Romanorum illustris persona fastigii, quem ad id acceptata iam per Romanam ecclesiam vocavit electio, sollicite intendamus, in illo sperantes, in cuius manu principum corda consistunt, quod ipsius imperii regimen ex hoc salubrius dirigetur eiusque directio pacem producet in populis et Dei servitia executionis exinde promptioris sarcientur effectum. (3) Nuper itaque venerabili fratre nostro H. Maguntin(ensi) archiepiscopo, tunc episcopo Basiliensi propter hoc ab ipsius regis magnificentia destinato, in nostro et fratrum nostrorum presentia eius nomine cum instancia postulante, ipsi regi ad unctionem, consecrationem et coronationem de nostris recipiendas manibus[f] terminum assignari, nos cum eisdem fratribus diligenti collatione prehabita dicto regi ad petitas unctionem, consecrationem et coronationem* in basilica principis
Febr. 2. apostolorum in Urbe recipiendas a nobis, Domino favente sermoni, festum purificationis beate Virginis primo venturum seu aliud deinde tempus, quod elegerit sibi magis accomodum, duximus assignandum, venerabilem fratrem nostrum I. episcopum Tusculan(ensem) probate utique discretionis virum, scientia preditum et virtute, quem inter alios fratres nostros specialis[g] affectionis brachiis amplexamur, ut dicto regi ab invio precavens eius ponat gressus in via ipsumque in suis oportunitatibus consilio dirigat et auxilio fulciat efficaci, ad sue petitionis instantiam legatum in Alamanie ac aliis quibusdam partibus deputantes. (4) Ideoque universitatem vestram[h] rogamus, monemus[i] et hortamur attente, quatinus prudenter attendentes, quod huiusmodi coronatio et plenam opitulante Domino reformationem imperii et negotiorum Altissimi efficatiorem promo-

381. a) venerabibus 1a; *inscriptio in* 2: dilectis filiis nobilibus viris universis ducibus (vorum — duci *in rasura*), marchionibus, langraviis, palatinis, comitibus et aliis nobilibus *etc.* b) Alamanniam 1b; Alemanniam 2. c) Sclaviam *corr. ex* Sclaviniam 2. d) et 2; ut *corr. ex* et 1b. e) *corr. ex* opere 1a; opere 1b. f) manibus recipiendas 2. g) *sequitur rasura* 1a. h) vestram *deest* 1a. i) *deest* 2.

tionem aliaque innumera et immensa comoda verisimiliter pollicetur, cum post ipsam possit idem rex tanto illis vacare commodius, quanto erit solidior status eius et integrior pleniorque potestas, eidem regi ad decus tanti culminis obtinendum sic assistatis[l] consiliis et auxiliis oportunis, quod cesarei regiminis Deo auspice feliciter adepturus auspitia, illud ipso favente qui potest, felitius prosequatur. Ad hec ergo sic prompti, sic voluntarii consurgatis[m] in ipsis memorati legati monitis et mandatis humiliter pariturі[n], quod meritum vobis apud retributorem bonorum omnium et nos ac Romanam ecclesiam comparetis[o] et eiusdem regis gratiam in vestris oportunitatibus propiciam valeatis habundantius promereri[p].

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, II. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

---

382. CONVENTIO ALTERA CUM DUCE BAWARIAE SUPER PACE CONSERVANDA.

1286. Febr. 7.

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae denuo contulimus. Sigilla plus minusve laesa pendent loris membranaceis. Quae concordant cum conventione supra nr. 346, litteris minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1998.

(P. 446.)

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Lodwicus eadem gratia comes palatinus Reni dux Bawarie notum facimus presentium inspectoribus universis, quod* super conservanda pace in Swevia et Bawaria convenimus in hunc modum:

1. Quod quicumque aliquem de Swevia in Bawaria spolium committentem vel alias delin- c. 1. quentem in strata vel extra stratam publicam per unam noctem scienter tenuerit, pro reo satisfaciet et tenebitur loco rei. Si vero se talem tenuisse negaverit, manu tercia se purgabit vel culpabilis iudicatur. Eodem per omnia observato, si in Sweviam de Bawaria vel* loco alio, qui nostrum alterum respexerit, in similibus delinquatur.

2. Sunt autem in partibus Swevie ex parte nostra regia Albertus comes de Hohen- c. 2. berch, duo fratres de Schellenberch et Otto dictus in semita advocatus Augustensis, in Bawaria vero ex parte nostri comitis Palatini Winhardus de Rorbach, Chunradus de Wildenrode, Wichnandus de Eiringsburch et Ulricus de Rôrnmos noster vicedominus electi et denominati pro iudicibus et conservatoribus huius pacis, ad quos recursus habebitur, cum contra pacem aliquid adtemptatur.

3. Et hii, qui in Bawaria sunt superius nominati, auctoritate eis per nos comitem Pala- c. 3. tinum tradita corrigent per se ipsos omnia, que in Bawariam committuntur, et si ad hoc non possent sufficere per se ipsos, adiutorio omnium nobilium, ministerialium, militum*, civitatum et aliorum, qui in ipsius nostri vicedomini officio fuerint constituti. Et si nec sic possent corrigi, ad correctionem et emendacionem eorum omnem nostram potenciam tenebimur adhibere.

381. l) assistatis *post* oportunis 2. m) *loco* sic prompti — consurgatis 2: vestra nobilitas sic voluntaria, sic prompta consurgat. n) paritura 2. o) comparet 2. p) *loco* propiciam — promereri 2: magis habere propiciam mereatur.

c. 4. 4. Supra etiam denominati in Swevia, si quid* contra pacem delinquitur, reformabunt et corrigent per se ipsos, et si hoc non possent, auxilium omnium nobilium, ministerialium, militum, civitatum et aliorum, qui in ipsorum denominatorum officiis fuerint, advocabunt. Et illis non sufficientibus ad animadvertendum in eos, nos rex Rudolfus omnem nostram potentiam extendemus.

5. In quorum etiam emendacione seu correctione, sicut pretactum est, si alter nostrum vel alterius nostrum electi conservatores pacis sive iudices, postquam nobis vel eis per officialem illum, in cuius officio est, quid talium perpetratum denunciatum fuerit, negligentes fuerint, a facte denunciacionis tempore infra mensem nos Rudolfus rex et officiales nostri nostro nomine ad satisfactionem eorum, que in Sweviam de Bawaria et intra ipsam Sweviam eidem filio nostro, hominibus suis et servitoribus, et nos comes Palatinus et officiales nostri nostro nomine ad refusionem eorum, que de Swevia in Bawariam pro parte, que nos, ministeriales nostros, homines et servitores respicit, et intra ipsam etiam Sweviam committuntur, tenebimur et commissa taliter plenarie resarcire.

6. Denominati preterea iudices sive conservatores pacis in Swevia et in Bawaria ad taliter delinquentium refrenandam maliciam et maleficia punienda se coadiuvabunt mutuo cum ipsorum nobilium, ministerialium, militum, civitatum et aliorum iam utrinque predictorum multitudine, alii per alios requisiti. Insuper iidem octo, quilibet tamen in suis finibus sive terminis, tenebuntur non tantum de committendis in posterum, sed et de commissis a tempore pacis novissime in civitate Augustensi edite[1] inquirere veritatem, et de ipsa requisiti omnes et quilibet ex ipsis sub iuramenti debito respondere.

c. 5. 7. Et quod predicti tam in Bawaria quam* Swevia premissa et quodlibet premissorum fideliter exequantur et cuncta agant, faciant et ordinent, que pro pace sunt necessaria et utilia, super quibus ipsis plenam auctoritatem committimus, iidem prestiterunt publice iuramentum.

8. Si autem predicti octo inter se super aliquo discordare ceperint nec altera partium ad maiorem numerum pervenire potuerit, mediatorem sive uberman in animam suam eligent et extunc maior inter eos numerus prevalebit.

9. Et si ex premissis octo aliquis de medio sublatus fuerit, si Bawarus fuerit, Swevi denominabunt alium, et si Swevus fuerit, Bawari eligent alium loco huius, quem ad hoc utrimque in animam suam crediderint expedire.

10. Si vero aliquis ex ipsis aliquo alio impedimento legitimo detentus venire non potuerit, se super hoc iuramento alicuius ydonei et honesti nuntii excusabit et loco illius pro illo termino sive vice alius assumetur, qui et iurabit ad requisicionem presentium, sicut et iidem antea iuraverunt. Quod et faciet in locum mortui substitutus.

In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Dat. Auguste, anno Domini MCCoctogesimo sexto, VII. Idus Febr., indic. XIIII, anno vero regni nostri regis XIII.

---

1) *1282. Dec. 29, supra nr. 346.*

383—385. RECEPTIO CASTELLANORUM.

1286. Apr. 22. Dec. 9. — 1287. Mai. 5.

383. *RECEPTIO COMITIS DE NASSOW. 1286. Apr. 22.*

Autographon, quod asservatur Weilburgi in tabulario serenissimae domus Nassoicae, benivolenter Berolinum missum descripsimus. Membrana hic illic corrosa est. Pendet sigillum laesum. — Böhmer, Reg. imp VI, 2017. (P. deest.)

[N]os[a] Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos intuentes fidei puritatem et graciosa opera, quibus nos et sacrum Romanum imperium nobilis vir Adolfus comes de Nassauwe dilectus fidelis noster prosequitur incessanter, ipsum nobis et imperio in castro Calsmunt in castellanum duximus conquirendum et propter hoc eidem ducentas marcas Coloniensium denariorum promittimus nos daturos. Pro quibus ei et suis heredibus legitimis obligamus viginti marcarum redditus annis singulis a Iudeis nostris in Frankenvort, qui pro tempore fuerint, in festo nativitatis Domini colli- Dec. 25. gendos et recipiendos, tam diu quousque ab ipso vel legitimis suis heredibus supradicti viginti marcarum redditus pro ducentis mai[cis d]enariorum[b] [per] nos vel successores nostros in imperio redimantur. Redempcione vero facta huiusmodi idem [co]m[es v]el sui heredes prefati de eisdem ducentis marcis predia conparabunt et eadem in dicto castro Calsmunt nom[ine c]astrensis feodi deser[vire] perpetuo tenebuntur. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in castris apud Lutirburg, X. Kal. M[aii], indictione XIIII, anno Domini MCC[LXX]X sexto, regni vero nostri anno XIII.

384. *RECEPTIO COMITIS DE LEININGEN. 1286. Dec. 9.*

Ex copiario Sponheimensi B, Karlsruhae in tabulario generali asservato, fol. 1 iam olim dedit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 355 nr. 460. Cuius editionem ope collationis a tabularii illius praefecto nobiscum communicatae correctam hic repetimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2057. (P. deest.)

Nos Rudo[l]ffus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani fidelium noticiam tenore presencium volumus pervenire publice profitendo, quod nos nobilis viri Emichonis comitis de Lyningen dilecti fidelis nostri fidei preclara merita et constanciam comprobatam, quibus nobis et imperio dinoscitur fervencius adhesisse, favorabiliter intuentes, ipsum nobis et imperio apud castrum nostrum Gernmerßheym conquesivimus in castrensem. Et pro eo ducentas marcas puri et legalis argenti sibi promittimus nos daturos, pro quibus[a] sibi et heredibus suis legittimis triginta marcarum argenti redditus de precariis nostris apud Wisenburgk assignamus percipiendos ab ipso et suis heredibus annis singulis in festo beati Martini Nov. 11. et habendos tam diu sine defalcacione principalis pecunie, donec ipsis dicte ducente

383. a) *initialis non scripta est or.* b) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

384. a) sive *add. c.*

marce per nos vel successores nostros in imperio plenius persolvantur. Quibus persolutis ipsas convertent in predia et illa more castrensis feodi apud castrum Gernmersheim tenebuntur perpetuo deservire. Presencium testimonio litterarum.

Datum Spyre, V. Idus Decembris, indiccione quindecima, anno Domini MCCLXXX sexto, regni vero nostri anno decimo quarto.

385. *RECEPTIO NOBILIS DE LIMPURG. 1287. Mai. 5.*

Autographon, quod superest in tabulario regio Confluentino, denuo contulimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Apographon fere coaevum Pisis in tabulario nobilissimae familiae Roncioni nr. 461 asservatum vulgavit J. Ficker loco ad nr. 258 citato p. 37 nr. 16 (= W. SB. p. 173). Ceterum cf. similes litteras Reg. imp. VI, 2135. 2215. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2102. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos grata serviciorum merita et intemerate fidelitatis opera, quibus nobilis vir Gerlacus de Limpurch fidelis noster dilectus erga nos incessanter enituit, favorabiliter intuentes ipsum in castro Calsmunt nobis et imperio duximus in castellanum conquirendum et pro eo sibi trecentos marcas argenti promisimus nos daturos. Pro quibus sibi Iudeos de Limpurch camere nostre servos, ita quod ab ipsis debita et consueta servicia annuatim recipiat nec ultra debitum ipsos oneret vel molestet, duximus obligandos, tenendos tam diu quousque predicte trecente marce eidem Gerlaco per nos vel successores nostros in imperio plenarie fuerint persolute. Solucione autem facta huiusmodi predictus Gerlacus dictas trecentas marcas argenti in empcionem prediorum convertet et eadem predia nomine castrensis feodi tenebitur perpetuo deservire. In[a] cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostro sigillo fecimus communiri

Datum Maguncie, III. Non. Maii, indictione XV, anno Domini MCCLXXX septimo, regni vero nostri anno quarto decimo.

---

386. MANDATUM DE EXCOMMUNICATIONE PROSCRIPTI.

1286. Aug. 20.

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Churcöln 310' denuo descripsimus. Sigillum cereum albi coloris dorso impressum est. Cf. infra nr. 397. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2042. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Syfr(ido) Coloniensi archiepiscopo principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Quoniam duo sunt, quibus principaliter regitur orbis terre, sacra videlicet pontificalis auctoritas et regalis potestas[1], non minus utile quam necessarium fore dinos-

385. a) Im *or.*

1) *Cf. 'Constitutiones' I, 192 l. 7 sq.*

citur iuxta legitimas sanctiones, ut utriusque potestatis officia, discreta divinis actibus distinctis dignitatibus et distincta, sibi alterne subvencionis suffragio subveniant, ut sic mutuo interveniente succursu, quos unius iurisdictionis coercio a malo non revocat, alterius saltem potestatis gladius a contumacia coerceat ac peccato, et per hoc utriusque vigor in suo permaneat robore firmitatis. Sane cum nos nobilem virum . . comitem Clevensem ipsius exigente contumacia ad instanciam illustris . . lantgravii Hassie principis nostri dilecti iuxta curie nostre sentenciam proscripcionis vinculo innodaverimus, per quam, licet multo tempore in ea sorduerit, non potuit a contumaci sua pertinacia pertinacique contumacia revocari, sinceritatem tuam requirimus et rogamus tue potestatis officium nichilominus invocantes, quatinus iuxta officii tui debitum predictum comitem, qui tanto tempore proscripcionis sentenciam sustinuit animo indurato, quod excommunicacionis debet mucrone feriri secundum consuetudinem per regnum nostrum undique approbatam, vinculo excommunicacionis subicias et involvas, ut sic eum, qui rigore temporalis gladii non terretur, ad bonum obediencie revocet nervus ecclesiastice discipline.

Datum Maguncie, XIII. Kal. Septembris, regni nostri anno XIII.

---

387. CONSTITUTIO CAPITANEI ET RECTORIS PER MISNIAM ET THURINGIAM.

1286. Sept. 21.

Hucusque ineditam dedit ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 108 b. m. Weiland. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. In dorso manu coaeva scripta leguntur: Littera quod rex committit vices suas domino archiepiscopo per terras Thur. et Mihsen. *Textus ingrossatus est ad modum constitutionis supra nr. 100 editae, ita ut lectiones variae illius documenti, quod in solis libris formularum traditur, e huius constitutionis verbis hic illic emendari possint. Quae concordant cum nr. 100, typis minoribus excudenda curavimus. Cf. similem constitutionem Adolfi regis a. 1292. Nov. 18. datam, quam infra edemus; cf. etiam infra nr. 398. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2046. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, vasallis, civitatibus, castris, oppidis, villis ceterisque imperii fidelibus per terras Misnensem et Thuringiam constitutis graciam suam et omne bonum.

Inter tot et tantos negociorum ingruencium fluctus, quibus assidue pectori nostro materia cogitacionis infunditur, speciali quadam meditacione perangimur et anxietate pervigili meditamur, qualiter terre vestre, quas nostre consideracionis oculi graciose respiciunt, rediviva quiete refloreant et post dire longeque fatigacionis hostiles incursus et nimios bellice turbines tempestatis in portu votive tranquillitatis et optate pacis pulchritudine conquiescant*. Verum quia tunc utiliter regio regitur, cum discreti rectoris ducatu dirigitur et pervigili presidentis industria gubernatur, nos cupientes ex intimis, ut terre vestre, quarum omnimodam tranquillitatem diligimus, directore gaudeant circumspecto*, sub cuius studioso ducatu preserventur a

noxiis et fomitibus odiorum extinctis in locum pristinum pax et concordia Deo propicio restaurentur, venerabilem Henricum Maguntinum archiepiscopum principem et archicancellarium nostrum karissimum, quem experte circumspeccionis et fidei merita nobis reddunt amabilem et eximie virtutis prestancia efficit clariorem, vobis et terris vestris predictis in capitaneum preficimus et rectorem, in predictis terris quoad pacis reformacionem votivam vices nostras et imperii sibi plenarie committentes. Vos itaque, fideles egregii, nostram in eiusdem principis nostri presenciam figurantes, ipsum quasi familiaris dileccionis et gracie pignus eximium, quesumus, hilares et devoti suscipite ac in omnibus, que observanciam sancte pacis respiciunt, reverenter ei parere et humiliter pronis affectibus obedire curetis, ut per ipsius ministerium in illis partibus effectus pacis eveniat et devocionis vestre constanciam regalis serenitas digna proinde vicissitudine prosequatur. Scituri pro certo, quod obediencie signa, que sibi devocio vestra monstraverit, equo favore benivolencie complectemur, ac si ea monstrari contingeret* nobis ipsis.

Dat. Ezzelingen, XI. Kalen. Octobr., regni nostri anno XIII.

388—389. MANDATA SUPER PROFUGIS IUDAEIS.

1286. Dec. 6.

388. *MANDATUM PRIMUM.*

Supersunt sex autographa in tabulario generali regni Bawarici, quae denuo accuratissime contulit Herre, quorum quidem 1—4 *'Mainz, Domkapitel' fasc. 39,* 5 *et* 6 *'Kaiserselekt Nachtrag' 111 et 112 asservantur. Sigilla dorso impressa erant. Scripta sunt* 1 *manu prima,* 2 *manu secunda,* 3—6 *manu tertia. Quae in Regestis imperii invenis, non omnia recte indicantur culpa J. P. Schunck, qui in 'Codice diplomatico' p. 122 sqq. de his autographis, quae cum autographis alterius mandati confundit, non bene rettulerat. Cf. Reg. imp. VI, 2047. Ubi praeter nostra autographon mandati primi civibus Spirensibus missi commemoratur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2053. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . camerario, . . sculteto, . . iudicibus, . . consulibus et universis civibus Maguntinis fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum[a].

Cum universi et singuli Iudei[b] utpote camere nostre servi cum personis et rebus suis omnibus specialiter nobis attineant vel illis principibus, quibus iidem Iudei a nobis et imperio in[c] feodum sunt concessi, dignum et iustum est ac[d] utique consonum racioni, ut si aliqui Iudeorum huiusmodi facti profugi sine nostra sive[e] domini sui speciali licencia et consensu se ultra mare transtulerint, ut se a vero dominio[f] alienent, de illorum possessionibus, rebus et bonis omnibus tam mobilibus quam inmobilibus[g],

388. a) *inscriptio in* 2: prudentibus viris . . sculteto, consulibus et universis civibus de Oppenheim gr. s. et o. b.; *in* 3: universis civibus ceterisque fidelibus imperii per Wedreviam constitutis gr. s. et o. b.; *in* 4: universis Iudeis per Wedereviam constitutis graciam suam; *in* 5: prudentibus viris . . sculteto, . . consulibus et universis civibus Wormaciensibus fidelibus suis dilectis gr. s. et o. b.; *in* 6: universis Iudeis Maguntinis camere sue servis graciam suam. b) Iudei et singuli 3. c) in feodum *deest* 6. d) et 2. 5. e) vel 2—6. f) domino 5. g) immobilibus 2. 3.

ubicunque ea reperiri contigerit, nos vel domini, quibus attinent, licite intromittere debeamus ac ea non inmerito nostre attrahere potestati. Nos igitur, ut in profugos[h] Iudeos eosdem[i] iniuria taliter attemptata redundet, de circumspectione ac fide venerabilis H. archiepiscopi Maguntini principis et[k] secretarii nostri karissimi ac nobilis viri E. comitis de Kacenelembogen[l] fiduciam obtinentes, ipsis super omnes Iudeos Spirenses, Wormacienses, Oppenhemenses[m], Maguntinos[n] ac[o] super omnes Iudeos Wetrevie[p] damus presentibus[q] potestatem, ut possessiones, res et bona mobilia vel[r] inmobilia[s] profugorum[t] Iudeorum, ubicunque ea invenerint, sine contradictione cuiuslibet sue attrahant potestati ac pro sue voluntatis arbitrio de ipsis ordinent et disponant, prout eis[u] videbitur expedire. Quapropter fidelitatem[v] vestram rogamus plenissimo cum affectu[v], quatinus archiepiscopo et comiti predictis in[w] premissis adeo efficaciter et fideliter cooperari et assistere studeatis, quod proinde devocionis vestre promptitudinem non inmerito commendemus[w].

Datum Spire, VIII. Idus Decembris, regni nostri anno XIIII.

389. *MANDATUM SECUNDUM.*

Descripsit duo autographa eiusdem tabularii idem vir doctissimus. Signata sunt 1) *'Kaiserselekt Nachtrag' 109,* 2) *ibidem 110. Sigilla dorso impressa erant. Contulimus etiam* 3) *civibus Moguntinis directum, quod publici iuris fecit Schunck l. c. p. 124. Quae ibidem p. 125 n. c de aliis autographis indicantur, hodie examinare non iam possumus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2054.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus Iudeis Spirensibus universis graciam suam[a].

Sub obtentu gracie nostre districta vobis precepcione mandamus precise volentes, quatinus venerabili H. archiepiscopo Maguntino principi[b], archicancellario et secretario nostro karissimo et nobili viro E. comiti de Katzenellembogen[c] fideli nostro dilecto in hiis, que super profugis Iudeis et bonis eorum, qui se ultra mare sine nostra vel principis illius[d], qui a nobis et imperio eos tenet in feodum, speciali licencia transtulerunt, a vobis duxerint requirenda nostro et imperii nomine, cooperari, assistere ac reverenter intendere nullatenus omittatis. Alioquin gravem nostre indignacionis offensam vos incurrisse procul dubio sencietis.

Datum Spire, VIII. Idus Decembris, regni nostri anno XIIII.

---

388. b) profagos 5. i) *loco* in—eosdem 3. 4. 6: in ipsos Iudeos profugos. k) ac 6. l) Kaczenellembogen 2; Kaczennellenbogen 3. 4; Katzenellenbogin 5; Kaczenellenbogen 6; dilecti nostri fidelis *add.* 2. 3. 5. 6; fidelis nostri dilecti *add.* 4. m) Oppenheimenses 5. 6. n) Mag. Opp. 2. 5 o) et 4. p) Wetrebie 2. 5; Wedereuie 3; Wedreuie 4. 6. q) plenariam *add.* 2—6. r) et 2—6. s) immobilia 3. t) profagorum 5. u) *deest* 4. v) *loco* fidelitatem—affectu 2. 5: devocioni vestre tenore presencium firmiter iniungimus et mandamus; 3: fidelitatem vestram requirimus et rogamus attente; 4. 6: devocioni vestre sub obtentu gracie nostre firmiter iniungimus et mandamus. w) *loco* in — commendemus 4. 6: super premissis reverentius obedire ac devocius cooperari et assistere nullatenus omittatis, sicut gravem nostre indignacionis offensam diligitis evitare.

389. a) *inscriptio in* 2. 3: universis Iudeis in Oppenheim (Maguncia 3) camere sue servis graciam suam. b) prin *in fine lineae* 1. c) Kaczenellenbogen 2. 3. d) eius 3.

390—402. CURIA HERBIPOLENSIS.

1287. Mart. 24.—Mart. 29. Apr. 15.

390. *CONSTITUTIO PACIS GENERALIS. Mart. 24.*

Insigne documentum proponimus ope sex autographorum, quae sunt haec:

1) *exemplar ecclesiae Moguntinae, a. 1896. a nobis in tabulario generali regni Bawarici 'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 2 inventum, cuius sigillum laesum pendet loro membranaceo. Nos ipsi descripsimus. In verso leguntur haec manibus fere coaevis scripta:* Daz ist der brief der sazunge que fuit per Rudolfum regem Romanorum facta in Herb. tempore concilii *(*que — concilii *manu altera scripta sunt); item manu saec. XIV:* Lantfrida. *Textu autographi* 1) *editionis fundamento usi sumus.*

2) *exemplar civitatis Lubecensis, quod exstat in tabulario eiusdem civitatis 'Tresc Caesarea' nr. 33. Pendet sigillum loro membranaceo. Nobis petentibus denuo accuratissime descripsit vir d. Fridericus Bruns. Cum monente v. cl. Edwardo Schröder*[1] *orthographia et dialectus utriusque autographi* 1) *et* 2) *artissime inter se connexae sint*[2], *cumque non ab eodem librario haec autographa conscripta esse appareat*[3], *nil restat, nisi exemplar Lubecense ex autographo* 1) *descriptum esse.*

3) *exemplar civitatis Spirensis in tabulario civitatis eiusdem servatum, cuius imaginem heliographicam praebent 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII tab. 12. Sigillum pendet loro membranaceo. Cf. 'Text' pag. 276. Cuius varia lectio aliquantum ab aliis differt*[4].

4) *exemplar Coloniensis civitatis, quod exstat in tabulario eiusdem civitatis. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubri viridisque coloris. Nos ipsi denuo contulimus*[5]. *Textus, orthographia, dialectus*[6] *arte cohaerent cum autographo* 5).

5) *quod servatur in villa Harff, ubi est tabularium comitum de Mirbach. Sigillum deest. In verso scriptum est manu fere coaeva:* kuninc Rudolfis gesecchede. *Nobis quamvis petentibus Berolinum non missum est; itaque contulimus editionem, quam paravit vir d. L. Korth 'Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein' LV pag. 10.*

6) *exemplar cancellariae regis Rudolfi, quod exstat in tabulario Vindobonensi. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. In verso scripta sunt manu saec. XIII:* ordinacio R. de pace. *Adhibuimus editionem a v. d. M. Vancsa loco supra ad nr. 122 laudato paratam pag. 116—125; sed eius textum ope collationis, quam praefectus tabularii Vindobonensis benivole nobiscum communicavit, emendavimus.*

Ceterum huius editionis lectores quoad nonnullas dialectorum minutias, quas nos praetermittendas esse censuimus, ad illam alteram editionem a Vancsa paratam volumus delegari. Editio, quam olim Pertz paraverat, nititur autographo 2 et 4. Quae concordant cum VU *Pace Rhenana a. 1281. supra nr. 280, typis minoribus excudenda curavimus, capitum numeros in margine adscripsimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2070. (P. 448.)*

Disu[a] satzunge[b] des lantfrides[c] haben wir Rudolf[d] ein[e] Romeschir kunig unde ein merer des riches mit gunst und mit rate des erbern[f] herren des cardinalis des

390. a) *praecedunt in* 3: Ista sunt statuta regalia a serenissimo domino Rudolfo rege Romanorum edita in regali curia apud Herbipolim celebrata anno Domini MCCLXXX septimo in sancta quadragesima ante Pascha, *eadem manu scripta, quae in fine documenti lineam dati* Disu — riches *exaravit, diversa illa ab altera, quae ipsum textum scripserat.* b) satzungen 2. c) lanfrides 3. d) Růdolf 3. 5; Růdolf 6; von Gotes genaden *add.* 6. e) *deest* 4. 5. f) der erberen 4. 5. 6.

1) *Cuius consilio usi textum hic illic correximus.* 2) *Est enim dialectus Franciae orientalis. Ingrossatorem cancellariae Herbipolensis fuisse opinari licet.* 3) *Autographon* 1 *denuo a. 1903. benivolentia praefecti tabularii Monacensis Berolinum missum contulimus cum imagine photographica autographi Lubecensis.* 4) *Dialectus est Alemanniae.* 5) *Editionem integram autographi 4, sed haud correctam v. 'Quellen zur Gesch. der Stadt Köln' III, 243 nr. 280.* 6) *Est dialectus Sueviae orientalis.*

legatis und der fursten unde der herren[g] geistlich und wertlich gesezet zu Wirzeburg[h] zu[i] dem geboten hove[k], als hie nach gesriben[l] stat:

Wir setzen[m] und gebieten bi des riches hulden* und mit der fursten rade und ander dez riches holden[n] und getruwen:

1. Swelich sun sinen vater von sinen burgen oder von[o] anderem sinem[p] gůte virstozet oder in[q] brennet oder in[r] roubet oder sich[s] zu sines vater vinden[t] machet mit eiden oder[u] mit truwen, daz[v] uf sines vatir ere gat oder uf sine virderbnisse, bezuget in des sin vater zu[w] den heiligen vor sinem rihtere mit zwein sentper[x] mannen, die nieman mit[y] rehte virwerfen kan, der sun sol sin virteilet eigens und lebens und varndes gutes und genzliche alles des gutes ewikliche[z], daz er von vater oder von můter erben solte, also daz im wedir rihter noch vater noch muter[a] niemer[b] wider gehelfen[c] mag, daz er kein reht zu dem gůte iemer gewinnen můge. nr. 280 c. 1.

2. Swelich sun[d] an[e] sines vater lip ratet oder in urluchliche[f] angrifet mit untruwen oder mit vanknisse oder[g] in kein bant leget[h] daz[i] vancnisse heizet, wirt er dez[k] vor sinem rihter beziuget[l], als hie vor geschriben[m] stat[n], der selbe sun sol[o] sin[p] élos[q] und rehtelos ewikliche, also daz er niemer wider komen mac zu sinem rehte mit keinen dingen. c. 2.

3. Alle die[r] ouch der vater zu geziuge niemet vor dem rihter uber alle die sache, die hie vor gesriben sint, die sulen dez niht uber[s] werden[t] durch sippe noch durch keiner slahte[u] sache, si gestan dem vater der warheit. Der daz nit dun wil, den sol der rihter dar zu twingen, ez ensi[v] daz er vor dem rihter swere zu den[w] heilegen, daz er dar umbe nit wizze. c. 3.

4. Hat der vater dienstman oder eigen lute, von der rate oder von der helfe der sun dirre dinge dekeines tut wider sinen vater, die hie oben[x] geschriben sint[y], beziuget daz[z] der vater[a] uf[b] sie vor sinem rihter selbe dritte[c], alse hie vor gesriben[d] ist, zu den heilegen, die selbe die[e] sint elos und rehtelos ewicliche. Der vater mac aber sie[f] nit bereden der dinge, er bezuge e den sun, als da vor gesriben ist. c. 4.

5. Bezuget er dar nach die dinestman oder die eigen lute, der rihter, in des gerihte ez geschehen[g] ist, sol si zu ahte dun und sol sie niemer dar uz gelazen[h], sie[i] gelten e[k] dem vater sinen[l] schaden zwivalt[m], den er von ir rate und[n] von ir helfe genomen hat, und dem rihter sin reht[o]. Habent die selben[p] lehen von dem vater, die lehen sulen dem vater ledic sin[q] zu hant, so ers bezuget, und sol ez in[r] niemer wider gelihen; lihet[s] aber[t] er si[u] in[v] wider, so sol er also vil so[w] der lehen[w*] ist dem rihter geben ane widerrede. c. 5.

6. An allen disen sachen[x], die hie vor geschriben sint, mag ein iegelich sentper[y] vriman[z], der sin reht hat behalten, dem vater[a], er si furste oder anders ein hoch man, helfen beziugen swaz er c. 6.

390. g) *loco* unde der herren 4. 5. 6: beider. h) Wirzburch 4; Wirzpurch 5; Wirtzpurch 6. i) in 4. 5. 6. k) hoven 1. l) verschriben 6. m) des ersten *add.* 4. 5. 6. n) hůlden 3. o) *sequitur* sinen *cancellatum* 1. p) sinem anderen 2. q) *deest* 4. 5; oder in *deest* 6. r) *deest* 3. 4. 5. 6. s) *supra lineam add.* 1; *deest* 3. 4. 5. 6. t) sich *hic add.* 3. 4. 5. 6. u) und 3. v) ez *add.* 3; es *add.* 4. 5; iz *add.* 6. w) bi 6. x) sempern 3; semperen 5; schinberen 4; semparn 6. y) m *in rasura* 1. z) *deest* 2. a) noch muter *supra lineam add.* 3. b) nieman 4; nimmermere 6. c) helfen 6. d) *in rasura* 1. e) uf 4. 5; auf 6. f) ůrlo̊glichen 3; urlǔgelichen 4. 5; ůrlaugelichen 6. g) in *add.* 4. 6. h) *loco* bant leget 1. 2 *male:* vanenisse. i) daz *add.* 3. k) *deest* 6. l) erzúget 4. 5. m) verschrieben 6. n) ist 4. 5. 6. o) *supra lineam add.* 1; *deest* 3. p) *loco* sol sin 4. 5: si; 6: sei (= *VU*). q) elloz 3. r) die *add.* 4. 5. 6. s) uberich 4. 5. 6. t) weder *add.* 4. 5. 6. u) hande 4. 5. 6. v) danne *add.* 3. w) *loco* zu den 4. 5. 6: uf die. x) obenan 3. y) stǎnt 4. z) es 2. a) der vater daz 3. b) uffen 3. c) selbe dritte *post* gesriben ist 3. 4. 5. 6. *VU*. d) verschriben 6. e) *deest* 4. 5. 6. f) sich 4. 5. 6. g) *loco* ez geschehen 1. 2 *male:* er gesezzen. h) lazsen 4; lazen 5; lazzen 6. i) sin 6. k) *deest* 4. 5. 6. *VU*. l) den 6. m) mit der zwigulte 4. 5. 6. n) oder 6. o) Vnd *add.* 4. 5. 6; *supra lineam add.* 3. p) *loco* Habent die selben 5: Und dieselben hant. q) l. s. d. v. 4. 5. 6. r) *deest* 1. 2; *loco* ez in 3: er sie in; 5: er es in. s) *praecedit* Und 6. t) *deest* 6. u) es 6. v) in sie 3. w) als 6. w*) dez lehēnes 3. x) sache 1. y) schinber 4; seinper 5; semper 6. z) vri *supra lineam add.* 1; *in linea subpunctum* 3; *deest* 6. a) dem vater *post* hoch man 4. 5. 6.

weiz. Ein dienstman mag es ouch beziugen mit anderen dienstmannen[b], ein eigener mit sinen genozen, ein gebure mit sinen genozen. Ein iegelich vriman hilfet wol einem dienstmanne, ob ers weiz.

c. 7. 7. Ist aber[c] daz[d] der vater von vancnisse oder von[e] andirre ehafter not diz reht nit gevorderen mac, so sol ez siner mage einer[f] tun, und sol der mag[g] beweren zu den heilegen, daz den vater ehaftigu not irret, daz er dar nit komen mag, und sol die not nennen. Und swenne er daz beredet, so sol im reht umbe die clage geschehe[n][h] an dez vater stat, als ob der vater selbe da were. Ein dinstman hilfet[i] ouch wol einem sinem ungenozen. Die nidern mugen ez den hohern nit gehelfen. In[k] gelicher wise alse wir[l] von dem vater han geseit, also wellen wir, daz man daz selbe von der muter verste.

c. 8. 8. Wir setzen und gebieten, swaz schaden ieman geschehe, daz er daz[m] selbe nit sol rechen[n], er klagez alrerst sinem rihter und volge siner clage an daz ende also reht ist; ez en si[o] daz er do zu hant si zu notwer sines libes und sines gutes. Swer sich anders richet denne hie vor gesriben ist, swaz schaden er darumbe ieman dut, den sol er im zwivalt gelten, und swaz schaden im geschehen[p] ist, der sol gar virlorn sin, und sol niemer[q] keine clage dar nach gewinnen.

c. 9. 9. Swer abir sine clage vollenvueret, als da[r] gesriben ist, wirt im nit gerihtet und[s] muz er durch not[s] sinen vinden widersagen, daz sol er bi tage tun. Und von dem tage, daz er ime widerseit hat, untze an den vierden dac sol er im keinen schaden tun weder an libe noch[t] an gute. So hat er dri ganze dage vride. Ouch sol der, dem da widerseit ist[u], biz[v] an den virden dag keinen schaden tun deme, der ime da[w] widerseit hat. An sweme[x] disu sazunge[y] gebrochen wirt[z], der sol ez[w] sime rihter clage. Und sol der rihter jenen[a] vǒrgebieten selben oder mit sinem boten. Und mag sich der selbe, dem da furgeboten ist, niht[b] enschuldegin selbe sibende sentperer[c] lute vor dem rihter, so si[d] er erlos und rehtelos ewicliche, also daz er niemer kome zu sinem rehte.

c. 10. 10. An sweme der hantfride[e] gebrochen wirt, beziuget er daz zu den heilegen[f] vor sinem rihter mit dem, der den hantfriden[g] gemachet hat, und mit zwein anderen sentperen[h] mannen, die ir reht behalten[i] habent, daz der lantfride[k] an ime gebrochen si, der rihter sol gienen zu ahte dun, der den lantfriden[l] gebrochen hat, und sol in niemer uz der aht lan[m] an dez klagers willen, oder er virliese die hant darumbe. Ist abir der lantfride[n] mit dem[o] totslage gebroche[n], so sol dez[p] mage einer, der da irslagen wart, klagen und sol den mort bereden, als do[q] gesriben ist. Und swenne er daz beredet, so sol man[r] jenen niemer uz der aht gelazen, er gebe den lip darumbe, und sol elos[s] und rehtelos sin. Wil abir der, der[t] den hantfriden[u] gemachet[v] oder enphangen hat[w], im des gerihtes nit gestan, daz der vride an im gebrochen si[x], dem sol der rihter gebieten bi unsern hulden, daz er ime helfe sines rehtes, oder er muz sweren zu[y] den heilegen, daz ers nit enwizze. Lat ers abir[z] durch sippe oder[a] durch keiner hande dinc, er[b] ist uns und dem rihter die hant schuldic.

c. 11. 11. Wir sezen und gebieten bi unsern hulden, daz alle unser fursten und alle die[c], die gerihte von uns habent, rehte rihten als des landes sitte und gewoneit si, und daz selbe gebieten den, die gerihte von in haben. Swer dez nit tut, uber den wollen wir rihten scharpliche alse reht ist. Und

390. b) diestmannen 1. c) *supra lineam add.* 3. d) das *corr. ex* dar 1. e) *deest* 3. f) einer sin magh 4. g) *loco* der mag 4. 5. 6: darnach. h) beschehen 3. 4. 5. 6. i) ez *add.* 3. 6. k) *praecedit signum paragraphi in* 3. l) hie *supra lineam add.* 3. m) *loco* er daz 4: der. n) *loco* sol rechen 3: reche (*corr. ex* enreche); enrichte 4; richte 5; reche 6. o) danne *add.* 3. p) beschehen 3. q) *deest* 1. 2. r) vor *add.* 3. 6. s) *loco* und—not 3: daz er d. n. mů̊sse 3. t) oder 3. u) wirt 3. 4. 5. v) unz 4. 5; untz 6. w) *deest* 3. 4. 5. 6. x) swederm 3. y) gesetzede 3. *VU.*; satze 4; setze 5. z) würde 4. 5. a) innen 1. b) *deest* 1; *supra lineam post additum* 2. c) semper 3; schinberen 4; scinper 5; sempaer 6. d) ist 6. e) lantfride *male* 1. 2. 3. 5; h *corr. ex* l *atramento fusciori* 4. f) uf die h. 4. 5. g) lantfriden *male* 1. 2; lantfride 3; h *corr. ex* l *atramento fusciori* 4. h) sempern 3; schinberen 4; scinper 5; sempaeren 6. i) gehalten 3. k) lantfrid 3; hantfride 4. 5 (h *item corr. ex* l 4); hantfrid 6. l) lantfride 3 *similiter semper*; hantfride 4. 5 (h *item corr. ex* l 4); hantfrid 6. m) gelassen 3; gelazen 4. 5. 6. n) hantfride 4. 5 (h *corr. ex* l 4); hantfrid 6. o) eime 2. p) der 2. q) vor 4. 5. 6; *supra lineam add.* 3. r) *deest* 2. s) erlos 2. t) *supra lineam add.* 1. 5. u) lantfriden *male* 1. 2; lantfride 3; hantfride 4. 5 (h *corr. ex* l 4). v) hat *add.* 4. 6. w) hat oder enph. 3. x) sin 1. y) uf 4. 5; auf 6. z) aber er es 4. 5. a) und 4. 5. b) der 3. c) *deest* 3. 6.

swaz uns vor[d] in irteilet wirt, dez[e] in welle wir nit lan noch nieman ubir sehn noch niemannes schonen. Und gebieten ouch unsern fursten, daz sie mit der buze twingen die von in gerihte habent, daz sie rehte rihten, und der buze[f] nit lazen, die in irteilit wirt.

12. Wir setzen und gebieten, daz dekein rihter ieman zu ahte dů wan[g] offenliche, und daz c. 12.
kein rihter ieman uz der ahte laze, er neme die gewisheit, daz dem klager gerihtet werde nach des landes gewonheit. Tůt ez der rihter[h] nit, so solen[i] wir ubir in rihten als reht ist. Wir geloben ouch[k], daz wir daz selbe halten[l].

13. Wir setzen und gebieten, swaz igelichme rihter gewettit wirt, daz er den ahter uz der c. 13.
ahte lat, daz er daz gerne[m] neme und des nit laze, durch daz daz[n] die lute deste ungerner in die ahte komen. Wir wellen ouch selbe unsers rehtis nit lazen.

14. Wir setzen[o] und gebieten, daz man die phalburgere allenthalben laze. Wir wollen ir[p] in c. 14.
unsern steten dekeinen haben.

15. Wir[q] virbieten[r] ouch, daz ieman keinen muntman habe. c. 15.

16. Wir virbieten[r*] ouch bi unsern hulden, daz nieman den anderen geleite[s] durch daz lant c. 16.
umb dekein gut, er enhabe[t] daz geleite von dem riche.

17. Daz[u] arme und riche dester sicherlicher[v] gevarn und gevliezen mugen, so[w]
gebieten wir, daz nieman keinen nuwen zol noch geleite mache noch nemen sol noch[x] c. 17.
uf lande noch uf wazzer, und daz alle die zolle, die mit unrehte gehohit sint anders denne si von alter her[y] gesetzet sint, daz die[z] hohunge abe si und der zol belibe[a], als er zu[b] rehte sol. Swer da wider tůt, der hat den lantfriden gebrochen, und umbe den bruch so ist er in der ahte und in des pabstes banne, den er jarlich kundet an dem Grunen donrstage[c], und in des legates banne, den er ubir unrehte zolle zu Wirzeburg[d] in dem concilio gekundet hat[1]. Nieman sol ouch keinen zol nemen wan[e] zu rehte und da man in zurehte nemen sol. Swer daz brichet, den sol man haben fur einen strazrouber.

18. Wir setzen und gebieten, daz alle die zolle, die sit keyser Frideriches tode[f] uf c. 18.
gesezet sint uf wazzer oder uf lande, von sweme[f*] si gesetzit sint, daz si gar abe sin; ez en si daz[g] der[h] beweren[i] muge der in da hat[g] vor dem riche, daz er in zu rehte haben sule.

19. Alle[k] die[l] die zollen nement uf wazzer oder uf lande, die sulen den wegen und den c. 19.
brucken irum[m] reht halten mit machen und mit bezzern[n], und[o] den si den zoln nement[p], die sulen sie befriden und beleiten[q] nach ir maht, als verre als ir gerihte[r] gat, daz sie nit virliesen. Swer[s] dise gebot zu drin malen brichet, wirt er sin bezuget vor gerihte als reht ist, der zol sol dem riche ledic sin.

390. d) ůber 3. 4. 5. 6. *VU.* e) daz 2. f) bůsche 3. g) danne 3. h) *loco* ez der rihter 3: er dez. i) sol 1; sulen *corr. super* wellen *deletum* 3. k) *deest* 3. 4. 5. 6. *VU.* l) behalten 4; gehalden 5. 6. m) gar 3. 4. 5. 6. n) *deest* 4. 5. o) setze 1. p) ir *post* steten 3. 6; *deest* 4. 5. q) be *sequitur cancellatum* 1. r) gebieten 3; gebieten und setzen 4. 5. 6. r*) gebieten 3. s) gelaite *post* lant 3. 4. 5. t) habe danne 3. 4. 5. 6 (danne *supra lineam add.* 3). u) *sine signo paragraphi* 6. v) gewaerlicher 6. w) *praecedit signum paragraphi* 6. x) wedir 2. 6. y) *deest* 3. 4. 5. 6. z) selbe *add.* 4. 5. 6. a) beliben 1. b) von 4. 5. c) *loco* Grunen donrstage 6: antlaztage. d) Wirzburch 4; Wirzpurch 5; Wirtzpurch 6. e) dan 2. f) ziten 4. 5. 6. f*) sueme 1. g) *loco* daz — hat 3: der in hat beweren muge. h) er 2; *hic sequuntur* der in da hat 4. 5. 6. i) bereden 4. 5. 6. k) *sine signo paragraphi* 3. l) *deest* 3. m) ir 3. 4. 5. 6. *VU.* n) bezzen 1; besserunge 3. 4. 5; bezzerunge 6. *VU.* o) von *add.* 4. 5. 6. *supra lineam add.* 3 (= *Pax Moguntina a. 1235*). p) nement den zol 4. 5. 6. q) gelaiten 6. r) gerihtet 1. s) *cum signo paragraphi* 6.

1) *Concilii Herbipolensis statutorum caput e cod. Paris. lat. 11101 saec. XIV. in. fol. 92' descriptum hic ponere liceat:* Cum imponentes et exigentes nova passagia vel antiqua seu concessa augmentantes singulis annis summus pontifex in Cena Domini anathematis vinculo denunciet subiacere, statuimus, ut ordinarii locorum per se vel per suos vicarios singulis annis in Cena Domini sollempniter coram populo eosdem, sive sint archiepiscopi sive episcopi seu abbates vel alii inferiores prelati aut layci seu seculares persone, quocumque nomine censeantur, pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos denuncient et usque ad condignam satisfactionem tamquam excommunicatos ab omnibus evitandos. *Cf. Reg. imp. VI, 2064.*

c. 20. 20. Man sol die rehten strazen[t] varn und sol nieman den andern twingen[u] von der rehten strazen.

c. 21. 21. Swo zwene mit einander urlugent[v] und der eine oder si beide geleite habent, swer den[w] zu leide die straze angrifet, wirt er dez mit rehte ubirzuget[x], ubir den sol man rihten als ubir einen strazrouber.

c. 22. 22. Swer burge oder stete oder dekeinen bu wil machen[y], der sol ez mit sinem gute dun oder mit siner lute gute und nit mit der[z] lantliute gůt. Swer dar uber keinen zol oder kein ungelt niemit in keiner stat oder uf deheiner straze, uber den sol man rihten als uber ein strazrouber[a].

c. 23. 23. Alle die munze, die sit keyser Frideriches tote gemachet sint[b], die sulen gar abe sin; ez bezuge denne vor deme riche der[c] si da[d] hat, daz ers zu rehte haben sule. Swer uf iemannes phenninge dekein falsch[e] slehet oder hat geslagen[f], den sol man haben vor einen valscher*.

24. Swer[g] ouch ein ander munze machte oder slůge, denne von dem riche von altir her komen ist, swie gewere oder gut die were, ez si an gewihte, gemelde oder swere[h], den sol man fur einen valscher haben. Und swenne er des mit rehte ubirzuget[i] wirt, der[k] sol sin reht haben virlorn[k].

25. In swelhes herren[l] gerihte oder geleite, ez si uf lande oder uf wazzer[m], ein koufman oder sus ein man beroubit wirt von dez herren gesinde, amtman[n], burchmane oder dinstmanne[o], der der herre gewaltic ist an alle arge liste, daz sol der herre, in dez gerihte oder geleite der beroubet ist, gelten. Wirt abir ieman beroubet in eines herren gerihte oder geleite und daz[p] nit geschehe von sinem gesinde, amtman, burgman oder dinstmanne[q], dem sol der lantfride[r] beholfen sin, daz wider zu[s] dune.

26. Wir[t] setzen[u] ouch und gebieten vestekliche, daz swa ez not geschehe durch bruche des lantfridis[v], die nehsten die da bi gesezzen sin, do der bruch geshehen ist, den lantfriden beschirmen und helfen wern. Und virmugen ez die nit, so sulen ez die tun die dar[w] nach die nehsten sint, und dar zu sulen wir den[x] helfen, ob ez not ist[t].

c. 24. 27. Wir gebieten ouch vestecliche[y], daz man in allem Romeschen riche an geistlichen[z] dingen nach gebote und nach rate der erzebischofe[a] sich halte und der bischofe und der erzepriester und[b] nach geistlichem rehte. Und swer da wider ist, den sol man haben fur einen ungeloubegen man. Man[c] sol auch wertlich gerihte an sinem[d] rehte lazen[e-c].

c. 25. 28. Wir gebieten auch[f] vesticliche und als reht ist, daz der gotshuser vogte den gotshusern vor sin[g] und si schirmen uf ir vogtie[h], als ez gen[i] Gote wol ste und ouch unsern hulden, und sich an der gotshuser gut[k] also halten, do[l] ir vogtie[m] ist, daz uns dekein groze clage von in[n] kome. Swer des nit tut, kumt ez[o] zu clage, so welle wir ez rihten als reht ist also vestekliche[p], daz wir niemans dar ane[q] schonen wellen.

29. Wir[r] wellen ouch und gebitten, daz uber ein closter oder uber[s] ein gotshus nit dan ein voget si, als lange der lantfride wert. Und[t] swer des nit wolte oder da

390. t) rechte lantstraze 4. 5. 6. *VU;* rehten lantstrassen 3. u) tw. d. a. 4. 5. 6. v) ůrlǒgent 3. w) dem 3. x) beziuget 3. *VU;* beziuget mit reht 6. y) m. wil 4. 5. 6. z) *loco* mit der 3. 4*:* von siner (= *VU*)*;* mit siner 5. 6. a) rǒbere 4. b) von sweme si gemachet sint *add.* 4. 5. 6 (= *1235*). c) der *add.* 4. d) *deest* 3. e) fafch 1. f) geschlagen hat 3. g) *sine signo paragraphi* 3. 6. h) suere 1. i) beziuget 3. k) *loco* der—virlorn 3. 6*:* so sol er sin lantreht verloren (floren 6) han. l) herre 1. m) uf wasser oder uf lande 3. 4. 5. n) amet *in fine lineae* 3. o) *sequuntur* dem sol der lantfriden beholfen sin *punctis suppositis deleta* 1. p) daz *add.* 3. 4. 5. 6. q) dienestman oder burgman 3. 4. 5. 6. r) lanfride 4. s) *deest* 6. t) Wir — not ist *exciderunt* 6. u) setze 1. v) daz *add.* 3. w) darch 1. x) in 3. y) flizzechlicen 6. z) geistlichem 1. a) erzebischof 1. b) *deest* 3. 4. 5. 6. *VU.* c) Man — lazen *desunt* 5. d) sinen 1. e) behalten 3. 4. 6. f) *deest* 3. 4. 6. *VU.* g) si 1. 6. h) uf ir vogtie *desunt* 3. i) wider 4. k) den goteshůsern gůtte 3. l) das 6. m) da *add.* 6. n) niht *add. 6.* o) uns *add.* 4. 5. p) vollecliche 2*;* a. v. a. r. i. 4. 5. 6. q) daran niemanne (niemen 6) 3. 4. 5. 6. r) *sine signo paragraphi* 3. s) *deest* 3. t) *deest* 2.

wider te,te, den sol dez[u] der lantfride twingen, und swenne der lantfride uz gat, so sol ez[u*] nieman an sinem rehte schaden.

30. Wir[v] virbieten[v*] ouch bi unsern hulden, daz nieman durch keines vogetes[w] schulden noch c. 26.
ime zu leide der gotshuser gut, daz ir vogtie ist, weder brenne noch roube noch phende[x]. Swer daz dar ubir tut, wirt er des ubirziuget als reht ist vor deme rihter, den sol man zu ahte dun und sol in uz der ahte nit lazen[y], er gelte den schaden dri stunt als dure als er[z] ist; und sule[a] di zweiteil dem gotshuse[a] werden und daz tritte teil dem vogte.

31. Wir virbieten[b] ouch, daz nieman phende an des rihters urlŏp. Swer ez dar ubir tut, c. 27.
ubir den sol man rihten als uber einen rouber[c].

32. Wir setzen und gebieten, swer wizentliche roup[d] koufet[e] oder dubic[f] gut, oder rouber oder c. 28.
diebe wizzentliche behaltet und niht ehter sint, wirt er des beziuget vor dem rihter nach reht, so sol er zum ersten den schaden zwivalt[g] gelten dem er getan ist, er si dubic oder rŏbic. Wirt aber[h] ers beziuget, daz ers me habe[i] gedan danne zu einen male[i], ist ez ein roub, so sol man ubir in rihten als uber ein[en] rouber, ist ez dubic[k], so sol man ubir in rehte[n] als ubir einen diep.

33. Wir virbieten[l] ouch[m], daz nieman keinen ehter behalte[n] wizentliche. Swer ez[n*] dar ubir c. 29.
tut, wirt ers beziuget*, man sol ubir in rihten als ubir einen ehter. Mag aber er[o] sich entreden mit siben sentper[p] mannen, daz ers nit enwiste, daz er en ehter was, er sol unschuldic sin. Swer[q] dekeinen ehter wert oder schirmet, swa man in ane grifet, wirt ers beziuget ze rehte[r], man sol ubir in rihten als ubir einen ehter.

34. In swelhe stat der ehter kumet, do sol man sin nit behalten noch keinen couf geben noch c. 30.
virgeben geben, noch en sol um in nit coufen, noch en sol in nieman schirmen. Man sol in miden an allen dingen. Haltet[s] in ein stat gemeinliche oder[t] wizzentliche, ist si umbemuret, der rihter sol si nider brechen. Und sol uber den wirt, der in behaltet[u], rihten als uber ein ehter und sol sin hus zefuren. Ist[v] die stat ungemuret, so sol sie der rihter brennen. Sezet sich die stat da wider, stat und lute sint rehte los. Mag der rihter nit da[w] gerihten, so sol ers kunden* dem kunige[x], der sol es von des riches gewalt twingen[y].

35. Wir setze[n], daz des riches hof habe einen hoverihter, der ein vri man si. Der sol[z] an c. 31.
dem selben amt ze minnesten[a] ein jar beliben, obe er sich rehte und wol heltet[b]. Der sol[c] alle dage zu gerihte sitzen ane die sunnentage und an grozzen heilegen tage, und sol allen luten rihten die ime clagent und von allen luten[d], ane fursten und ane[e] andere hohe lute, swa ez[f] gat an ir lip oder an ir reht[g], an ir erbe oder an ir leben. Daz welle wir selbe rihten. Swer[h] ouch[i] mit[k] gerihte virderbit wirt, dar umbe sol nieman[l] chein vintschaft habe[n]. Swer abir ieman dar umbe[m] vehet, der sol in den[n] selben schulden[o] sin und in der selben missetat[o], als der selbe[p] was der da[q] virderbet ist. Unser hofrihter[r] sol ouch nieman virtragen, er en du ez danne mit unserm sunderlichen gebote. Er sol[s] nieman zu[t] ahte dun noch uzer der ahte lazen, wan daz sule wir selbir tun. Und wellen[u] andirs nieman gestaten, daz er sich da mit uberlade.

390. u) *deest* 3. u*) er 1. 2. v) *sine signo paragraphi* 3. v*) gebieten 3. *VU.* w) willen *cancellatum sequitur* 1. x) sol *supra lineam add.* 3. y) ê *add.* 4. z) der 4. 5. a) sol ez dem goteshuse diu zwai tail 3. b) gebieten 3. c) străzrŏber 4. 5. 6. d) roupic 2. e) *post* gut 6. f) diebe 4. 5. g) zwivaltig 3; zweiveldeclichen 4. 5. 6. h) *deest* 4. 5. 6. i) danne zů ainem male habe getan 3. 5. 6; ze einem male in danne habe getan *male* 4. k) ein diub 3. l) gebieten 4. m) *deest* 3. 4. 5. 6. n) gehalte 3. 4. 5. n*) *deest* 3. o) er *supra lineam add.* 1; er aber 2. p) sempern 3. 5; semper 4. q) *praecedit signum paragraphi in* 3. 6. r) ze rehte *desunt* 1. 2. s) Behaltet *cum signo paragraphi praecedente* 6. t) und 3. u) haltet 3. v) aber *add.* 4. 5. 6; *supra lineam add.* 3. w) da niht 3. 4. 5. 6. x) daz *add.* 3. y) *in corr.* 1. z) auch *add.* 6. a) stete *supra lineam add.* 3. b) beheltet 2; habe 4; halte 5. c) ouch *add.* 4. 5. 6; *supra lineam add.* 3. d) rihten *add.* 3. e) *deest* 4. 5. f) in *add.* 6. g) oder *add.* 3. 4. 5. 6. h) *cum signo paragraphi* 6. i) *supra lineam add.* 3. k) amme 2. l) *sequitur cancellatum* win 1. m) dar umbe ieman 4. 5. 6. n) des 4. 5. 6. o) *loco* schulden—missetat 3: missetaten unde schulden sin. p) *deest* 6. q) *deest* 3. r) Unser hoverihtar *supra lineam super* Er *subpuncto* 3. s) ouch *add.* 4. 5. t) uz *male* 2. u) ouch *add.* 4,

c. 32. 36. Wir gebieten ouch[v], daz man alle furgebot mit briefen tu und briefe dar ubir gebe, wie man von gerihte scheide, umbe daz daz man mit den briefen[w] under des hoverihters ingesigele bereden muge daz vurgebot und die[x] zil und die tage, die vor gerihte genomen werdent[y].

37. Swer den lantfride nit enswert in einem mande, nach dem so ez[z] gekundet wirt, offenliche in dem bischtume do er sizzet, swaz deme geschit, daz sol nieman rihten weder mit geistlicheme oder[a] mit werltlicheme gerihte, und swaz ime geschit mit rate oder mit getate[b] an libe[b*] oder an[c] gute, daz sol nieman rihten.

38. Swer ouch den lantfriden[d] swert und in dar nach brichet, der sol in[e] vierzen nahte den bruch bezzern und[f] wider tun, so ers[g] gemant wirt von dem, der da rihter ist. Tut er des nit, so sol er meineidig[h] sin und sol in der erzebischof oder der bischof[i], in des bischdum er[k] sitzet, zu banne tun und der kunig zu ahte dun, und[l] der furste oder der[m] grave, in des gerihtet er sitzet, zu ahte dun[l]. Und sule die benne und die[c] ehte niemer abe[n] gelazen werden, er habe denne den bruch gebezert und gebuzet[o]. Swer ouch den, der von bruchen[p] des lantfridis meineidic, bennic und[q] ehtic wirt, behaltet, behuset[r] oder behovet ahte dage[s] dar nach[t], so es im[u] virboten wirt, der sol in den selben schulden sin, als der ist den er[v] wizzentliche nach dem gebot behuset oder[w] behalten[x] hat.

39. Ez sol ouch nieman die lute behalten[y] oder behusen[z], die nu uberseit sint oder noch ubirseit werdent, die schedelich sint dem lande. Swer[a] si aber innertalp ahte dagen dar nach, so si im virboten werdent, nit enlieze[a*], der sol den lantfriden gebrochen han und in die vorgenanten pene[b] vallen, ahte und ban.

40. Swer den lantfriden brichet und den bruch nit uf rihten wil und darumbe von dem lantfriden besezet[c] wirt oder die, die den lantfriden gesworn hant, da von ze schaden bringet, den sol der lantfride[d] twingen[e], daz er mit allen sinen vesten und mit sinem gute iedem manne nach siner mazze sine[n] schaden ablege, also verre sin gut gelangen mac.

41. Dise[f] satzunge, dirre vride[g] und disu reht[f] sol man zu allen ziten[h] stete halten und sol man ouch dar nach rihten, wan si von altir her komen sint und mit rehte und mit gunst und mit rate der fursten gesazt sint.

42. Sich verbindet aber zu disem male zu disem lantfriden mit eiden nieman
Iun. 24. wan von hinnen biz[i] sante Iohannes baptiste[k] messen[l] und von dannen ubir driu jar. Daz habent die fursten, vrigen, graven, dienstman und gemeinlich des riches getruwen und holden zu den heilegen gesworn, also daz[m] iederman, er si furste, grave, vrie, ritter, man, dinstman, burge, stete, veste, phaffen und legen bi irem rehte beliben.

1—5.	6.
43. Swaz ouch die fursten mit ir[n] lantherren in irme lande mit der herren rate sezzent und machent	43. Swaz[o] auch die fursten in irem lande mit der lantherren rat setzent und machet[1]

390. v) daz *add.* 6. w) dem brieve 4. 5. 6. x) daz 6. *VU.* y) sint 3. 4. 5. 6. z) er 4. 5. 6. a) noch 3. 4. 5. 6. b) ge *supra lineam* 1; geraette 6. b*) liebe 1. c) *deest* 4. d) lantfride 4. 5; lantfrid 6. e) den *add.* 6. f) oder 6. g) er sin 3. 4. 5. h) mainaide 3. i) b. o. d. e. *male* 4. k) *supra lineam add.* 1. l) und — tůn *in margine addita signo posito, manu correctoris eadem verba etiam retro in plica sunt scripta* 3. m) *deest* 3. n) aber 1. o) gebůscet unde gebessert 3. 4. 5. 6. p) *loco* von bruchen 3: umbe den bruch; 6: umb bruche. q) oder 6. r) hauset 6. s) ahte dage *desunt* 2. t) *loco* dar nach 3: nach dem; dar nach *deest* 4. 5. 6. u) in 1. v) ez 1. 2. w) und 6. x) behovet 3. y) balten 3. 4. 5. 6. z) husen 3. 5; hůfen 4; hausen 6. a) *cum signo paragraphi* 3. a*) enliezen 1. b) bůz 4. 5; bůzze 6. c) besessen 3. 4. 5. d) lantfrider 1. 2. e) *deest* 1. f) Diseu satzunge dises vrides und dises rehtes 6. g) dirre vride *desunt* 4. 5. h) *loco* zu allen ziten 3. 4. 5: allezit; 6: alle. i) unz 4. 5. 6; zů *add.* 3. k) dez toufers *supra lineam* 3; des taufers 6. l) mes des baptisten 4. 5. m) doch *add.* 4. 5. 6. n) mit ir *in loco raso* 1; *loco* mit ir 2: oder die; 3. 4. 5: und die. o) *sine signo paragraphi* 6.

1) *Cf. de hiis ea, quae notavit Zeumer 'Quellensammlung zur Geschichte der Deutschen Reichsverfassung' pag. 127 n.*

disem[p] lantfriden[q] zu bezzerunge und zu vestenunge, daz mugen si wol dun und da mitte brechen sie des lantf[r]iden[r] niht.

Und zu einem rehten urkunde so haben wir unsir kuniglich insigel an disem[s] brief gehenket.

Diser[t] lantfride[u] wart gemachet und der[v] brief[w] wart gegeben[x] zu dem offenen hove in dem concilio[y] zu Wirzeburg[z], an unser Vrowen abent der[a] in der vasten gestet[b], da man zalte von unsers Herren[c] geburte dusent zweihundert und siben und azich jar[d].

391. *SENTENTIA DE CONDITIONE PUPILLI NON DETERIORANDA.*

Mart. 24.

Autographon Hagis Comitum in tabulario regio asservatum denuo nos ipsi contulimus. Sigillum deest, filis sericis relictis. Transsumtum eiusdem sententiae per episcopum Traiectinum a. 1292. Apr. 22. factum, quod ex tabulario Montensi 'Trésorerie des chartes' nr. 135 iam olim exemplavit Bethmann, negleximus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2069. (P. 452.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Creditum nobis desuper nostri regiminis officium ad hoc nos obligat et astringit, ut exstirpatis undique discordiarum et iniuriarum scrupulis, universis et singulis sacro Romano subiectis imperio pacis comoda et tranquillitatis votive, quantum in nobis est, quietudinem procuremus. Ex ipsorum equidem nostrorum fidelium statu felici nobis mentis crescit tranquillitas et persone nostre comoditatis felix suavitas generatur. (2) Ad noticiam igitur universorum sacri Romani imperii fidelium volumus pervenire, quod pro statu bono rei publice feliciter dirigendo in curia nostra sollempni apud Herbipolim edicta in vigilia annunciacionis beate Virginis iudicio presedimus, assidentibus et astantibus nobis principibus nostris nobiscum in eodem iudicio constitutis, ubi inter multa alia sententialiter quesitum exstitit: si tutor aliquis de bonis pupilli, cuius tutor existit, que teneri debent ab imperio, pactiones, obligationes, promissiones vel aliqua alia facere possit, que in ipsius pupilli preiudicium vel dispendium vergere videantur. Et sententiatum exstitit communiter ab omnibus principibus et etiam approbatum: quod nullus tutor possit vel debeat de bonis pupilli aliquid facere vel disponere, per quod ipsius pupilli, cuius est tutor, deterioretur condicio vel per quod ipsi pupillo dampnum aliquod generetur, maxime cum tutores pupillorum suorum meliorem possint facere conditionem, deteriorem vero numquam. (3) Qua sententia sic quesita in genere, lata rationabiliter et legitime approbata, ad instantiam spectabilis viri Florentii comitis Hollandie fidelis nostri dilecti specialiter querebatur in sententia: utrum si spectabilis vir Florentius, patruus et tutor ipsius Florentii comitis Hollandie, aliquas pactiones vel promissiones aut obligationes fecerit alicui de tenendo aliqua feoda sua ab alio quam ab imperio, a quo bone memorie quondam . . suus pater eadem feoda tenuit in ultimis temporibus vite sue, si hoc in suum dispendium de iure possit vel debeat redundare. Et ad nostram requisitionem sententiatum exstitit per venerabilem Salzburgensem archiepiscopum, venerabilibus Maguntinensi et Coloniensi archiepiscopis

390. p) *loco* disem — vestenunge 3: disen lantfride ze vestenne und ze bessern. q) lanfriden 2. r) n *corr. ex* s 1; lantfridis 2; lantfrides 3. 4. 5. 6. s) dem 2. t) Disu *(ab hoc verbo alia manu, cf. supra pag. 370 n. a)* satzunge unde der 3; Dirre 4. 5. u) lantfrid 6. v) dirre 3. w) *deest* 3. x) und geschriben *add.* 4. 5. y) concilii 3; concily 6. z) Wirtzeburg 3; Wirzburch 4; Wirzpurch 5; Wirtzpurch 6. a) da kumet *add.* 3. b) *deest* 3; stět 4. 5; stet 6. c) *loco* unsers Herren 3: Gotes. d) an (und in 4) deme vierczebenden jar unsers riches *add.* 3. 4.

et aliis multis episcopis ac illustribus comite palatino Reni, Al. duce Saxonie multisque aliis principibus qui presentes fuere consentientibus: quod ipsi Florentio comiti Hollandie per pactiones, obligationes vel alias ordinationes quascunque, quas spectabilis vir Florentius patruus et tutor suus[a] de tenendis feodis suis ab alio quam ab imperio in suum preiudicium fecisse dinoscitur, nullum debet aliquo unquam tempore preiudicium generari, quominus illa feoda omnia et singula tenere debeat ab imperio, prout quondam . . pater suus illa ab imperio tenuit in ultimo tempore vite sue. Quam quidem sententiam utpote rite et rationabiliter latam duximus approbandam. In huius autem sententie sic late et per nos approbate testimonium et perpetuam firmitatem ad discretorum virorum Stephani decani Traiectensis, Giselberti de Ruwel militis et magistri Symonis de Durd(raco)[b] ipsius Florentii comitis Hollandie procuratorum requisitionem presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas ipsi Florentio comiti Hollandie predicto duximus transmittendas. Testes huius sunt principes superius nominati et alii quam plures principes et fideles nostri.

Datum Herbipoli, in vigilia annunciacionis beate Virginis predicta, indictione XV, anno Domini MCCLXXXVII, regni vero nostri anno XIIII.

392. *LITTERAE NOBILITATIONIS.* *Mart. 26.*

Repetimus editionem quam paravit Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1 p. 468 nr. 653 ex 1) *et* 2), *duobus autographis Marburgi in tabulario regio 'Hanauer Urkunden. Haussachen' asservatis. Pendent sigilla fere illaesa filis sericis rubei coloris. Cf. supra nr. 289—291. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2072.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

In excelso throno regie maiestatis divino munere collocati libenter illas personas ulnis graciosis amplectimur, que constantis fidei et sincere devocionis insignia erga nos et imperium presentantes se nostri favoris et gracie affluencia dignas reddunt[1]. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod nos devocionis et fidei puritatem, quibus nobilis vir quondam Reinhardus de Hanowe erga nos viguit, benignius intuentes claroque nostre mentis intuitu graciosius attendentes, quod nobilis vir Ulricus de Hanowe suus filius sibi in devocionis et fidei continuacione succedens iugiter grata nobis et imperio impendit[a] obsequia et adhuc graciora poterit exhibere, ut suis desideriis que racioni conveniunt voto promptitudinis annuamus, honestam matronam Adelheidim natam quondam Ulrici de Mintcenberg[b], quam idem Reinhardus dum viveret habuit in uxorem, et[c] Ulricum de Hanowe predictum natum legittimum utriusque[d] ab omni servilis seu ministerialis condicionis respectu de plenitudine regie potestatis eximimus ac ipsos ingenuitatis ac liberi partus honore et titulo perpetuo insignimus, volentes eos sic semper inantea in ingenuorum et nobilium sorte ac numero recenseri, ac si de ventre libero nati essent. Ita quod ad successionem bonorum feodalium et aliorum quorumlibet pari forma sicut nobiles et ingenui admittantur et universaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus et condicionibus, quibus ingenui a sacris sunt legibus et approbatis conswetudinibus[e] insigniti, imperpetuum ex dona-

391. a) in suū *sequitur deletum or.* b) Durd̄ *or.*

392. a) inpendit 2. b) Minzenberg 2. c) *deest* 2. d) Heinricum et Reinhardum dictos de Wilinawe filios sororis predicti Ulrici *add.* 2. e) consuetudinibus 2.

1) *Cf. arengam similem Reg. imp. VI, 1493.*

cione et indulgencia regia gaudeant et dotentur. Et ut hec gracie nostre provisio singularis, quam ex certa sciencia fecimus, perpetue robur obtineat firmitatis, presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in concilio Herbipolensi, VII. Kalend. Aprilis, indictione XV, anno Domini millesimo CCLXXXVII, regni vero nostri anno XIIII[f].

393. *CONSENSUS PRINCIPUM ELECTORUM.* *Mart. 25.*

Litterarum consensus archiepiscoporum Moguntini et Coloniensis, ducum Bawariae et Saxoniae, quarum textus mutatis mutandis inter se concordant, autographa servantur in eodem tabulario. Pendent sigilla plus minusve laesa. Nos hic solas litteras ducis Saxoniae S *et dictorum archiepiscoporum* M C *repetimus ad editionem Reimeri l. c. p. 466. 467 nr. 649—651. Datae sunt omnes iam die praecedenti. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 2072.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie[a] nobili mulieri[b] nate quondam Ulrici domini de Minzenberch[c] salutem in Domino.

Nobilis vir quondam Reinhardus dominus[d] de Hanowe[e] maritus vester olim ea intencione vos duxit ut dicitur in uxorem, quod vos liberam credebat et parem sibi in originis libertate. Ut autem serenissimus dominus noster dominus Rudolfus Romanorum rex inclitus ad tollendam opinionem quorundam, qui vos non liberam, sed a patre ministeriali genitam asserebant, ob grata servicia, que idem maritus vester impendit imperio et Ulricus natus vester postmodum imperio predicto exhibuit et adhuc graciora poterit exhibere, personam vestram et Ulricum natum vestrum predictum ex plenitudine regie potestatis reddat, donet et faciat liberos et ingenuos de utroque parente ac de gracia speciali vos ab omnium[f] ministerialium servitute libertet, plenum nostrum beneplacitum et consensum benivolum ex certa sciencia impertimur. Presencium testimonio litterarum.

Datum in concilio Herbipolensi, VIII. Kal. Aprilis, anno Domini MCCLXXXVII.

394. *LITTERAE DE IURIBUS ABBATISSAE DE QUEDELINBURG.* *Mart. 26.*

Autographon, quod nunc Magdeburgi in tabulario regio asservatur, denuo descripsimus. Supersunt fragmenta sigilli loro membranaceo pendentis. Cf. litteras regis 1290. Iun. 28. datas, quas infra nr. 434 proponemus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2073. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili . . abbatisse de Quidelenburg principi sue dilecte graciam suam et omne bonum.

Peticiones tuas nuper affectione suscepit benigna regia celsitudo, quarum alique ad presens non poterunt expediri, eo quod expedicio earum nisi coram iudicio curie nostre diffiniri non potest. Inter cetera siquidem, sicut peticio tua continebat, nostra serenitas diiudicat et racioni consonum attestatur, quod nulli licebit in fundo tue ecclesie infra civitatem vel extra sine tua voluntate et assensu edificia erigere vel structuras. Preterea dignum reputamus et consonum equitati, si officialibus curie nostre de iure curie et de regalibus solucionem fecisti debitam et consuetam, quod

392. f) quartodecimo 2.

393. a) *intitulatio in M:* Frater Heinricus Dei gracia sancte Magunt. sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius; *in C:* Sifridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius. b) Adelheidi *add. M. C.* c) Mintzenberch *M. C.* d) dictus *M. C.* e) Hagenowe *M. C.* f) omni *M. C.*

nulli alii super hiis iuribus et regalibus aliqualiter debeas respondere. Unde tibi has nostras transmittimus litteras in testimonium premissorum.

Datum Herbipoli, VII. Kal. Aprilis, indictione quintadecima, anno Domini MCCLXXX septimo, regni vero nostri anno XIIII.

395. *SENTENTIA DE PROSCRIPTIS CENSURIS ECCLESIASTICIS DISTRINGENDIS. Mart. 27.*

Litteras regis legato apostolico directas hucusque ineditas dedit iam olim Bethmann ex autographo tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 138. Denuo a. 1903. nos ipsi contulimus. Sigillum iam deest, loro membranaceo relicto. In dorso leguntur: Littera domini R. regis Romanorum super supplicatione domino Tusculano legato de excommunicando quosdam proscriptos. *Cf. litteras legati infra nr. 402. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2076.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri domino[a] I. Dei gracia Tusculano episcopo apostolice sedis legato Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus salutem et integerrime dilectionis augmentum.

Etsi perversi difficile corrigantur[1], eo quod percussi non dolent et pertriti renuunt accipere disciplinam[2], ne tamen, si remanserint incorrecti, viam apperiant excessibus corrigendis provocando alios sui exempli pernitie ad peccandum, in castigando ipsos non oportet eos, qui acceperunt a Domino gladii potestatem, considerare laborem, sed duros durioribus convenit verberibus flagellare. Cum enim nonnullos de regno nostro nostre temporali iurisdicioni[b] subiectos propter eorum rebellionem et contumaciam aliosque ipsorum excessus notorios iandudum proscripserimus iusticia suadente ac ipsi non sint conversi ad percutientem se[3], sed in sua pocius rebellione obstinati, nuper in sollempni curia nostra, quam Herbipoli celebravimus, ut pertinaces predicti a suis possent erroribus revocari, per communem principum, comitum, baronum, nobilium et aliorum Romani imperii fidelium qui tunc fuere presentes sentenciam ordinatum fuit et etiam iudicatum, ut contra illos, qui per annum et amplius in proscriptione huiusmodi permanserunt, deberemus ecclesiastici brachii auxilium invocare, ut eos severior pena pungat, quos penitudo hactenus non conpunxit. Quia vero proscripti predicti redire ad mandata nostra, si forte ipsorum facies replete fuerint ignominia, compellentur, vestri spiritualis gladii auxilium fiducialiter invocamus paternitatem vestram affectuose rogantes, quatinus proscriptos huiusmodi iuxta vestri officii debitum, prout nobis et regno nostro tenemini auxilium exhibere, ad parendum nobis et curie nostre sentenciis super hiis, pro quibus sentencialiter sunt proscripti, per districtionem ecclesiasticam compellatis et per locorum dyocesianos infra legationis vestre terminos constitutos compelli etiam faciatis, ut sic temporaliter et spiritualiter castigati cogantur obedientie remedium implorare.

Datum Herbipoli, VI. Kal. Aprilis, ind. XV, anno Domini MCCLXXX septimo, regni vero nostri anno XIIII.

396. *SENTENTIA DE PROSCRIPTIS EXCOMMUNICANDIS. Mart. 27.*

Item ineditas dedit Bethmann ex autographo eiusdem tabularii nr. 137. Denuo a. 1903. nos ipsi contulimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In dorso legun-

395. a) . . *sequitur or.* b) dcōi *or.*

1) *Eccli. 1, 15.* 2) *Ierem. 5, 3.* 3) *Cf. Is. 9, 13.*

tur: Cest une supplications dou roy au legat d'Alemaigne. *Cf. Reg. imp. VI, 2077 et supra nr. 111. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2075.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri domino Iohanni Tusculano episcopo apostolice sedis legato Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus salutem et integerrime dilectionis augmentum.

Admirabilis providentia summi regis ad regimen populorum duas in orbe terrarum constituit principaliter potestates, spiritualem videlicet et etiam temporalem, ut in eodem regimine altera subsidio alterius fulciatur et quod una per se in correctione subditorum adimplere non potest, per aliam suppleatur. Sane cum in sollempni curia nostra apud Herbipolim per communem principum, comitum, nobilium et aliorum imperii Romani fidelium sententiam qui fuere presentes dictatum fuit pariter et obtentum, quod illi, qui proscriptionis sententiam in se animo indurato sustinuerunt per annum et amplius, invocato brachio ecclesiastico debeant excommunicationis sententie innodari, ut eos qui rigore temporalis gladii non terrentur, ad bonum obedientie nervus revocet ecclesiastice discipline, paternitatem vestram affectuose requirimus et rogamus vestre auctoritatis officium fiducialiter invocantes, quatinus iuxta vestri officii debitum, prout nobis et regno nostro tenemini auxilium exhibere, proscriptos huiusmodi ubicunque in regno nostro consistant generaliter in scriptis excommunicetis[a] et excommunicatos publice nuntiari faciatis; mandantes nichilominus prelatis, sub quorum iurisdictione dicti proscripti aut eorum bona consistunt, prout per litteras nostras sibi constiterit, quod ipsos moneant, ut infra mensem post eorum monitionem a dicta proscriptione se procurent liberari, alioquin termino elapso dictos proscriptos, quos exnunc ut extunc in scriptis excommunicaveritis[b], nominaliter et expresse excommunicent et excommunicari faciant et eos ad desistendum a dicta proscriptione et resiliendum per censuram ecclesiasticam compellant, et sic illos, quos unius iurisdictionis cohercio a malo non revocat, alterius saltem potestatis gladios a contumacia coherceat et peccato.

Datum Herbipoli, VI. Kal. Aprilis, ind. XV. anno Domini MCCLXXX septimo, regni vero nostri anno XIIII.

397. *MANDATUM REGIS EPISCOPIS MISSUM.* *Mart. 27.*

Denuo a. 1903. contulimus autographa eiusdem tabularii 1) *nr. 140 episcopo Leodiensi,* 2) *nr. 139 episcopo Cameracensi,* 3) *item nr. 140 episcopo Traiectensi directa. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. Exemplar, quod iam olim ex* 1 *paravit Bethmann, adhibuit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 125 nr. 165. Quae concordant supra cum nr. 386, typis minoribus excudenda curavimus. De ceteris mandatis regis principibus directis v. Reg. imp. VI, 2078—80. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2078.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Io. Leodiensi episcopo[a] principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Quoniam duo sunt, quibus principaliter regitur orbis terre, sacra videlicet pontificis auctoritas et regalis potestas, non minus utile quam necessarium fore dignoscitur iuxta legittimas sanctiones, ut utriusque potestatis officia, discreta divinis actibus* et distincta, sibi alterne subventionis suffragio subveniant, ut sic mutuo interveniente succursu, quos unius iurisdiccionis cohercio

396. a) etis *in loco raso or.* b) veritis *in loco raso or.*

397. a) W. Cameracensi episcopo 2; .. episcopo Traiectensi pr. s. dil. ac maiori preposito ecclesie Traiectensis dilecto suo 3.

a malo non revocat, alterius saltem potestatis gladius a contumatia coherceat et peccato [1], et per hoc utriusque vigor in sue permaneat robore[b] firmitatis. Sane cum nos Guidonem comitem[c] Flandrie ipsius contumacia exigente ad instantiam spectabilis viri Io. de Avesnis Haynonie[d] comitis[e] dilecti fidelis nostri iuxta principum, comitum, nobilium et aliorum imperii Romani fidelium qui fuere presentes et etiam curie nostre sententiam proscriptionis vinculo innodaverimus, et licet in ea pluribus annis sorduerit, tamen non potuit a contumaci ipsius pertinatia et pertinaci contumatia revocari, sinceritatem tuam[f] seriose requirimus et rogamus, mandantes tibi[g] nichilominus[h.i] sub obtentu gracie nostre firmiter et districte ac tue[k] potestatis officium nichilominus invocantes, quatinus iuxta debitum tui[l] officii predictum Guidonem, qui tanto tempore proscriptionis sententiam sustinuit animo indurato, quod excommunicationis debet secundum sententiam principum, nobilium, baronum et aliorum imperii Romani fidelium, qui in curia nostra sollempni apud Herbipolim presentes aderant, mucrone feriri, secundum etiam consuetudinem per regnum nostrum undique approbatam, excommunicationis vinculo subicias[m] et involvas[n], et sic eum, qui rigore temporalis gladii non terretur[o], ad bonum obedientie revocet nervus ecclesiastice discipline.

Datum Herbipoli, VI. Kal. Aprilis, indict. XV, anno Domini MCCLXXX septimo, regni vero nostri anno XIIII.

398. *CONSTITUTIO VICARII PER MISNIAM.* *Mart. 29.*

Autographon hucusque ineditum, quod asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Würzburg Hochstift Reichssachen' fasc. 2, descripsit b. m. Weiland. Sigillum deest. In dorso leguntur manu coaeva scripta: Littera quod rex committit domino archiepiscopo vices suas per partes Mihsenensium. *Cf. iam supra nr. 387 et constitutiones similes supra nr. 180 et 264. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2085.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, vassallis, civitatibus, castris, oppidis, villis ceterisque imperii fidelibus in partibus Misnensibus constitutis graciam suam et omne bonum.

Cum nos venerabilem Heinricum archiepiscopum Maguntinum principem, archicancellarium et secretarium nostrum karissimum, virum utique sermone potentem et opere virtuosum, ad partes vestras in nostrum vicarium fiducialiter destinemus, ut ipsius studio studioso ibidem vigeat tranquille beatitudo quietis et solite pacis gracia nutriatur, nos de ipsius principis nostri circumspeccione per experienciam comprobata necnon de consilii sui maturitate laudabili et de creditis sibi dono celesti virtutibus indubitatam fiduciam obtinentes, amministracionem liberam et iurisdiccionem plenariam necnon merum et mixtum imperium in partibus eisdem nostro et imperii nomine exercenda cum plenitudine potestatis sibi totaliter committimus et concedimus per presentes. Dantes sibi nichilominus auctoritatem plenariam et speciale mandatum, se de castris, civitatibus, oppidis, villis, bonis, rebus, possessionibus, iuribus et honoribus imperii ac de bonis tam christianorum quam Iudeorum intromittendi, requirendi, colligendi, ordinandi, disponendi ac omnia alia faciendi in partibus predictis, que nobis et imperio viderit oportuna. Ratum habituri et gratum, quicquid per eundem principem nostrum

397. b) robore permaneat 3. c) *deest* 1. d) Hayon̄ 2. e) comitis Haynonie 3. f) vestram 3. g) vobis et cuilibet vestrum 3. h) *deest* 3. i) nichilominus tibi 2. k) vestre 3. l) vestri 3. m) subiciatis 3. n) involvatis seu subici et involvi faciatis, ita quod in hiis exequendis unus vestrum alium non expectet 3. o) terretur *corr. ex* terrentur 3.

1) *Cf. ultima verba contextus supra nr. 396.*

factum fuerit in premissis vel aliquo premissorum. Quapropter universis vobis et singulis damus districtius in mandatis, quatinus memorato principi nostro in omnibus et singulis supradictis tamquam nostro et imperii vicario, in quem plenarie vices nostras transfundimus, pro nostra reverencia speciali favorabiliter aspirantes adeo sibi humiliter et devote assistere, obedire, parere et intendere studeatis, quod proinde in conspectu regio prompta vestra devocio commendetur. Et in defensione clericorum et personarum ecclesiasticarum quarumlibet, quam specialiter ei committimus, grate sibi vestre promocionis et cooperacionis prestantes auxilium, sentencias et penas, quas in rebelles, turbatores pacis et libertatis ecclesiastice offensores protulerit, eque validas habeatis et firmas, ac si de ore regio proferrentur.

Dat. Herbipoli, IIII. Kal. Aprilis, anno Domini millesimo CCLXXXVII, indictione XV, regni vero nostri anno XIIII.

399. *CONFIRMATIO PACIS GENERALIS PER THURINGIAM ORDINATAE.* *Mart. 29.*

Hucusque ineditam descripsimus ex autographo eiusdem tabularii 'Mainz Erzstift 2. Nachtrag' fasc. 2 a. 1896. a nobis invento. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso eadem manu scripta sunt haec: Confirmacio pacis per Thuring *Cf. scripta pacis Febr. 25. et Aug. 14. data (Reg. imp. VI, 2058 et 2117), quae infra in Appendice Scriptorum Pacis edemus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2086.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, vasallis, civitatibus, castris, oppidis, villis earumque incolis ceterisque imperii fidelibus universis per Thuringiam constitutis graciam suam et omne bonum.

(1) Gloria regis extollitur, si in pacis plenitudine populum dirigat et in iusticie vigore conservet. Tunc etenim prosperatur respublica, cum se pax et iusticia quasi sorores gemine placidius osculantur. Et licet tam periculosi sollicitudo negocii omnibus terre principibus debeatur, Romani tamen imperii veneranda sublimitas, que in omnium presidencium oculis velut in speculo collocatur, tanto fervencius zelari pacem tantoque avidius subditorum iusticie debet intendere, quanto clariori presagio et evidenciori perpenditur coniectura, quod totus orbis ambitus sapiencia quodammodo vegetatur imperii, ut eo langwente langweat et ipso feliciter prosperante letetur. (2) Cum igitur venerabilis Heinricus archiepiscopus Magunt(inus) princeps, archicancellarius et secretarius noster karissimus, pacis amator eximius et iusticie zelator egregius, non vitatis laboribus aut expensis de nostro mandato, illo sibi cooperante, qui graciosos fructus ministrorum suorum laboribus impertitur quique ad graciam facile flectitur, dum apud eum bonum pacis queritur et sue propter hoc maiestatis benignitas imploratur, partes Thuringie, reformatis ibidem quibuscumque deformibus, in statu pacifico locaverit et tranquillo et gratissima nobis placiditate deserviens pacem ibi ordinaverit generalem ad sex annos continue duraturam: nos desiderantes[a], ut huiusmodi pacis reformacio felicis et oportune consummacionis roboretur effectibus nullusque remaneat scrupulus vel scintilla discordie, quibus tam fructuosi operis decor[b] possit in aliquo maculari, pacem ipsam per eiusdem archiepiscopi sollicitudinem ordinatam, sicut sub penis, obligacionibus et iuramentis in littera pacis plenius continetur[c, 1], de plenitudine potestatis

399. a) disiderantes, *litteris* de *supra lineam additis or.* b) operis decor *in loco raso or.* c) continentur *or.*

1) *V. infra in Appendice Scriptorum Pacis.*

regie confirmantes et sententias ac penas, quas predictus archiepiscopus in rebelles tulerit, approbantes, universis vobis et singulis sub obtentu favoris regii damus districtius in mandatis, quatinus ad pacis dulcedinem promptis animis redeuntes eidem archiepiscopo, pocius vestrum quam proprium negocium prosequenti, super hiis que pacem respiciunt devotis mentibus intendatis et plenarie obedire curetis, ut per suum ministerium vestreque devocionis promptitudinem tempora vobis tranquilla proveniant et in locum pristinum pax et iusticia Deo propicio restaurentur. Alioquin sentencias et penas, quas in contradictores, rebelles et pacis turbatores protulerit, eque volumus firmitatis robur debitum obtinere, ac si eas contingeret de ore nostro proferri.[1]

Dat. apud Herbipolim IIII. Kalen. April., anno Domini millesimo CCLXXXVII, indicione XV, regni vero nostri anno XIIII.

400. *SENTENTIA CONTRA NORTHUSENSES. Mart. 29.*

Hucusque ineditam nobis petentibus descripsit Herre ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 114½. Sigillum valde laesum pendet loro membranaceo. In dorso inscribitur manu coaeva: Contra North. sentencia. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 2084.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

In sollempni curia nuper nobis apud Herbipolim pro tribunali sedentibus per generalem principum et imperii fidelium qui fuere presentes sentenciam communiter est obtentum, quod quia cives Northusenses rupto fidelitatis vinculo et devocionis debito non servato in devium oberrantes a nostro et imperii suavi dominio, cui pleno iure, prout toti mundo est cognitum, pertinere noscuntur, temere declinarunt et presumpcione dampnabili contra nos et imperium superbie calcaneum pertinaciter erigentes in nostram et imperii eiusdem contumeliam adherere alieno dominio non verentur, ne tante temeritatis excessus transeat inpunitus nec alii eorum exemplo inducti in simili pertinacia persistendi sumant audaciam, ipsos cives Northusenses et civitatem ipsorum suis privare iuribus et honoribus debeamus, alias nichilominus contra ipsos, nisi nobis et imperio competenter satisfaciant et emendent, penis debitis adeo rigide processuri, quod indignacionem nostram per facti evidenciam se percipiant incurrisse. Hanc igitur sentenciam utpote rite latam et provide approbantes ipsam tenore presencium confirmamus.

Datum apud Herbipolim, IIII. Kaln. April., anno Domini millesimo CCLXXXVII, indictione XV, regni vero nostri anno XIIII.

401. *QUITATIO DE STURA LUBICENSIUM. Mart. 29.*

Dedit ex autographo tabularii civitatis Lubecensis 'Trese Caesarea' nr. 36 Fr. Bruns. Pendet sigillum. Cf. Reg. imp. VI, 2313 et 2315, quae infra nr. 428 et 429 edemus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2083. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod dilecti fideles nostri cives Lubicenses de
Mai. 25. stura, redditibus et obvencionibus, quas nobis in secundo anno a festo Penthecostes proximo computando solvere tenebantur, nobis plenarie persolverunt. Dantes eis has nostras litteras in testimonium super eo.

Datum Herbipoli, IIII. Kalendas Aprilis, indictione XV, anno Domini MCCLXXXVII, regni vero nostri anno XIIII.

1) *Cf. ultima verba supra nr. 398.*

402. *LITTERAE LEGATI APOSTOLICI PRAELATIS ALEMANNIAE MISSAE. Apr. 15.*

Ex autographo tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 143 descripsimus. Pendet sigillum rubrum. In plica a parte dextra leguntur: Gª de mandato dnī Card. G. Bon̄.; *in verso:* generaliter. *Editae sunt iam apud Martène et Durand 'Thesaurus anecdotorum' I, 1216. Ceterum cf. protestationes contra legati litteras habitas, quarum autographa servantur in tabulario Insulano (St. Genois 'Monumens anciens' I, 133 nr. 442), et supra nr. 395. 396.* *(P. deest.)*

Iohannes miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus venerabilibus in Christo patribus universis . . archiepiscopis et episcopis ac dilectis nobis in Christo . . abbatibus ceterisque ecclesiarum prelatis per partes Alamanie constitutis, ad quos littere presentes pervenerint, salutem in Domino.

Omnipotens Deus ineffabili providentia universa disponens ad sustentationem et regimen populorum duos gladios, videlicet spiritualem et temporalem, principaliter ordinavit, ut cum opus esset, alter alterius auxilii ministerio uteretur[1]. Quare excellentissimus ac serenissimus princeps dominus Rudolfus Dei gratia Romanorum rex, qui dispositione divina habet temporalis gladii potestatem, premissa diligenter attendens a nobis cum instantia postulavit, ut cum ipse contra nonnullos de regno Alamanie sue temporali iurisdictioni subiectos propter eorum rebellionem et contumaciam aliosque ipsorum excessus notorios iam dudum sue gladium vibraverit potestatis, ipsos proscribendo iustitia suadente, ac ipsi non sint conversi ad percutientem se[2], sed in sua rebellione potius obstinati, non curantes ad ipsius regis redire mandata, per annum et amplius in proscriptione huiusmodi perstiterunt, adversus eosdem spiritualis gladii exercitio uteremur, ac nostrum super hoc auxilium fiducialiter imploravit. Nos itaque volentes dicto regi iuxta offitii nostri debitum contra proscriptos huiusmodi auxilium exhibere, vobis omnibus et singulis sub pena excommunicationis, quam vos volumus incurrere ipso facto, nisi absque more dispendio a tempore presentationis presentium feceritis quod mandamus, qua fungimur auctoritate precipimus, quatinus predictos proscriptos in locis, in quibus expedire videritis et de quibus a latore presentium fueritis requisiti, infra terminos nostre legationis generaliter ac publice ex parte nostra monere curetis, ut infra duos menses post monitionem nostram, quos eis pro primo, secundo et tertio termino peremptorio assignamus, dicto regi et curie sue super hiis, pro quibus sententialiter sunt proscripti, parere procurent. Quod si in dicta rebellione seu contumacia post dictos menses per octo dies animo perstiterint indurato, singuli vestrum eosdem proscriptos extunc, quos exnunc excommunicamus in hiis scriptis, cum a latore presentium fueritis requisiti, generaliter et illos ex eis, de quorum nominibus vobis per processus et sententiam dicti regis et curie sue constiterit[3], nominatim singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuntietis et eos, ut ad obedientiam et devotionem dicti regis et curie sue redeant, per censuram ecclesiasticam compellatis.

Datum Homburgh, XVII. Kal. Maii, pontificatus domini Honorii pape IIII. anno secundo.

---

1) *Cf. arengam supra nr. 396.* 2) *Cf. Is. 9, 13.* 3) *Cf. Reg. imp. VI, 2078 — 80.*

403—405. ACTA CAUSAE COMITIS FLANDRIAE.

1287. Apr. 29.—1288. Mart. 15.

403. *PROCURATORIUM COMITIS FLANDRIAE RUDOLFO REGI MISSUM. 1287. Apr. 29.*

Superest in transsumto coaevo bibliothecae Parisiensis 'Chartes de Colbert' nr. 511, quod a. 1903. denuo contulimus. Cf. litteras episcoporum Leodiensis et Mettensis circiter m. Oct. a. 1287. datas (Reg. imp. VI, 2133), quarum autographon servatur Montibus in tabulario comitum Haynoniae 'Trésorerie des chartes' nr. 144 valde corrosum, ita ut describere supersederimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2096. (P. deest.)

Excellentissimo domino Radulpho Dei gratia regi Romanorum illustri Guido comes Flandr(ie) et marchio Namurcensis reverentiam cum omni honore.

Noverit vestre regie maiestatis excellentia, quod ego dilectos et fideles meos dominum Arnulphum de Hulst perpetuumin ecclesia Sancti Brictii Tornacensis capellanum et Gerardum de Audenarde clericum, latores presentium, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis[1], meos constitui et constituo, ordinavi et ordino veros et legitimos procuratores ad appellandum, provocandum et protestandum in iudicio et extra et coram vobis et in vestra curia et alibi, ubi expedire viderint, a quibuscumque gravaminibus michi illatis, imminentibus et inferendis et a quibusque sentenciis per vos vel alios auctoritate vestra seu eciam quoscumque latis, imminentibus et ferendis in me, barones, nobiles et homines meos et alios michi adherentes vel in meas et eorum terras. Et ad offerendum coram vobis et alibi, ubicumque viderint expedire, me paratum esse et velle stare iuri coram sanctissimo patre sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifice contra vos et quoscumque alios, sicut decebit. Dans dictis procuratoribus meis et cuilibet eorum in solidum potestatem et mandatum speciale, proponendi pro me et nomine meo coram vobis et alibi, ubi viderint expedire, gravamina et appellationum ac provocationum causas et me, barones, nobiles et homines meos ac alios michi adherentes et meas et eorum terras protectioni sedis apostolice supponendi, apostolos petendi et omnia alia et singula[a] faciendi, que ad expeditionem premissorum requiruntur et requirentur. Ratum habiturus et gratum, quicquid per eosdem procuratores meos et eorum quemlibet quantum ad premissa pro nobis et nomine meo factum fuerit sive dictum. In quorum premissorum testimonium presentibus litteris sigillum meum feci appendi.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, feria tercia ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum.

404. *APPELLATIO COMITIS FLANDRIAE. 1287. Mai. 10.*

Hucusque ineditam proponimus ex tabularii Insulensis autographo nr. 2814 (olim B. 245). Pendent decem et octo sigilla loris membranaceis, quorum aliqua plus minusve laesa sunt. In verso leguntur: Appellacio facta per dominum comitem contra regem apud Maleam; *tum alia manu:* ista est duplicanda *(verbis* est duplicanda *postea can-*

403. a) alia et s *in rasura tr.*

1) *Cf. Dig. III, 3, 32; XLII, 1, 19 et supra pag. 64 n. 2.*

cellatis); demum manu priori: duplicata portatur ad curiam. *Cf. ea quae Reg. imp. VI, 2069. 2096. 2133 exponuntur. (P. deest.)*

(1) Ex quorundam relatione de novo pervenit ad nos G. comitem Flandrie et marchionem Namurcensem, quod excellentissimus dominus Rodulphus Romanorum rex nuper in Herbipolensi concilio contra nos occasione quarundam terrarum, videlicet de Wasia, Quatuor Officiorum, de Alost, Geraldimontis et terre super Scaldam et aliarum quarundam terrarum et rerum ad nos pertinentium et que ad nostros antecessores comites Flandrie pertinuerunt ab antiquo et in quarum possessione sumus et fuimus et fuerunt ab antiquo nostri antecessores Flandrie comites [1], item contra nostros barones, nobiles et homines, villicos et scabinos dictarum terrarum et nobis adherentes, quorundam etiam ex eis nominibus expressis, dictavit, tulit seu promulgavit proscriptionis sententiam vel per suos principes, proceres seu barones dictari, ferri seu promulgari in ipsius regis excellentissimi curia fecit [2], et hec contra nos et alios predictos et nobis adherentes super hoc non citatos, non vocatos, non convictos legitime, absentes non per contumaciam, indefensos, inauditos, omni iuris ordine pretermisso, minus iuste et sine causa rationabili, contra ius et iusticiam processerunt et facta sunt in nostrum grande preiudicium, contumeliam, gravamen et aliorum predictorum et nobis adherentium. (2) Propter quod nos, quam cito premissa ad nos pervenerunt, dicentes et proponentes dictam proscriptionis sententiam et alias per dictum excellentissimum regem vel eius principes, proceres seu barones in ipsius regis excellentissimi curia contra nos et alios predictos et nobis adherentes occasione dictarum terrarum dictatas seu promulgatas utpote omni iuris ordine pretermisso latas nullas esse, et eas per appellationem vel alias ratificare nolentes et non intendentes, et si qua sit dicta proscriptionis sententia, ex ea et iam premissis et aliis nos et alios predictos et nobis adherentes sentientes indebite gravatos, pro nobis et aliis predictis et nobis adherentibus a predicta proscriptionis sententia, si sententia dici debeat, et ob gravamina predicta ad sedem apostolicam et sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summum pontificem, cum dicto rege Romanorum exc[e]llentissimo non sit vel pateat alius superior in hoc casu, in hiis scriptis publice appellamus et provocamus, ne premissorum occasione contra nos predictum comitem et alios predictos et nobis adherentes procedatur, innovetur vel attemptetur aliquid seu[a] fiat, quod sit in nostrum et eorum preiudicium seu gravamen. (2) Et nos et alios predictos et nobis adherentes et nostrum et eorum status et nostras et eorum terras et nostra et eorum bona protectioni sedis apostolice et sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summi pontificis supponimus. (3) Protestantes nos alibi, ubi opus est et erit, quam cito fieri poterit, et etiam coram predicto excellentissimo rege Romanorum, cum securus nobis et nostris patebit ad eundem excellentissimum regem aditus, per nos vel nostros procuratores ydoneos ex causis predictis appellaturos et provocaturos et ea prosecuturos et temporibus et locis conpetentibus probaturos de premissis, quod sufficiat vel sufficere debeat. (4) Qui aditus predictus nobis vel nostris non patuit nec adhuc patet securus etiam propter graves inimicitias, quas habuimus et habemus in Alemannia et partibus, in quibus conversatur et[b] agit excellentissimus rex predictus vel alibi, quas etiam offerimus nos, prout decet et decebit, temporibus et locis conpetentibus per nos vel

404. a) ptetur aliquid seu *in rasura or.* b) *correctoris, ut videtur, manu super* vel *deleto or.*

1) *Cf. protestationem eiusdem comitis* in domo nostro apud Winendale in Flandria Tornacensis diocesis *a. 1287. Mai. 25. publicatam, ubi antecessores suos omnes dicta feoda omnia* ab initio usque in diem obituum suorum pacifice *tenuisse et possedisse dicit; v. d. Bergh 'Oorkondenboek van Holland en Zeeland' I, 2 (1873) p. 267 nr. 609.* 2) *Cf. supra nr. 397.*

nostros procuratores ydoneos probaturos, et etiam propter dictam proscriptionis sententiam contra nos et alios predictos et nobis adherentes, ut predictum est, latam.

Acta sunt supradicta anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, sabbato ante ascensionem Domini, apud Maleam Tornacensis dyocesis, presentibus Iohanne de Lophem abbate Sancti Andree iuxta Brug(as) ordinis sancti Benedicti, Iohanne abbate de Echout in Brugis ordinis sancti Augustini, domino Iohanne de Culento preposito ecclesie Sancti Donati Brug(ensis), magistro Egidio Boum decano eiusdem ecclesie Sancti Donati, magistro Brictio preposito Beate Marie Brugen(sis), fratre Fulcone custode fratrum Minorum in Flandria, domino Willelmo dicto de le Vakerie legum professore canonico ecclesie Beate Marie Tornacensis, magistris Gerardo de Oupi et Nicholao de Ambian(is), Lamberto Corenbitra[c] et Stephano de Insulis can(onicis) ecclesie Sancti Donati Brugensis Tornacensis dyocesis, Roberto de Grosso Nemore canonico Gratiacensi Bytur(icensis) dyocesis, domino Iohanne de Messines canonico Curtracensi, domino Lamberto capellano de Malea et nobilibus viris Sygero de Bailliolo, Waltero de Cokelers, Balduino de Arsebroc[d] et Iohanne de le Plaigne militibus ac pluribus aliis clericis et laicis ibidem astantibus testibus ad hoc vocatis et rogatis. Et nos Iohannes abbas Sancti Andree, Iohannes abbas de Echout, Iohannes prepositus ecclesie Sancti Donati, Egidius eiusdem ecclesie decanus, magister Brictius prepositus Beate Marie Brugensis supradicti, frater Fulco custos fratrum Minorum predictus nosque alii superius nominati appellationi, provocationi et protestationi modo predicto et ex[e] dictis causis, temporibus et locis supradictis nobis presentibus factis cum aliis pluribus rogati interfuimus et presentibus sigilla nostra appendimus in testimonio[f] premissorum.

405. *LITTERAE CONDUCTUS PRO COMITE FLANDRIAE. 1288. Mart. 15.*

Damus ex autographo, quod in bibliotheca Parisiensi asservatur 'Chartes de Colbert' nr. 512. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Scriptum est in cancellaria regis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2156. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani fidelium noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos spectabilem virum Guydonem comitem Flandrie, nostram super faciendo nobis et imperio homagio debito adire volentem presenciam, et familiam suam totam cum personis et rebus suis omnibus, non obstante proscripcionis vinculo, quo idem comes iam ligatur, in veniendo ad nos, stando sive morando in curia nostra et ad propria revertendo, ac eciam aliam suam comitivam quecumque fuerit in nostram et imperii protectionem recipimus et conductum. In cuius conductus et protectionis testimonium presentes litteras eidem . . comiti Flandrie transmittimus nostri sigilli munimine communitas.

Datum Hagenoye, Idus Marcii, indictione I, anno Domini MCCLXXX octavo, regni vero nostri anno XV.

404. c) Corenbitre *legitur in loro sigilli.* d) Arsebrug *in loro sigilli.* e) *in rasura or.* f) *sic or.*

406. MANDATUM DE COLLOQUIO PROROGANDO.

1287. Mai. 9.

Autographon, quod Dusseldorpii in tabulario regio asservatur 'Churcöln' nr. 314, denuo descripsimus. Sigillum dorso impressum est. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2105. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili . . Coloniensi archiepiscopo principi suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Noscat tua sinceritas, quod nos diem colloquii, quam post festum Pentecostes (Mai. 25.) apud Bopardiam habere decrevimus, propter ardua nostra et imperii negocia[1] et alias causas legitimas usque ad festum beati Iacobi duximus prorogandam. (Iul. 25.) Propter quod sinceritati tue studiose committimus et mandamus, quatinus super causa, que inter te et comitem Gelrie ex una et illustrem . . ducem Brabancie et suos fautores ex parte altera vertitur, usque ad predictum festum beati Iacobi et abinde ad quindenam (Aug. 8.) sub omnibus pactibus, modis et condicionibus, quemadmodum nuper de Herbipoli a nobis recessisti plenius informatus, tanquam pacis et concordie zelator precipuus treugas inviolabiliter teneas et observes et in eadem causa tempore medio nichil innoves vel attemptes, set in termino et loco predictis presenciam nostre maiestatis accedas. Nam cum predicto . . duce ibidem te intendimus finaliter conplanare.

Datum Maguncie, VII. Idus Maii, regni nostri anno XIIII.

---

407. COMMISSIO IUDAEORUM THURINGIAE ET MISNIAE.

1287. Mai. 9.

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 115 signatum descripsit b. m. Weiland. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, nunc deest. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2106. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili H(einrico) archiepiscopo Maguntino principi et secretario suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Ad universalis Romani regni gubernacionem divina gracia instituti, nobis, qui tanti regiminis molem per nos non sufficimus, necessarium visum est, ut principibus nostris impertiri onera nobis incumbencia debeamus. Hinc est quod expertam tue fidelitatis circumspectionem sincerius amplectentes, universos Iudeos nostre camere servos in partibus Thuringie marchie et Misnensis constitutos tibi committimus defendendos et tuo regimine gubernandos, volentes et dantes eisdem Iudeis auctoritate regia presentibus firmiter in mandatis pariter et preceptis, ut tibi famulentur et in omnibus

1) *Cf. Reg. imp. VI, 2112a.*

obediant et de regalibus iuribus respondeant tanquam nobis. Si qui autem in hiis rebelles inventi fuerint et regiis iussionibus cont[ra]ire[a] seu te impedire in hac potestate tibi in prefatos Iudeos a nobis tradita, sive christiani fuerint sive Iudei, sciant se indignacionem regiam incursuros. Et tu nichilominus invocato ad hoc omnium imperii, si necesse fuerit, fidelium adiutorio, ipsos a tante temeritatis pertinacia compescere non postponas. Omnes quoque sentencias et penas, quas in contradictores et rebelles protuleris, eque volumus firmitatis robur debitum obtinere, ac si eas contingeret de ore nostro proferri.

Dat. Maguncie, VII. Idus Maii, anno Domini MCCLXXXVII, regni vero nostri anno XIIII.

408—411. INQUISITIO LIMITUM IMPERII VERSUS FRANCIAM.

1288. Febr. 20.—1289. Oct. 12.

Acta huius inquisitionis proponimus omnia a nobis ipsis denuo diligentissime collata. Ceterum cf. ea quae in Regestis imperii VI, 2171 exposita sunt, dissertationem v. cl. Julien Havet 'La frontière d'empire dans l'Argonne' (= 'Bibliothèque de l'École des chartes' XLII (1881), p. 383—428. 612. 613 et Parisiis a. 1881. separatim ed.), Clouet 'Histoire de Verdun et du pays Verdunois' III (1870), p. 14 sq. Cf. etiam infra nr. 452.

408. *DECLARATIO NOBILIUM COMITATUS BARENSIS. 1288. Febr. 20.*

Cum autographon in archivio urbis Nancy olim asservatum iam perierit, damus collatis apographis saec. XVI, quae praebent codices A *tabularii Vindobonensis Suppl. 90 (Reichs-Sachen 50) 'Instrumenta et commissiones circa limites imperii versus Galliam' nr. 67*[1]; B *Gottingensis Histor. 657 (Collectionis Zwichemianae tom. VIII) fol. 264. Apud Calmet 'Histoire ecclésiastique et civile de Lorraine. Preuves' II, 525. 526 documentum bis editum est, orthographia aliquantum variata. Quod nos cum v. cl. Havet l. c. p. 384 sq. a. 1288. potius, quam 1289. vindicandum esse censuimus. (P. deest.)*

Nous Henris cuens de Wademont, Symons sires de Commercy, Joffroy sires d'Appremont, Henris sires de Blammont, Thomas princiers de Verdun, Phe(lippes) chastellains de Bar[2], Jehan sires de Cons, Phe(lippes) et Oeudes seignor de Sorcei[3], Gerars sires de Louppei[4], Jehans sires de Mirvault[5], Robers sires de Wattronville[6], Pierres sires de Beligneville, Hues d'Autelle[a] sires d'Auvillers et Reniers sires de Creue[7] chevaliers faisons congnoissant a tous, que noble homs Thieb(auld) cuens de Bar nos demandat et requist conseil a Sainct Mih(ie)l sur les choses cy apres dictes:

(1) Comme tres excellens sires Ph(ilippes) par la grace de Deu roys de France ait mis de nouvel sa main et ses gens en l'abbaie de Belleu et ens membres de la dite abbaie, qui sont en la contei de Bar, et ait envoie ses commandement et ses

407. a) foramen *in or.*

408. a) Amelle, Aurelle *Calmet.*

1) *Ubi indicatur:* Les originales lettres sont este benes saines et entires et onze seaulx pendans. 2) *Cf. infra nr. 412 c. 29.* 3) *ibidem c. 3. 4.* 4) *c. 27.* 5) *c. 7.* 6) *c. 37.* 7) *c. 28.*

sergens pour justicier[b] et por sergenter en la dite abbaie et en diz membres et en plusors autres leus de la conte[i] de Bar; et le diz cuens ait plusors fois requis au dit rois, que il des dis leus ostat sa main et ses gens et laissat le diz cons en celle saisine, ou il et son desvantier ont este de si longtemps, com il puet souvenir, et ne vueille li diz rois oster sa main et ses gens des dis leus. (2) Qui a respondut au dit cons, que la dite abbaie est en son roiaulme et que de celui leu et d'autres, qui en son roiaulme sont, se le dis coens s'en sent grebes et il s'en veut plaindre au dit rois, il en serat oïs. (3) Et ait le rois d'Allemaigne mandei au dit cons par ses lettres, que comme li dis rois d'Allemaigne ait entendu, que li rois de France est entreis et entre en plusors leus en parties de l'empire, que li diz cuens de Bar sor la feaultei, que il doit a l'empire et a lui, li fait a savoir ce qu'il en sceit. (4) Cist com li dis cuens nous a donnei a entendre les choses dessus dites, li dis cuens, qui est feaubles au dit rois d'Allemagne et a l'empire et qui vuet faire sa leaultei et son devoir vers li dis rois d'Allemaigne et empire, demandit et se conseillat a nos, qu'il avoit affaire des choses dessus dites. (5) Et nous chevalier desor dit, qui entendons et avons entendu de si lonctemps, com il nos puet souvenir, que la dite abbaie de Belleu et li membres de la dite abbaie de Belleu, qui sont en la dite contei de Bar, et la dite conteis de Bar soit dou roiaulme d'Alemengne et de ce est et at este commune renommee en diz leus et en leus visins, por la quelle chose nos avons loei et conseillei au dit comte, qui il ces choses, cy comme il est desor dit, monstrat au dit rois d'Allemengne, por ce que li diz rois d'Allemengne ou autres rois ou empereurs, qui apres luy pourront venir, n'en puissent repanre li dis coms et ses hoirs.

En tesmoignaige de la quelle chose nos chevalier desor dit en dit leu et en la presence de mon seignor Thierande de Lannevey[c], mon seignor Jehan de Ronne[1], Matheu de Nouvoiant[d], Renart de Mandres[e], Orri de Champlon[2], Oeude de Perpont, Watier[f] d'Appremont, Milan de Cousinnes[g], mon seignor Vernien[h] de Rampont[3], Jehan de Mores, Forque de Mores chevaliers et de plusors aultres, qui les choses dessus dites loerent et conseillarent avec nos au dit coms, si com il est desor dit, avons mis nos selz en ces presentes lettres. Et nos Jehans sires de Beffroimont, qui n'estiens mie presens a donner le conseil desor dit, les dites choses et la dit conseil, ensi com[i] dessus est dict, puis entendu, avons loei et conseilliei au dit coms les choses dessus dites et avons mis nostre scel en ces presentes lettres avec les selz des chevalier desor nommez.

Ces lettres furent faictes et donnees l'an de grace mil dous cens quatrevins et oyct, le Venredi apres les Bures.

409. *COMMISSIO REGIS DE INQUISITIONE FACIENDA. 1288. Apr. 29.*

Superest in transsumto regis Adolfi a. 1295. Mart. 21. dato, quod item transsumtum est ab Alberto rege a. 1299. Dec. 6. Quae infra proponemus. Autographon Alberti regis servatur in bibliotheca Parisiensi 'Collection de Lorraine' vol. 199 nr. 19. Apographa cetera neglexinus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2171. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani et precipue dyocesis Virdunensis fidelibus gratiam suam et omne bonum.

408. b) justiciers *A.* c) Louvency, lon veulx *Calmet.* d) Nouvoyant, Nouvriault *Calm.* e) Mandroc, Maveres *Calm.* f) Walr̄ *B.* g) Cousance *B.* h) Simon *Calm.* i) qui est *sequitur deletum A.*

1) *Cf. infra nr. 412 c. 22.* 2) *ibidem c. 30.* 3) *c. 8.*

Honorabilis vir . . primicerius ecclesie Virdunensis, qui sede vacante Virdunensi custos et gardiator castrorum existit et episcopatus Virdunensis, per nobilem virum . . de Albo Monte nostre serenitati cum affectu commendabili demonstravit, videlicet quod . . rex Francie regni sui metis et terminis non contentus civitatem Virdunensem et dyocesim cum quibusdam locis aliis convicinis suis finibus et iurisdictioni nititur applicare, gratia cuius devotionis et fidei plenitudinem discreti viri supradicti . . primicerii sinceriter commendamus. Et quia Deus super excelsa sublimior nos ad imperiale solium sublimavit, ut membra Romani imperii suo corpori firmiter adhereant indecisa, supradictum negotium ad instantiam predicti primicerii honorabili viro Anselmo de Porrogia canonico Leodiensi et strennuis viris Hatmanno de Razenhusen et Eberhardo de Landisperg militibus, fidelibus nostris, commisimus efficaciter inquirendum. Qui diligenti et studioso indagine huius rei edocta veritate, nostram serenitatem luculentius informabunt.

Dat. Kibûrg, III. Kalend. Maii, regni nostri anno quintodecimo.

410. *INSTRUMENTUM COMMISSARIORUM DE INQUISITIONE FACTA.* *1288. Mai. 25.*

Documentum insigne primum in lucem misit v. cl. Havet loco supra citato, commentatione sagacissima adiecta, ad quam lectores huius editionis semel volumus delegatos. Nos autographon, quod in tabulario urbis Nancy 'B. 527' nr. 15 servatur, a. 1903. iterum diligentissime inspeximus. Pendent sigilla admodum laesa. Circumscriptiones legi poterant, quae sequuntur: S. ANSELMI DE P . . . . GIA CAN LEODIEN; . . . . . HARDI . . LADESBERC . . .; . HAR . . . . . DE RACENHVS . . . Cf. Reg. imp. VI, 2171 et Zallinger 'Mittheilungen des Instituts' III, 468—472. (P. deest.)

A[a] tres noble prince nostre tres chier signor[b] R. par la grace de Deu roy des Romains Ancelz de Porroie chenoinnes [de l'eccleise de Liege][c], Evrars de Landisperc et Hertemans de Lantecenehoze[c*] chevalier, ses clers et[d] sui feable, reverence et honor.

[Sire, comme nous eussien]s[c] [de] vos coumandement et receues sor ce[e] vos lettres, des queilz li tenors si est teile: «Rudolphus etc.»; item: «Rudolphu[s, etc.[1]», savoir Mai. 14. faiso]ns a v[ostre] hautesse, que nos en l'an de grace mil II[c] IIII[xx] et oyt, le venredi devant Penthecoste[f], en proppre persone veinimes a la citei de Verdun, qui est de v[ostre reaulme, por fai]re et [por acomplir] ce dont chergiei nos aviez selonc la fourme et la tenour des lettres desor dite[s et oïmes lai dilige]ment les [tesmoingnaiges], dont li nom et les depositions sont ci desoz contenues, li queil jurei et diligem[ent examinei destrent par] lor [sairement] en la maniere ci apres dite:

(1) C. Premiers freres Jehans de Deu en Savengne pr[estes de l'ordre dou Vaul] des [E]sco[liers, anciens] prodom, de l'eage de LX ans, qui at demorei ou pais XL ans ou plus, ens[i comme il le dit, dit] par son sarement sor ce requis, que li roys de France par ses sergens entre et at entr[ei de novel en l'empir]e d'Alemengne en plusors leus, ensi com il l'at veu et oï dire. Requis ou sont li leu ou [il ait entrei et entre e]nsi com il at desu dit, il dit: 'A Montfalcon'. Requis coument il le savoit, il dit, qu'il [ait veu que li roi d]e France n'avoient ne signorie ne jostice a Montfalcon, et puis at-il veu que [li rois i emvoieait un suen prevo]st por lai jostitier, li queilz

410. a) *praecedit littera* A *in margine superiori or.* b) nostre — signor *supra lineam add. or.* c) *uncis inclusa evanuerunt; emendavit Havet.* c*) *sic or.* d) ses clers et *supra lin. add. or.* e) sor ce *in margine add. or.* f) en — Penthecoste *supra lin. add. or.*

1) *Mandatorum alterum v. supra nr. 409; alterum quid sit, ignoramus. De mandato similis tenoris commissariis directo cogitari potest.*

prevos avoit a nom Martin. Et dit encor, que bi[en appert que li dicte] ville de Montfalcon soit de l'empire, quar toutes les fois que on at donnei disime ou [royalme de] France, cil de Montfalcon n'en ont point paiei, por ce que il n'estoient mie ne sont dou dit royal[me de France]; et quant on at donnei vintimie[1] en l'empire, cil de Montfalcon l'ont paiei, por la raison de ce qu'il estoient et sont de l'empire; et si at oï dire plusors fois que, quant on at cessei de faire le devin ofice ou roialme de France por aucuns meffais, que on ne cessoit mie en l'ecglise de Montfalcon, por ce qu'il estoient et sont de l'empire. Et dit encor par son sarement, que li dis rois de France at entrei et entre de noveil a Biaulleu, qui est de l'aveschiei de Verdun, et en la terre de Biaulleu[g], qui sont de l'empire, et dit qu'il le seit par les raisons desor dites. Et dit encor, que bien apert que Beilleus est de l'empire, quar elle siet par desai le rui de Byenme devers Verdun, li queilz rus de Byenme depart le royalme de l'empire, et est li royalmes de France par delai le dit ru de Bienme et li empires par desai le dit ru devers Verdun, et ensi l'at-il tous jours oï dire; et at-on tous jours tenu[h] les plais et les estaus sus le dit ru, au pont c'on dit Verdenois[i], des entreprises, qui ont estei faites de ces qui sont par desai le dit ru, qui sont de l'empire, et de ces qui sont par delai le dit ru, qui sont dou roialme de France, si com en leu qu'il at tous jours oï dire, qui depart le royalme de France et l'empire en la maniere desor dite. Et dit encor, que Beilleus est de l'aveschiei de Verdun, et suelt-on dire coumunement, que ce est la chambre l'avesque de Verdun, et li evesque de Verdun ont tous jours repris et doient repenre toute lor temporalitei dou roy d'Alemengne ou de l'emperour, li queilz temporaliteis de l'esveschiei de Verdun dure jusques a celui ru que on apelle Bienme, ensi com il l'at tous jours oï dire. Et dit encor, que li cuens de Bar, en wardant et en deffendant l'aveschiei de Verdun et la temporalitei de l'aveschiei, at de son temps fermeie l'ecglise de Beilleu contre ces de Champengne et deffermei quant il li plout, et pluso[rs fois tenu] leans[h] ses warnisons contre ces de Champengne. Et dit, que plusors fois les at-il deffendu en marche contre ces [de Champengne], ensi com il l'at oï dire. Et dit encor, que por j fait, qui fuit fais saenarrier de son temps de l'a[vesque] Guillaume de Mes, li enqueror le roy de France, qui trovarent que li fais avoit estei fais par desai le dit ru de Byeme devers Verdun, le reportarent au roy de France, por la queil chose li dis rois de France ne se mellat puis dou fait, por ce que on avoit trovei, qu'il avoit estei fais en l'empire, ensi com il l'at oï dire. Et dit encor, que[k] quant werre at estei entre ces de Champengne et le conte de Bar, cil de Champengne les pons fais sor le dit ru de Bienme deffirent plusors fois la moitiei par devers aus, et l'autre moitiei par desai devers Verdun lassoient entiere, por ce que elle estoit de l'empire. Et dit encor, que jai soit ce que la dite ecglise de Beilleu et la terre de Beilleu, qui est desai le dit ru de Bienme devers Verdun, soient de l'empire, li rois de France de novel at mis son sergent en l'ecglise de Beilleu, qui justice et fait coumandemens en la dite ecglise de Beilleu et en la terre par desai le dit ru de Bienme, qui est de l'empire. Et dit par son sarement, que de toutes les choses desor dites est-il coumune renoumee et coumune voix en celles parties et en leus prochiens, et que ce qu'il en at dit, se n'est ne por amor ne por hayne ne por proffit, qu'il ne altres en atende, mais que por loialtei et veritei.

410. g) et dit quil le seit par les raisons li *sequ. delet. or.* h) *supra lin. add. or.* i) sus — Verdenois *supra lin. add. or.* k) jai soit ce que lecglise de Beilleu soit en lempire dalemengne *sequ. delet. or.*

1) *Hic et infra contra ea, quae notavit Havet l. c. pag. 395, de cruciatis potius agi, quae med. saec. XIII. saepius per istas partes a pontificibus Romanis indulgebantur, mihi persuasum est. Cf. Gottlob 'Die päpstlichen Kreuzzugssteuern des 13. Jahrhunderts' pag. 47. 77 passim.*

(2) C. Mes sires Wautiers de Fou prestez, de l'eage de[l] LVIII ans, si com il dit, chapellains l'avesque de Toul et chapellains de Hams, dit par son sarement ce que freres Jehans, tesmognaiges desor noumeis, dit. Et dit encor, qu'il fuit a Kambrai, ou li disimes fuit mis en tout le royalme de France et li vintimes en l'empire, cil de Beilleu et cil de Montfalcon ne paarent que le vintime, por ce qu'il estoient et sont de l'empire.

(3) C. Mes sires Eudes chevaliers, de l'eage de LXX ans, sires de Sorcey en partie, tesmognaiges jureis et requis, se li rois de France et ses gens entrent et sont entrei en parties dou roialme d'Alemengne et en l'empire, dit par son sairement: 'Oïl'; requis en queilz parties, dit: 'A Montfalcon et en parties de Montfalcon'; et dit, qu'il vit que li roy de France, par ealz ne par altres en lor nom, ne justisoiet au dit leu de Montfalcon ne as parties par desai entre Montfalcon et Verdun, ne riens n'i avoient qu'il eust oï dire ne veu, ains vit que Monffalcons estoit justicie par celz de l'empire, fors puis la compaingnie, que li rois de France et li chenoinne de Montfalcon firent ensemble, la queilz compaingnie par droit en debatant est alee a niant en la court le roy de France. Requis, se en altres parties il est entreis ne entre, dit que oïl. Requis[m], en queilz parties, dit que en l'abbaie de Beilleu, en la terre[n] et ens appendises par desai le ru de Byeme devers Verdun. Requis, coument il le seit, que la dite abbaie de Beilleu, li terre et les appendises desor dites soient dou roialme d'Alemengne et de l'empire, dit, par ce que li dis rus de Byeme depart le roialme de France et le roialme d'Alemengne et l'empire, ensi com li dis rus se porte, et est li roialmes d'Alemengne et l'empires par desai le dit ru de Byeme devers Verdun, et li roialmes de France par delai le dit ru; ensi l'at-il tous jours oï dire et apris de ses devantriens. Et dit encor, qu'il at veu user de son temps et at oï dire de ses devantriens, que se aucuns homs ou borgois, qui estoit demorans desai le ru de Byeme devers Verdun, alat demorer oultre le dit ru en Champengne ou roialme de France, il faisoit signor de cui qu'il voloit, mais cil qui ensi s'en aloit, perdoit moble et heritaige, qu'il avoit au leu dont il estoit partis; et en teil maniere[o] at-on usei de ces, qui venoient de par delai le dit ru de Byeme demorer par desai le dit ru de Byeme devers Verdun; et est por la raison de ce qu'il aloient dou roialme d'Alemengne et de l'empire ou roialme de France et en Champengne et dou roialme de France et de Champengne ou roialme d'Alemengne et en l'empire, en passant le dit ru. Et dit, que ces choses sont notoires en parties desor dites et coumune renoumee en est. Et dit encor par son sarement, que l[i] d[it]e abbaie[p] de Beilleu siet par desai le dit ru de Byeime devers Verdun et qu'il l'at veu, de tant de temps com sovenir li puet, le conte de Bar deffendre contre ces de Champengne et fermer contre ces de Champengne et deffendre coume wardains; et ce tient-il de l'avesque de Verdun et l'avesque de Verdun dou roy d'Alemengne. Requis, coument il le seit, dit par ce que li evesque de Verdun[q] prennent lor regale dou roy d'Alemengne, et ensi l'at-il tous jours oï dire et coumune renoumee en est en parties desor dites. Et dit encor par son sarement, que il ne vit ne oït dire de tout son temps, que cil de Champengne ne li rois de France justissassent ne feissent sergenteir a Biaulleu ne as villes ne as appendises de la dite abbaie, qui sont desai le dit ru de Byeme devers Verdun, fors que puis trois ans en ensai, que li rois de France at mis sa main et ses wardes a la dite abbaie de Beilleu par sa volentei et encor les i tient. Et dit encor par son sarement, que se li rois de France faisoit aucun coumandement en roialme de France, cil qui demoroient par desai le dit ru de Byeme devers Verdun, n'obeïrent onques as dis coumandemens ne requis ne contraint n'en furent ne mis a raison, ains ont fait le contraire sens debat et fait

410. l) L ans s *sequ. delet. or.* m) coument il le seit di par ce quil at une *sequ. delet. or.* n) en la terre *supra lin. add. or.* o) vsoit on *sequ. delet. or.* p) *incipit altera membrana signo* B *posito in margine superiori or.* q) prenn̄ *sequ. delet. or.*

contre les dis coumandemens, por raison de ce qu'il se tenoient et tiennent dou roialme et de l'empire d'Alemengne et tous jours s'en sont tenu. Et dit par son sare[ment, que] de toutes les choses desor dites est-il coumune renoumee et coumunne voix en celles parties et en leus proch[iens, et que ce qu'il en ait] dit, se n'est ne por amor ne por hayne ne por profist, qu'il ne altres en attende, mais que por loialtei et veritei.

(4) C. Mes sires Phelippes chevaliers, de l'eage de L ans, sires de Sorcei en partie, tesmognaiges[r] jureiz et requis sor les choses desor [dites, dit par] son sarement ce meeme, que mes sires Eudes desor dis at dit, et concordat a lui dou tout.

(5) C. Mes sires Giles de Lomchamp chevaliers, de l'eage de LV ans, tesmognaiges[r] jureiz et requis sor les choses desor dites, dit par son sarement ce meeme, que mes sires Eudes de Sorcei desor dis at dit, et concordat a lui dou tout.

(6) C. Mes sires Hues Boudes chevaliers, de l'eaige de L ans, tesmognaiges[r] jurez et requis sor les choses desor dites, dit par son sarement ce meime, que mes sires Eudes de Sorcei desor dis at dit, et concordat a lui dou tout.

(7) C. Mes sires Jehans de Mereival chevaliers, de l'eage de LX ans, tesmognaiges[r] jureis et re[quis sur les] choses desor dites, dit par son sarement ce meimes, que mes sires Eudes de Sorcei desor dis at dit, et concordat dou tout a l[ui].

(8) C. Mes sires Jaiques sires[r] de Rampont chevaliers, de l'eage de LX ans, tesmognaiges[r] jureis et [requis so]r les choses desor dites, dit par son sarement ce meimes, que mes sires Eudes de Sorcei desor dis at dit, et concordat dou tout a lui.

(9) C. Mes sires Thierris chevaliers sires de Nueville[s] tesmognaiges[r] jureis et requis sor les choses desor dites, dit par son sarement ce meimes, que mes sires Eudes de Sorcei desor dis at dit, et concordat dou tout a lui.[t]

(10) C. Freres Rogiers abbes de la Chaillaide de l'ordre de Citialz prestes de l'eage de LXV ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, se li rois de France et sui sergent entrent ne sont entrei de noveil en l'empire d'Alemengne, dit par son sarement: 'Oïl'. Requis, en queilz parties de l'empire, il dit: 'A Montfalcon'. Requis, coument il seit que Montfalcons soit de l'empire, il dit, que ansois que li chapistres de Montfalcon feist compaingnie au roy de France, li rois de France n'avoit riens a Montfalcon ne n'i avoit sergentei ne justiciei par lui ne par aultrui. Et dit par son sarement dou disime, qui at estei paies ou roialme de France, et dou vintinme, qui at estei paies en l'empire, c'est asavoir a Beilleu et a Montfalcon, qui ont paiei le vintinme, por la raison de ce qu'il estoient et sont de l'empire, ce que freres Jehans de Deu en Sovengne, premiers tesmognaiges, en at dit; et dit, que ensi l'at-il oï dire. Requis, se li rois de France entre en l'empire[u] en altres parties que a Montfalcon, il dit: 'Oïl, a Biaulleu en Argonne'. Requis, coument il seit que Biaulleus soit de l'empire, il dit, par ce que Biaulleus siet par desai le ru de Byeme devers Verdun, li queilz rus depart le roialme de l'empire; et en dit, ce que freres Jehans, premiers tesmognaiges, en at dit, fors que tant que li estaul, qui ont estei tenu sor celui ru, ont estei tenu entre ces de la contei de Bar et ces de la contei de Champengne, la queilz conteis de Bar, en tant com elle est par desai le dit ru de Bieme, est de l'empire: et ensi l'at-il tous jours oï dire. De toutes altres choses s'acorde-il a frere Jehan, premier tes[moingnaige dessus dit]. Et dit, que quant li cuens de Bar fermat la dite eeglise de Beilleu contre ces de Champengne, ensi comme il l'at oï [dire, ce fut por] deffendre sa terre, qu'il tient de l'avesque de Verdun, qui siet par desai le dit ru devers Verdun. Dou [fait de l'evesque] Guillaume de Mes ne

410. r) *supra lin. add. or.* s) dit *sequ. delet. or.* t) *spatium unius lineae or.* u) en l'empire *supra lin. add. or.*

seit-il riens. Et dit, que li abbaie de la Challaide si at bois et altres terre par delai celui ru de Byeme en parties de Champengne, et i ont pris sovent li moinne de la Challaide pennies por meffais, que on lor avoit fait, et amennoient celle pennie aucune fois a la Challaide, qui est par desai le dit ru de Byeme devers Verdun en parties de l'empire, li sergent de Champengne lor ont tous jours deffendu et deffendent, que il teilz pennies, prises oultre le dit ru de Byeme en Champengne, ne menessent a la Challaide ne en altres parties par desai le dit ru de Bieme devers Verdun, por ce que les parties par desai le dit ru de Byeme devers Verdun sont de l'empire. Et dit par son sarement, que de toutes les choses desor dites est-il coumune renoumee et coumune voix en celles parties et en leus prochiens, et que ce qu'il en at dit, se n'est ne por amor ne por hayne ne por profist, qu'il ne altres en attende, mais que por loialtei et veritei.

(11) C. Dans Jaiques prestes, de l'eage de L ans, de celle meime abbaie, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a frere Rogier son abbei desor dit.

(12) C. Dans Martins prestez, de l'eage de XLV ans, de celle meime abbaie, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en totes choses a frere Rogier son abbei desor dit.

(13) C. Dans Jehans de Roie prestez, de l'eage de LV ans, de celle meimes abbaie, tesmognaiges jureiz, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a frere Rogier son abbei desor dit.

(14) C. Dans Esteves de Bar prestes, de l'eage de LX ans, de celle meimes abbaie, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a frere Rogier son abbei desor dit[v].

(15) C. Miles[w] escuiers voez de Menoncort en la terre de Biaulleu et homs l'abbei de Beilleu, tesmognaiges jurez, requis par son sarement, se li rois de France par lui ne par ses gens entre ne at entrei en l'empire, dit: 'Oïl'. Requis, coument il le seit, il dit, qu'il ne vit onques ne oït dire, que rois de France entrast ne envoiat por sergenter par desai le ru de Byeime devers Verdun, fors puis dous ans en ensai, que li rois de France at envoiei ses gens en l'abbaie de Biaulleu et en la terre de Biaulleu, qui est desai le dit ru de Bieme devers Verdun, qui justicent en la dite abbaie et en la dite terre et font coumandemens. Et dit, qu'il at veu sovent deffendre de par le conte de Bar la dite abbaie de Biaulleu et la terre, qui est par desai le dit ru devers Verdun encontre ces de Champengne, et dit, qu'il vit le dit conte de Bar fermer Biaulleu contre ces de Champengne et tenir ses gens leans en deffendant la dite abbaie de Biaulleu contre ces de Champengne. Et dit, que celle eeglise de Biaulleu, qui fuit fermee de pelis par les gens de l'empire contre ces de Champengne, li rois de France, sires de Champengne, fait orendroit fermer de pierre contre ces de l'empire et fait ovrer et faire aparel por faire IIII tours. Et dit encor, que par delai le dit ru de Byeme ou roialme de France la coustume est teile, que cil qui occist home, est en la main le signor, cors et avoirs, et n'en demande-on riens les amis; et par desai le dit ru de Byeme devers Verdun en l'empire, qui occist home, il est quites au signor parmi certainne soume d'argent et at la werre as amis. Et dit que de tous coumandemens, qui sont fait et qu'il at veu faire ou roialme de France et oï dire que on at fait, il ne furent onques tenu par desai le dit ru de Byeme devers Verdun ne n'i obeïst-on onques, por ce qu'il sont et estoient de l'empire, si comme des deffenses, qui ont estei faites en France des chevaliers, qui n'alassent mie as tornois, et d'altres deffenses asseis.

410. v) *spatium unius lineae or.* w) *mutato ductu or.*

Et dit encor, que cil dou roialme par delai Bieme ne soffrirent onques ne volrent soffrir, que gaige, qui fuissent pris ou roialme de France par delai le dit ru de Byeme, fuissent aportei par desai le dit ru devers Verdun en l'empire; et autreteil des waiges, qui ont estei pris par desai le dit ru devers Verdun, on n'at mie soffert, qu'il aient estei portei par delai le dit ru ou roialme de France. De ces qui perdent lor remenances en passant le dit ru, por ce qu'il vont de l'empire ou roialme de France et dou roialme de France en l'empire, dit-il ce que mes sires Eudes de Sorcei chevaliers, tesmognaiges desor dis, en at dit. Et dit par son sarement, que de toutes les choses desor dites est-il coumune renoumee en icelles parties, et ce qu'il en at dit[x], il l'at dit por pure veritei tant solement.

(16) C.[y] Esteveins sires de Coumenieres escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a Milet voey de Menoncort, tesmognaige desor dit.

(17) C. Hussons sires de Marre escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a Milet voey de Menoncort, tesmognaige desor dit.

(18) C. Symonnins de Mogneiville escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a [Milet voey de Menoncourt], tesmognaige desor dit; et dit plus, que il at plusors fois veu l'abbei de Biaulleu ajorner a l'instances de diverses gen[s as assises a][z] Saint Mihiel, qui est molt avant en l'empire, de par le conte de Bar et pladoier devant le dit conte.

(19) C. Jacoumins d'Avoucourt escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a Milet voe[y de Menoncourt] et a Symonnin de Mogneiville, tesmognaiges desor dis.

(20) C. Jacoumes filz l'Ermite de Sathenay escuiers, tesmognaiges, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a Milet voei de Menoncort et a Symonnin de Mogneiville, tesmognaiges desor dis.

(21) C. Freres Herbers abbes de Saint Poul de Verdun prestes de l'ordre de Preimoust[re]i, de l'eage de L ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement dit, qu'il croit, que li roys Phelipes, peires[a] a cestu roy de France, fuit li premiers rois de France, qui se entremit de garder generalment et especialment la terre de l'abbaie d[e Montfaulcon], se il ne fuit impercires et roys de France.[b] Item que ce que li cuens de Bar tient a la dite abbaie de Montfalcon, [il le d]oit [t]enir en fiez et en homaige de l'avesque de Verdun, et Clermont et la chastellerie ausi, et li evesques de Verdun les [d]oi[t] tenir en fiei et en homaige dou roy d'Alemengne et de l'emperour. Item dit, que li prevos de Monfalcon doit tenir ses temporaliteis de l'aveschiei de Verdun et li at veu faire homaige a l'evesque ou au chapistre de Verdun, et l'avesque requerre a lui, que il denoumast son fiei, et il dit, qu'il en tenoit la tour de Montfalcon; requis, se il en tenoit plus, il dit qu'il s'en aviserat. Item dit, que li droit estaul entre l'avesque de Verdun et le conte de Champengne, entre la citei de Verdun et le dit conte de Champengne, entre la chastellerie de Clermont et le dit conte de Champengne sont au pont Verdenois deleis la Challaide. Item dit, que li roys de France qui maintenant est est li premiers roys de France, qui se soit entremis de garder generalment ne especialment l'abbaie de Biaulleu en Argonne. Item dit, que li peires cestui roy et cist roys de France sont li premier roy de France, qui se sont entremis de faire sergenter en la terre de l'abbaie de Montfalcon ne en la terre de l'abbaie de Biaulleu ne en la terre de l'ave-

410. x) *sequitur* il at dit *or.* y) *praecedit membranae tertiae littera* C *in margine superiori or.* z) a l'instances—essises a *super* et pladoier de[vant le dit conte] *deletum or.* a) acel *sequ. delet. or.* b) *sic or.*

schiei de Verdun, se il ne furent roy de France[b] et imperor. Item dit, que li evesques de Verdun doit tenir en fiei et en homaige dou roy d'Alemengne et de l'emperor la citei de Verdun et la terre de l'aveschiei de Verdun, et at veu, que la justice temporelz ne li fiei de l'aveschiei de Verdun ne les clers[1] de la dite citey ne ont estei delivrei as evesques, qui ont estei de son temps, c'est a dire a trois evesques trespasseis[2], tant qu'il horent moustrei au chapistre de Verdun et a la citei les lettres dou roy d'Alemengne[b*] de lor regales. Et ces choses desor dites ne dit-il que por loialtei et veritei.

(22) C. Mes sires Jehans de Ronne chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, dit ce que mes sires Eudes de Sorcei chevaliers, tesmognaiges devant noumeis, at dit et s'acorde dou tout a lui. Et dit encor, qu'il at veu plusors fois l'abbei de Biaulleu ajor[ner de par le] conte de Bar a Saint Mihiel as assises a requeste de partie, li queilz ville de Saint Mihiel est molt avant en l'empire, et [les ait veu] et oï pladoier devant le dit conte et en sa cort et oï jugement por lui et contre lui[c]. Dou r[u de Bienme, qui] depart le roialme[d] de France de l'empire, des remenances que cil, qui ont passei le dit ru, on per[dues, p]or ce qu'il aloient dou roialme de France en l'empire et de l'empire ou roialme de France, des coumandemens, qui ont estei fait ou roialme de France, qui ne furent onques tenu par desai le dit ru de Byeme devers Verdun, por ce qu'il sont de l'empire, et des sergens le roy de France, qui de novel sont venu par desai le dit ru de Byeme devers Verdun por jostitier et por faire coumandemens, dit-il tout ce que mes sires Eudes de Sorcei chevaliers desor dis ait dit. Et dit par son sarement, que tout ce at-il veu, et que de tout ce est-il coumune renoumee, et que les choses desor dites il ne dit ne por amor ne por hayne ne por profist, qu'il ne altres en atende, mais que por loialtei et veritei.

(23) C. Baldoins de Noiers escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(24) C. Hues de Noiers escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(25) C. Willaumes de Beilrain escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(26) C. Savaris de Beilrain escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(27) C. Mes[e] sires Gerars chevaliers sires de Louppei, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(28) C. Mes sires Reniers chevaliers sires de Crewe, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(29) C. Mes sires Phelippes chastellains de Bar chevalier, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a ce que mes sires Eudes de Sorcei chevaliers, tesmognaiges desor dit, a dit.

410. b) *sic or.* b*) et de *sequ. delet. or.* c) *super* aus *deleto or.* d) lempire *sequ. delet. or.* e) *stilo mutato or.*

1) *i. e.* clefs *HAVET.* 2) *Ulricus, Gerhardus, Heinricus III, i. e. per annos 1271—1286.*

(30) C. Mes sires Orris de Champlon chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit. Et dit encor, qu'il at estei presens plusors fois sus le ru de Byeme as estaus, ou par jugement cil qui avoient passei le dit ru de Bieme, ont perdu lor remenances, por ce que li dis rus depart le royalme de France de l'empire, et en passant celui ru il aloient dou roialme de France en l'empire et de l'empire ou roialme de France.

(31) C. Mes sires Ralz de Hannonville chevaliers, de l'eage de LXX ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Orri de Champlon chevalier, tesmognaige desor dit. Et dit encor par son sarement, que onques ce ne fuit fait, que il sache ne il l'oïst dire, que li rois de France passassent le dit ru de Byeme en justisant ne que il feissent sergenter ne justicier, fors que de novel; et ce que li dis rois de France en fait et fait faire, il le fait par sa volentei et par sa force.

(32) C. Dagars de Danlouf escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Orri de Champlon et a mon signor Raul de Hannonville chevaliers, tesmognaiges desor dis.

(33) C. Hussons de Saint Andreu escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Orri de Champlon et a mon signor Raul de Hannonville chevaliers, tesmognaiges desor dis.

(34) C. Mes[f] sires Joffrois de Nueville chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(35) C. Hazars de Sathenay escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(36) C. Ogiers de Donnevou escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit.

(37) C. Mes sires Robers chevaliers sires de Watronville, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde a mon signor Jehan de Ronne chevalier, tesmognaige desor dit. Et dit encor, qu'il at estei plusors fois a Saint Mihiel, qui est bien avant en l'empire oltre la Mueze par devers Alemengne, ou cil de Biaulleu, ajornei par devant le conte de Bar as assises, pladioent par devant le dit conte en demandant a altrui et en aus deffendent.

(38) C. Erars de Betoncort escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Robert de Wantronville chevalier, tesmognaige desor dit.

(39) C. Willaumes dis li Moinnes de Villers escuiers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Robert de Wantronville chevalier, tesmognaige desor dit.

(40) C. Freres Pierres priours de Beilchamp prestes de l'ordre dou Vaul des Escoliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement[g] dit, que Biaulleus est de l'empire et i at veu de noveil les sergens le roy de France justicier et faire coumandemens. Et dit, que li rus de Byeme depart le roialme de France de l'empire, si com il at tous jours oï dire et tous jours at estei li commune renoumee dou pais. Et dit encor, que cil de desai le dit ru de Byeme par devers Verdun peichent ou dit ru de Byeme en la moitiei par devers aus, por ce qu'il sont de l'empire, et cil de par

410. f) *praecedit* D *in margine superiori membranae quartae or.* g) sa *sequ. delet. or.*

delai le dit ru peichent en l'autre moitiei par devers aus, por ce qu'il sont dou royalme de France. Et dit[h] de Montfalcon par son sarement ce que freres Jehans de Deu en Souvengne, premiers tesmognaiges, en at dit, ensi com il l'at oï dire.

(41) C. Freres Richars prestes[i], moines de celui meimes leu et de celui ordre, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde dou tout en toutes choses a frere Pierre priour de Beilchamp, tesmognaige dessus dit. Et dit, qu'il at veu les sergens le roy de France de noveil sergenter par desai Beilleu devers Verdun et faire coumandemens.

(42) C. Freres Jehans prestes moinnes de celui meimes leu et de celui ordre, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a frere[k] Pierre priour de Beilchamp, tesmognaige desor dit. Et dit, qu'il at veu l'abbei de Biaulleu as assises a Saint Mihiel ajornei par devant le conte de Bar et pladoier par devant lui.

(43) C. Freres Ogiers, prestes, moinnes de celui meimes leu et de celui ordre, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a frere Pierre priour de Beilchamp, tesmognaige desor dit.

(44) C. Richars li Grenetiers citains de Verdun et doiens de Verdun, tesmognaiges jureis, requis par son sarement dit, que li citeis de Verdun ne li citain de Verdun ne sont de riens sougist au roy de France, ne onques ne furent ne onques ne obeïrent a lui ne a ses devantriens, ains ont tous jours obeï et doient obeïr a l'avesque de Verdun et a l'emperor ou au roy d'Alemengne, des queilz li evesque de Verdun ont tous jours repris et doient repenre lor temporalitei toute. Et bien li souvient, que por aucuns bestens, qu'il ont eu aucune fois, il ont envoiei a secours a l'emperor[l] et au roi d'Alemengne, et envoiat li rois d'Alemengne ses lettres au duc de Lorraine por aus deffendre. Et dit, qu'il ont tous jors eu estalz a ces de Champengne sor le ru de Byeme, qui depart le roialme de France de l'empire, ensi com il tous jours ont usei et oï dire. Et dit, que li rois de France puis dous ans en ensai at envoiei ses gens par desai le dit ru devers Verdun por sergenter et por faire coumandemens, especialment sergens, qu'il at envoiei por deffendre, que on ne mengne lainnes dou roialme en l'empire, et sont venu icil sergent jusques a Verdun a trois lewes, a dous, a demi lewe, et pris lainnes et arestees. Et dit, que li baillis de Chaumont, sergens le roy de France, at estei a Verdun dous fois por faire ses enquestes, et at mandei li rois de France as citains de Verdun, que il delivrassent j lor citain au bailli de Chaumont por justicier et por[m] pugnir. Et dit par son sarement, que li rois de France les grieve en faisant les choses desor dites et qu'il ne puet ne ne doit faire les choses desor dites, si com il croit. Et dit encor, que cil de Biaulleu et cil de Montfalcon doient chascun an a la citei de Verdun une certainne soume d'argent por paier les waites dou chasteil de Verdun et refaire une partie des murs dou chasteil de Verdun, et parmi ce il pueent devenir borgois de Verdun, quant il lor plait. Et dit encor, qu'il ne vit onques ne oït dire, que li rois de France envoiassent sergenter ne justissassent a Montfalcon, fors que puis la compaingnie, que il firent au roy de France, ne a Biaulleu, ausi fors que puis dous ans en ensai. Et dit par son sarement, que ce qu'il dit, il le dit por veritei tant solement.

(45) C. Pierre Benite citains de Verdun et tuit li altre citain de Verdun ci apres dit, tesmognaige jurei, et requis par lor sarement chascuns par lui, s'acordent dou tout en tout a Rechart Grenetier, tesmognaige desor dit. C'est asavoir: Gosses de Saus, Goilars d'Estain, Jaques li Bues, Richiers de Mes, Joffrois Heiceles[n], Wauteres Pogues, Perrignons Arnolz, Jaques li Hungreis, Jacoumins Chines, Guios de Neuillei, Jehans

410. h) par son sarement *sequ. delet. or.* i) *supra lin. add. or.* k) Jeha *sequ. delet. or.* l) lempereror *or.* m) peunir *sequ. delet. or.* n) Jehans Pogues *sequ. delet. or.*

Chapons, Jenessons Migaus, Jaiques li Bergiers, Nicoles Baudesons, Henries d'Arnaiville, Nicoles Galians, Jacoumes Aubrions, Erars dou Mont Saint Venne.

(46) C. Mes[o] sires Witiers de Vignueles chevaliers, en l'eaige de LX ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Eudon de Sorcei chevalier, tesmognaige desor dit.

(47) C. Freres Dominikes priours des freres Precheors de Verdun, de l'eage de L ans[p], tesmognaiges jureis, requis par son sarement, dit que il ne vit onques ne oït dire, que li roy de France, par aus ne par les lor, entrassent onques en l'abbaie de Biaulleu ne en la terre de la dite abbaie, qui est par desai le ru de Byeme devers Verdun, fors que de noveil temps. Et dit, que la dite abbaie et la terre, qui est par desai le dit ru de Bieme devers Verdun, sont de l'empire, si com il le croit fermement et l'at tous jours oï dire, et dit que de ce est-il coumune renoumee. Et dit encor, que [quant on ait mis] le disime ou roialme de France et le vintinme en l'empire, li abbaie de Biaulleu et li eeglise de Montfalcon ont [paiei le vintinme] et n'ont mie paiei le disime, por ce qu'il estoient et sont de l'empire, ensi com il l'at tous jours oï dire, et de ce est-[il commune renommee]. Et dit encor, qu'il at estei aucune fois presens avec le conte de Bar sus le ru de Byeime, au pont c'om dit [Verdenois, li quels] rus de Byeme, ensi com on dit de tous jours et ensi com il l'at oï dire, est boune[q], a la queile cil qui sont dou roialme de France et cil qui sont de l'empire suelent venir pladoier, au queil pont sor le dit ru il at veu les gens le dit conte de Bar et les gens de la contei de Champengne, qui pladooient entre aus des entreprises, qui avoient estei faites d'une part et d'altre. Et dit encor, qu'il at estei presens, ou l'abbes de Biaulleu et aucun moinne de la dite abbaie avec lui firent amende au conte de Bar, sor ce que a une journee, a la queile il furent devant le dit conte a Saint Mihiel, il refusarent a penre droit en la court le dit conte et devant lui. Et dit encor, qu'il n'oïst onques dire ne ne vit ne ne croit, que li sergent le roy de France venissent par desai le dit ru de Byeme vers Verdun sergenter ne justicier, fors que de novel. Et dit par son sarement, que de ce est-il coumune renoumee, et que ce qu'il en dit, il dist por loialtei et por veritei.

(48) C. Mes sires Nicoles Verdeneis prestes, seellerres de la court le prevost de la Magdeleine de Verdun, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, dit que toutes les fois, que on at paiei deisime ou altre soume d'argent, cil de Biaulleu, li cors de l'abbaie et li terre, qui sont de l'aveschiei de Verdun, ont tous jours paiei a Verdun et por la raison de l'empire, et dit que il meeimes en at estei plusors fois receverres. Et dit encor, que en celle maniere at paiei a Verdun por raison de l'empire li terre de Montfalcon, qui est en l'aveschiei de Verdun. Et ce dit-il por loialtei et por veritei.

(49) C. Mes sires Nicoles de Clostre prestes, de l'eaige de LX ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement[r], s'acorde en toutes choses a mon signor Nicole Verdeneis, tesmognaige desor dit.

(50) C. Mes sires Hues Bekars de Marzei chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, dit que cil, qui ont passei le ru de Byeme, ont perdu lor remenances, por ce que on disoit coumunement, que il aloient dou roialme de France en l'empire et de l'empire ou roialme de France en passant le dit ru. Et dit que cil, qui sont par desai le dit ru devers Verdun, n'obeïrent onques a coumandement, que on feist ou roialme de France, ains ont tous jours usei et fait le contraire pasiblement. Et dit que onques il ne vit ne oït dire, que sergent le roy de France venissent ser-

410. o) *praecedit littera* E *in margine superiori membranae quintae or.* p) de — ans *supra lin. add. or.* q) qui depart *sequ. delet. or.* r) se concor *sequ. delet. or.*

genter ne faire coumandement par desai le dit[s] ru de Byeme devers Verdun, fors que novellement. Et dit que de ce est-il coumune renoumee, et que [ce] qu'il en dit, il dit por loialtei et por veritei.

(51) C. Mes sires Jaiques li Periers chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Hue Bekart de Marzei chevalier[t], tesmognaige desor dit.

(52) C. Mes sires Nicoles de Comenieres chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement[u], s'acorde en toutes chose a mon signor Hue Bekart de Marzei chevalier, tesmognaige desor dit.

(53) C. Mes sires Albers d'Orne chevaliers, tesmognaiges jureis, requis par son sarement[v], s'acorde en toutes choses a mon signor Hue Bekart de Marzei chevalier, tesmognaige desor dit.

(54) C. Mes sires Richiers prevos de la Magdeleine de Verdun prestes, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Nicole Verdeneil, tesmognaige desor dit. Et dit encor, qu'il at estei a Biaulleu et veu, que li moinne de Biaulleu rendirent les cleirs[1] de l'abbaie de Biaulleu a l'avesque de Verdun. Et dit par son sarement, que il ne vit onques ne oït dire, que li rois de France envoiat justicier ne sergenter en ces parties si pres de Verdun com il fait hores. Et dit par son sarement, que de ce est-il coumune renoumee.

(55) C. Li archediacres Renars archediacres en l'eglise de Verdun, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses au prevost de la Magdeleine, tesmognaige desor dit.

(56) C. Mes sires Jaiques de Bormont chenoinnes de Verdun prestes, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses au prevost de la Magdeleine, tesmognaige desor dit. Et dit encor, que il vit, que cil de Montfalcon delivrarent les clers[1] de la tour de Montfalcon a l'avesque de Verdun. Et at veu, que au concile, qui fuit assembleis a Wirceborc[2] de par le legat d'Alemengne, ou tuit li prelat de l'empire furent mandei, li abbes de Belleu i envoiat por lui, por ce qu'il estoit et est de l'empire. Et dit par son sarement, que de ce est-il coumune renoumee, et que ce dist il por veritei tan[t] soloment.

(57) C. Mes sires Thomas de Saint Mihiel prestes chenoinnes de Verdun, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en totes choses a mon signor Jaique de Bormont chenoinne de Verdun, tesmognaige desor dit.

(58) C. Mes[w] sires Hues prestez, de l'eaige de XL ans, cureis d'Arembeicort, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, se onques il oït dire ne vit, que rois de France eust ses wardes en l'abbaie de Beilleu ne feist warder ne sergenter en la terre de Beilleu, dit que onques mais ne l'oïst dire ne vit, mais at souvent oï dire, que li abbaie estoit en la warde le conte de Bar, et at veu, que li dis cuens de Bar deffendoit la dite abbaie et la terre de l'abbaie contre ces de Champengne, et at veu . . l'abbei ajourner a instance d'altrui[x] en l'osteil le dit conte de Bar[y] a Saint Mihiel et[z] respondre et deffendre contre altrui[a] as assises le dit conte de Bar a Saint Mihiel; et at oï dire, par ces qui paiei l'ont, que quant on at mis disime ou vintinme en l'aveschiei de Verdun, cil de Biaulleu l'ont paiei et paient, et procurations, quant legalz at estei envoies en l'empire. Des estalz et des remenances dit-il ce que mes sires Eudes de

410. s) ru *sequ. delet. or.* t) des *sequ. delet. or.* u) sacūde *sequ. delet. or.* v) dit *sequ. delet. or.* w) *stilo mutato or.* x) a—altrui *supra lin. add. or.* y) et pl *sequ. delet. or.* z) labbei *sequ. delet. or.* a) en l *sequ. delet. or.*

1) *i. e.* clefs. 2) *Cf. Reg. imp. VI, 2063 a.*

Sorcei chevaliers, tesmognaiges desor dis, at dit. Requis se il seit, que li rois de France ait nulles segnories a Montfalcon ne en la terre de Montfalcon, dit qu'il at oï dire, que onques nul roy de France devant[b] la compaingnie, que[c] li chenoinne de Montfalcon firent au roy de France, le peire cestui roy qui hore est, n'avoient eu segnorie ne coumandement a la dite Montfalcon ne en la terre de la dite Montfalcon, et at veu, qu'il n'i coumandoient ne sergentoient. Et dit, que onques mais il ne vit ne oït dire, que rois de France envoiast en l'aveschiei de Verdun por faire enqueste ne por sergenter ne por faire coumandement. Et de ce est-il coumune renoumee, et ce qu'il en dit, il le dit por[d] loialtei et por veritei.

(59) C. Mes sires Nicoles prestes d'Auzeiville, de l'eaige de LXIII ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Huon curei d'Arembeicort preste, tesmognaige dessus dit. Et dit encor, qu'il at veu le prevost de Montfalcon repenre de trois evesques de Verdun la tour de Montfalcon, et at veu, que li evesques de Verdun fist refaire l[a tour], et l'argent en paait et fist paier li dis evesques; et de tout ce est-il coumune renoumee etc.

(60) C. Mes sires Jehans de Bauzeis chevaliers, de l'eaige de LV ans, tesmognaiges jureis, requis par son sarement, s'acorde en toutes choses a mon signor Eudon de Sorcei chevalier, tesmognaiges dessus dit. Et dit encor, que ses peires et il ont joï des remenances de lor homes demorans desai le ru de Bieme devers Verdun, quant il aloient demorer oultre le ru de Byeme en Champengne.

(61) C. Mes sires Thiebaus doiens de Bar prestes, de l'eaige de XLVI ans[e], tesmognaiges jureis, requis par son sarement, se li rois de France entre ne est entreis en parties de l'empire, dit que oïl, si com il croit. Requis en queil leu, dit: 'A Montfalcon et en partie de la terre de Montfalcon'. Et dit que il ne vit[f] onques, que roy de France, par aus ne par autrui en lor nom, entrassent ne eussent segnorie a Montfalcon ne en partie de la terre de Montfalcon, fors puis la compaingnie, que li chenoinne de Montfalcon firent au peire cestui roy de France qui hores est, la queilz compaingnie par droit en debatant est alee a niant en l'osteil le roy de France. Requis se en altres parties il est entreis ne entre, dit que oïl. Requis en queilz parties, dit que en l'abbaie de Biaulleu, en la terre et ens appendises par desai le ru de Byeme devers Verdun. Requit coument il le seit, dit a ce, que il ne vit onques ne oït dire, que rois de France[g] ne altre de par lui justissassent riens desai le ru de Byeme devers Verdun, fors que de trois ans en ensai, que li roys de France at envoiei a Beilleu ses sergens por sergenter, et at oï dire coumunement, que li dis rus de Byeme depart le royalme de France de l'empire. Et dit encor par son sarement, que l'abbaie de Beilleu siet par desai le ru de Byeme devers Verdun et qu'il l'at veu, de tant de temps com sovenir li puet, le conte de Bar deffendre contre ces de Champengne, comme wardain de la dite abbaie de Byaulleu et de la terre de Biaulleu desai le dit ru de Byeme devers Verdun; et ce tient li cuens de Bar de l'avesque de Verdun, si com il l'at oï recognoistre le dit conte, et l'avesques de Verdun le tient dou roy d'Alemengne, si com il l'at oï dire et ensi com il le croit. Et dit encor, qu'il at seu et entendu, que li abbes et li covens de Byaulleu ensemble et li abbei par aus ont estei ajornei as assises a Saint Mihiel, qui est uns chasteilz molt avant en l'empire, et pladoier en l'osteil le conte de Bar a la dite Saint Mihiel, et ont pris droit d'autrui et fait droit a aultrui par devant le dit conte et par devant ses gens ou par devant son

410. b) ce que *sequ. delet. or.* c) cil *sequ. delet. or.* d) *praecedit littera* F *in margine superiori membranae sextae or.* e) de—ans *supra lin. add. or.* f) il ne vit *supra lin. add. or.* g) instisat *sequ. delet. or.*

leutenant. Requis coument il le seit, il dit qu'il i at estei presens et fait les[h] aires[1] dou pladoier et des jugemens por aus et contre aus et escripst de sa proppre main, et en garde encor plusors procurations, que li dit abbei et couvens ont envoiei por aus en la court le conte. Et dit encors, qu'il at veu, que l'abbes de Biaulleu[i] por lui et por son couvent emendat au conte et donnat seurtei de l'amende au conte, de ce qu'il et li procuror de son couvent en avoient portei le droit de l'osteil le dit conte en pladoiant a la dite Saint Mihiel. Et at encor[k] entendu, que se aucuns demorans desai le dit ru de Byeme devers Verdun passoit le dit ru de Bieme por demorer delai le dit ru en Champengne, il perdoit moble et heritaige, qu'il avoit au leu, dont il se partoit, et en semblant maniere cil qui se partoit de delai le dit ru, qui venoit demoreir desai le dit ru devers Verdun, perdoit moble et heritaige, qu'il avoit par dela au leu, dont il se partoit, por ce qu'il aloient dou roialme de France et de Champengne en l'empire et de l'empire ou roialme de France et de Champengne, en passant le dit ru. Et des choses dessus dites est-il coumune renoumee en celles parties, et ce qu'il en dit, dit-il por loialtei et por veritei.[l]

(62) C. Heibers[m] dis Journeie bourjois de Verdun, temognages jureis et requis sor toutes ces chouses devant dite a lui luies et diligentment expouseies, se concorde en toutes chouses et par toutes chouses a Richart lou Grenetier, bourjois de Verdun, temounage desour dit. Ce ajoustei que il dit lui avoir veu, que quant li prevos deffaloit a Montfaucon et li prevoteis de Montfaucon vagueive, li eveques de Verdun, tant com sires souverains ains temporeis chouses, envoat ses sergens a Montfaucon, et demoroient en la mason le prevot de Montfaucon et wardoient et deffendoient la ville et la prevotei de Montfaucon toute, en non dou dit eveque de Verdun et pour lui, tant com pour signour souverain eins temporeis chouses, dou queil eveque tuit li prevot Montfaucon et toute la prevotei tienent en fiel et en homage. Et c'est veu, que li coins de Grant Prei une faee vint devant la ville de Montfaucon aveuc grant gent et asit la dite ville et destruit la tour de la dite ville, la queile li eveques de Verdun, tant com sires souverains, fist refaire et edifieier de son argent. Requis li dis temounages qui parolle, de queil aage qu'il soit, il dit, qu'il est de l'age de LXX ans. Requis ce par grace, par haine ou par pour, par proiere ou par[n] louier il depouse ce, il dit que non, mais soulement pour la veritei dire et pour wardeir son sarment.

(63) C. Rouxes[m] de Chatencourt, de l'aage de LX ans, temounages jureis et requis sor toutes ces chouse devant dites a lui lues et diligentment expouseies, qu'il en sache, dit ce meimes que Heibers Journeie, ces contemounages devant dis, et ce se[n*] concorde a lui en toutes chouses et par toutes chouses. Ce ajoustei qu'il meimes temounages qui parolle fut envoies aveuc autres sergens de par l'eveque de Verdun, tant com signour souverain, la prevotei de Montfaucon vagant, a wardeir, deffendre et gouverneir les dites ville et prevotei de Montfaucon, et fut en la dite waurde aveuc les autres sergens en la mazon lou prevost de Montfaucon par seix semainnes. Et dit aincor, qu'il ait ades veu lou conte de Bar wardeir et deffendre labeie de Belleu aveuc les terres de la dite ebbaie, qui sunt de dese lou ruxel de

410. h) are *sequ. delet. or.* i) at mandei *sequ. delet. or.* k) veu que et oi *sequ. delet. or.* l) *sequitur spatium plurium linearum, scriptis in margine verbis* usque huc. m) *capita 62. 63. alia manu in nova membrana scripta sunt, signo .a. posito intercalandi causa; cf. Havet l. c. p. 403.* n) deniers *sequ. delet. or.* n*) ce *or.*

1) *Vide ea quae notavit Havet l. c. p. 423.*

Bieme devers Verdun. Et dit, que ne par grace ne par haine ne par pour, par priere, par loier ou par amours il ne depouse ce, mais pour la pure veritei a dire.

(64) C. Bertinas[o] de Betincourt, de l'eage de LX ans, tesmoignages jureis et requis sor toutes les chouses desor dites, a lui[p] lues et diligenment exposeies, il s'acorde en toutes chouses a Roxat de Chatencort, son contesmoignage desor dit. Et dit, que ce qu'il ait deposei, il l'a depousei soulement pour veritei dire.

(65) C. Colins de Betincourt freires le dit Beirtinat, de l'eage de L ans, tesmoignages jureis et requis sor toutes les chouses desor dites, il se concorde a Heibert dit Journeie. Et dit encor, qu'il ait veut paier l'argent de par mon signor Robert, qui fut esveques de Verdun[1], pour reedeficier la tour de Montfalcon, trente ou quarante livres.

(66)[q] C. Mes sires Nicoles de Belrain chancelliers de Verdun, de l'aige de sexante ans, temoignages jures et requis sor toutes les chouzes desour dites, il s'acorde de tout en tout a mon signour Oude de Sorecy chevalier, son temoignage desor dit. Et dit aincor, que il at veu, que li evesques de Verdun, qui avoit a nom Raulz de Torote[2], deffendit la ville de Montfaucon, si com sires sevriens en temporeis chouzes, a contre le conte de Grant Prei. Et se veist aincor, que Jehans prevost de Montfaucon reprist la tour de Montfacon en homage de cinc evesques de Verdun, et que li dis evesques Raulz la dite tour feist refaire de ces propres deniers, quant elle fut destrute de par le dit conte de Grant Prei. Et de toutes ces chozes est coumune renoumeie, et dit, que ces chouzes ai-il deposei pour leautei et pour veritei.

(67)[r] C. Encor nos Ancelz, Evrars et Hertemans desor dit avons veu lettres, dont la tenors est teile:

'In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus — imperii vero secundo'[3].

En tesmognaige de la queil chose nos Ancelz[s], Hartemans et Evrars desour dit avons mis nos saels en tesmo̅gnage de veritei en cest present escrit, l'an de grace MCC quatre vins et eut, le Mardi apres la Trinitei.

411. *APPROBATIO INQUISITIONIS PER REGEM DATA.* *1289. Oct. 12.*

Ex eodem transsumto ut supra nr. 409. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2252.
(P. deest.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Relatibus multorum, crebra fama et multorum querimonia ad serenitatis nostre certitudinaliter pervenit auditum, quod illustris . . rex Francie terram et[a] partes nostras et sacri Romani imperii subintravit, usurpando diversimode sibi bona, iura, obventiones et possessiones in eisdem. Nos autem huiusmodi relatuum, fame et querimonie, ne quicquam minus provide facere videremur, certitudinem omnimodam habere volentes, ad episcopatum Virdunensem viros providos et discretos, clericos et laicos, de quorum

410. o) *capita 64. 65. tertia manu in nova membrana scripta sunt or.* p) *sequ.* lu *or.* q) *caput 66. quarta manu item in nova membrana scriptum est or.* r) *praecedente littera* .b. *haec verba sequuntur in sexta membrana; v. supra.* s) *abhic levissimo ductu scripta or.*

411. a) m et *in rasura tr.*

1) *a. 1255—1271.* 2) *a. 1224—1245.* 3) *Diploma Friderici I. 1156. Aug. 17 datum (Stumpf 3751).*

industria, constancia et puritate fidei obtinuimus confidentiam plenissimam, misimus, qui facti huiusmodi inquirerent veritatem. Qui cum inquisitione clare et mature completa et in publica instrumenta redacta[1] se nostris conspectibus obtulissent, relatibus, fame et querimonie supradictis veritatem omnimodam invenimus suffragari. Unde nolentes, ut dicta inquisitio facta oblivioni daretur, sed perpetuo in memoria haberetur, ipsam inquisitionem huic littere annexam approbamus, ratificamus et testimonio presencium confirmamus.

Dat. Argentine, IIII. Idus Octobr., indictione III, anno Domini MCC octogesimo nono, regni vero nostri anno septimo decimo.

---

412. SENTENTIA DE BONIS DUCUM AUSTRIAE VACANTIBUS.

1288. Apr. 12.

Servantur duo autographa 1) 2) *in tabulario Vindobonensi, quae parum inter se discrepant. Denuo contulit J. Lechner. Pendent sigilla loro membranaceo. Item edidit Vancsa loco ad nr. 122 citato p. 128.*

Quod Pertz olim proposuit[2], *nihil aliud esse quam versionem Latinam recentiori tempore a librario quodam confectam, nemo est quin videat. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2162.* *(P. 453.)*

Wier Růdolf von Gotes gnaden Romischer chunich alwege merer des reiches verjehen und tuen chunt allen den, di disen brief sehent oder horent lesen, daz vor uns ze Ostereich[a] in dem lande, da wier ze gerichte sazzen, ein urtaîl von des rîchs vursten, von graven, von vreien und von dienstmann und von lantleuten ze Ostereich[a] und ze Steyer[b] ervolgt und gestenticht wart, also daz wier oder der den wier den selben landen ze herren geben, uns underwinden selden alles des gutes, des hertzog Vriderich von Ostereich[c] und von Steyer[b] beî seinen leben in sein gewalt und in seiner gewer unz an sinen tot hett bracht, ez weren burge oder dorfer oder swi ez wer genant, und solten da von zeitleich reht tůn, swer auf daz selbe gůt icht ze sprechen het. Uber dise urtail ze ainem urchunde han wir tun henchen unser insigel an disen brief.

Der wart gegeben ze Basele, an dem mentage vor Tiburcii et Valeriani, do man zalte von Gotes gebuerd zwelf hundert und aht und ahzich jar, an dem vumfzenden jare unsers reichs.

---

412. a) Osterriche 2. b) Stire 2. c) Osterrich 2.

1) *Supra nr. 410.* 2) *Ex Gerberto 'Codex epistolaris Rudolphi I.' p. 237, ubi sumpta indicatur 'ex apographo veteri tabularii Turicensis'.*

413. INNOVATIO MANDATI FIDELIBUS AUSTRIAE ET STIRIAE DIRECTI.

1288. Apr. 26.

Huius innovationis autographa, quae servantur in tabulario Vindobonensi, contulit J. Lechner. Sunt exemplaria duo fidelibus Austriae directa (A 1. 2) *unum Stirensibus missum (S). Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis.* A 1 *et* 2 *eadem manu scripta sunt. Quae concordant cum VU supra nr. 343, litteris minoribus excudenda curavimus. De ratione v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2168. 2169.*
(P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis . .[a] comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, clientibus et vasallis[b] Austrie fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. Cum nos accedente consensu libero principum venerabilium et illustrium in electione Romanorum regum et imperatorum voces habencium vacantes nobis et imperio terras seu ducatus Austrie et Styrie[c] cum suis dominiis, honoribus, iuribus et universis utilitatibus quondam ingenuis Leupoldo et Friderico ducibus ipsorum principatuum debitis et consuetis illustribus Alberto et Rudolfo filiis nostris karissimis et heredibus eorundem contulerimus a nobis et sacro Romano imperio[d] perpetuo possidendas et eos investiverimus sceptro regio de eisdem[e], ut declarant plenius privilegia super ipsa collacione[f] tradita et confecta, universitatis vestre fidelitati committimus firmiter[g] et mandamus, quatinus eisdem Alberto et Rudolfo filiis[h] et principibus nostris veris vestris dominis[i] et ducibus plena fide necnon subiectionis omnimode debito et reverencia intendatis. Non obstantibus quibuscumque iuramentis nobis et imperio Romano[k] per vos prestitis, que presentibus relaxamus, et litteris hinc inde datis seu privilegiis omnibus concessarum vobis per nos quarumlibet libertatum.

Datum in castris ante Wiszenburch, VI. Kal. Maii, indictione prima[l], anno Domini MCCLXXX octavo, regni vero nostri anno quinto decimo.

---

414. LITTERAE DE PRECARIA SOLUTA.

1288. Sept. 28.

Dedit iam olim b. m. Jaffé ex autographo tabularii pagi Turicensis. Pendet sigillum. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2194. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Licet dilectos nostros fideles cives Thuricenses ob eorum obsequia nostro culmini gratanter impensa a festo Pasche nunc proximo ad annum continuum ab omni 1289. Apr. 10.
precaria dimiserimus liberos et solutos, nos tamen eosdem, qui ad presens pro nostris et imperii procurandis negociis nobis quadringentas marcas argenti liberaliter persol-

413. a) *deest S. VU.* b) vassallis *S.* c) Stirie *S.* d) sacro imperio Romano *A 2. VU.* e) de eisdem sceptro regio *A 2.* f) collacione ipsa *A 2.* g) *deest A 2.* h) filiis nostris et principibus veris *A 2.* i) dominis vestris *A 2. VU.* k) sacro *A 2. VU.* l) I. *S.*

verunt, post revolutionem prefati termini ad duos annos immediate sequentes liberos et solutos dimittimus ab omni precaria sive stura. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Thuregi, IIII. Kal. Octobris, indictione prima, anno Domini MCCLXXXVIII, regni vero nostri anno XV.

---

415. DECLARATIO DE IURIBUS REGIS BOHEMIAE.

1289. Mart. 4.

Descripsimus 1) *autographon hucusque incognitum, quod Pragae in Museo asservatur 'Landesarchiv, Kronarchiv' nr. 4. Pendet sigillum laesum filis sericis. In verso scriptum est:* non indiget registracione. *Autographon* 2) *tabularii Vindobonensis denuo contulit J. Lechner. Item sigillum pendet parum laesum. In verso leguntur:* přcepsan, sed non correctus *et* ℞ per Iohannem de Glacz. *Cf. infra nr. 444. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2213.* *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod nos ex officio nostre celsitudini divinitus iniuncto cupientes iura quorumlibet esse salva — nam vere iusticie virtus hec est, alterum non ledere, unicuique tribuere quod est suum — maxime tamen virorum illustrium dispendiis precaventes, quorum insudare nos semper predecet commodis et honori, inquisicionis circumspecte prehabito scrutinio, quid quantumve iuris in Romano[a] conpetat imperio inclito regi Bohemie Wenczlao principi nostro ac imperii pincerne karissimo necnon suis heredibus, licet de ipsius iuribus verissima noticia nobis constet, ad maiorem tamen cautelam et evidenciam indagantes ac indagari facientes, ut dicti regis iura lucidius patefierent, universis communi testimonio et assercione conperimus assonante, quod rex supradictus ius ac officium pincernatus pariter et eius heredes in Romano[a] obtineant imperio necnon in Romani[a] regis eleccione instar aliorum principum in ipsa eleccione habencium ius et vocem quoad idem ius et vocem eligendi potestate parili pociantur. Que iura ipsis competere profitemur presentibus et auctoritate regia approbamus. Presencium testimonio litterarum.

Datum Egre, quarto Non. Marcii, indictione secunda, anno Domini MCCLXXX nono, regni nostri anno sexto decimo.

---

415. a) Rom̄ 1.

416. 417. LEGATIO AD NICOLAUM IV. PAPAM.

1289. Apr. 13.

Cum scripta regis ad hanc legationem spectantia non supersint, proponimus responsa pontificis 1289. Apr. 13. data, quae in Registris tabularii secreti Vaticani servantur. Ceterum cf. ea quae in Reg. imp. VI, 2224. 2251b exponuntur et infra nr. 452.

416. *LITTERAE PONTIFICIS.*

Contulimus Registrum Nicolai IV. tom. I, iam in serie Registrorum tom. 44 fol. 307' (a. II. ep. cur. 10). — Potthast 22934. Böhmer, Reg. imp. VI, 2224.

(P. deest.)

Carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri.

(1) Nuper ad nostram presentiam accedentes dilectos filios fratrem Bruchardum magistrum Hospi(talis) sancte Marie Theotonicorum Ierosolimitani et magistrum Henricum prothonotarium tuum, regie celsitudinis nuntios, libenter vidimus et affectuose recepimus intuitu destinantis et que coram nobis per eos, quos de sollecitudinis studio commendamus, ex parte regia fuere proposita, benigno auditu percepimus plenoque collegimus intellectu. Ex quorum revelante propositione didicimus, quod processibus regiis, eius a quo gressus hominum diriguntur[1] favente clementia, estate proxima secutura sive circa yemis future principium, si ad hoc sedis apostolice beneplacitum accedat, intendis stabiliter ad partes Ytalie te conferre, dyadema imperii de nostris manibus actore Domino suscepturus. Porro, fili carissime, Romana mater ecclesia sibi non absque uberi delectatione commemorat ac ingenti iocunditate recenset, quod erga ipsam a longis retro temporibus, priusquam honoris regi culmen ascenderes, et etiam postea sincere devotionis fervorem et reverentie filialis affectum, quos tanquam Deo devotus princeps et ad opera pietatis expositus laudabiliter continuare non desinis, gerere studuisti. Propter quod ancxia noscitur redditurque sollicita, ut per sue cooperationis effectum magnificentie tue status felicibus semper fulciatur eventibus et votivis successibus foveatur, cum ecclesia eadem, que quantum cum Deo posse se extimat, promptis affectibus annuit votis tuis, proprium reputet exaltationis regie incrementum. (2) Nos autem super hiis cum fratribus nostris contulimus diligenter et tandem consideratis attentius perpensaque deliberatione discussis que in tanti prosecutione negotii requiruntur, quia prefixus de tuo ad coronam adventu terminus supervenientibus impedimentis effectum non habuit, honori regio credimus expedire, ut ad te nostrum nuntium mitteremus, per quem et tue nobis intentionis processus pateret apertius et nos certitudine habita pleniori possemus celsitudini regie melius et competentius respondere. Nam alii tui nuntii contra nostrum eis impensum consilium, dum eramus in minori officio constituti, se ad brevitatem termini nimium artaverunt. (3) Gerentes igitur de venerabili f(ratre) n(ostro) Benevenuto episcopo Eugubino latore presentium, viro utique provido et discreto ac nobis et eisdem fratribus meritis suae multiplicis probitatis accepto, fiduciam in Domino pleniorem, ipsum ad te propter hoc specialiter destinamus, excellentiam regiam rogantes attentius et hortantes, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverentia prefatum episcopum benigne recipiens et honeste

1) *Cf. Prov. 20, 24.*

pertractans sollicite audias et intelligas diligenter, que super hoc ex parte nostra magnificentie regie duxerit explicanda.

Dat. Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, Idus Aprilis, anno secundo.

417. *ALIAE LITTERAE EIUSDEM.*

Eundem contulimus tom. 44 fol. 307' (a. II ep. cur. 11), ubi inscriptio Eidem. *Cf. etiam ea quae notavit Kaltenbrunner 'Actenstücke' p. 358. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2225. (P. deest.)*

(1) Dilectos filios fratrem Bruchardum magistrum Hospitalis sancte Marie Theotonicorum Ierosolimitani et magistrum Henricum prothonotarium tuum, regie celsitudinis nuntios, latores presentium, ad nostram presentiam accedentes benignitate recepimus consueta et que coram nobis ex parte tua proponere curaverunt, pleno collegimus intellectu. Quorum inter cetera propositio habuit, quod favente illo, a quo gressus hominum diriguntur, intendis, estate proxime ventura sive circa yemis secuturi principium ad partes Italie te conferre dyadema imperii de nostris manibus suscepturus. (2) Nos autem super hiis cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, serenitati regie super illis per venerabilem f(ratrem) n(ostrum) Benevenutum Eugubinum episcopum et etiam per litteras nostras, quas per eum tibi dirigimus, respondemus nostre in hac parte intentionis propositum sensibus regiis explicantes. Hortamur igitur excellentiam regiam, tibi tamquam filio benedictionis et gratie suadentes, quatinus ad laudem Dei tuique nominis incrementum circa ea te sollicitum, promptum et facilem prebeas, que prosperum, pacificum et tranquillum statum ecclesie ac populi tibi subiecti respicere dinoscuntur; sic te in hiis efficaciter habiturus, ut laudis tibi preconium augeatur in gentibus nosque devotionem regiam dignis exinde in Domino laudibus commendemus.

Dat. ut supra[1].

418—420. TRACTATUS CUM COMITE PALATINO BURGUNDIAE.

1289. Sept. 1.—20.

418. *PROMISSIO COMITIS PALATINI DE HOMAGIO FACIENDO. Sept. 1.*

Autographon, quod exstat in tabulario Bisuntino 'Archives départementales du Doubs. Série B. 44', denuo descripsimus a. 1901[2]. *Pendent fragmenta sigilli comitis palatini, sigillum Iohannis parum laesum loris membranaceis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2238. (P. deest.)*

(1) Nos Ottho comes Burgundie[a] palatinus et dominus Salinensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos promittimus facere homagium ligium ante omnes serenissimo principi Rodulpho Dei gratia Romanorum regi semper augusto

418. [a]) Burḡ *semper or.*

1) *i. e. nr. 416.* 2) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 488, ubi errore typographi datum male indicatur. Quae notat Redlich 'Rudolf von Habsburg' p. 635 n. 1, erronea sunt.*

infra diem dominicam post festum exaltationis sancte Crucis proximo venturum in eo Sept. 18.
loco, in quo nobis per suas litteras aut certum nuncium suum duxerit intimandum, prout antecessores nostri in manibus imperatorum retroactis temporibus homagium fecerunt et homines extiterunt. Et hec omnia promittimus dicto domino regi per iuramentum nostrum corporaliter prestitum et sub pena quindecim milium marcarum argenti firmiter adimplere. (2) De quibus quindecim milibus marcarum argenti constituimus[b] fideiussorem in manibus dicti domini R. regis nobilem virum dominum Iohannem de Cabilone[c] dominum de Allato, dilectum avunculum nostrum et fidelem, pro omnibus suprascriptis fideliter attendendis. Cui dicto domino Iohanni domino de Allato promisimus et promittimus sub vi nostri prestiti iuramenti et sub obligatione omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum de dicta fideiussione ipsum imdempnem penitus observare. (3) Et nos dictus Iohannes de Cabilone dominus de Allato ad preces et requisitionem nobilissimi viri karissimi domini nostri domini Otthonis comitis Burgundie palatini et domini Salinensis constituimus nos fideiussorem in manibus serenissimi principis domini Rodulphi Dei gratia regis Romanorum semper augusti de dictis quindecim milibus marcarum argenti nomine pene pro dicto domino . . comite Burgundie de omnibus suprascriptis fideliter attendendis.

In cuius rei testimonium nos dictus Ottho comes Burgundie palatinus sigillum nostrum presentibus litteris apposuimus et rogavimus dilectum avunculum nostrum et fidelem dictum dominum Iohannem dominum de Allato, ut sigillum suum una cum sigillo nostro presentibus litteris apponat. Et nos dictus Iohannes ad requisitionem dicti domini . . comitis sigillum nostrum una cum sigillo suo presentibus litteris apposuimus in testimonium veritatis.

Actum et datum feria quinta post festum decollationis beati Iohannis baptiste, anno Domini MCC octogesimo nono.

419. *PROMISSIO REGIS RUDOLFI. Sept. 4.*

Autographon in tabulario Parisino 'carton J. 250 nr. 2' asservatum a. 1903. denuo contulimus. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI,2239. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis, quod nos omnes actiones, querelas seu reclamaciones, que vel quas habemus vel habere possumus et debemus racione Romani imperii vel aliunde erga Ottonem comitem Burgundie palatinum et dominum Salinensem tam ratione sui quam antecessorum suorum, eidem comiti et heredibus suis auctoritate nostra et Romani imperii nobis commissa remisimus et remittimus et quitavimus, cum nobis homagium ligium fecerit ante omnes et omnia feoda, que antecessores sui a Romanis imperatoribus tenuerunt vel tenere consueverunt temporibus retroactis, a nobis receperit. Et si contingeret invenire aliquas sentencias interlocutorias seu diffinitivas seu aliud aliquod iudicium contra dictum . . comitem vel heredes suos a nobis seu auctoritate nostra promulgatas seu promulgatum, nos ipsas vel ipsum penitus revocamus et dictum . . comitem et heredes suos inde penitus quitamus et absolvimus. Presentium testimonio litterarum.

Datum in castris prope cenobium Ballevallis Cisterciensis ordinis Bisintine diocesis, II. Non. Septembr., ind. secunda, anno Domini MCCLXXX nono, regni vero nostri anno XVI.

418. b) *bis scriptum or.* c) Cabil̄ *semper or.*

420. *LITTERAE REGIS DE HOMAGIO FACTO.* *Sept. 20.*

Autographon servatur ibidem 'carton J. 610 nr. 17', quod item contulimus. In verso scriptum est: Facta est copia per cast̄ par̄. *Pendet sigillum laesum filis sericis viridis coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2243.* *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis presentes litteras inspecturis vel audituris, quod nos auctoritate nostra ac sacri Romani imperii nobilem virum Ottonem comitem Burgundie palatinum et dominum Salinensem, fidelem nostrum dilectum, absolvimus ab omnibus proscriptionibus, sentenciis tam interlocutoriis quam diffinitivis seu iudiciis quibuscumque contra dictum comitem vel heredes suos a nobis seu auctoritate nostra et Romani imperii promulgatis. Et eidem comiti et heredibus suis omnes actiones, querelas seu reclamaciones, quas habemus vel habere possumus aut debemus racione Romani imperii vel aliunde tam racione sui quam racione antecessorum suorum, auctoritate nostra et sacri Romani imperii nobis commissa remittimus et quitamus, quia nobis homagium ligium fecit ante omnes pro sacro Romano imperio et omnia feoda, que antecessores sui a Romanis regibus et imperatoribus tenuerunt vel tenere consueverunt temporibus retroactis nomine dicti imperii et que ipse comes et sui heredes a nobis nomine imperii tenere debent, a nobis recepit. De quibus omnibus feodis, que antecessores dicti comitis Burgundie palatini hactenus tenuerunt seu tenere debuerunt, eundem corporaliter investimus et investivimus et in possessionem misimus corporalem. In quorum omnium predictorum testimonium et fidem perpetuam presentem paginam maiestatis nostre sigillo duximus roborandam.

Actum et datum Basilee, XII. Kalend. Octobris, indictione secunda, anno Domini MCCLXXX nono, regni vero nostri anno sexto decimo.

---

421. RATIFICATIO PACTI SUPER MUTUA SUCCESSIONE FEUDALI.

1289. Oct. 23.

Repetimus editionem, quam paravit Reimer loco supra ad nr. 392 citato p. 492 nr. 682 ex autographo Marburgi in tabulario regio 'Hanauer Urkunden. Passivlehen' asservato. Pendet sigillum valde laesum. Cf. supra nr. 392. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2253. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Quia nobiles viri Ulricus de Hanouwe et Heinricus de Wilnouwe comites, dilecti nostri fideles, in nostre maiestatis presentia constituti inter se ordinacione mutua statuerunt, ut si alterum eorum disposicione divina sine heredibus legittimis de medio emigrare contigeret, alter alteri legittime succedere debeat in feodis castrensibus sive feodis aliis quibuscumque, que tenere a nobis et imperio noscebatur, nos dictam ordinacionem utpote per manum nostram et ex nostro assensu factam ratam habemus et

gratam et presentibus approbamus. Dantes has nostras litteras in testimonium super eo. Testes huius rei sunt: nobiles viri Fridericus burgravius de Nuremberg, Ludewicus comes de Oetingen, . . comes de Hennenberg, . . comes de Marcha et quam plures alii fidedigni.

Datum Nuremberg, X. Kalend. Novembris, anno Domini MCC octogesimo nono, regni vero nostri anno septimo decimo.

422—447. CURIA ERFORDIENSIS.

1290. Ian. 20.—Oct. 23.

422. *SENTENTIA CONTRA THELONEA INIUSTA.* *Ian. 20.*

Autographon, quod Leodii in tabulario regio nr. 407 asservatur, denuo nos ipsi contulimus. Sigillum deest, filis sericis viridis flavique coloris relictis. In verso scriptum est: Sententia quod nemo potest levare thelon̄ sine imperatoris licentia et consensu etc. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 2268.* *(P. 454).*

(1) Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in die sancti Sebastiani Erfordie nobis pro tribunali sedentibus, constituti in nostra presencia honorabiles viri . . Traiectensis et Wetflariensis ecclesiarum prepositi, canonici et procuratores ecclesie Leodiensis, devoti nostri dilecti, ex parte ipsius ecclesie Leodiensis, advocato eorum interprete, petiverunt per sentenciam diffiniri: utrum aliqua civitas, opidum vel homo cuiuscumque condicionis aut status existat, occasione alicuius edificii thelonium, pedagium seu vectigal in nostri regni districtibus instituere possit vel debeat, nostris consensu super hoc et licencia petitis minime ac obtentis, maturo et deliberato principum, baronum, comitum et nobilium qui fuere presentes consensu accedente, extitit per sentenciam iudicatum: quod nullum telonium, pedagium seu vectigal in regno nostro, nisi de nostra vel eius qui Romanum pro tempore regeret imperium prodiret plena licencia et consensu, esset exigendum vel aliquomodo colligendum, potissime cum dive memorie quondam Fredericus imperator in statutis suis super pace plenius et expressius statuisset[1] et nos similiter in nostris super pace statutis in curia Herbipolensi statuissemus[2] aperte, quod sine nostro consensu et licencia vel eius qui imperio tunc preesset nullum foret thelonium, vectigal vel pedagium exigendum. (2) Qua sentencia sic prolata, advocatus dictorum procuratorum proposuit coram nobis, quod . . consules et cives Leodienses reparacionem viarum et poncium pretendentes a curribus, salmariis et navibus victualia et res alias ad civitatem Leodiensem vehentibus certas exigunt pecunie quantitates, quas vulgariter chachage appellant, de venerabilis . . episcopi Leodiensis licencia et consensu, et petivit ipsi ecclesie super hoc salubri remedio subveniri. Sicque est per sentenciam diffinitum, quod exactionem, thelonium seu vectigal huiusmodi, quocumque nomine censeatur, debeamus et teneamur destruere ac delere. Quod quidem fecimus et nunc facimus per presentes. (3) Viis eciam iusticie iuxta sentenciam prenotatam plenius inherere volentes, ipsis . . consulibus et civibus Leodiensibus sub obtentu nostri favoris et gracie precipimus et mandamus, quatinus a receptione ac exactione thelonei, pedagii seu vectigalis huiusmodi, quocumque eciam nomine censeatur, quod a curribus, salmariis et navibus exigunt supradictis, desistant

1) *Cf. supra pag. 278 c. 22.* 2) *Supra nr. 390 c. 22.*

penitus et omnino, eandem vel consimilem inposterum nullatenus recepturi, nisi sufficienter ostendant et doceant, quod de nostra vel . . predecessorum nostrorum licencia hoc procedat. Huius sentencie testes sunt et in ipsius prolacione personaliter affuerunt: venerabiles . . Fuldensis et . . Hersveldensis ecclesiarum abbates, illustres Rudolfus dux Austrie et Rudolfus illustris ducis Bauwarie filius, principes nostri karissimi, Fridericus burggravius de Nurenberg, Eberhardus de Katzennellenbogen, Gebehardus de Hirsberg, Guntherus de Suartzburg, Ludewicus de Ötingen comites, Conradus de Winsperg, Gerlacus de Bruberg et Fridericus de Hohenloch et quam plures alii fidedigni. Et nos in testimonium premissorum hanc litteram exinde conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum Erfordie, anno Domini et die ut supra, indictione tercia, regni vero nostri anno septimo decimo.

423. *MANDATUM EPISCOPO LEODIENSI DIRECTUM.* *Ian. 20.*

Item ex autographo Leodiensi nr. 406 descripsimus. Sigillum dorso impressum erat. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2269. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili . . episcopo Leodiensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Sinceritatem tuam volumus non latere, quod cum anno Domini MCC nonagesimo, in die sancti Sebastiani nobis Erfordie pro tribunali sedentibus propositum fuerit coram nobis, quod . . consules et cives Leodienses reparacionem viarum et poncium pretendentes a curribus, salmariis et navibus victualia et res alias ad civitatem Leodiensem vehentibus de tuo consensu et licencia certas exigant pecunie quantitates, nostris vel predecessorum nostrorum super hoc consensu[a] et licencia petitis nullatenus nec obtentis, ad procuratorum dicte Leodiensis ecclesie humilem instanciam, qui petiverunt ipsi ecclesie super hoc salubriter subveniri, dictante iusta principum, baronum et nobilium qui presentes fuerant sentencia, extitit maturo prehabito consilio diffinitum, quod exactiones huiusmodi, quocumque eciam nomine censeantur, que exiguntur a curribus, salmariis et navibus supradictis, nisi de nostra vel predecessorum nostrorum procedat licencia, non sunt in nostri regni districtibus requirende, exigende seu aliquatenus colligende. Qua de re tue sinceritatis plenitudinem rogamus plenissimo cum affectu, regia tibi nichilominus auctoritate seriose mandantes, quatinus ob nostram ac imperii reverenciam licenciam seu graciam, quam in nostri ac imperii iuris iniuriam videris dictis civibus super huiusmodi exactionibus concessisse[b], remoto quolibet contradictionis et dilationis obstaculo visis presentibus revoces et retractes, inhibens predictis . . consulibus et . . civibus Leodiensibus, ne tua auctoritate a curribus, salmariis et navibus victualia et res alias ad civitatem Leodiensem vehentibus huiusmodi exactiones, thelonia, pedagia seu vectigalia, quocumque eciam nomine censeatur quod exigunt ab eisdem, de cetero exigant vel requirant.

Datum Erfordie, anno Domini et die predictis, regni nostri anno septimo decimo.

424. *SENTENTIA DE CIVIBUS NON RESIDENTIBUS.* *Ian. 20.*

Contulimus A *transsumtum a. 1346. Dec. 8. factum, quod ex autographo eiusdem tabularii nr. 635 ediderunt Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liège' II, 461 nr. 800;* V 1. 2 *codicem Vaticanum lat. 3881 I sacc. XVI., cui bis fol. 25*

423. a) per hoc consensu *in rasura or.* b) uper—concessisse *in rasura or.*

et 26 inserta est, de quo codice v. iam supra ad nr. 27; contulimus nos; B *editionem quam paravit Bormans 'Recueil des ordonnances de la principauté de Liège' I, 121. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2270.* *(P. deest.)*

Nos Radulphus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium tenore presencium volumus pervenire, quod[b] cum nobis pro tribunali sedentibus anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, die Fabiani et Sebastiani constituti in nostre maiestatis presencia honorabiles et industrii viri Traiectensis et Wetflariensis ecclesiarum prepositi, canonici Leodiensis ecclesie, devoti nostri dilecti, ex parte venerabilis principis nostri episcopi Leodiensis et capituli eiusdem ecclesie procuratores et nuncii specialiter destinati, advocato ipsorum interprete, petiverint per sentenciam diffiniri: utrum persone, que in civitatibus vel in opidis in cives vel opidanos recepte sunt nec in eis residenciam faciunt vel morantur, cives vel oppidani censeri vel civium vel opidanorum iuribus debeant congaudere, accedente consensu principum, baronum, comitum et nobilium qui presentes aderant iudicatum extitit et per sentenciam diffinitum: quod nullus prorsus recipi debet in civem vel opidanum, nisi in civitate vel opido residenciam fecerit aut moretur, et[c] si receptus sit nec residencia[m] fecerit nec moretur[c], municipalium iurium beneficio carebit omnino, maxime cum secundum edicta pacis generalis per inclitum quondam Fredericum Romanorum imperatorem statuta[1] ac eciam iam pridem Herbipoli[2] et nunc de novo Erfordie[3] per nos sancsita[d] nullus qui in civitate vel opido non moretur et resideat, in opidanum recipi debeat vel in civem, et si receptus sit nec residenciam fecerit aut moretur, ut premissum est[e], municipalium iurium participio non gaudebit. Quam quidem sentenciam utpote rite et legittime promulgatam approbavimus et presenti serie approbamus. Huius rei testes sunt: venerabiles Fuldensis et Herpibolensis ecclesiarum abbates, principes nostri illustres Rudolphus Austrie et Stirie dux filius noster carissimus et Rudolphus filius illustris Ludowici ducis Bawarie necnon spectabiles viri Fridericus burgravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Katzenellenboge, Ludewicus comes de Otingen, Gebehardus comes de Hirzperch et Guntherus comes de Swartzberch necnon nobiles viri Gerlacus de Bruberch, Conradus de Winsberch necnon Fridericus de Hohenloch et alii quam plures fidedigni.

Datum Erfordie, anno Domini et die prescriptis, regni vero nostri anno septimo decimo.

425. *MANDATUM DE IMMUNITATE MONASTERIORUM.* *Febr. 25.*

Dedit ex autographo tabularii regii Dresdensis Krühne 'Urkundenbuch der Klöster der Grafschaft Mansfeld' (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XX) p. 433 nr. 113, cuius editionem repetimus. Sigillum valde laesum pendet filis sericis rubri coloris. Cf. iam supra ad nr. 20 et infra nr. 2438. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2280. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad Romani regni dirigenda molimina evocati[a] vocacione illius, qui fastidiosam superborum elidens superbiam devotam humilitatem humilium collocat in sublimi[4] in

424. a) Rodolphus *V* 1; Rodulphus *B. V* 2. b) quia *V* 1. 2. c) et si—moretur *desunt A. V* 1. 2. d) sanxita *V* 1. 2. e) ut — est *desunt V* 1.

425. a) *sequitur rasura or.*

1) *Cf. supra pag. 277 c. 14.* 2) *nr. 390 c. 14.* 3) *Cf. Reg. imp. VI, 2261.* 4) *Cf. Iob 5, 11.*

mente disponimus et iugi meditacione revolvere non cessamus, qualiter a supremo rege regum in maiestatis solio constituti in instauracione pacis et tranquillitatis reipublice officii nostri debitum exequamur et opressos tirampnorum tirampnide nostre tuicionis presidio consolemur. Eapropter ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos honorabiles et religiosos viros abbatem et conventum de Walkenriht et nichilominus abbates et conventus monasteriorum eis attinencium, videlicet de Volkolrode, de Valle Georgii, de Porta, de Rifenstein et de Sicheme Cisterciensis[b] ordinis, dilectos devotos nostros, quorum insignis vite religio velud odor agri pleni, cui Dominus benedixit[1], suavitatis oblectamento nos reficit, cum at[t]inentibus suis bonis et hominibus sub umbra nostre protectionis respirare volentes, presenti serie universis precipimus et firmiter inhibemus, ne quis persona cuiuscumque condicionis racione contribucionis, quam super institucione pacis per nos Erfordie nunc sanctita[2] ipsi religiosi tanquam viri inbecilles pacate quietudinis commodum gestientes exsolvunt, ita quod nulla ab eis aut bonis aut ab hominibus eorum contribucio vel exactio vel alterius servicii genus indebitum requiratur, ipsos in futurum huiusmodi[c] trahat ad consequenciam, sed immunitates, exempciones et libertates quibus dotati sunt mandamus inviolabiliter observari. Insuper precipimus et volumus, quod nullus collecta multitudine se recipiat in ipsorum grangiis vel in claustris, nec volumus a quocumque aliquod ab eis in volgis contribucionis vel alterius servicii debitum extorqueri. Quod qui facere presumpserit, indignacionem nostram regiam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentem litteram exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, V. Kalendas Marcii, indictione III, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno XVII.

426. *MANDATUM ALTERUM.* *Mart. 3.*

Autographon, quod in tabulario communi domus Welficae Guelferbyti asservatur, denuo descripsimus. Sigillum parum laesum pendet filis sericis flavi et rubei coloris. Quae concordant cum nr. 425, typis minoribus expressa sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2281. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus . . capitaneo et iudicibus super pacis observancia per Saxoniam deputatis ceterisque imperii fidelibus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Etsi de regalis procedat benivolencie largitate, universos regularis observancie professores sollicite protectionis patrocinio confovere, honorabiles tamen et religiosos viros . . abbatem et conventum Vallis sancte Marie Halberstadensis dyocesis ordinis Cysterciensis, qui secularis pestilencie aspernatis illecebris devotis oracionum suffragiis supremo militant salvatori, tanto debemus propensioris nostre tuicionis communire presidio, quanto magis eorum imbecillitas noscitur indigere. Sane cum . . abbas et conventus monasterii predicti iam, sicut nobis innotuit, ex oppressorum turbinibus, quorum atrocitas ipsos undique circumstipat, usque adeo in calamitatem deciderint et iacture dispendium, quod nisi succuratur in tempore, difficile eis censetur remedii susceptivum, nos dictos religiosos, videlicet . . abbatem et conventum Vallis sancte Marie, in quorum religionis fragrancia potissime delectamur, cum suis attinentibus bonis et hominibus sub umbra nostre protectionis feliciter respirare volentes, presenti serie universis

425. b) *prima* C *in rasura or.* c) *in rasura or.*

1) *Gen. 27, 27.* 2) *Cf. Reg. imp. VI, 2264.*

vobis precipimus et districte mandamus, ne quis cuiuscumque condicionis persona racione huius contribucionis, quam super institucione pacis generalis nunc Erfordie sanctita per nos* exsolvunt, ipsos in futurum* trahat ad consequenciam nec aliquid ab eis in posterum per impeticiones illicitas aut servicia indebita requiratur, sed ipsis libertates et iura ac immunitates quibus dotati sunt mandamus inviolabiliter observari. Nolumus eciam, ut aliqui innumerosa multitudine se recipiant in ipsorum grangiis vel in claustro. Insuper vobis . . capitaneo et iudicibus per Saxoniam memoratis regia auctoritate precipimus et mandamus, quatinus eorundem religiosorum turbatores animadversione iudiciaria ab iniuriarum impetu, nullo respectu compensacionis habito ab eisdem, cohibere curetis, previdentes eis ab incendiis et rapinis et peticionibus enormibus, nec eis sinatis inferri molestiam vel iacturam. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo mandavimus roborari.

Datum Erfordie, V. Nonas Marcii, indictione tercia, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno septimo decimo.

427. *CONSENSUS REGIS BOHEMIAE DE FUTURI REGIS ELECTIONE.*

Apr. 13.

Servatur in solo L *codice 25. fol. bibliothecae Luceriensis fol. 107, de quo v. supra ad nr. 66; quem nos ipsi denuo contulimus. E quo dedit iam olim Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' I, 903 nr. 23. Cf. infra nr. 441. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2296.*

(P. deest.)

[W]enczelaus[a] Dei gracia rex Bohemie et marchio Moravie universis presens scriptum visuris vel audituris subscriptorum cognoscere veritatem.

(1) Quoniam regno Romanorum veri regis gubernamine destituto, gwerrarum in horroribus animorum dissonanciis exulante[b] rectitudinis prefectura, velud in mari turbido turbati fluctuant regnicole, iudicium subvertitur, iusticia non curatur et imperium quasi versum in improperium, demembrari se condolens, sine protectore subiacet undique laceratum. Ad hoc[c] respectu habito nichilominus et perpenso, qualiter excellentissimus dominus R. Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad regni Romanorum solium divinitus sublimatus, corpus imperii multiphariam multisque modis suis membris aspiciens defraudatum, quietis impaciens causa rei publice vigiliarum ac laborum voluntarius affectator, corpori ipsius imperii sua membra connectens felicibus auspiciis auxit imperium cum gloria et honore; attendentes preterea, quod virtutum insigniis dictante stimulo naturali ad augmentum imperii imitetur vestigia patris proles, in eleccione illustris regis Romanorum ius habentes cum aliis ad hoc principibus Germanie deputatis, presentibus dilucide[d] profitemur, quod ut regno salubrius cum regnicolis succurratur, nostrum expressum consensum et ex certa scientia adhibemus, postquam illustris R. Romanorum rex imperiale susceperit dyadema, ut vice nostra hoc nomine vel proprio nomine vel quocunque alio modo, prout de iure magis valere poterit et debebit, ordinet et constituat, faciat, preficiat, provideat, postulet seu eligat illustrem R. filium suum ducem Austrie et Stirie in regem futurum Romanorum imperatorem, et ad huius negocii plenitudinem facultatis ordinandi, constituendi, faciendi, providendi, postulandi seu eligendi, prout de iure magis poterit et debebit valere, illustrem ducem Austrie et Stirie predictum in regem futurum Romanorum imperatorem in dictum dominum R. Romanorum regem nostram liberaliter transferimus potestatem. Ratum et gratum habituri, quidquid predictus dominus R. Romanorum rex, cui quantum

427. a) *initialis deest c.* b) exultante *c.* c) *sequitur* hn̄te *deletum c.* d) *eadem, ut videtur, manu post scriptum c.*

ad ea que predicta sunt et quoad omnia que accessoria sunt ad illa et que ad hoc aliqualiter requiruntur liberaliter committimus, donamus et concedimus vices nostras, in quem eciam ius eligendi seu postulandi regem seu providendi de rege quod nobis conpetit illa vice transferimus, cum adeptus imperiale[e] fuerit dyadema, super predicto negocio fecerit, disposuerit seu ordinaverit, ac si nos[f] id in persona propria faceremus. (2) Ceterum ut beate tranquillitati sacri Romani imperii cum suis inhabitatoribus salutarius consulatur, superioribus in suo robore duraturis, hoc addimus et ex certa sciencia ordinamus, quod si serenissimum dominum regem, priusquam imperiale susceperit dyadema, viam universe carnis introire contigerit moriendo, hoc non obstante in illustrem Albertum ducem Saxonie, Angarie et Westfalie plene ac libere nostram transfundimus potestatem et eidem quoad illud ius nobis competens cedimus illa vice nostro nomine et vice ordinandi, constituendi, faciendi, providendi, postulandi seu eligendi, prout eciam de iure magis valere poterit et debebit, illustrem R. ducem Austrie et Stirie filium serenissimi domini R. regis Romanorum in regem futurum Romanorum imperatorem. Ratum et gratum habituri, quidquid fecerit seu ordinaverit dux Saxonie prenotatus in negocio supradicto, ac si negocium supradictum in persona propria tractaremus. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et sigilli nostri munimine iussimus roborari.

Datum Ertfordie, Idus Aprilis, indictione[g] III, anno Domini MCC nonagesimo[h].

428. *MANDATUM DE PRECARIIS LUBECENSIBUS DIRECTUM. Mai. 15.*

Ex duobus autographis tabularii civitatis Lubecensis 'Trese Caesarea' nr. 40, quae inter se plane concordant, dedit Fr. Bruns. Pendent ab utroque sigilla filis sericis. Cf. iam supra nr. 401. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2313. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia nos et imperium in Lubeke septingentarum et quinquaginta parvarum marcarum, sedecim solidos Lubicensium denariorum computandos pro marca, census et redditus singulis annis habemus, quarum marcarum redditus et census nobis ad octo annos inmediate sequentes prudentes viri consules et cives de Lubeke dilecti nostri fideles in parata pecunia dederunt, numeraverunt pariter et solverunt, ipsos de eisdem redditibus et censibus septingentarum et quinquaginta marcarum parvarum, singulis annis nobis et imperio solvendarum, ad octo annos dicimus liberos et solutos. Volentes ut dicti nostri consules et cives de Lubeke ad dictos octo annos inmediate sequentes loco nostri et imperii dictos nostros redditus et census colligant et conservent, in suos usus prout eis expedire videbitur convertendos et infra dictos octo annos a nobis vel succedentibus nobis in imperio nullatenus requirendos. Testes huius rei sunt: venerabiles Rudolfus archiepiscopus Salzburgensis, episcopus Lavantinus et Cůnradus abbas Sancti Galli principes nostri, honorabiles viri abbas Admontensis et magister Heinricus de Clingenberg prepositus Xanctensis imperialis aule vicecancellarius et prothonotarius, nobiles viri Eberhardus de Catzenellenboge, Ludewicus de Oͤtingen comites fideles nostri dilecti et quam plures alii fidedigni. Ut autem omnia premissa maneant inconvulsa, hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, Idus Maii, indictione tercia, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno septimo decimo.

427. e) fuerit imperiale *signo posito c.* f) in *add. c.* g) in douon *c.* h) MCCXC *c.*

429. *ALIUD MANDATUM. Mai. 18.*

Dedit idem vir doctissimus ex duobus autographis eiusdem tabularii 'Trese Caesarea' nr. 39. Ab utroque pendent sigilla filis sericis. De linea dati v. ea, quae in Regestis imperii exposita sunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2315. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod viri prudentes cives Lubicenses, dilecti nostri fideles, cum debite fidelitatis et devocionis oblacionibus se nostre maiestatis conspectibus presentantes, super redditibus, obvencionibus, censibus et iuribus, quocumque nomine censeantur, regie dignitatis solio vacante aut eciam non vacante imperio debitis usque ad hec tempora nobiscum sunt finaliter concordati, unde ipsos a premissis redditibus, obvencionibus et iuribus vacante solio imperiali aut eciam non vacante, ut pretactum est, nobis et imperio debitis usque modo presenti serie quitamus et clamamus liberos penitus et solutos. Volentes ut prefati cives Lubicenses a nobis ipsis et a nostris successoribus in imperio salvi sint in posterum, ita quod non impeti possint vel debeant in premissis. Testes huius rei sunt: venerabilis Rudolfus Salzburgensis archiepiscopus, Lavantinus et Hildensheymensis[a] episcopi, magister Heinricus de Clingenberg prothonotarius et vicecancellarius noster karissimus, venerabiles Sancti Galli et Admontensis[b] abbates, nobiles viri Eberhardus de Catzenellenboge et Ludewicus de Ötingen comites et quam plures alii fidedigni. In premissorum igitur robur et evidenciam pleniorem presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, XV. Kalendas Maii, indictione tercia, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno septimo decimo.

430. *SENTENTIA DE CASTRIS NON REAEDIFICANDIS. Iun. 1.*

E copiario chartaceo Wormatiensi in fol. saec. XVII. dedit iam olim Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 363 nr. 474. Cuius editionem hic repetere necesse est, cum nec Monaci nec Herbipoli in tabulariis regiis aliam copiam nacti simus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2318. *(P. deest.)*

Nos Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani fidelium notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod nobis Erfordie[a] pro tribunali sedentibus quesitum fuit per sententiam, utrum castra vel municipia qualiacunque et specialiter castra in Saneck et Richenstein, que per sententiam diruta sunt, reedificari debeant quoquo modo, obtentum quoque[b] et iudicatum extitit coram nobis omnium astantium applaudente consensu, quod castra in Saneck et Richenstein premissa vel quecunque alia a nullo prorsus reedificari debeant, que dictantibus sententiarum rigoribus sunt destructa.

Datum Erfordie, Kal. Iunii, indictione tercia, anno Domini MCCLXXXX, regni vero nostri XVII.

429. a) Hildensheimensis 2. b) Admontensis et Sancti Galli 2.

430. a) Ervordie *c.* b) quod *c.* c) LXXXII *c.*

431. *MANDATUM PROTECTIONIS IURANTIUM PACEM.* *Iun. 12.*

Repetimus editionem, quam e duobus copiariis tabularii Goslariensis paravit Bode 'Urkundenbuch der Stadt Goslar' II, 393 nr. 391. Cf. supra nr. 425. 426. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2324. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, comitibus, nobilibus, baronibus, ministerialibus, civitatibus sub pace generali constitutis graciam suam et omne bonum.

Vos universos et singulos tenore presencium volumus non latere, quod prudentes viri cives Goslarienses fideles nostri dilecti coram nostre maiestatis presencia iurisiurandi sacramentum prestiterunt super pacis observancia generalis, parati de se querelantibus quibuscunque iusticie reddere complementum, volentes eciam, quod eisdem de sibi iniuriantibus fiat iusticia pari forma. Quare vestram fidelitatem fervido precum studio requirimus et rogamus, quatinus vos universi et singuli dictos nostros cives et imperii de Goslaria in omnibus suis factis et negociis dirigentes eosdem studeatis efficaciter promovere, in hoc nostre celsitudini graciosum obsequium inpensuri.

Datum Erfordie, II. Idus Iunii, indictione III, anno Domini MCCLXXXX, regni vero nostri anno septimo decimo.

432. *MANDATUM ALTERUM.* *Iul. 6.*

Dedit item Bode l. c. p. 399 nr. 399 ex autographo eiusdem tabularii 'Domstift 108'. Sigillum dorso impressum erat. Cum autem in membranae parte posteriori alia manus appareat, id quod antiquitus scriptum erat deletum sit, verba textus ab usu cancellariae discrepent, illam partem Precipue — speciali *genuinam esse vix crediderim. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2341.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri O. comiti de Anhalt capitaneo conservatorum pacis per Saxoniam, principi suo dilecto, gratiam suam et omne bonum.

Sinceritatem tuam affectuose rogamus, quatinus ecclesiam Goslariensem studeas in omnibus promovere, non permittens ipsam in bonis suis per advocatos quoscumque indebite aggravari. Precipue nobiles de Hademmersleiben ab eorum magnis iniuriis autoritate regia compescas, sciens eandem ecclesiam et canonicos nobis et sacro imperio esse dilectos. Idcirco ipsos et ecclesiam amplectimur devocione speciali.

Datum Erfordie, II. Nonas Iulii, regni nostri anno XVII.

433. *LITTERAE AD ABBATEM LUTRENSEM DE PROTECTORE RECIPIENDO.* *Iul. 28.*

Contulimus codicem Parisinum lat. 5138 fol. 67, ubi manu saec. XVI. ex. Ex tabulario Lutrensi *exemplatae sunt. Cf. Reg. imp. VI, 2357. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2350.* *(P. deest.)*

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad[a] universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod nos sollicitis animis ob omnipotentis Dei reverentiam et honorem religiosorum incommoditatibus et dispendiis volentes modis omnibus precavere, ut tranquillitate respirantes divino cultui

433. a) in *c.*

liberius intendere valeant et vacare, religiosis viris abbati et conventui Lutrensi devotis nostris dilectis ex regia benivolentia duximus hanc gratiam faciendam, quod ipse abbas Lutrensis, qui pro tempore fuerit vel ipse conventus, si abbas non extiterit, possit vacante regno Romanorum ex hac nostrae concessionis licentia quemcumque voluerit in imperio de quinquennio in quinquennium recipere et habere in protectorem, defensorem seu gardiatorem, prout sibi videbitur expedire.

Datum Erfordie, quinto Kalendas Augusti, anno Domini millesimo CC nonagesimo, indictione tertia, regni vero nostri anno septimo decimo.

434. *LITTERAE DE SOLUTIONE PECUNIAE AB ABBATISSA ROMARICENSI PRAESTANDA. Iul. 28.*

Servantur in codice Parisino lat. 12866 saec. XIV. fol 79', quem denuo contulimus. Cf. Reg. imp. VI, 2353 et supra nr. 394. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2351.

(P. deest.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis et singulis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

(1) Ad universitatis vestre notitiam tenore presentium cupimus pervenire, quod cum abbatissa Romaricensis post novam suam creationem sua regalia, id est administrationem temporalium, a nobis petere et recipere et tunc temporis sexaginta quinque marchas cum fertone officialibus nostre curie persolvere teneatur, et opidani Romaricenses predicte abbatisse in dicta pecunie summa teneantur ad susceptionem ipsorum regalium subvenire, quamvis ut dicitur predicti oppidani velint solutionem predicte pecunie . . abbatisse predicte differre usque ad reditum post receptionem regalium predictorum, nos videntes, hoc non iuste et rationibus obviare et periculo non carere tam abbatisse quam oppidanis, quod talis debiti solutio differatur, volentes utrique parti consulere et congruum remedium adhibere, statuimus et presenti decreto regaliter ordinamus sub pena viginti marcharum, ut futuris temporibus post creationem predicte abbatisse et ipsius monitionem et requisitionem per mensem oppidani supradicti summam argenti supradictam sue abbatisse Romaricensi vel eius certo nuntio persolvere teneantur. (2) Insuper volumus et statuimus et presentibus ordinamus, oppidanos supradictos penam antedictam omnimodo incurrisse, de quibus decem marche camere nostre cedent, abbatisse quinque et executori seu pignoratori quinque. (3) Concedimus etiam per presentes, ut predicta . . abbatissa per quemcunque voluerit ipsos oppidanos predictos pro sexaginta quinque marchis cum fertone et pena supradicta, dampnis et expensis nomine et iussu nostro faciat post terminum antedictum, si in solvendo fuerint negligentes, pignorari et pignora alienari, donec de summa argenti predicta penis et dampnis inde habitis nobis, . . abbatisse et executori, prout supra expressum est, extiterit plenarie satisfactum. Ut autem predicta firma maneant et perpetua perseverent, in eorum testimonium presentem paginam conscribi et nostri sigilli munimine iussimus roborari.

Datum Erfordie[a], quinto Kalendas Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, indictione tertia, regni vero nostri anno septimo decimo.

434. a) Erfrodie c.

435. *COMMISSIO TERRAE FRISIAE. Iul. 29.*

Dedit Herre ex 1) *et* 2) *duobus autographis inter se concordantibus, quae in tabulario secreto domus regiae Bawaricae asservantur. Sigilla plus minusve laesa pendent filis sericis rubei coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2352.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis et singulis sacri imperii Romani[a] fidelibus graciam suam et omne bonum.

(1) Attendentes virtutum beneficia, meritorum insignia, constantis fidei suffragia, quibus spectabilis vir Reynaldus comes Gelr̃ie fidelis noster dilectus erga nos et sacrum Romanum imperium dinoscitur relucere, gerentes confidencie plenitudinem de eodem, dicto nobili Reynaldo comiti Gelrie totam Frisiam que dicitur vulgariter Ostͤvrieslant[b] et omnem aliam Frisiam ad nos et imperium spectantem, excepta dumtaxat illa parte ad nobilem virum . . comitem de Hollandia pertinente, de nostrorum procerum consilio duximus committendam [1]. Dantes eidem plenariam potestatem per se vel suos de delictis cognoscendi et puniendi, iudicandi, sentenciandi, in facinorosos homines animadvertendi, penas imponendi, iura nostra et imperii recuperandi, ampliandi, collectas seu precarias, cum sibi expedire videbitur, faciendi in ipsa Frisia, officiatos iudices pro se constituendi, iura condendi, ea observare faciendi et omnia ac singula faciendi, ordinandi, disponendi, tractandi, que facere, ordinare, disponere et tractare possemus, si essemus ibidem personaliter constituti, ita quod de iustis redditibus, iustis precariis et de ceteris de iusto iudicio provenientibus nobis vel nostris in imperio[c] successoribus legitimam tenebitur computacionis reddere racionem. (2) Porro predicta Frisia, quam dicto Gelrie comiti[d] duximus committendam, per nos vel nostros successores non debet ullatenus avocari, nisi prius de expensis et impensis, quas in recuperacione[e], attractione necnon reformacione ipsius Frisie pro se et suis duxerit faciendas et exponendas, sibi vel suis heredibus per nos vel successores nostros penitus refusis prehabita computacionis legitima racione. Donis vero, liberalitatibus, exenniis, concessionibus, redditibus seu proventibus seu quibuscumque curialitatibus sibi factis vel faciendis racione amministracionis ipsius Frisie, que fiunt comiti predicto per Frisiam predictam, per dictum comitem aut eius heredes nobis et nostris successoribus nullatenus computandis. (3) Sane si dictum comitem in Frisia predicta aliquas terras seu possessiones contigerit comparare, ad imperium tamen non spectantes, illas pacifice a nobis et imperio titulo feodi possidebit. (4) Ceterum in dicti comitis laborum et sollicitudinum recompensam quatuor milia marcarum argenti puri et examinati[f] dignum duximus eidem comiti largienda. Et si nos vel successores nostros dictam terram Frisie a dicto comite contigerit avocare prius quam terram restituat, dicta quatuor milia marcarum per nos vel successores nostros debent eidem comiti assignari et integraliter persolvi. Testes autem huius commissionis fuerunt inferius nominati: venerabilis[g] Rudolfus archiepiscopus Salzpurgensis, illustris Albertus dux Saxonie[g], nobiles Fridericus burgravius de Nuͤrenberg[h], Eberhardus comes de Catzenellenboge[i], comes Albertus de Hohemberg[k], Uͦlricus de

435. a) Romani imperii 2. b) Oestvrieslant 2. c) imperium 2. d) comiti Gelrie 2. e) et *add.* 2. f) exanimati 1. g) venerabilis — Saxonie *desunt* 2. h) Nornberc 2. i) Kazeneleboin 2. k) Hohenberc 2.

1) *De verbo* committere *v. iam supra p. 264 n. 1; cf. nr. 180. 263. 264 al.*

Hanouwe[l], Gerlacus de Bruberch[m], magister Heinricus de Clingenberg[n] aule nostre prothonotarius et quam plures alii nobiles et potentes. In premissorum omnium testimonium et robur presens scriptum conscribi et maiestatis nostre[o] sigillo iussimus communiri.

Datum Erfordie, IIII. Kalend. Augusti, indictione tercia, anno Domini MCC nonagesimo[p], regni vero nostri anno septimo decimo[q].

436. *MANDATUM PRINCIPIBUS FRISIAE VICINIS DIRECTUM.* *Iul. 31.*

Ineditum nobis petentibus dedit Herre ex autographo eiusdem tabularii. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2355. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus et nobilibus circa Frisiam commorantibus dilectis sibi graciam suam et omne bonum.

De fidei puritate, non modica industria et constancia incorrupta nobilis viri Renaldi comitis Gelrie dilecti nostri fidelis sincerius et plenius confidentes sibi totam Frisiam que dicitur vulgariter Oestvrieslant et omnem aliam Frisiam ad nos et ad imperium spectantem, excepta dumtaxat illa parte ad nobilem virum . . comitem de Hollandia pertinente, duximus committendam. Dantes sibi liberam potestatem iudicandi, iura et redditus nostros et imperii colligendi et de eisdem, prout sibi visum fuerit esse utile, nobis et imperio disponendi, alios iudices statuendi, novos milites faciendi, reos puniendi et bona imperii recuperandi. Unde universos et singulos vos rogamus plenissimo cum affectu, quatinus ei ad predicta universa et singula sibi a nobis commissa cooperari et assistere efficaciter et fideliter, quocienscumque et quandocumque ab ipso requisiti fueritis, statuatis, ostensuri et exhibituri nobis in hoc vestre sinceritatis et fidelitatis indicia pleniora.

Datum Erfordie, II. Kal. Augusti, indictione tercia, anno Domini millesimo CCLXXXX, regni vero nostri anno XVII.

437. *MANDATUM HOMINIBUS FRISIAE DIRECTUM.* *Iul. 31.*

Dedit Herre ex autographo eiusdem tabularii. Sigillum valde laesum pendet loro membranaceo. Quae de altero autographo olim notavit Ficker, non recta sunt. Est potius nr. 436. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2356. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis hominibus per totam Frisiam que vulgariter dicitur Ostvrieslant et per omnem aliam Frisiam ad nos et imperium spectantem, excepta dumtaxat illa parte ad nobilem virum . . comitem de Hollandia pertinente, dilectis suis fidelibus graciam suam et omne bonum.

Fidelitas vestra sciat, quod ad regendum vos et iudicandum inter vos et de vobis, disponendum de nostris iuribus et redditibus et recipiendum illos redditus et convertendum ad utilitatem nostram et imperii et statuendum iudices et puniendum reos nobili viro Renaldo comiti Gelrie dilecto nostro fideli duximus committendum. Unde vestre fidelitati precipimus et mandamus, quatinus ei intendatis et obediatis in omnibus humiliter et devote, propter hoc a nostra celsitudine suo tempore non inmerito commendandi.

Datum Erfordie, II. Kal. Augusti, regni nostri anno XVII.

435. l) Ulricus de Hanowen 2. m) Bruberc 2. n) Clingenberc 2. o) nostro 2. p) nonogesimo 2. q) XVII 2.

438. *SENTENTIA DE DOMINORUM IN VASSALLOS ACTIONE.* *1290. Aug. 17.*

Contulimus 1) *et* 2) *duo autographa tabularii Dusseldorpiensis 'Jülich-Berg' 104, quorum sigilla fere illaesa apud* 1 *pendent loro membranacco, apud* 2 *filis sericis rubri et viridis coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2362.* *(P. 455.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ac universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod anno Domini MCC nonagesimo, XVI. Kalendas Septembris, indictione tercia, nobis sedentibus pro tribunali aput[a] Erfordiam[b] presentibus principibus, comitibus, nobilibus, baronibus necnon quam pluribus proceribus regni nostri petitum fuit in iudicio coram nobis et sententialiter diffiniri: si dominus aliquis habeat vasallum, qui attemptavit aliquid contra dominum et contra quem dominus habet actionem et ius agendi in iudicio, qualiter contra vasallum domino succurratur. Et extitit per sententiam consensu principum, comitum, nobilium approbatam legitime diffinitum: quod ipse dominus suum vasallum presentibus aliis vasallis coram se ad iudicium poterit evocare et cognoscere poterit et iudicare pro vel contra ipsum vasallum, prout ipsorum dictaverit sententia vasallorum. Testes autem huic sententie presentes aderant: illustres[c] dux Saxonie, dux Brunswicensis principes nostri, nobiles[c] burcgravius[d] de Nůrenberg[e], comes Eberhardus de Catzennellenbogen[f], Gerlacus de Brubercg[g], C.[h] de Winsbercg et quam plures alii nobiles et barones. In cuius rei testimonium hanc paginam conscribi et nostri sigilli munimine fecimus[i] roborari.

Datum Erfordie[k], anno, die, indictione premissis, regni vero nostri anno septimo decimo.

439. *DECLARATIO DE REGNO UNGARIAE.* *Aug. 31.*

Denuo contulimus autographon, quod asservatur in tabulario Vindobonensi. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis flavi rubeique coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2366. *(P. 455.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod quondam regnante illustri Friderico imperatore Romanorum clare memorie, nobis et quam pluribus principibus, baronibus, nobilibus presencialiter constitutis, rex Ungarie qui tunc fuit pro tempore regnum suum a dicto imperatore Friderico accepit ab eo et imperio titulo feodi possidendum. Hoc nos audivisse, vidisse et presentes interfuisse presentibus protestamur. In cuius rei testimonium hanc paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus roborari.

Datum Erfordie, pridie Kalendas Septembris, anno Domini MCCLXXXX, indictione tercia, regni vero nostri anno septimo decimo.

440. *INFEUDATIO REGNI UNGARIAE.* *Aug. 31.*

Item contulimus autographon eiusdem tabularii. Pendet sigillum illaesum filis sericis eiusdem coloris. Cf. infra nr. 453 et 454. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2367. *(P. 455.)*

438. a) apud 2. b) Erfordam 2. c) . . *add.* 2. d) burgravius 2. e) Noureuberg 2. f) Catzenellenbogen 2. g) Bruberch 2. h) strennuus . . 2. i) iussimus 2. k) Erfurdie 2.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Licet regalis animi benivolentiam ad universos Romani imperii principes extendere largiflue teneamur, maximo tamen nature dictante stimulo nostram prolem propriam bene meritam dignamur prevenire gloria et honore. Ad hoc itaque habito respectu regnum Ungarie, quod nobis et imperio per mortem quondam Ladyzlai regis vacare dinoscitur, cum suis hominibus, terris, castris, civitatibus, oppidis, villis, possessionibus, iuribus necnon attinentiis universis et omni eo iure, quo idem regnum predictus rex Ladyzlaus dinoscitur tenuisse, illustri Alberto duci Austrie principi et filio nostro karissimo titulo feodali a nobis et imperio perpetuo possidendum ex regia munificentia de principum et baronum imperii consilio concedimus et donamus. In cuius rei testimonium hanc paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus roborari.

Datum Erfordie, pridie Kalendas Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo, indictione tertia, regni vero nostri anno septimo decimo.

441. *PROMISSIO ALBERTI DUCIS AUSTRIAE COMITI PALATINO FACTA.* *Sept. 9.*

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae denuo descripsimus. Sigillum iam deest, filis sericis viridis coloris relictis. Cf. supra nr. 427 et Reg. imp. VI, 2362 a.
(P. deest.)

Nos Albertus Dei gracia dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie et Portus Naonis tenore presencium profitemur et scire volumus universis, quod si nos ad regni Romani gubernacula dirigenda contingat favente Altissimo promoveri, omnia privilegia, libertates, gracias, honores et iura inclito principi domino Lodwico comiti palatino Reni duci Bawarie fratri nostro karissimo per serenissimum dominum et patrem nostrum Rudolfum Romanorum regem ac alios imperatores et reges quoslibet predecessores suos pro diversitate temporum tradita et concessa eidem comiti palatino Reni et ipsius heredibus libenti animo volumus et promittimus inviolabiliter observare ac huiusmodi privilegia, libertates, gracias, honores et iura sigillo nostro regio, quam cito nos illud habere contigerit, confirmare. Concedentes has nostras litteras in testimonium super eo.

Dat. Ratispone, anno Domini MCC nonagesimo, V. Idus Septembr.

442. *SENTENTIA DE DEVOLUTIONE FEUDORUM.* *Sept. 10.*

Hucusque ineditam dedit iam olim Bethmann ex transsumto a. 1384. in tabulario Insulensi asservato, quod denuo contulimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2371.
(P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod anno Domini MCC nonagesimo, quarto Idus Septembris, indictione tercia, nobis apud Erfordiam pro tribunali sedentibus quesitum fuit per sentenciam coram nobis, utrum aliquo vasallo alicuius domini mortuo sine masculo herede, si feodum ipsius vasalli premortui propius ad sororem ipsius defuncti vasalli utrum ad dominum feodi esset devolutum. Et extitit sentencialiter diffinitum, quod tale feodum vacaret domino penitus et omnino et de ipso posset dominus ordinare pro sue libito voluntatis, sorore vasalli penitus exclusa, nisi dominus de sua gracia velit ei ipsum feodum concedere pro tempore vite sue. Testes

qui huic sentencie presentes aderant sunt hii: nobiles viri burgravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Catzenellenbogen, Eberhardus comes de Wirtenberg, Geirlacus de Brûberg, Conradus de Winsperch, Friedericus de Hohenloch, Ulricus de Hanouwe et quam plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium presentes litteras magestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, die, indictione et anno Domini supradictis.

443. *SENTENTIA DE DEFENSIONE A PERICULO DUELLIONIS.* *Sept. 10.*

Autographon, quod asservatur Dusseldorpii in tabulario regio 'Jülich-Berg' nr. 105, denuo contulimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2372. (P. 455.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nobis apud Erfordiam pro tribunali sedentibus anno Domini MCC nonagesimo, quarto Idus Septembris, indiccione tercia, quesitum fuit per sententiam coram nobis, si aliquis suum adversarium in iudicio conveniat de incendio nocturno per eum modum, quo moveat ei questionem duellionis quod vulgo dicitur kamprecht, quo iuris auxilio talis in iudicio conventus valeat se tueri. Et extitit sentencialiter diffinitum, quod quicumque pugna duellionis quod vulgo dicitur kamprecht[1], prestando iurisiurandi sacramento manualiter exhibito suam possit innocenciam expurgare, nedum in hoc crimine accusatus, set in multis aliis et diversis, nisi conscius repertus fuerit lese crimine maiestatis. In quem casum a duellionis periculo quod vulgo dicitur kamprecht nullatenus se poterit defensare. Huic sentencie testes aderant: nobiles viri Fridericus burgravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Catzenellenbogen, Eberhardus comes de Wirtenberch, Ůlricus de Hanouwe, Fridericus de Hohenloch, Cunradus de Winsperg et quam plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, anno Domini, die et indictione prescriptis.

444. *DECLARATIO ALTERA DE IURIBUS REGIS BOHEMIAE.* *Sept. 26.*

Documenti insignis, quo declaratio supra nr. 415 amplificatur, autographon asservatur in tabulario Vindobonensi. Denuo contulimus. Pendet sigillum laesum filis sericis rubri viridisque coloris. In verso scripta sunt: Regist. per Iohannem de Glacz. *Cf. supra nr. 415. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2376. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Quanto iura personarum prodeunt in lucem noticia clariore, tanto liquidius posteritati successure materia tollitur altercandi. Inquisicionis igitur circumspecte prehabita indagine scrutinioque sollerti scire desideravimus, quid quantumve iuris in Romano competat imperio et in electione Romanorum regis futuri imperatoris inclito . . regi Bohemie principi et filio nostro karissimo et heredibus ipsius. Quo facto principum, baronum, nobilium et procerum imperii necnon veteranorum communi assercione et concordi testimonio comperuimus assonante, ipsum regem Bohemie imperii debere pincernam existere et ius ac officium pincernatus apud eum necnon eius heredes iure hereditario residere. Extitit eciam dilucide declaratum, predictum regem Bohemie et suos heredes in electione regis Romanorum futuri imperatoris cum ceteris electoribus habere debere ad similitudinem aliorum electorum eligendi plenariam ius et vocem. Hec vero iura pincernatus et electionis nedum dicto regi et suis heredibus didicimus

1) *Hic deesse verba* fuerit conventus *vel similia, monuit Zeumer.*

competere, sed eciam suis progenitoribus, abavis, attavis, proavis et avis iure plenissimo competebant. Volentes itaque dicti regis et heredum suorum dispendiis precavere, ius et officium pincernatus in imperio sibi et heredibus eius et non alii competere et in electione regis Romanorum futuri imperatoris habere ius et vocem, clare recognoscimus, approbamus et presencium testimonio profitemur. Si quid autem diminucionis vel calumpnie quod non credimus circa predicta cavillose, maliciose vel subdole posset opponi, supplemus de plenitudine regie potestatis. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, VI. Kalend. Octobris, indiccione III, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno septimo decimo.

445. *SENTENTIA CONTRA ALIENATIONEM BONORUM FEUDALIUM.* *Oct. 21.*

Autographon, quod asservatur Dusseldorpii in tabulario regio, denuo contulimus. Scriptum est in cancellaria regis. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, iam deest. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2379. *(P. 456.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nobis sedentibus pro tribunali apud Erfordiam comparuit in iudicio coram nobis sufficiens procurator venerabilis . . abbatis Werdinensis, principis nostri dilecti, qui ipsius abbatis nomine proponebat, an aliquis vasallus vel alter quicumque, qui bona tenet a domino, quocumque nomine censeantur, possit alienare vel distrahere illa bona, domino super hoc nullatenus requisito. Et de nostrorum procerum consilio sentencialiter extitit diffinitum, quod neque vasallus vel alter aliquis fidelis preter scienciam domini ipsa bona, que tenet a domino, non possit alienare vel distrahere quoquomodo. Et si contrarium fecerit, ipsa bona ad manus domini devolvuntur et de ipsis dominus poterit ordinare pro sue libito voluntatis. Huius rei testes sunt: illustris Albertus dux Saxonie princeps et filius noster dilectus, nobiles viri Fridericus burgravius de Nůrenberg, Eberhardus comes de Catzenellenbogen, Ludewicus comes de Ötingen, Gerlacus de Bruberch et Cůnradus de Winsperch, strennui viri . . de Bappenheim marschalcus curie nostre et . . magister curie nostre et alii quam plures fidedigni. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, XII. Kalend. Novembris, indictione quarta, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno decimo octavo.

446. *MANDATUM DE IURIBUS MONASTERIORUM.* *Oct. 21.*

Autographon eiusdem tabularii denuo descripsimus. Scriptum est in cancellaria regis. Sigillum iam deest, loro membranaceo relicto. In verso legitur manu saec. XV: non registratum in libris nostris. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 2380.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, comitibus, nobilibus, baronibus, ministerialibus necnon ceteris imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Venerabilis . . abbas Werdinensis princeps [noster][a] dilectus nostre celsitudini graviter est conquestus, quod nonnulli iuris inimici, qui advocacias et alia bona, quas queve a dicto abbate tenere debent, negligunt tamen et contempnunt dictas advocacias et bona suis statutis temporibus tamquam fideles recipere, prout mos est. Item in

446. a) *deest or.*

suis querimoniis adiecit, quod nonnulli pensionarii sue ecclesie Werdinensis biennio vel triennio supersedent debitas persolvere pensiones et sic ipsa re merito dictante iuris ordine sunt privandi. Quare vobis universis et singulis auctoritate regia committimus et mandamus, quatinus ob Dei et nostram reverenciam dicto . . abbati necnon sue ecclesie Werdinensi efficacibus auxiliis operosisque consiliis assistatis, ob sacre religionis sacram veneracionem tantum devotis mentibus facientes, ne dictus . . abbas contra viam iusticie iuribus sui monasterii defraudetur.

Datum Erfordie, XII. Kal. Novembr., indictione quarta, anno Domini MCC nonagesimo, regni vero nostri anno decimo octavo.

447. *ABSOLUTIO PROSCRIPTIONIS. Oct. 23.*

Descripsit iam olim Bethmann ex autographo tabularii Helmstadiensis. Sigillum valde laesum pendet loro membranaceo. Cf. iam supra nr. 297—301. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2381. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus, baronibus, comitibus, nobilibus necnon universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam deducimus per presentes, quod universos cives de Helmestat, quos a macula proscripcionis et abiudicacionis absolvimus, de libro proscriptorum aboleri iussimus et deleri. Vos universos ac singulos exorantes, quatinus ob nostram ac sacri Romani imperii reverenciam, eciam intuitu venerabilis abbatis Werdinensis, principis nostri dilecti, quem prosequimur favore gracie singularis, ad quem proprietas opidi in Helmestat dinoscitur pertinere, dictos cives de Helmestat studeatis honoribus ac promocionibus efficaciter prevenire, nobis in hoc facturi obsequium speciale.

Datum Erfordie, decimo Kalend. Novembris, indictione quarta, anno Domini MCC nonogesimo, regni nostri anno decimo octavo.

448—451. CONCORDIA CUM CIVITATE BISUNTINA.

1290. ante Apr. 24.—Iun. 3.

448. *REQUISITIO PRIVILEGIORUM CIVITATIS REGI MISSA. ante Apr. 24.*

Superest in codice 'Registre le plus ancien', fol. 173 tabularii civitatis Bisuntinae, quod asservatur in bibliotheca publica[1]. *Nos ipsi a. 1903. contulimus. Capita concordiae infra nr. 450. 451 in margine posuimus. — Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 2529 et litteras Ottonis comitis Palatini a. 1290. Apr. 2. civitati missas, quas edidit Castan in dissertatione infra ad nr. 449 citata pag. 63 nr. 33 (= Mémoires IV. série, IV, 402). (P. deest.)*

1) *'Cf. Castan 'Notes sur l'histoire municipale de Besançon' (Besançon 1898), p. 1 sq.*

Cou sunt noz franchisses et noz custumes[a] et cou que nos havons usse des le tens du quel on ne est memoire.

Cou est cou que li prodomes de Besençon et li citiain requerent a tres aut prince et soverain Raou roi des Romains et general amenestrour des biens de l'empire de Rome de l'autorite l'aipostoille, qu'il lour outraoist et confermeist:

1. Prumeremant que li citiens et li cite de Besençon soient sougist a l'emperraour des Romains sent nule maiain. nr. 450. 451. c. 3. La quel chosse li diz citiain aferment, qui sunt et ont este des le tens qui n'est memoire, et est en la devine escristure des glorious martis saint Fericul et saint Ferreul, qui convertirent la cite des paiains a la cristiente.

2. Item apres li estat de la menoie de Besençon ne puisse estre changiez par c. 4. force de seignor, mes doit touz jors demorer en som droit pois et en som droit aloy. Cou est asavoir a III d(eniers) et maille de loiemant et XVII s(oz) IIII deniers lou marc de Coloingne de pois. Et que la dite mennoie ne se puisse faire forque danz la cite de Besençon.

3. Item que li prodomes de Besençon aient les clers des portes de la cite de c. 5. Besençon et doient avoir, ausi come il les ont au touz jors, et le droit de l'avoir et du garder.

4. Item que li diz citiens aient conmunute ou universite, arche comune et seal c. 6. de comunite et cloches et banneres, et que li prodomes de Besençon puissent alere I ou plusors por governer et ordener les comunes beissoingnes de la cite et faire prisses et huances entre lour et avoir deniers communs por faire lors beissoingnes[b].

5. Item que li juges de regaule et des autres justisses seculers de Besençon ne c. 7. doient ne poient jugier par interlocutore ne par se[n]tence defenistive, mais que par les citiains de Besençon qui doivent estre envaie a jugemant par trois fois du seignour sor chascune cause. Et cou qui est jugiez et escordez par les diz citiains par acune des trois fois desuis dites, doit estre tenuz senz nul apel et monez a assecucion par le seignour. Et se li prodomes ne escordent par acune des trois fois, li jugemanz vient a seignour.

6. Item que justisse desuis dite ne puist demander senz escussor, se n'est de c. 8. grime noitore ou de arme amoluie por ferir ou por faire ayme du ferir. Et se droiz ou jugemanz i aferoit, li sires i doit envaier les citiens de Besençon et nun autrui par III foiz, ausi com il est desuis diz.

7. Item que li diz citiens poient et doient de lour atorite danz la cite de Be- c. 9. sençon et de fors gaigier ces de fors por lor daiz et por lor torz faiz et panre les homes taillables et lors chosses por les doites a lour seignours. Et pouient et doient li diz citiain panre ou acuns de lor ces de fuers por lor meffait, qu'il ou acuns de lor arrient fait es citiens de Besençon ou acun de lor par droit faiçant par lor justisses de Besençon danz la cite.

8. Item que justisse de Besençon ne poient mestre banc ne poinne ne faire c. 10. escrier, se n'est par la requeste des prodomes de Besençon.

9. Item que li rois desuis diz come amisnistreres des biens de l'empire respar- c. 15. loist que ques dons qu'il ne sui devantiers aient fait, qui soient noissanz ne grevanz a la cite de Besençon ne es diz citiens.

10. Item que justisses seculers de Besençon ne ont sor les citien de Besençon c. 11. ne poient avoir ne doient forque III menneres de amandes pecunias, cou est asavoir III soz por la coutumasce ou por estre convincuz en cause ceville. Item la seconde IX soz por sanc prove et estain par sempte defenitive par devant le seignour. Item

448. a) *sequitur* que *deletum c.* b) *sequitur* seculers de Besencon *cancellatum c.*

la tierce de LX soz por arme amoluie, quant om en fiert ou fait ayme du ferir, se convincuz en est par devant le seignour.

c. 12. 11. Item que tuit cis qui saront demoranz en la cite de Besençon, soient de la prisse et[c] de la misse du comon de Besençon.

c. 13. 12. Item que l'arcevesques de Besençon ne peust ne ne doit vandre vin por son banc que douze meys de vin du crui de l'anneie sain et nest, ne des plus chiers pris ne des plus vis, a nostre messure de Besençon.

c. 16. 13. Item requerons de graice danz la cite de Besençon que nos puissiens faire dous fors et uns molins, li ques soient a la dite cite et es citiens.

Apr. 24. Cis trancris fui faiz lendemain de la saint Jorge, l'ant qui corroit par MII[c] et IIII[xx] et dix, ou mois d'Avri. H. Cuignaz[d].

449. *COMPROMISSIO CIVITATIS DE SOLUTIONE PRAESTANDA.* *Iun. 3.*

Autographon superest in eodem tabulario. Sed cum nobis praesentibus a. 1903. inveniri non potuerit, repetimus editionem, quam paravit A. Castan 'Le siège et le blocus de Besançon 1289 et 1290' pag. 85 nr. 36 (= Mémoires de la société d'émulation du Doubs IV. série, IV (1869), p. 409). Pendet sigillum civitatis. — Böhmer, Reg. imp. VI pag. 560 nr. 2529. *(P. decst.)*

Nos li universitex des citiens de Besançon façons savoir a tout ceux qui ces letres verront, que come nos haions compromis en nobles barons mon seignour Gautier de Montfaucon et mon seignor Symon de Montbeliart seignour de Cusel et de Montron de tot les descors et actions, qui estoient et pooient estre tant que a jor, que ces letres furent faites, entre le tres excellent prince Raoul par la grace de Deu roy des Romains tot jors croissant, administrour de l'empire de Rome, et mon seignour Jehan de Chalon seignour d'Arlay d'une part et nos la universite de Besançon d'autre part, que il des dit descors et actions nos puissent apaisier et dire et prononcier lour dit en une somme d'argent deis huyt mile livres d'Estevenans en aval, saul les dras et les marcheandises a noz marcheanz, les ques mes sires Jehans ha pris, li quex ne sunt mie en ceste mise, la quel somme d'argent, que il hauront dit et prononcie, nos la dicte universite de Besançon devons paier et rendre a dit excellent prince Raoul roy des Romains et mon seignour Jehan de Chalon ou a lour certain comandemant, selonc ce que li diz mes sires Gautiers et mes sires Symons ordeneront: nos la dicte universitex des citiens de Besançon confessons et disons en verte, que nos deis le jor en avant a quel li diz mes sires Gautiers et mes [sires] Symons ou li uns de lour, se li duy ne i pooient estre ensamble, haront dit et prononcie lour dit en la dicte somme d'argent deys les huyt mile livres d'Estevenans en aval, devons garder le dit mon seignour Jehan de Chalon de tot domaiges, que il encorroit ou sustenroit par raison de la dicte somme d'argent, qui dicte et prononcie seroit par les dit mon seignour Gautier et mon seignour Symon, ensi come devisez est. Prometanz en bone foy et sus l'obligacion de tot noz biens, que nos toz les domaiges, deperdes, costes, missions et despens, que il faroit, encorroit et sustenroit par raison de la dicte somme d'argent, rendrons et restorerons entieremant a dit mon seignour Jehan ensamble la dicte somme d'argent, et des domaiges, deperdes, costes, missions et despens le creirons par son seiremant sanz autre prove. Et se nos de ce li volions faillir, nos volons et autroions a dit mon seignour Jehan, que il sanz offense de droit puisse

448. c) *bis scriptum c.* d) *sequitur in nova linea* Item *c.*

panre tout de noz biens ou que il les trovoit, que il en puisse havoir tot les domaiges, deperdes, costes, missions et despens devant dit, ensamble la dicte somme d'argent. Et a ces covenances tenir et garder nos oblijons nos et noz heirs et noz successours et tot noz biens, ou que il soient ne porront estre trovez. En tesmoignaige de la quel chose, nos la dicte universitex de Besançon havons mis le seel de nostre communate de Besançon en ces presentes letres.

Faites et donees le Sabbedi apres l'uitine de Pentecoste, l'an nostre Seignour mil CC quatre vinz et dix.

450. 451. *SCRIPTUM CONCORDIAE PER INTERNUNTIOS INITAE.*

Iun. 3.

A *exemplar civitati Bisuntinae traditum adhuc servatur autographum in tabulario eiusdem civitatis 'AA I. 1 Layette 1'. Scriptum est a scriptore cancellariae regis, sed nonnullis enuntiatis correctis vel cancellatis ita exaratum esse videtur, ut etiam inter scribendum de singulis capitibus hinc inde tractatum sit. Capitum distinctionem ad modum huius autographi posuimus; vacuae linearum partes calami ductibus expletae sunt. Alterius tantum sigilli fragmenta supersunt*[1]. *Ineditum nos denuo a. 1903. descripsimus.*

B *exemplar Iohanni de Cabilone a civitate traditum item autographum adhuc superest in tabulario Bisuntino 'Archives départementales du Doubs. Série B. 422'. Iussu civitatis transcriptum est, v. eschatocollon. Sigilla plus minusve laesa pendent loris membranaceis*[2]. *Edidit Castan 'Origines de la ville de Besançon' pag. 183 nr. 22 (= Mémoires de la société d'émulation du Doubs III. série, III (1859), p. 367). Nos ipsi denuo a. 1901. contulimus. Capita requisitionis supra nr. 448 in margine posuimus. Cf. Reg. imp. VI, 2529.* *(P. deest.)*

450. *EXEMPLAR CIVITATI TRADITUM.*

A.

Hec est concordia que tractata est inter nobilem virum dominum Iohannem de Cabilone dominum de Allato nomine serenissimi principis Rodulfi Dei gracia Romanorum regis et semper augusti necnon et nomine predicti domini Iohannis et nomine suorum coadiutorum quicumque sint vel extiterint ex una parte et universitatem civium civitatis Bisuntine ex altera. Que concordia per predictum dominum Iohannem est iuramento vallata necnon et per dominum Hudricum de Monte Meson.[a] baillivum predicti serenissimi principis nomine predicti principis et omnium suorum coadiutorum et sibi adherencium in hac parte, item et per cives civitatis Bisuntine

451. *TRANSCRIPTUM IOHANNI TRADITUM.*

B.

Hec est concordia que tractata est inter nobilem virum dominum Iohannem de Chabilone dominum de Arlato nomine serenissimi principis Rodulphi Dei gratia Romanorum regis semper augusti necnon et nomine predicti domini Iohannis et nomine suorum quoadiutorum quicumque sint vel extiterint ex una parte et universitatem civium et civitatis Bisuntine ex altera. Que concordia est per predictum dominum Iohannem iuramento vallata necnon et per dominum Houdricum de Montmacho(n) baillivum predicti serenissimi principis nomine predicti principis et omnium suorum coadiutorum et sibi adherencium in hac parte, item per cives civitatis Bisuntine

450. a) Mesoñ *A.*

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 491.* 2) *ibidem 488.*

predicto nomine tocius universitatis eiusdem de tenendis et inviolabiliter observandis pactionibus inferius nominatis:

1. In primis quod predicta universitas, cives civitatis prefate ac ipsa civitas exnunc habeant bonam graciam predicti serenissimi principis ac eisdem suam malivolenciam si quam incurrerunt mero corde ignoscat. Sentenciam proscriptionis, si qua lata extitit contra ipsos occasione quacumque per ipsum principem, revocet ac eandem revocatam publice faciat nunciari.

2. Item predictus princeps serenissimus fidem plenariam facere debet predictis civibus per litteras apostolicas bullatas, quod ipse est confirmatus legitime in imperatorem Romanorum et quod habet generalem administrationem bonorum et rerum subiectorum ad excellenciam et dignitatem tocius sacri imperii Romani. Et super hoc debet fieri copia dictis civibus et ipsa copia redigenda est in formam publicam ad petitionem predicti principis et procuratoris universitatis civitatis predicte per manum publici notarii sub sigillis duorum vel trium episcoporum in ipsa copia appensis.

nr. 448 c. 1. 3. Item quod predictus princeps recognoscit ac eciam confitetur, quod ipsa universitas, cives civitatis eiusdem necnon habitantes in ea sunt et esse debent per iura suarum libertatum tantummodo subditi, nullo existente medio, predicte imperatorie maiestati.

c. 2. 4. Item quod predictus princeps confitetur, quod status monete Bisuntine non potest nec debet mutari vel aliquo tempore per aliquem variari, sed semper stare debet in suo recto pondere necnon et in suo iusto alligamento. Quod alligamentum est trium denariorum cum obolo ipsius monete Bisuntine, ipsum vero rectum pondus est XVII s(olidorum) et IIII d(enariorum) ad marcam de Colonia. Nec extra civitatem Bisuntinam ipsa moneta potest aliquatenus fabricari.

c. 3 5. Item[b] quod dicti cives habent et habere debent custodiam clavium portarum

predicto nomine tocius universitatis eiusdem de tenendis et inviolabiliter observandis pactionibus inferius nominatis:

1. In primis quod predicta universitas, cives civitatis predicte ac ipsa civitas exnunc habeant bonam gratiam predicti serenissimi principis ac eisdem suam malivolenciam quam incurrerunt mero corde ignoscat. Sentenciam proscriptionis, si qua lata extitit contra ipsos occasione quacumque per ipsum principem, revocet ac eandem revocatam publice faciat nunciari.

2. Item predictus princeps serenissimus fidem plenariam facere debet predictis civibus per litteras apostolicas bullatas, quod ipse est confirmatus legitime in imperatorem Romanorum et quod habet generalem administrationem bonorum et rerum subiectorum ad excellentiam et dignitatem tocius sacri imperii Romani. Et super hoc debet fieri copia predictis civibus et ipsa copia redigenda est in formam publicam ad petitionem predicti principis et procuratoris universitatis civitatis predicte per manum publici notarii sub sigillis duorum vel trium episcoporum in ipsa copia appensis.

3. Item quod predictus princeps recognoscit ac eciam confitetur, quod ipsa universitas, cives civitatis eiusdem necnon habitantes in ea sunt et esse debent per iura suarum libertatum tantummodo subditi, nullo existente medio, predicte imperatorie maiestati.

4. Item quod predictus princeps confitetur, quod status monete Bisuntine non potest nec debet mutari vel aliquo tempore per aliquem variari, sed semper stare debet in suo recto pondere necnon et in suo iusto alligamento. Quod alligamentum est trium denariorum cum obolo ipsius monete Bisuntine, ipsum vero rectum pondus est decem et septem solidorum cum quatuor denariis ad marcham de Colonia. Nec extra civitatem Bisuntinam ipsa moneta potest aliquatenus fabricari.

5. Item quod dicti cives habent et habere debent custodiam clavium portarum

450. [b]) *sine signo paragraphi A.*

et introituum civitatis Bisuntine, qui nunc sunt vel fieri poterunt in futurum.

6. Item quod dicti cives habent et habeant communitatem seu universitatem, archam communem, procuratorem, actorem vel syndicum, sigillum universitatis, campanas communes ad convocandam universitatem predictam, vexilla seu bannerias. Item et quod ipsi cives, quocienscunque eis placuerit seu maiori parti ipsius universitatis, possint sibi eligere unum vel plures ad regendum et ordinandum omnia negocia, que evenient vel accident predictis civibus vel universitati predicte. Et quod ipsi pro sue libito voluntatis possint facere et exigere inter ipsos absque iudice et iusticia captiones, huancias et taillias et habere communem pecuniam pro faciendis suis negociis, prout melius et utilius ipsis videbitur expedire, et de predictis uti possint libere nullo iudice impediente vel aliquatenus contradicente.

7. Item quod nullus iudex iusticiam exercens[c] inter cives ipsius civitatis in ipsa civitate commorantes super rebus ad ipsos cives pertinentibus non potest nec debet iudicare per intellocutoriam[c] seu per diffinitivam sentenciam, donec cives civitatis predicte super discordia, super qua intelloquendum[c] est vel diffiniendum, missi sint a iudice[d], coram quo litigatur, pro iure dicendo et debent mitti tribus vicibus ab eodem domino, si ita sit quod missi prima vice aut secunda concordari non possint. Si vero concordaverint, illud debet teneri a partibus absque remedio appellationis a parte qualibet faciende et ipse iudex iudicium ipsorum civium exequi tenetur et curare, quod partes teneant. Et si forte ipsi cives missi ad iudicium ipsa die, qua mittuntur iudicare, deliberare non possint vel quod velint plures alios sibi de predictis civibus sociari, cum rectum sit illud iudicium, quod plurimorum sentencia confirmatur, possunt ab eodem iudice petere, quod ipsis aliam diem partibus et ipsis, ut

et introituum civitatis Bisuntine, qui nunc sunt vel fieri poterunt in futurum.

c. 4. 6. Item quod dicti cives habent et habeant communitatem seu universitatem, archam communem, procuratorem, actorem vel sindicum, sigillum universitatis, campanas communes ad convocandam universitatem predictam, vexilla seu bannerias. Item et quod ipsi cives, quocienscunque eis placuerit seu maiori parti ipsius universitatis, possint sibi eligere unum vel plures ad regendum et ordinandum omnia negocia, que evenient vel accident predictis civibus vel universitati predicte. Et quod ipsi pro sue libito voluntatis possint facere et exigere inter ipsos absque iudice et iusticia captiones, huancias et taillias et habere communem pecuniam pro faciendis suis negociis, prout melius et utilius ipsis videbitur expedire, et de predictis uti possint libere nullo iudice impediente vel aliquatenus contradicente.

c. 5. 7. Item quod nullus iudex iusticiam exercens in ipsa civitate inter cives ipsius civitatis in ipsa civitate commorantes super rebus ad ipsos cives pertinentibus non potest nec debet iudicare per interloqutoriam seu per diffinitivam sentenciam, donec cives civitatis predicte super discordia, super quam interloquendum seu diffiniendum est, missi sint a iudice, coram quo littigatur, pro iure dicendo et debent mitti tribus vicibus ab eodem domino, si ita sit quod missi prima vice aut secunda concordare non possint. Si vero concordaverint, illud debet teneri a partibus absque remedio appellationis a parte qualibet faciende et ipse iudex iudicium ipsorum civium exequi tenetur et curare, quod partes teneant. Et si forte ipsi cives missi ad iudicium ipsa die, qua mittuntur iudicare, deliberare non possint vel quod velint plures alios sibi de predictis civibus sociari, cum rectum sit illud iudicium, quod plurimorum sentencia[a] confirmatur, possunt ab eodem iudice petere, quod ipsis aliam diem partibus et ipsis, ut

450. c) *sic A.* d) *sequitur deletum* a j *A.*

451. a) snaj *loco* snja *B.*

ipsum iudicium domino referant, assignetur, quod dominus denegare non potest. Et quando ipsi cives missi ad iudicium tribus vicibus fuerint, si discordent, iudicium ipsum ad predictum dominum revertitur, qui fretus bonorum consilio secundum proposita et allegata coram ipso ius suum proferet inter partes. A quo iure si pars altera se senciat aggravatam, ad suum superiorem appellare poterit vel maiorem.

c. 6. 8. Item[c] quod nullus iudex civitatis predicte nullum quid potest petere a civibus predictis seu ab habitatoribus in eadem civitate ex suo officio vel autoritate propria nec ad aliquam inquisitionem descendere, si legitimus non appareat accusator, nisi iudex vel eius nuncius ipsum malefactorem caperet in ipso delicto illud notorie perpetrando vel eciam notorie perpetrato, vel nisi dominus agat et proponat, aliquem percussisse alium de qualibet arma moluta vel fecisse presumptionem de percuciendo aliquem infra civitatem predictam et banleiam Bisuntinam. Et tunc de iudicibus Bisuntinis qui primus est in citando percussorem predictum, facto legitime probato habet pro sua emenda LX s(olidos) Stephan(ensium) vel ipse percuciens amittit pugnum. Alter vero non percuciens pro presumptione probata legitime tenetur domino predicto in LX s(olidis) sine pugno. Et si iudicium requiratur in predictis, ipsi cives ad illud mittendi sunt tribus vicibus a domino supradicto.

c. 7. 9. Item quod dicti cives et habitantes in eadem civitate possunt sua propria auctoritate sine offensa iuris et iudicis infra civitatem predictam et extra eandem vadiare forenses pro suis debitis. Item pro delictis ipsis civibus in persona et rebus eorum factis et ipsos forenses capere et detinere in carceribus privatis homines tailliabiles seu expletabiles, personas ipsorum et bona, pro debitis et delictis a suis dominis factis vel eciam perpetratis.

ipsum iudicium domino referant, assignetur, quod dominus denegare non potest. Et quando ipsi cives missi ad iudicium tribus vicibus fuerint, si discordent, iudicium ipsum ad predictum dominum revertitur, qui fretus bonorum consilio secundum proposita et allegata coram ipso ius suum proferet inter partes. A quo iure si pars altera se senciat aggravatam, ad suum superiorem appellare poterit vel maiorem.

8. Item quod nullus iudex civitatis predicte nullum quid potest petere a civibus predictis seu ab habitatoribus in eadem civitate ex suo officio vel auctoritate propria nec ad aliquam inquisicionem descendere, si legitimus non appareat accusator, nisi iudex vel eius nuncius ipsum malefactorem caperet in ipso delicto illud notorie perpetrando vel etiam perpetrato[b] notorie, vel nisi dominus agat et proponat, aliquem percussisse alium de qualibet arma moluta vel fecisse presumptionem de percuciendo aliquem infra civitatem predictam et banleiam Bisuntinam. Et tunc de iudicibus Bisuntinis qui primus est in citando percussorem predictum, facto legitime probato habet pro sua emenda sexaginta[c] solidos Stephan(ensium) vel ipse percuciens amittit pugnum. Alter vero non percuciens pro presumptione probata legitime tenetur domino predicto in sexaginta solidis sine pugno. Et si iudicium requiratur in predictis[d], ipsi cives ad illud mittendi sunt tribus vicibus a domino supradicto.

9. Item quod dicti cives et habitantes in eadem civitate possunt sua propria auctoritate sine offensa iuris et iudicis infra civitatem predictam et extra eandem vadiare fo[renses],[e] pro suis debitis. Item pro delictis ipsis civibus in persona et rebus eorum factis et ipsos forenses capere et detinere in carceribus privatis homines taillabiles seu explectabiles, personas ip[sorum][e] et bona, pro debitis et delictis a suis dominis factis vel etiam perpetratis.

450. c) *sine signo paragraphi A.*

451. b) *sequitur* no *evanidum in fine lineae B.* c) sexanginta *B.* d) in predictis *supra lineam add. B.* e) *uncis inclusa evanuerunt B.*

Et possunt eodem modo tenere et captivare ipsos forenses generaliter et specialiter pro delictis et iniuriis, que ipsi forenses faciunt in specialitate seu generalitate, nec tenentur iuri parere vel recredere, preterquam per iudices Bisuntinos, coram quibus vel altero eorumdem iuri stare tenentur usque ad calculum sentencie diffinitive. Hoc salvo quod si universitas vel maior pars civium predictorum extra civitatem predictam cum armis et violencia aliquem vadiaret et de hoc fieri contingeret recredenciam, de hoc deberet ius fieri, ubi alias et antiquitus fieri consuevit.

10. Item quod iudices Bisuntini non possunt nec debent ponere penam vel bannum nec facere, quod ponatur vel preconizetur, nec capere[f] pondera, mensuras vel panem, nisi hoc fuerit de voluntate et requisicione civium predictorum[g].

11. Item quod iudices Bisuntini seculares non habent nec habere debent in civibus predictis exceptis tribus emendis pecuniariis, videlicet III s(olidos) pro contumacia seu propter hoc quod quis convictus est in causa civili. Secunda est IX s(olidorum) pro sanguine ab aliquo facto alii et probato, in tantum quod diffinitiva sentencia super hoc proferatur ad instanciam alterius parcium, non domini. Tercia est LX s(olidorum) pro arma moluta, sicut superius est narratum, seu pro falso pondere vel falsa mensura repertis. Et quociens conquerens vult desistere[h], non tenetur domino ad emendam.

12. Item quod omnes habitantes in civitate predicta, qui utuntur libertatibus et rebus communibus civitatis predicte, sunt et esse debent porcionarii[i] ut alii de missionibus, quas cives ordinati pro universitate predicta facient in futurum.

13. Item quod archiepiscopus Bisuntinus nec alius, qui iusticiam habeat in civitate predicta, non possunt nec debent vinum

Et possunt eodem modo tenere et captivare ipsos forenses generaliter et specialiter pro delictis et iniuriis, que ipsi forenses faciunt in generalitate et specialitate, nec tenentur iuri parere vel recredere, preterquam per iudices Bisuntinos, coram quibus vel[f] altero eorundem iuri stare tenentur usque ad calculum diffinitive sentencie. Hoc salvo quod si universitas vel maior pars civium predictorum extra civitatem predictam cum armis et violencia aliquem vadiaret et de hoc fieri contingeret recredenciam, de hoc deberet ius fieri, ubi alias et antiquitus fieri consuevit.

10. Item quod iudices Bisuntini non possunt nec debent ponere penam vel bannum nec facere, quod ponatur vel preconizetur, nec capere pondera, mensuras vel panem, nisi hoc fuerit de voluntate et requisicione civium predictorum. c. 8.

11. Item quod iudices seculares Bisuntini non habent nec habere debent in civibus predictis exceptis tribus emendis pecuniariis, videlicet tres solidos pro contumacia seu propter hoc quod quis convictus est[g] in causa civili. Secunda est novem solid(orum) pro sanguine facto alii et probato, in tantum quod diffinitiva sentencia super hoc proferatur ad instantiam alterius partium, non domini. Tercia est sexaginta solidorum pro arma moluta, sicut superius est narratum, seu pro falso pondere vel falsa mensura repertis. Et quociens conquerens vult desistere, non tenetur domino ad emendam. c. 10.

12. Item quod omnes habitantes in civitate predicta, qui utuntur libertatibus et rebus communibus civitatis predicte, sunt et esse debent porcionarii[h] ut alii de missionibus, quas cives ordinati pro universitate predicta facient in futurum. c. 11.

13. Item quod archiepiscopus Bisuntinus nec alius, qui iusticiam habeat in civitate predicta, non possunt nec debent vinum c. 12.

450. f) *sequitur* men *deletum A.* g) *caput 10* Item — predictorum *infra post caput 18* Item — approbatis *signo posito additum est A; v. infra n. p.* h) uult desistere *supra lineam add. A.* i) peionarii *A.*

451. f) coram — vel *in loco raso scriptum B.* g) es *B.* h) peionarii *B.*

vendere quod bannum vocatur, exceptis duodecim modiis ad mensuram Bisuntinam, quod debet esse mundum, sanum et tale quod anno illo creverit. Et vendicio illius banni[k] incipienda est in festo apparitionis Ian. 6. Domini nec debet vendi viliori precio vel maiori, quam vendantur vina illius anni vindemiata usque ad diem apparitionis predicte.

14. Item quod predictus princeps ob necessitatem ipsius vel imperii Romani seu ob quamcumque aliam causam non potest facere ipsi universitati, civibus vel habitantibus in eadem capcionem, requisicionem, exactionem pecuniariam ob quamcumque causam, castrum seu fortalicium aliquod infra civitatem predictam seu infra metas banlelie[k*] civitatis predicte, nisi unanimiter volente[1] universitate predicta. Nec debet nec potest predictas civitatem, universitatem, cives predictos seu habitantes in ea vendere, donare, quittare, obligare vel eciam alienare in quacumque manu, nisi ad proprium dominium sacri Romani imperii, cui ipsa civitas, universitas et habitantes in ea nullo medio sunt subiecti.

c. 9. 15. Item si nos dictus princeps vel alius de antecessoribus nostris aliquid fecerimus vel[m] ordinaverimus contra civitatem vel universitatem predictas nec eciam contra cives predictos, nos tanquam legitimus et generalis administrator bonorum et rerum tocius Romani imperii ex certa sciencia iusta, legitima et honesta causa revocamus et nunciamus irritum in hoc presenti privilegio, in quantum possumus et debemus. Et volumus insuper et concedimus predictis universitati, civibus et habitantibus, quod omnes libertates superius nominatas et scriptas exnunc habeant et eisdem libere et absque cuiusquam contradictione utantur. Et si easdem libertates usque nunc minime habuerunt, prout superius sunt divise, nos pro nobis et successoribus nostris eisdem universitati et civibus

vendere quod bannum vocatur, exceptis duodecim modiis ad mensuram Bisuntinam, quod debet esse mundum, sanum et tale quod anno illo creverit. Et vendicio illius banni incipienda est in festo apparitionis Domini nec debet vendi viliori precio vel maiori, quam vendantur vina illius anni vindemiata usque ad diem apparitionis predicte.

14. Item quod predictus princeps ob neccessitatem ipsius vel imperii Romani seu ob quamcumque aliam causam non potest facere ipsi universitati, civibus vel habitantibus in eadem captionem, requisitionem vel exactionem pecuniariam ob quamcumque causam, castrum seu fortalicium aliquod infra civitatem predictam seu infra metas banleye civitatis predicte, nisi unanimiter volente universitate predicta. Nec debet nec potest predictas civitatem, universitatem, cives predictos seu habitantes in ea vendere, donare, quittare, obligare vel etiam alienare in quacumque manu, nisi ad proprium dominium sacri Romani imperii, cui ipsa civitas, universitas et habitantes in ea nullo medio sunt subiecti.

15. Item si nos dictus princeps vel alius de antecessoribus nostris aliquid fecerimus vel ordinaverimus contra civitatem[i] vel universitatem predictas nec etiam contra cives predictos, nos tanquam legitimus et generalis administrator bonorum et rerum tocius Romani imperii ex certa scientia iusta, legitima et honesta causa revocamus et nunciamus irritum in hoc presenti privilegio, in quantum possumus et debemus. Et volumus insuper et concedimus predictis universitati, civibus et habitantibus, quod omnes libertates superius nominatas et scriptas exnunc habeant et eisdem libere et absque cuiusquam contradictione utantur. Et si easdem libertates usque nunc minime [habue]runt[k], prout superius sunt divise, nos pro nobis et successoribus nostris eisdem universitati et civibus

450. k) *super* vini *deleto A.* k*) *sic A.* l) civitate predicta *deletum sequitur A.* m) *deest A.*

451. i) *sequitur* predictam *cancellatum B.* k) *uncis inclusa evanuerunt B.*

et successoribus eorundem predictas libertates damus et concedimus perpetuo possidendas ac ipsorum procuratorem talem nomine procuratorio universitatis predicte ac ipsos universitatem et cives per presentes litteras investimus tanquam illos, qui sunt membrum imperii Romani nobile et ipsius sacri imperii camera principalis.

16. Item[n] damus et concedimus predictis universitati et civibus, ut ipsi infra civitatem predictam possint facere et sibi apropriare furnos et molendina, ex quibus redditus vertantur in utilitatem universitatis et civium predictorum, tanquam illis quibus volumus facere graciam specialem propter ipsorum universitatis et civium onera relevanda.

17. [Hec autem universa et singula superius annotata predictis civibus et civitati concedimus, salvis et retentis nobis et successoribus nostris omnibus et singulis iuribus, dominiis et consuetudinibus, que imperatores Romani predecessores nostri in civitate et civibus Bisunt(inis) et rebus eorum retroactis temporibus habuerunt et percipere consueverunt.][o].

18. Item[n] volumus et concedimus ipsis universitati et civibus, quod ipsi et eorum successores perpetuo utantur pacifice et quiete omnibus aliis suis bonis consuetudinibus et statutis hactenus approbatis[p].

19. Hec autem omnia et singula antedicta dictis civibus et universitati pro nobis et successoribus nostris damus et concedimus, salvis nobis et retentis tanquam legitimo administratori sacri Romani imperii iuribus et consuetudinibus omnibus, que Romani imperatores in dicta civitate et civibus hactenus habuerunt et habere et percipere consueverunt ab antiquo.

et successoribus eorundem predictas libertates damus et concedimus perpetuo possidendas ac ipsorum procuratorem talem nomine procuratorio universitatis predicte ac ipsos universitatem et cives per presentes litteras investimus [tanquam][1] illos, qui sunt membrum Romani imperii nobile et ipsius sacri imperii camera principalis.

16. Item damus et concedimus predictis universitati et civibus, ut ipsi infra civitatem predictam possint facere et sibi apropriare furnos et molendina, ex quibus redditus [vertan]tur[1] in utilitatem universitatis et civium predictorum, tanquam illis quibus facere volumus gratiam specialem propter ipsorum universitatis et civium honera [relev]anda[1]. c. 13.

17. Item volumus et concedimus ipsi universitati et civibus, quod ipsi et eorum successores perpetuo utantur[m] pacifice et quiete omnibus aliis suis bonis consuetudinibus et statutis hactenus approbatis.

18. [Hec autem universa et singula superius adnotata predictis civibus et civitati concedimus, salvis et retentis nobis et successoribus nostris omnibus et singulis iuribus, dominiis et consuetudinibus, que imperatores Romani predecessores nostri in civitate et civibus Bisuntin(is) et rebus eorum habuerunt, habere et percipere consueverunt temporibus retroactis.][n]

19. Hec autem omnia et singula antedicta dictis civibus et universitati pro nobis et successoribus nostris damus et concedimus, salvis nobis et retentis tanquam legitimo administratori sacri Romani imperii omnibus iuribus et consuetudinibus, que Romani imperatores in dicta civitate et civibus hactenus habuerunt et habere et percipere consueverunt ab antiquo.

450. n) *sine signo paragraphi A.* o) *caput 17. cancellis circumscriptum est A; cf. caput 19.* p) *hoc loco sequitur caput 10* Item — predictorum *A; v. supra n. g. Post caput 10. hic linea integra eodem modo calami ductibus expletur, quo librarius vacuam lineae partem explere solet; v. prooemium.*

451. 1) *uncis inclusa evanuerunt B.* m) *in loco raso trium verborum latiori ductu ut videtur eadem manu scriptum B.* n) *caput 18. cancellis positis deletum B; cf. caput 19.*

Facta[q] est collatio de suprascriptis per Stephanum Maconeti et Haymonem de Noseroy clericos.

In[r] quorum testimonium nos Galterus de Monte Falcone et Symon de Montebiligardo dominus de Montron milites huic transcripto sigilla nostra apposuimus.

Dat. III. Non. Iun., anno Domini MCC nonagesimo.

Facta[o] est collatio de omnibus suprascriptis per Stephanum Maconeti et Haymonem de Noseroy clericos. St. Lath(omus).[o, 1]

In quorum testimonium sigilla virorum nobilium domini Galteri de Monte Falcon(e) et domini Symonis de Montebiligardis domini de Cusello et de Montron [huic tra]nscripto[p] nos universitas civium Bisuntinorum rogavimus apponi.

Dat. die sabbati post octabas Pent(hecostes), anno Domini MCC nonagesimo.

---

452. LEGATIO ALTERA AD NICOLAUM IV. PAPAM.

1290. Iul. 3.

Litterae, quas Rudolfus rex papae miserat, non supersunt. Attamen hic ponere liceat responsum pontificis, quod in Registris tabularii secreti Vaticani servatur. Contulit Registrum Nicolai IV. tom. II, iam in serie Registrorum tom. 45 fol. 166' (a. III. ep. cur. 47) vir d. E. Goeller Romanus. De ratione cf. Regesta imperii. — Potthast 23306. Böhmer, Reg. imp. VI, 2336. (P. deest.)

Carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri.

(1) Devotione plenas et affectione non vacuas regie celsitudinis litteras nostro nuper apostolatui presentatas eo promptius libentiusque suscipimus, quo mittentem sincerius gerimus in visceribus caritatis. Quarum inter cetera tenor habebat, quod principum, magnatum et baronum imperii adversus excellentiam regiam murmura succrescebant, quasi dictum imperium minime tueatur, patienter et indigne ferendo, ut carissimus in Christo filius noster Phylippus rex Francorum illustris excedat limites regni sui, aliqua contra ipsius statum imperii et in depressionem eius non modicam attemptando[2]. Tu vero ex eo modernis pregravari temporibus pretactum imperium reputabas, quod in nonnullis civitatibus et diocesibus infra dicti metas imperii constitutis trium annorum decimam regi persolvendam eidem duximus imponendam, presertim cum ecclesie civitatum et diocesum earundem de bonis ipsius imperii sint dotate. Quare magnificentia regia suppliciter postulat, ut super ipsius prestatione decime iam dictas minime gravaremus ecclesias, quinimmo illas ab huiusmodi prestationis onere prefato regi, sicut premittitur, faciende prorsus absolvere dignaremur. (2) Sane, fili

450. q) *sine signo paragraphi A.* r) *ab hoc verbo mutato ductu scriptum A.*

451. o) Facta — Lath(omus) *inter lineas alio ductu, acutiori stilo postea scripta sunt B.* p) *uncis inclusa evanuerunt B.*

1) *Teste v. cl. Gauthier Bisuntino* St. Lath(omus) *nomen Francicum est Stephani Maconeti.* 2) *Cf. supra nr. 408—411.*

carissime, non ignorare te volumus, quod inter ceteros orbis terre principes regalibus titulis insignitos te utpote fidelem ecclesie filium et devotum speciali affectione prosequimur, sinceris complectimur brachiis, tui status incrementa felicia diligentes, nec ad eiusdem imperii vel suorum depressionem seu diminutionem iurium voluntas nostra dirigitur, cum illa potius, ne ledantur in aliquo vel turbentur, manutenere ac tueri favorabiliter intendamus. Nam licet apostolica sedes urgente necessitatis articulo predictam decimam in civitatibus et diocesibus imposuerit memoratis, certis eidem regi terminis persolvendam, huiusmodi tamen impositio decime, si consideretur attentius, non tam in ipsius regis comodum, quam in ecclesie Romane auxilium et favorem adversus eius hostes publicos et rebelles, quorum presumptiones multiplices et temeritates innumeras, quibus nondum finis imponitur, iam fere totius habet orbis notitia, extitit subsecuta, ut hostium et rebellium predictorum infanda presumptio, quam timor Dei vel reverentia sedis prelibate non reprimit, predicti regis potentia ipsius ecclesie, cuius precipue negotium agitur, adiuta suffragiis compescatur. (3) Regalem itaque magnificentiam rogamus et hortamur attente ac obsecramus in filio Dei patris, quatinus sedula meditatione recogitans grandem et urgentem ipsius necessitatem ecclesie, multis iam diu ab hostibus et rebellibus supradictis non absque divine maiestatis contemptu et obprobrio multo fidelium lacessite iniuriis, vexate molestiis, offensionibus impetite, attendens etiam et diligenter advertens, quod tu tanquam specialissimus ipsius ecclesie filius defensorque precipuus exaltationem et augmentum eiusdem ecclesie debes non solum votis affectare ferventibus, sed etiam sibi adesse favoribus, consiliis et auxiliis opportunis, moleste non feras, sed potius sub devotionis filialis promptitudine patiaris id quod eiusdem sedis circumspecta prudentia de impositione ac solutione predicte decime noscitur ordinasse; tanto nobis et eidem sedi amplius proinde placiturus, quanto libentius te super hoc eiusdem sedis conformabis affectibus et ipsius beneplacitis promptius acquiesces. Maxime cum eidem imperio aliquod exinde preiudicium generari vel iura eius in aliquo minui vel ledi nolimus, statuentes et etiam auctoritate apostolica decernentes, ut per hoc in predictis terris seu locis nullum ius eidem regi quomodolibet acquiratur aut iuribus, que inibi prefatum imperium obtinet, in aliquo derogetur.

Dat. apud Urbemveterem, V. Nonas Iulii, anno tertio.

---

453. 454. LEGATIO TERTIA AD NICOLAUM IV. PAPAM.

1290. Dec. 28.—1291. Ian. 31.

Litteras regis, quibus de infeudatione regni Ungariae pontificem certiorem fecit, servatas non habemus. Itaque proponimus Nicolai IV. responsa, quae in Registris tabularii secreti Vaticani exarata sunt. Cf. supra nr. 439. 440.

453. *EPISTOLA PONTIFICIS. 1290. Dec. 28.*

Contulimus Registrum Nicolai IV. tom. II, iam in serie Registrorum tom. 45 fol. 177' (a. III. ep. cur. 118 2)[1]. — *Potthast 23510. Böhmer, Reg. imp. VI, 2402.*

(P. deest.)

1) *Litteras pontificis 1291. Ian. 2. episcopo Esino directas v. apud Theiner 'Monumenta Hungariae' I, 370 nr. 594. Potthast 23512. Cf. 23515—23516.*

Carissimo in Christo filio R. regi Romanorum illustri.

Litteras regias nostro nuper apostolatui presentatas[1] benignitate recepimus consueta. Quarum serie diligenter perpendimus, quod post obitum quondam Latislay regis Ungarie tu certa consideratione inductus, quam eedem littere exprimebant, dilecto filio nobili viro Alberto duci Austrie nato tuo et eius heredibus de consilio et assensu principum, baronum, nobilium et procerum regni tui in feudum regnum Ungarie concessisti. Cum autem prefatum regnum ad Romanam ecclesiam ex causa multiplici pertinere noscatur, celsitudini regie per venerabilem fratrem nostrum Iohannem Esinum episcopum super huiusmodi negotio respondemus.

Dat. apud Urbemveterem, V. Kal. Ianuarii, anno tertio.

454. *EPISTOLA ALTERA. 1291. Ian. 31.*

Contulimus eundem Registrum fol. 177' (a. III. ep. cur. 118[3])[2], ubi inscribitur Eidem. — *Potthast 23543. Böhmer, Reg. imp. VI, 2415. (P. deest.)*

Litteras regias etc. ut supra usque[3] concessisti. Licet igitur, fili carissime, intentionis nostre non sit, iuri si quod tibi in regno ipso competit derogare, nolumus tamen ignorare celsitudinem regiam, quod predictum regnum ad Romanam ecclesiam matrem tuam ab antiquo etiam dinoscitur pertinere, propter quod circa illud aciem sollicite considerationis extendimus et de statu eius sollicite cogitamus. Ideoque regalem magnificentiam rogandam attente duximus et hortandam, quatinus pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia iura quelibet ad nos et eandem ecclesiam in regno memorato spectantia per te vel alium seu alios non invadas aut occupes vel usurpes sive aliquid facias in nostrum et ipsius ecclesie preiudicium vel gravamen. Que potius manutenere sollicite ac illibata et integra plenis favoribus servare te convenit utpote specialem advocatum eiusdem ecclesie ac precipuum defensorem. Sic ergo super hoc precibus nostris obtemperes, sic nostre instantie acquiescas, ut devotionem regiam, que semper erga prefatam ecclesiam claruisse conspicitur, uberibus in Domino laudibus attollamus.

Dat. apud Urbemveterem, II. Kal. Februarii, anno tertio.

---

455. INQUISITIO DE BONIS AD IMPERIUM REVOCANDIS.

1291. Febr. 18.

Superest nonnisi testimonium burcgravii in Kuffese ('Kiffhäuser') monasterio Walkenridensi traditum, cuius autographum Guelferbyti in tabulario communi domus Welficae asservatum benivole contulit vir cl. P. Zimmermann huic tabulario praefectus. Pendet

1) *Quae deperditae sunt.* 2) *Epistolas pontificis eodem die Alberto duci et episcopo Esino missas v. Theiner l. c. p. 372 nr. 599 et p. 373 nr. 600. Potthast 23544. 23547.* 3) *Sic in Registro; v. supra nr. 453.*

sigillum filis canapis. V. iam supra nr. 33. Cf. etiam 'Urkundenbuch des historischen Vereins für Niedersachsen' II, 337 nr. 530 et ibidem nr. 536 (bis), 537, 543.

(P. deest.)

Nos Fridericus senior comes Dei gracia de Bychelingen, burchravius serenissimi domini Romanorum regis in Kuffese, universis presentibus et futuris volumus notum esse, quod cum ipse excellentissimus dominus Rudolfus Romanorum rex de nostra strennuitate presumens et confidens nobis iniunxerit, ut bona imperio pertinencia cum summo studio investigaremus atque ea a personis quibuslibet ad manum imperii revocaremus, dominus abbas et conventus Walkenredensis de quibusdam bonis inter omnia bona sua, que in termino nostre iurisdicionis habent, nobis accusati fuerint, tamquam ipsa imperio pertinerent, videlicet de campo Rathvelt cum omnibus ad ipsum pertinentibus sito inter nostrum castrum Rothinburg et oppidum Vrankenhusen ac de quibusdam aliis virgultis et rubetis adiacentibus, que a nostro patre et a nostris progenitoribus racionabiliter comparaverant et dudum iusto titulo possederunt. Unde quamvis ad nos pro maxima parte hec causa respiceret, eo quod debemus eos racione successionis de bonis huiusmodi warentare, tamen nosmet ipsos sub periculo ponentes studiose accersivimus quosque venerabiles ac longevos quos poteramus in nostra provincia magis expertos invenire, qui eciam habebant de anteactis rebus noticiam et experientiam pleniorem, comperimus ab eisdem fideliter affirmantibus ac sub iureiurando asserentibus, quod eadem bona imperio minime pertinerent immediate, sed nostri progenitores ipsa bona a marchione Misnense amplius quam centum et decem annis in feodo racionabiliter habuerunt. Nos ergo hac veridica relacione et matura inquisicione informati pronunciamus et astruimus auctoritate regia nobis commissa, quod ecclesia Walkenredensis debet prenotata bona libere et quiete, sicut hactenus possedit, perpetuo possidere, addicientes quod nos et cuncti liberi nostri et heredes de bonis eisdem et omnibus bonis, que a nostris predecessoribus et a nobis comparaverunt, omni loco et tempore[1] fideliter warentare. Testes huius rei sunt: Hugo de Berge, Heinricus de Rinkeleibin, Gerhardus de Smanc, Gernodus marscalcus, Hermannus Leo milites et alii quam plures. Ne autem hoc factum processu temporis fiat irritum aut inane, presens scriptum sepe dictis domino abbati et conventui Walkenredensibus tradimus nostri sigilli munimine roboratum.

Datum anno Domini MCCLXXXXI, in dominica qua cantatur Circumdederunt me.

---

456. MANDATUM DE CONDITIONE IUDICIS.

1291. Febr. 19.

Autographon tabularii Switensis descripsit b. m. Jaffé. Pendet sigillum. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2422. *(P. 457.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris universis hominibus de Switz libere condicionis existentibus, dilectis suis fidelibus, graciam suam et omne bonum.

1) eos debemus *hic addenda desunt or.*

Inconveniens nostra reputat serenitas, quod aliquis servilis condicionis existens pro iudice vobis detur. Propter quod auctoritate regia volumus, ut nulli hominum, qui servilis condicionis exstiterit, de vobis de cetero iudicia liceat aliqualiter exercere. Presencium testimonio litterarum, quas maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Baden, XI. Kal. Martii, anno Domini MCCLXXXXI, regni vero nostri anno XVIII.

---

457. LIBERTATIO A PRECARIIS.

1291. Febr. 21.

Autographon tabularii pagi Turicensis exemplavit b. m. Jaffé. Sigillum pendet. De ratione cf. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2426. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos prudentes viros cives nostros de Thurego, fideles nostros dilectos, ea ratione quod mille marcas pro nobis prudentibus viris civibus de Erfurdia promiserunt, per duos annos ultra terminum libertacionis in nostris litteris alias eis concessum[1] ab omni stůra seu precaria omnimode libertamus. Hoc excepto si nos contingat ad coronam cesariam proficisci; tunc enim nobis servient ad aliarum similitudinem civitatum. In cuius rei testimonium has presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas eis dedimus super eo.

Datum apud Baden, IX. Kal. Marcii, quarta indictione, anno Domini MCCLXXXXI, regni vero nostri anno XVIII.

---

458. SENTENTIA DE IURE COMMUNITATUM.

1291. Febr. 23.

Denuo contulimus autographon, quod Dusseldorpii asservatur in tabulario regio 'Jülich-Berg' nr. 109. Sigillum laesum pendet filis sericis viridis coloris — Böhmer, Reg. imp. VI, 2428. (P. 457.)

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod iudice nostre curie sedente pro tribunali fuit per sentenciam inquisitum, si aliquis dominus terre habeat ex antiqua consuetudine quod possit locare et exponere communitatem in terra sua, utrum hoc aliquis sibi possit prohibere. Ad quam inquisicionem responsum sentencialiter extitit sub hac forma, quod si ab antiqua consuetudine et prescripta illud extitit observatum, ita debet perpetim observari. Item inquisitum fuit per sentenciam, si homines alicuius ville communitatem adiacentem ville in qua morantur sibi attrahere possint sine

1) *Supra nr. 414.*

consensu domini terre. Ad quam inquisicionem sentencialiter extitit iudicatum, quod non. Item inquisitum fuit, si aliqui occupaverunt communitatem aliquam sine licencia domini terre, utrum dominus terre huiusmodi terram occupatam possit redigere in communitatem et quam penam tales occupatores inciderint. Ad quam inquisicionem extitit sentencialiter responsum, quod dominus terre huiusmodi[a] terram occupatam potest redigere ad communitatem et pena occupancium, cum sit arbitraria, consuetudini terre relinquitur inponenda. Quas quidem sentencias in omni sui parte approbamus et testimonio presencium confirmamus. Istis autem sententiis presentes fuerunt: venerabiles viri . . episcopus Constanciensis, episcopus Losannensis, . . abbas Sancti Galli, nobiles viri E. comes de Katzenellenbogen, comes Ferretensis, comes de Ŏttingen[b] et quam plures sacri imperii nobiles et fideles.

Datum in Baden, VII. Kalendas Marcii, indictione quarta, anno Domini MCC nonogesimo primo, regni vero nostri anno decimo octavo.

---

459. CONFIRMATIO PACIS GENERALIS.

1291. Apr. 8.

Autographon, quod servatur in tabulario civitatis Spirensis, denuo Berolini descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso scripta sunt haec: Rudolfus super pace generali. *Quo redeunt omnes editiones. Quae concordant cum constitutione Pacis generalis supra nr. 390, litteris minoribus excudenda curavimus. Ex autographo* 6, *exemplari scilicet cancellariae Rudolfi regis, hanc confirmationem descriptam esse, varia lectione evincitur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2437.* *(P. 456.)*

'Dise satzunge des lantfrides haben wir Rudolf von Gotes gnaden Ro̊mscher kŭnic und ein merer des riches mit gunst und ŏch mit rate der erberen herren des cardinales des legaten und der fŭrsten beider gaistlicher und werltlicher gesetzet ze Wirzeburc in dem geboten hove, als hie nach geschriben stat:

Wir setzen des ersten und gebieten bi des riches hulden* und getriuwen:

1. Swelch sun sinen vater von sinen burgen[a] oder von anderem sinem gůte verstozet brennet oder rŏbet oder zů sines vaters vi̊nden sich machet mit eiden oder mit triuwen, daz ez uf sines vaters ere get oder uf sine verderpnisse, beziuget in des sin vater bi den hailigen vor sinem rihter mit zw[e]in semperen mannen, die nieman mit rehte verwerfen mac, der sun sol sin verteilet eigens und lehens und varndes gůtes und ganzlichen alles des gůtes eweclichen, daz er von vater oder von můter erben solte, also daz im weder rihter noch vater noch můter nimmer mer wider helfen mac, daz er dekein reht zů dem gůte nimmer gewinnen muge.

2. Swelch sun uf sines vaters lip ratet oder in verlŏgenlichen angrifet mit untriuwen oder mit vancnisse oder in kein bant leget daz vancnisse heizet, wirt er des vor sinem rihter beziuget, als vor geschriben stat, der selbe sol sin elos und rehtlos ewiclichen, also daz er nimmer wider komen mac zů sinem rehte mit deheinen dingen.

3. Alle die die ŏch der vater nimt zu geziuge vor dem rihtere uber alle die sache, die hie vor geschriben sint, die sulen des niht uberic werden weder durch sippe noch durch deheine sache, si gestanden dem vater der warheit. Der des niht tůn wil, den sol der rihter darzů twingen, ez ensi daz er vor dem rihter swer uf den heiligen, daz er darumbe nit enwisse.

458. a) *corr. ex* huiumodi *or.* b) *sic or.*

459. a) burgern *male or.*

4. Hat der vater dienstman oder eigene lůte, von der rate oder von der hilfe der sun dirre dinge deheinez tůt wider sinen vater, die hie oben geschriben sint, beziuget daz der vater uf si vor sinem rihtere, als hie vor geschriben ist, selbe dritte uf den heiligen, die selben sint elos und rehtlos ewiclichen. Der vater mac aber sich nit bereden der dinge, er uberziuge e den sun, als da vor geschriben ist.

5. Uberziuget er dar nach die dienstman oder die eigen lůte, der rihter, in des gerihte ez geschehen ist, sol si ze ahte tůn und sol si nimmer dar uz gelazen, si engelten dem vater den schaden mit der zwigulte, den er von ir rate oder von ir hilfe genomen hat, und dem rihtere sin reht. Und haben die[a] selben lehen von dem vater, diu lehen suln ledic sin* zehant, so er si uberziuget, und sol sin nimmer wider gelihen; und liht er imz wider, so sol er als vil als der lehen ist dem rihter geben ane widerrede.

6. An allen den sachen, die hie vor geschriben sint, mac ein ieclich semper man, der sin reht hat behalten, er si furste oder anders ein hoch man, dem vater helfen beziugen swaz er weiz. Ein dienstman mac ŏch beziugen mit anderen dienstmannen, ein eigen mit anderen sinen genozen, ein gepoůer mit sinem genozen. Ein ieclich friman hilfet wol einem dienstman, ob erz weiz.

7. Ist aber daz[a*] der vater durch vancnisse oder durch ander ehafte not daz reht nit gevorderen mac, so sol ez siner mage einer tůn, und sol dar nach bewêren uf den heiligen, daz den vater ehafte not irret, daz er dar niht komen mohte, und sol die nôt nennen. Und swenne er daz beredet, so sol im reht beschehen umb die clage an des vaters stat, als ob der vater selbe da were. Ein dienstman hilfet ez ŏch wol einem sinem ungenozen. Die nidern mugen ez den hohern nit gehelfen. In gelicher wise als wir von dem vater haben geseit, also wellen wir, daz man ez von der můter verste.

8. Wir setzen und gebieten, swaz schaden iemanne geschehe, daz er datz selbe nit reche, er klag aller erst sinem rihtere und volge siner clag an daz ende als reht ist; ez ensi daz er daz zehant tů ze nôtwer sines libes und sines gůtes. Swer sich anders richet danne hie vor geschriben ist, swaz schaden er darumbe iemanne tůt, den sol er im zwivalt gelten, und swaz schaden im geschen ist, der sol gar verlorn sin, und sol nimmer deheine clage dar nach gewinnen.

9. Swer aber sine clage vollefůret, als da vor geschriben ist, wirt im nit gerihtet und můz er durch nôt sinen vienden widersagen, daz sol er bi tage tůn. Und von dem tage, daz er im widerseit hat, unz an den vierden tac sol er im keinen schaden tůn weder an libe noch an gůte. So hat er drie ganze tage vride. Ŏch sol der, dem da widerseit wirt, unz an den vierden tac deheinen schaden tůn dem, der im da widerseit hat. An swederem disiu satzunge gebrochen wirt, der sol sinem rihter clagen[b]. Und sol der rihter im fůrgebieten selbe oder mit sinem boten. Und mac sich der selbe, dem da furgeboten ist, nit entschuldigen selbe subende semperer lůte vor dem rihtere, so ist er elos und rehtelos ewiclichen, also daz er nimmer kom zů sinem rehte.

10. An swem der hantfride[c] gebrochen wirt, beziuget er daz uf den heiligen vor sinem rihtere mit dem, der den hantfriden gemachet hat, und mit zwein anderen semperen mannen, die ir reht behalten hânt, daz der hantfride an im gebrochen si, der rihter sol in zâhte tůn, der den hantfride gebrochen hat, und sol in nimmer uz der achte gelazen ane des clagers willen, oder er verliese die hant darumbe. Ist aber der hantfride mit dem totslage gebrochen, so sol des mage einer, der da erslagen wart, clagen und sol den mort bereden, als da vor geschriben ist. Und swenne er daz beret, so sol man jenen nimmer uz der âhte gelazen, er gebe den lip darumbe, und sol elos und rehtelos sin. Wil aber der, der den hantfride gemachet hat oder empfangen hat, im des gerihtes nit gestan, daz der frid an im gebrochen si, dem sol der rihter gebieten bi unseren hulden, daz er im helfe des rehtes, oder er můz swern uf den heiligen, daz er sin nit enweste. Lât er ez aber durch sippe oder durch keiner hande sache, er ist uns und dem rihtere die hant schuldic.

11. Wir setzen und gebieten bi unseren hulden, daz alle unser fůrsten und alle, die gerihte von uns habent, reht rihten als des landes sit und gewonheit si[d], und daz selbe gebieten den, die gerihte

459. a) diu *or.* a*) *supra lineam add. or.* b) *sequuntur* und sol der rihter clagen *punctis suppositis deleta or.* c) lantfride *or.* d) *corr. ex* sit *or.*

von in hânt. Swer des nit entůt, uber den wollen wir rihten scharpflich als reht ist. Und swaz uns uber in erteilt wirt, des wellen wir nit lazen noch nimmer ubersehen noch niemannes schonen. Und gebieten ŏch unsern fůrsten, daz si mit der bůze twingen die die von in gerihte haben, daz si reht rihten und der bůze nit enlazen, diu in erteilt wirt.

12. Wir setzen und gebîten, daz dehein rihter ieman zâhte tů wan offenlich, und daz der rihter ieman uz der âhte laze, er neme die gewisheit, daz dem clager gerihtet werde nach des landes gewonheit. Tůt ez der rihter nit, so solen wir uber in rihten als reht ist. Wir geloben, daz wir daz selbe behalten.

13. Wir setzen und gebieten, swaz iegelichen rihter gewettet wirt, daz er den âhter uz der ahte laze, daz er daz gar nem und des nit enlaze, durch daz daz die lûte dest ungerner in die âhte komen. Wir wellen ŏch selbe unsers rehts nit lazen.

14. Wir setzen und gebieten, daz man die pfalburger allenthalben laze. Wir wellen in unseren steten ir keinen haben.

15. Wir setzen und gebieten, daz ieman deheinen muntman habe.

16. Wir verbieten ŏch bi unseren hulden, daz ieman den andern durch daz lant beleite umb dekein gůt, er habe danne daz geleite von dem riche.

17. Daz arm und riche deste gewêrlicher varen und gefliezen mugen, so gebieten wir, daz nieman dekeinen niwen zol noch geleite mache noch nemen sol weder uf lande noch uf wazzer, und daz alle die zolle, die mit unrehte gehohet sint anders dan si von alter gesetzet sint, daz diu selbe hohunge ab si und der zol belibe, als er zu rehte sol. Swer dawider tůt, der hat den lantfride gebrochen und umb den bruch so ist er in der ahte und in des babestes banne, den man jergelich kůndet an des antlazes tage, und in des legaten ban, den er uber unrehte zolle zu Wirzeburc in dem concilio gekůndet hat. Nieman sol deheinen zol nemen wan ze rehte und da man in zu rehte nemen sol. Swer daz brichet, den sol man haben fůr einen strazrŏber.

18. Wir setzen und gebieten, daz alle die zolle, die sit keiser Friderichs ziten uf gesetzet sint uf wazzer oder uf lande, von swem si gesetzet sint, daz si gar ab sin; ez ensi daz der der in da hat bereden mug vor[e] dem riche, daz [er][f] in ze rehte haben sol.

19. Alle die die zolle nement uf wazzer oder uf lande, die sulnt den wegen und den bruggen ir reht behaben mit machend und mit bezzerunge, und von dem si nement den zol, die suln si befriden und beleiten nach ir maht, als* ir gerihte gat, daz si nit ferliesen. Swer diz gebot zu drin malen brichet, wirt er sin uberziuget vor geriht als reht ist, der zol sol dem riche ledic sin.

20. Man sol die rehte lantstraze varn und sol nieman twingen den andern von den rehten strazen.

21. Swa zwene mit einander urlugent und der eine oder si beide geleite hânt, swer den ze leide die straze angrifet, wirt er des uberziuget mit rehte, uber den sol man rihten als uber einen strazrŏber.

22. Swer bůrge oder stete oder keinen bu machen wil, der sol daz mit sinem gůte tůn oder mit siner lûte gůte. Swer daruber keinen zol oder kein ungelt nimt in keiner stat oder uf keiner straze, uber den sol man rihten als uber einen strazrŏber.

23. Alle die mûnze, die sit keiser Friderichs ziten gemachet sint, die sulnt gar ab sin; ez beziuge danne vor dem riche der si hat, daz er si zu rehte haben sol. Swer uf iemannes pfenninge deheinen valsch sleht oder hat geslagen, den sol man haben fur einen valscher.

24. Swer ŏch andere mûnze mâhte oder slûge, danne von dem riche von alter herkomen ist, swie gewêre oder gůt diu wêre, ez[g] si an gewûrhte, gemelde oder swere, den sol man fůr einen valscher han. Und swanne er des mit reht uberziuget wirt, so sol er sin lantreht verlorn han.

25. In swelhes herren gerihte oder geleit, ez[h] si uf wazzer oder uf lande, ein kŏfman oder sus ein man berŏbet wirt von des herren gesinde, ambtman, burcman oder dienstman, der der herre ge-

459. e) r *supra* n *deleto or.* f) *spatium or.* g) ex *or.* h) z *corr. ex* r *or.*

waltic ist ane alle arge liste, daz sol der herre, in des gerihte oder geleite er berŏbet ist, gelten. Wirt aber ieman berŏbet in eins herren geriht oder geleite und daz daz nit geschehe von des herren gesinde, amtman, burcman oder dienstman, dem sol der lantfride beholfen sin, daz widertůn.

26. Wir setzen ŏch und gebieten vesticlich, daz swa ez not geschehe durch bruche des lantfrides, die nehesten [die] dabi gesezzen sint, da der bruch geschehen ist, den lantfriden beschirmen und beholfen[i] werde[i*]. Und vermugen ez die nit, so suln ez die tůn die dar nach die nehsten sint. Dar zů suln wir den helfen, ob ez not si.

27. Wir gebieten ŏch flizicliche, daz man in allem Romeschen riche an geistlichen dinge nach gebot und nach rate der erzebischŏve sich habe und der bischof und der erzepriestere nach geistlichem rehte. Und swer da wider ist, den sol man han fůr einen ungelŏben man. Man sol ŏch werltlich gerihte an[k] sinem rehte behalten.

28. Wir gebieten vesticlich und als daz reht ist, daz der gotshuser voget den gotshusern vor si und si schirme uf ir vogtie, als ez gein Gote wol stande und ŏch unseren hulden, und sich an der gotshuser gůte also halten, da ir vogtie ist, daz uns dehein groz clage von in kom. Swer des niht tůt, cumt ez zu clage, so wollen wir ez rihten als vesticlich als ez reht ist, daz wir dar an niemannes schonen wellen.

29. Wir wellen ŏch [und][l] gebieten, daz uber ein closter oder uber ein gotshus nit me dan ein vogt si, als lange der lantfride wert.* Swer daz nit enwolte oder da wider tete, den sol des der lantfride twingen, und swanne der lantfrid uzgat, so sol ez nieman an sinem rehte schaden.

30. Wir verbieten ŏch bi unseren hulden, daz nieman durch keines vogtes schulde noch im zu leide der gotshuser gůt, daz ir vogtie ist, weder brennen noch rouben noch pfenden sol. Swer daz dar uber tůt, w[i]rt er des uberziuget als reht ist vor dem rihter, den sol man ze ahte tůn und sol in uz der ahte nit lazen, er gelt in den schaden dristunt as ture als er ist; und suln diu zweiteil dem gotshu[s]e werden und daz dritteil dem vogte.

31. Wir verbieten ŏch, daz ieman pfende ân des rihters urlop. Swer ez dar uber tůt, uber den sol man rihten als uber einen strazerŏber.

32. Wir setzen und gebieten, swer wizzentlich rŏbic oder diubic gůt kŏfet, oder rŏber oder diebe wizzentlich haltet und nit[m] ahter sint, wirt er des uberziuget vor dem rihter nach rehte, so sol er bim ersten den schaden zwivelticlich gelten dem er getan ist, er si důbic oder rŏbic. Wirt er sin[n] uberziuget, daz erz me[n] danne zu einem male habe getan, ist ez rŏp, so sol man uber in rihten als uber einen rŏber, ist ez aber diubic, so sol man uber in rihten als uber einen diep.

33. Wir[1] verbieten, daz ieman keinen ahter behalte wizzentlich. Swer ez dar uber tůt, wirt er des uberziuget, man sol uber in rihten als uber einen ahter. Mac aber er sich entreden mit sůben semperen mannen, daz er es niht enwiste, daz er ein ahter was, er sol unschuldic sin[o].*

34. *Swer[1] einen ahter behaltet in einer stat gemeinlich oder wizzentlich, ist si umbemuret, der rihter sol si niderbrechen. Und sol uber den wirt, der in behaltet, rihten als uber einen ahtere und sol sin hus zerfůren. Ist aber diu stat ungemuret, si sol der rihter brennen. Setzet sich diu stat da wider, stat und lůte sint rehtelos. Mac der rihter nit da gerihten, so sol er ez kůnden dem kůnige, der sol ez von des riches gewalt twingen.

35. Wir setzen, daz des riches hof habe einen hoverihter, der ein friman si. Der sol ŏch an dem selben ampt zum minnesten ein jar beliben, ob er sich reht und wol haltet. Der sol ŏch alle tage zu gerihte sitzen ane die sunnuntage und ane groze heilige tage, und sol allen lůten rihten die

459. i) be *supra lineam add. or.* i*) *sic male or.* k) *supra* nach *punctis suppositis deleto or.* l) *deest or.* m) *sequitur* nit *or.* n) nie *or.* o) *finis lineae; sequentia stilo acutiori scripta, tam in margine dextro quam in sinistro signa crucis posita sunt or.*

1) *In his capitibus enuntiata Pacis a. 1287. decurtata esse, sane miramur. Quod scribam suo Marte fecisse crediderim.*

im clagent und von allen lůten, âne fůrsten und âne andere hohe lůte, swa ez in gât an ir lip oder an ir reht oder an ir erbe oder an ir lehen. Daz wellen wir selbe rihten. Swer ŏch mit gerihte verderbetwirt, darumbe sol nieman deheine vintschaft haben. Swer aber darumbe ieman vehet, der sol in den selben schulden sin und in der selbun missetat, als der was der da verderbet ist. Unser hoverihter sol ŏch niemanne vertragen, er tů ez danne mit unserm sunderlichen gebote. Er sal ŏch nieman ze ahte tůn noch uz der ahte lazen, wan daz suln wir selbe tůn. Und wellen anders nieman gestaten, daz er sich da mit uberlade.

36. Wir gebieten ŏch, daz man alliu fůrgebot mit brieven tů und brieve dar uber gebe, wie man von gerihte scheide, umbe daz daz man mit dem brieve under des hoverihters insigel bereden muge daz fůrgebot und daz zil und die tage, die vor gerihte genomen sint.

37. Swer den lantfriden nit swert in einem mânde, nach dem so er gekůndet wirt, offenlich in[p] dem bistůn da er sitzet, swaz dem geschiht, daz sol nieman rihten weder mit geistlichem noch mit wertlichem gerihte, und swaz im geschiht mit râte oder mit gerête an libe oder an gůte, da sol nieman rihten.

38. Swer aber den lantfride swert und in dar nach brichet, der sol in vierzehen nahten den bruch bezeren[q] oder wider tůn, so er sin gemant wirt von dem, der da rihter ist. Tůt er des niht, so sol er meineidic sin und sol in der erzebischof oder der bischof, in des bistům er sitzet, ze banne tůn und der kunic zahte tůn, und der fůrste oder der grave, in des gerihte er sitzet, ze ahte tůn. Und suln die bênne und die ahte niemer ab gelazen werden, er habe den bruch gebezzert und gebůzet. Swer ŏch den, der umb den bruch des lantfrides meineidic, bennic oder ahtic wirt, behaltet, huset oder hovet ahte tage*, so ez in verboten wirt, der sol in den selben schulden sin als der ist, den er wizzentlich nach dem gebot huset und behalten hat.

39. Ez sol ŏch nieman die lůte behalten oder husen, die nu[r] uberseit sint oder noch uberseit werdent, die schedelich sint dem lande. Swer si aber inderhalben ahte tagen dar nach, so si im verboten werdent, nit enlat, der sol den lantfride gebrochen han und in die vorgenanten bůze vallen, âhte und banne.

40. Swer den lantfride brichet und den bruch nit bezzeren wil und darumbe von dem lantfride besezzen wirt oder die, die den lantfride gesworn hant, davon ze schaden bringet, den sol der lantfride twingen, daz er mit allen sinen vesten und mit sinem gůte iedem man nach siner maze sinen schaden ablege[s], als verre er gereichen mac.

41. Disiu satzunge dises frides und dises rehtes sol an allen steten werden behalten und sol man ŏch dar nach rihten, wand si von alter her komen sint und mit rehte und mit gunste und mit rate der fůrsten gesetzet sint.

42. Sich bindet aber zu disem male zu disem lantfride mit eiden nieman wan von hinnen unz zu sant Iohannes des tŏfers messe und von dannen uber driu jar. Des hant die fůrsten, fríen, graven, dienstman und gemeinlich des riches getriuwen und holden uf den heiligen gesworn, also doch daz iederman, er si fůrste, grave, frie, ritter, man, dienstman, bůrge, stete, veste, pfaffen und leien bi irem rehte belîben. Iun. 24.

43. Swaz ŏch die fůrsten in irm lande mit der lantherren râte setzent und machent disem lantfride ze bezerunge und zu vestenunge, daz mugen si wol tůn und damit brechent si des lantfrides nit.

Und zu einem rehten urkůnde so haben wir unser kunieclich insigel an disen brief gehenket.

Dirre[t] lantfride wart gemachet und dirre brief wart gegeben ze dem offenne hove in dem concilie ze Wirzeburc, an dem Palmetage do man zalte von unsers herren geburt tusent zwei hundert und siben und ahtzic jar.'

459. p) *corr. ex* im *or.* q) bezerē *or.* r) im *or.* s) ablegen *or.* t) re *supra lineam add. or.*

Dise satzunge und dirre brief wart gelesen und der lantfride wart irnûwet mit der fürsten und der lantherren und der stete gesworneu eiden an dem sunnetage vor dem Palmetage uf dem hove zu Spire, da man zalte von Gotes geburt tusent zweihundert und einz und niunzic jar.

Apr. 22. Und wart gestêtiget derselbe lantfride von den nehsten Ostern uber sehs jar ze haltenne.

460. MANDATUM DE IURE ADVOCATIAE IN BONIS CISTERCIENSIUM.

1291. Apr. 9.

Autographon tabularii Alsatiae inferioris hucusque ineditum descripsimus. Sigillum desideratur, filis sericis rubei coloris relictis. Cf. supra nr. 425 et 426. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2438. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

(1) Si pro cunctis, quos Romanum ambit imperium, ad sui iuris observanciam sompnos et vigilias deducamus, maxime tamen viros religiosos, qui contempnentes regimen mundi sub vite sanctimonia serviunt regi regum, in suis iuribus defensare summopere nos delectat. Cum igitur monasterium in Nuwenburcg Cysterciensis ordinis cum omnibus suis attinentiis corporalibus et incorporalibus necnon iuribus quibuscunque in nostram et Romani imperii, velut evidenter apparet in nostris patentibus litteris, quas dignum duximus eidem monasterio conferendas, protectionem receperimus specialem, vobis universis et singulis cuiuscunque conditionis[a] fueritis sive status damus firmiter in mandatis, quatinus nemo vestrum in terris, grangiis, possessionibus, villis, iuribus necnon quibuscunque attinentiis presumat de novo advocaciam aliquam aliqualiter exercere vel per modum advocacie ius aliquod usurpare, maxime in bonis que ab antiquo tempore dictum monasterium sub nostra et imperii defensione et tutela speciali dinoscitur possedisse, presertim cum ex sententia principum atque iuris in antiquis bonis Cysterciensis ordinis nemo sibi advocacie ius vel nomen nec debeat vel valeat ullomodo vendicare. Que quidem bona in aliis nostris patentibus litteris[1] et aliorum illustrium [inclite][b] recordacionis regum et imperatorum Romanorum plenius sunt expressa, ad maiorem evidentiam inferius exprimenda. (2) Hec autem loca exprimimus sigillatim: curtem in Gebolzthusen cum appendiciis suis, curtem Loupach cum appendiciis suis, curtem Wilenbach cum appendiciis suis, curtem Phaffenbrunne cum appendiciis suis, curtem Hohenscheit cum appendiciis suis, curtem in Sufelheim cum appendiciis suis, curtem Hekenheim cum appendiciis suis, curtem Harthusen cum appendiciis et iuribus suis, curtem Gerûte cum appendiciis et iuribus suis, curtem Butenheim cum appendiciis et iuribus suis, curtem Adelmanswilre cum appendiciis suis, curtem Rotbach cum appendiciis suis, curtem et villam Douchendorf cum appendiciis et iuribus suis, curtem Hittendorf cum appendiciis suis, curtem Dunnenheim cum appendiciis et iuribus suis, curtem Lachen cum appendiciis suis, curtem et villam

460. a) *corr. ex* condictionis *or.* b) *uncis inclusa evanuerunt or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

Mulenbach cum appendiciis et iuribus suis, curtem Kaztwilre cum appendiciis suis, curtes Selhoven et Schônevelt cum appendiciis et iuribus suis. (3) Volumus itaque, ut omnia que sunt superius preexpressa sine qualibet violatione perpetui roboris obtineant firmitatem. Si quis autem huic nostre ordinationi salutari ausu temerario presumpserit contraire, preter indignationem omnipotentis Dei nostre maiestatis offensam sine spe gracie se noverit graviter incursurum. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem presentem paginam nostri sigilli munimine iussimus roborari.

Datum Spire, quinto Idus Aprilis, indictione quarta, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, regni vero nostri anno decimo octavo.

---

461. UNIO PRINCIPUM REGNI ARELATENSIS.

1291. Mai. 4.

Autographon a. 1901. Taurini in bibliotheca regia privata 'Pergamene patrie XIII, 139' a nobis inventum[1] *denuo descripsimus itaque varia apographa in codicibus bibliothecae Parisiensis exarata negleximus. Sigillum iam deest filis sericis relictis. Quae Regesta imperii VI, 2450 notantur, delenda sunt*[2]. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 2449. (P. 457.)*

Rodulphus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

(1) Omnibus hominibus qui recte sapiunt credendum esse putamus, quod omne nobis studium est, ut subiecti Romano imperio bene vivant et virente iusticia inter eos gaudeant comoditatibus pariter et honore. Eapropter ad noticiam omnium fidelium imperii volumus pervenire, quod conditionibus subiectorum nostrorum in regno Aralatensi multipharie intellectis, astantibus in presencia maiestatis nostre . . episcopo Valentin(ensi) et Diensi et . . episcopo Lausanensi principibus nostris et nobilibus viris Humberto Dalphini Vien(ensi) et Albon(ensi) comite senescallo nostro in regno predicto et nobili matrona B. domina Fiuciniaci[a] et Amedeo comite Gebennensi et Aymario de Peytauia et Humberto domino de Vilariis fidelibus nostris et imperii predilectis, ipsos uniri iussimus sollempni promissione in manibus serenitatis nostre facta et corporali prestito iuramento contra rebelles imperii et mandatorum regalium contemptores et contra personas alias, cuiuscumque status, condicionis aut dignitatis existant, presumentes dictos fideles nostros et ipsorum bona offendere quoquo modo. (2) Dantes serie presentis annotationis nostre districcius in mandatis . . baillivo nostro ab Auro superius, qui nunc est, et aliis, qui fuerint temporibus futuris, sub pena amoris nostri, quatinus inter dictos fideles nostros unionem predictam faciat firmiter observari ipsosque et eorum bona contra omnes, nullo ulterius exspectato mandato, manu forti tociens quociens opus erit manuteneat et defendat. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillo maiestatis nostre iussimus comuniri.

Dat. apud Muratum, IIII. Non. Maii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, regni nostri anno XVIII.

---

461. a) Fiuciniac̄ *or.*

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 491.* 2) *Cf. ibidem.*

462. 463. INFEUDATIO COMITIS GEBENNENSIS.

1291. Iun. 3.

462. *PRIVILEGIUM GENERALE.*

Repetimus editionem, quam paravit iam olim J. E. Kopp loco supra ad nr. 310—329 laudato p. 124 nr. 55 ex 'Libro litterarum imperialium' saec. XV. tabularii regii Taurinensis fol. 190'. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2479. *(P. deest.)*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Magnificentia Romani principis adaugetur, cum digna merita subditorum dignis retributionibus non fraudantur. Cum itaque vir spectabilis Amedeus comes Gebennensis apud nos et imperium multifariam meritorum radiis refulgeat, sibi duximus hanc gratiam faciendam, videlicet quod omnia feoda, que vacare dinoscuntur ex morte clare memorie quondam Hemonis fratris dicti comitis, ad nos et imperium spectantia dicto comiti Amedeo et suis heredibus duximus concedenda a nobis et imperio tenenda in perpetuum titulo feodali. Dantes ei has litteras sigilli nostri munimine roboratas in testimonium super eo.

Datum Maguntie, III. Nonas Iunii, indictione quarta, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, regni vero nostri anno decimo octavo.

463. *INFEUDATIO DE CONDUCTU.*

Repetimus editionem l. l. p. 124 nr. 56 factam ex eodem 'Libro litterarum imperialium' fol. 190'. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2480. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

(1) Precellens principis Romanorum gloria preeminentius tunc extollitur, cum digna dignorum benemerita condigne remunerationis bravio largiflue premiantur. Est itaque vir spectabilis Amedeus comes Gebennensis, quem adeo sue probitatis insignia premonstrant ac meritorum preconia predicant et extollunt, quod eum singulari beneficientia prosequentes eidem duximus hanc gratiam faciendam: Volentes, concedentes, statuentes, quod de qualibet cupa frumenti, que mercature causa de sua terra seu dominio ducitur per mercantes, quatuor percipiet denarios et habebit, de cupa vero avene duos; de aliis vero bladis secundum similitudinem, qua comparantur frumento ac avene, similiter percipiet et habebit. Item volumus et presentibus ordinamus, quod de equo vel mulo mercimoniis aliis onerato duodecim percipiat denarios, de asino vero octo, in loco ubi magis videbitur expedire. (2) Huius autem nostre gratie concessionem predicto nobili comiti Gebennensi duximus conmittendam, ut mercatores per terram suam transitum facientes cum rebus et personis ab omnibus iniuriis et iniustis persecutionibus et calumpniantibus et molestantibus salvos et incolumes custodiat, protegat et defendat et ibidem stratam publicam ad utilitatem reipublice magnifice tueatur. (3) Hanc autem gratiam ad dictum Amedeum comitem Gebennensem et suos heredes volumus extendi ita, quod ipse eiusdemque heredes de

hac gratia sibi facta fidelitatis homagium nobis et successoribus nostris in imperio nomine feodi facere tenebuntur. In cuius rei testimonium hanc litteram conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Maguncie, III. Nonas Iunii, indictione quarta, anno Domini MCCLXXXXI, regni vero nostri anno decimo octavo.

---

464. 465. DECLARATIONES DE FORO ECCLESIASTICO.

1291. Iun. 17. 23.

464. *DECLARATIO PRIMA. Iun. 17.*

Ex eisdem codicibus, quos iam ad nr. 336. 337 adhibuimus, dederunt eidem viri doctissimi. Superest in 1) *fol. 14',* 2) *fol. 506,* 3) *fol. 15. Exstat etiam apud* S *II, 50 nr. 776. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2487.* *(P. deest.)*

Rudolfus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Iustitie stateram gestantes in manibus sic nostra[b] et[c] imperii iura intacta volumus observare, ne iuribus aliorum quod absit aliqualiter derogemus. Licet igitur nostris subditis burgensibus vel oppidanis sive[d] aliis laicis sub nostris districtibus residentibus dederimus in mandatis, ne quis unus alterum ad iudicium ecclesiasticum aliqualiter evocaret, sed coram suo iudice nostra vice et nomine constituto iustitie redderet complementum, hoc tamen mandatum nullatenus sic volumus extendere quoquo modo, ut per hoc venerabili abbati Wissenburgensi[f] Spirensis diocesis totique conventui eiusdem loci preiudicium aliquod generetur. Sed ipsi eorumque subditi sive[g] foro seculari vel ecclesiastico, prout eis expedire videbitur, contra quascunque personas possint prosequi sua iura et exercere suas sibi competentes quomodolibet actiones. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Hagenawe[h], XV. Kal. Iulii, indictione quarta, anno millesimo ducentesimo[i] nonagesimo primo[k], regni vero nostri anno decimo octavo.

465. *DECLARATIO ALTERA. Iun. 23.*

Ex eisdem codicibus 1) *fol. 15,* 2) *fol. 504 et* S *II, 50 nr. 777. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2491.* *(P. deest.)*

Rudolfus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani[b] imperii fidelibus tam presentibus quam futuris gratiam suam et omne bonum.

(1) Futura pericula et materiam litium futurarum nostram decet clementiam totis conaminibus amputare. Verum in arbitrio seu statuto inter venerabilem virum Edelinum abbatem Wissenburgensem[b*] dilectum principem nostrum et conventum eius ex una ac prudentes viros cives Wissenburgenses dilectos fideles nostros ex parte altera ordinato et pronunciato a nobis[1] continetur articulus in hec verba:

464. a) Rudolphus 1. 2. 3. b) nostri 1. 3. c) *deest* 1. 3. d) seu 2. *S.* e) reddet *S.* f) Weissenburgeñ 2. 3. g) sine 1. 3. h) Hagenaw 2. *S.* i) MCC 2. k) MCCLXXXI *S.*

465. a) Rudolphus 2. *S.* b) Romani *deest* 2. b*) Weissenburgeñ 1.

1) *Reg. imp. VI, 360.*

'Ceterum super causis inter abbatem predictum eiusque conventum ministeriales et vasallos monasterii Wissenburgensis[c] coniunctim seu divisim ex una et cives Wissenburgenses[c] ex altera parte subortis sic de consensu partium duximus ordinandum, quod in iudiciis exercendis abbas septem ex suis ministerialibus et vasallis milites totidemque personas ex quatuordecim civibus qui vocantur hussgenossen[d] ipsi abbati a civibus Wissenburgensibus[c] presentandis eliget, quorum sive maioris partis eorum sententie stabitur super motis huiusmodi questionibus et movendis.'

(2) Siquidem ne sinistra interpretatio[e] malignorum ex eodem articulo novas dissdias in futurum[f] valeat suscitare, nos ipsum ex certa scientia et deliberatione provida in his[g] scriptis taliter declaramus, quod idem articulus debet intellegi de illis tantummodo[h] causis et questionibus, que mote sunt vel fuerint[i] in iudicio ante cameram abbatis monasterii memorati[k], quodque abbas et conventus dicti monasterii prefatos cives coniunctim seu divisim possunt in foro ecclesiastico libere convenire, predicto articulo non obstante, quia forum ecclesiasticum, quod est religiosis et clericis presidium speciale, non intendimus eisdem abbati et conventui contra predictos cives aut contra quoscunque alios precludere vel auferre cum articulo supradicto, presertim cum super foro ecclesiastico litigatum tunc[l] non fuerit inter eos nec etiam super eo in nos ab ipsis extiterit compromissum, sed hoc solummodo, utrum ipsi cives in iudicio ante cameram predicti abbatis[m] cum ministerialibus et vasallis ipsius monasterii deberent dictare sententias, decisum fuit[n] per articulum supradictum. In huius quoque nostre declarationis perpetuam firmitatem nostre maiestatis sigillo presentes iussimus litteras[o] insigniri.

Datum Germersheim, IX. Kal. Iulii[p] indictione quarta, anno Domini millesimo ducentesimo[q] nonagesimo primo[r], regni vero nostri anno decimo octavo.

---

466. SENTENTIA CONTRA CIVES VALENCENENSES.

1291. Iun. 20.

Supersunt tria autographa 1) 2) 3) *in tabulario Insulano sign. 3253. 3254. 3254a, quae a. 1903. denuo accuratissime contulimus.* 1 *et* 2 *eadem manu scripta sunt,* 3 *diversa. Pendent sigilla plus minusve laesa filis sericis. In verso autographi* 1 *et* 2 *legitur:* anullatio lr̄e Valenc̄; *eadem in verso autographi* 3 *leguntur, ubi etiam manu coaeva scriptum est:* littera regis Romanorum de villa Valenchenen̄. *De ratione cf. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2490.* *(P. deest.)*

⁞ Rudolphus ⁞ Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

(1) Iudiciorum vigor iurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quis sibi ipsi permittere valeat ulcionem. Cum apud Haghenoyam[a] anno Domini millesimo duccentesimo[b] nonagesimo primo, ind. IIII[c], duodecimo[d] Kal.[e] Iulii in iudicio pro tri-

465. c) Weissenburgen̄ 1. d) haussgenossen 1. e) interpretatione 1. f) futuris 1. g) *deest* 1. h) tummodo 2. i) fuerunt 1. k) mem. mon. 1. l) tum *S.* m) predictum abbatem 1. n) fuerit *S.* o) litteras iussimus 1. p) Iunii 1. q) MCC 2. r) MCCLXXXXI *S.*

466. a) Hagenoiam 2. b) ducentesimo 3. c) quarta 3. d) decimo secundo 3. e) Kalendas 3.

bunali sederemus, ad nostram itaque maiestatis noticiam clamosam insinuationem a probis et fidedignis, quibus fidem plenariam adhibemus, pervenisse noverint universi, qualiter . .[f] prepositus, scabini, iurati communitasque ville Valenchenensis[g] ad nos et imperium directo dominio spectantis, de feodo comitatus Haynonie[h] existentis, armati furore, succensi rabie, illicitis ausibus scelestam[i] ineuntes factionem contra spectabilem virum . .[f] comitem Haynonie dominum suum, fidelem nostrum dilectum, nulla coram nobis seu quovis alio domino mota questione de eodem, utpote iudices in propria causa sua vi publica ipsius ville Valenchenensis rebellabant in prefati . .[k] comitis domini sui preiudicium, verecundiam et gravamen, portas dicte ville contra ipsum serando, villam muniendo, machinas faciendo, propugnacula erigendo, castrum domini sui terribiliter assaltando, cum impetu et tumultu bona domini sui[l] invadendo ac etiam occupando, acclamationes prohibitas, convocationes in suis conventiculis in sui domini perniciem exercentes et aggregantes, ignem ad feoda dominica inmittentes[m] et in augmentum sui facinoris potentioris brachium querentes per metum evidentem, continentem necem populi et excidium terre ipsius . .[f] comitis, compulerunt ipsum . .[f] comitem quandam[n] litteram ab eis vel eorum mandato compositam et conscriptam sigillare, continentem quod ipse . .[f] comes suo sigillo omnes suas consuetudines et leges municipales, quas dictus . .[f] comes tunc ignorabat et adhuc ignorat, approbaret, ratificaret et per omnia confirmaret, constituendo dictos scabinos seu iuratos declaratores in dubiis et obscuris, que possent emergere de premissis. (2) Nos enim attendentes predictos . .[o] prepositum, iuratos, scabinos totamque communitatem Valenchenensem ac eorum fautores et complices, qui tam detestabile facinus contra dominum suum proprium exercere et usurpare nullatenus formidarunt, esse dignos flagicio necnon ab omni misericordia secludendos, ut eis perpetua egestate sordentibus mors sit illis solacium et vita suplicium[p] reputetur; considerantes nichilominus litteram supradictam pretextu metus, qui in virum constantem cadere potest, a dicto . .[f] comite sigillatam et eisdem[q] traditam, superioris auctoritate non interposita, habere efficatiam non debere, ipsam litteram et omnia contenta in eadem auctoritate regia de consilio baronum et procerum imperii ibidem apud Haghen(oyam)[r] presentium et per sentenciam eorundem reprobamus, revocamus et ac si nunquam scripta, sigillata vel data fuisset, penitus anullamus. Ordinantes et sentencialiter denuntiantes ipsum . .[f] comitem necnon suos homines et universos, qui ad instanciam ipsius[s] . . comitis apposuerunt sigilla sua littere supradicte, astringentes se suis promissionibus seu obligationibus ad observandum et tenendum ea que littera continebat, a quibuslibet promissionibus et obligationibus de potestate regie maiestatis penitus absolutos, ac si nunquam alicuius promissionis et obligationis se vinculo astrinxissent. (3) Et ut predicti . . prepositus, scabini, iurati necnon totalis universitas Valenchenensis et eorum successores suam enormem deplangant[t] factionem, rite universis suis consuetudinibus, legibus municipalibus, collegiis, conventiculis, acclamationibus, campane sue strepitibus, ad cuius sonitum convenientes in unum statuta faciunt, edicta edunt, dictos . .[f] prepositum, scabinos, iuratos ac communitatem et universitatem dicte ville Valenchenensis et eorum successores auctoritate regia exuimus totaliter et privamus, nulla prescriptione temporis, assecuratione, promissione vel obligatione sibi a dicto . .[f] comite aut progenitoribus suis modo vel condicione quibuslibet factis eos deffendente seu obstante. A quibus autem[u] assecurationibus, promissionibus et[v] obligationibus ipsum . . comitem, progenitores suos necnon successores[k] suos futuros . .[f] comites Haynonie[w] de plenitudine regie potestatis penitus absolvimus et

466. f) . . *desunt* 3. g) Valenchen 2. h) Hayon. 3. i) scelestem 3. k) . . *desunt* 2. 3. l) *deest* 3. m) immittentes 3. n) quamdam 3. o) predictos . . *desunt* 3. p) supplicium 3. q) eis 2. r) Haghenoe 3. s) dicti 2. 3. t) inperpetuum *add.* 2; imperpetum *add.* 3. u) videlicet 2. 3. v) seu 2. w) Haynonie *deest* 2. 3.

deinceps ipsos omnino liberamus. Privilegiis tamen eis salvis, que a divis imperatoribus et regibus Romanorum[x] dictis civibus seu communitati predicte sunt indulta.

Acta sunt hec omnia[y], sentenciata, ordinata et denunciata presentibus venerabilibus . . Constanciensi, . . Basiliensi episcopis, spectabilibus comitibus[z] de[a] Cazenelboghen, . . de Lyninghen[b], . . de Vurstemberc[c], . . de Veldenze[d] et[e] de Vertemberc, Alberto, Burgardo de Egerloy, marchione de Haperch, strenuis viris[e] dominis[f] de Baldeke seniore et iuniore et aliis quam pluribus.

Signum . . Rudolphi[g] Romanorum regis invictissimi. (M.)

In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Haghenoyam, per manum magistri Henrici prothonotarii nostri, anno Domini millesimo duccentesimo[h] nonagesimo primo, indic.[i] IIII[k], duodecimo Kal.[l] Iulii, regni vero nostri anno XVIII[m].

---

467. DEPUTATIO REDDITUUM CASTRENSIUM.

1291. Iun. 24.

Ex copiario Bruchsalensi nr. 9 saec. XIV. ex., Karlsruhae in tabulario generali asservato, fol. 175 edita est 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XI (1860), p. 432. Quam editionem nos hic repetimus. Cf. supra nr. 383—385. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2492. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani fidelium noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos dilectis nostris castrensibus in Landowe, quibus nondum feodales redditus deputati
Mai. 1. sunt, feoda sua apud Iudeos nostros nunc in Landowe constitutos vel in futurum venturos percipienda annis singulis in festo b(eate) Walpurgis deputavimus et legitime duximus ordinanda. Tali condicione subiuncta, quod si quid post expedicionem et solucionem ipsorum feodorum residui fuerit in pecunia per ipsos Iudeos solvenda, hoc utique ad usus nostros aut nostri officiati, qui pro tempore fuerit, convertetur. Si vero quidquam deficeret in expedicione et solucione ipsorum feodorum, dictus noster officiatus, qui pro tempore fuerit, defectus memoratos de redditibus nostris et imperii supplere tenebitur annuatim. [Presencium][a] testimonio litterarum.

Datum in Germersheim, VIII. Kal. Iulii, anno Domini MCCLXXXXI[b], regni vero nostri anno XVIII.

466. x) Romanis 3. y) omnia *deest* 3. z) . . *add.* 3. a) . . *semper post* de 1—3. b) Linighen 3. c) Wrstenberch 3. d) Veldense 3. e) *deest* 3. f) domino 3; . . *add.* 2. g) Rudolfi 3. h) ducentesimo 3. i) ind. 2; indictione 3. k) quarta 3. l) Kalendas 3. m) decimo octavo 2. 3.

467. a) *deest c.* b) LXXXX *c.*

ADOLFI REGIS CONSTITUTIONES.

468—469. INTIMATIONES TERMINI ELECTIONIS.

1291. Nov. 7.—Dec. 7.

468. *SCRIPTUM ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.* *Nov. 7.*

Autographon deperiit. Servatum est in solis codicibus[1] *saec. XV:* 1) *universitatis Pragensis I C. 24 fol. 334'*; 2) *monasterii ord. S. Benedicti in Raygern H. i. 1 fol. 97'*; 3) *Vindobonae in bibliotheca ministerii quod dicitur 'des Innern', olim 'Hofkanzlei' asservato fol. 44. Codices omnes nos ipsi denuo accuratissime contulimus, lectiones varias, quae minoris sunt pretii, adnotare supersedimus. Textum hic illic valde corruptum sanare conati sumus.*

Plane eiusdem indolis ac nostros fuisse codices illos, e quibus iam olim tam Sommersberg 'Silesiacarum rerum scriptores' I, 946 sq. documenta nostra nr. 469. 475. 468, quam Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' V, 436 tractatum infra nr. 470 deprompserunt, opinari licet; cf. Sommersbergii praefationem ad tom. I sub nr. VII. Itaque varias istarum editionum lectiones utpote pessimas nulliusve pretii omnino reiecimus.

Ex codicibus 1 *et* 2 *editionem iam a. 1884. paravit Scheffer-Boichorst 'Zur Geschichte der baierischen und der pfälzischen Kur' p. 491 sq. (= 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie, philos.-philol. und histor. Classe' 1884; cf. eiusdem 'Zur Geschichte des XII. und XIII. Jahrhunderts' p. 338 sq., ubi notis quibusdam additis sub titulo 'Die Wahlausschreiben vom Jahre 1291' eadem tractantur. Editionem repetitam v. ibidem p. 341). Editioni sagacissimum adiecit vir cl. commentarium, ad quem lectores volumus delegatos. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 163*[2]. *(P. deest.)*

Magnifico principi domino Wenceslao[a] regi Boemie, duci Cracovie[b] et Sandomerie marchionique Moravie Gerhardus Dei gracia sancte Maguntine[c] ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius paratam semper ad quelibet[d] ipsius beneplacita voluntatem.

Sancta mater ecclesia, spiritualium et temporalium bonorum possessionibus predita, duobus gladiis et gladiorum ministeriis[e] a diripiencium manibus et seviencium in eam

468. a) W. 1. 3. b) Cracowie 2. c) Moguntine 1. 3. d) quevis 2. e) mīsteriis 1. 3.

1) *Cf. 'Archiv' X, 658.* 2) *Quae in Regestis sub nr. 164 notantur, potius referenda esse ad tractatum a. 1261. (Const. II, 635 nr. 463), monuit Scheffer-Boichorst l. c. p. 497 n. 2.*

dentibus meruit[f] defensari. Hii sunt censura ecclesiastica et materialis gladii penalis affliccio mutuis se amminiculis promoventes, sic ut quos timor iehenne ex inflicto spirituali vulnere a malis non revocat sensibus, atque[g] materialis gladii feritas corrigat et emendet. Cum igitur subtracto recolende memorie quondam domino Rudolpho[h] Romanorum rege[i], sicut Domino placuit, ab hac luce, monarchia universalis ecclesie huius materialis gladii periculose sit suffragio destituta, propter quod a diversis imperii finibus longe lateque diffusis, in quibus pulcritudo quietis et pacis amenitas ipso vivente[k] et regnante floruisse noscuntur[l], odiorum succensis ignibus extra mundi terminos longius exularunt, expediens fore credimus, ymmo necessarium arbitramur, quod principes Germanie, quos eadem mater ecclesia quasi germana caritate ab olim complectens, eo ipsos dignitatis titulo decoravit, quod ipsi velut germen preelectum Germanie per ipsorum eleccionem illum, qui frena Romani tenet imperii, debeant germinare[1], tam ruinosis periculis, que de malo in deterius ex vacacione imperii invalescere formidantur, studeant obviare. Hac itaque[m] consideracione inducti, matura deliberacione prehabita ad eleccionem futuri
Mai. 2. regis celebrandam crastinum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum pro primo, secundo et tercio perem[p]torio[g] termino[g] et locum apud Frankenfurt, prout ad nos ex principatus nostri officio, videlicet archicancellariatus prefati sacri imperii, spectare dinoscitur, presentibus assignamus, vobis terminum et locum predictos auctoritate presencium nihilominus intimantes.

Datum apud Novam Domum, VII. Idus Novembris, anno Domini MCCXCI[n].

469. *SCRIPTUM COMITIS PALATINI.* *Dec. 7.*

De codicibus, editionibus, textu v. supra ad nr. 468.

Superest in 1) *fol. 334'*; 2) *fol. 97'*; 3) *fol. 43. Edidit Scheffer-Boichorst l. c. p. 493 (= 'Zur Geschichte des XII. und XIII. Jahrhunderts' p. 342). Cf. ea quae de autographo adnotantur Böhmer 'Regesten 1246—1313' Additamentum secundum p. XXXIX et Scheffer-Boichorst l. c. p. 495 (= p. 344). — Regesten der Pfalzgrafen I, 1255. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 167.* *(P. deest.)*

Magnifico principi fratri suo carissimo domino[a] Wenceslao[b] inclito regi Boemie, duci Cracovie[c] et Sandomerie marchionique Moravie Lud(ewicus)[d] Dei gracia comes palatinus Reni dux Bavarie obsequiose dilectionis et fidei continuum[e] incrementum.

Cum altero luminarium, quod ipse rerum summus opifex, ut temporalium curam agat, posuit in firmamento universalis ecclesie, propter mortem dive recordacionis quondam domini nostri Rudolfi[f] incliti Romanorum regis, prout Domino placuit, occidente, ad inequalitatem omnimodam disparuerit[g] status regni et quasi navis absque gubernatore acephalum fluctuet hinc[h] inde, nec ultore aliquo aut vindice scelerum celeriter apparente audacia et temeritas delinquencium proclivius in facinus prolabatur et suis non contenta terminis effrenata cupiditas que sua non sunt exacta diligentia investiget et in venandis huiusmodi ante facultas deficiat quam voluntas, ad ipsam sanctam matrem ecclesiam luce novi sideris illustrandam et consulendum bono statui dicti regni ac reprimendam perversorum maliciam necnon ipsum appetitum noxium regulandum, communicato consilio fidelium imperii, summe necessarium fore ac perutile arbitramur, ut principes,

468. f) meruerit 1—3. g) *sic* 1—3. h) Rudolffo 1. i) rege Rom. 1. 3. k) veniente 2. 3. l) dinoscuntur, di *alia manu supra lineam add.* 1. m) igitur 2. n) millesimo ducentesimo 3.

469. a) suo *male add.* 2. b) W. 1. 3. c) Cracowie 2. d) Lodowicus 2. e) continue 2. f) Rudolffi 1; Rudolphi 2. g) *ita coniiciendum esse monuit Zeumer;* disposuerit 1—3. h) et *add.* 2. 3.

1) *Cf. litteras consensus principum electorum a. 1279. supra nr. 225, in quibus ea, quae litteris minoribus excudenda curavimus, verbotenus inveniuntur.*

quibus ipsum imperium quasi quibusdam columpnis innititur et quibus de iure et consuetudine competit illud idem, in loco et termino competentibus in unum conveniant, prefato regno de persona ydonea provisuri. Et quia eandem vocacionem a principatus nostri officio non est dubium dependere, pro eleccione futuri regis ad ipsum imperium promovendi locum Frankfurt[i] et terminum proximam quartam feriam[k] post festum (Apr. 30.) beati[l] Georgii proxime venturum pro primo, secundo et tertio peremptorio[m] per has nostras litteras[n] vestre magnificencie assignamus ad procedendum nobiscum et aliis quorum interest in eleccionis negocio memorato.

Datum in Ingolstat[o], anno Domini MCCXCI, in crastino beati Nicolai.

470—474. TRACTATUS DE ELECTIONE.

1291. Nov. 29. — 1292. Apr. 27.

470. *TRACTATUS INTER ALBERTUM DUCEM SAXONIAE ET WENZESLAUM REGEM BOHEMIAE. 1291. Nov. 29.*

Descripsimus autographon, quod in tabulario Vindobonensi asservatur. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Lectiones codicis Pragensis I C. 24 fol. 336' itemque editionum neglex imus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 161. (P. deest.)

(1) Nos Albertus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westphalie, comes de Bren, purcravius de Meydeburch, sacri Romani inperii princeps et marschalcus ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod magnifici principes domini Wencezlaus rex Boemie pincerna et Otto longus marchio Brandenburgensis camerarius eiusdem imperii, qui una nobiscum et cum aliis imperii principibus in eleccione Romanorum regis in imperatorem promovendi obtinent ius et vocem, nobis benivole promiserunt, quod priusquam ipsi personam aliquam in regem Romanorum eligent, procurabunt, ut persona illa, que tunc in regem Romanorum eligenda fuerit, nos certificet et nobis caveat de quatuor milibus marcarum et quingentis marcis argenti puri Pragensis ponderis, quod nobis easdem in conpetentibus terminis exsolvat rex Romanorum predictus, et si poterunt, nostra negotia apud eundem regem Romanorum quicunque fuerit in melius dirigent iuxta posse[a]. (2) Procurabunt eciam ante eleccionem predictam, quod rex Romanorum, qui per eos electus fuerit, de octingentis marcis argenti, in quibus aput Thyzmannum lanchravium pro bonis in Aldenburch ad mandatum quondam domini Rudolphi regis Romanorum[1] fideiussimus, nos certificet nobisque plene caveat de eisdem. Ordinabunt eciam ante eleccionem eandem, quod quitquid iuris per sentenciam regiam contra archiepiscopum et ecclesiam Maydeburgensem obtinuimus[2], ad illud idem ulterius prosequendum rex Romanorum, qui electus fuerit, nos teneatur iuvare iusticia mediante. (3) Et ea omnia expressa superius, que pro nobis apud predictum regem Romanorum noviter eligendum efficere et procurare promiserunt, si nos ante eleccionem regis Romanorum quod absit continget decedere, pro nostris heredibus fideliter procurabunt. (4) Ceterum cum ad eleccionem celebrandam regis

469. i) Frankfurtt 1. k) feriam quartam 2. l) sancti 2. m) peremptꝫ 1. 2; peremptis 3. n) litt. nostr. 2. o) Ingothstath 2; in Goltstat 3.

470. a) *sine signo interpunctionis or.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 2290a.* 2) *Cf. ibidem VI, 2392.*

Romanorum eundem regem Boemie in proximo continget procedere, nos ad locum pro eleccione regis Romanorum statuendum[b] cum ipso rege Boemie in societate, expensis et conductu ipsius cum decem nostris militibus, duobus capellanis et octo domicellis, quos ipse rex Boemie vestire promittit, venire, stare et redire debemus. Ubi in eleccione predicta vocem et auctoritatem nostram non in alium nec aliter dirigemus, nisi sicut eidem regi Boemie placuerit et ipse rex Boemie nos iusserit et sicut in aliis nostris patentibus litteris[1] super voce et auctoritate per nos in eundem regem Boemie translatis et directis plenius continetur. (5) Quod si legittimo inpedimento preventi ad terminum et locum predicte eleccioni statuendum venire non possemus vel absoluti per ipsum regem Boemie ab eodem itinere aput propria maneremus, nuncii nostri, quos loco nostri ad predictam eleccionem in ipsius regis Boemie expensis cum pleno et sufficienti mandato nostro ad eligendum tenebimur mittere, ea ibidem auctoritate nostra pro ipso rege Boemie facere tenebuntur, que nos ipsi, si presentes adessemus, iuxta predictarum nostrarum litterarum, quas ipsi regi Boemie dedimus super hoc, continentiam facere teneremur. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem presentes fieri et sigillo nostro iussimus communiri.

Actum et datum in Sytavia, anno Domini millesimo CC nonagesimo primo, in vigilia beati Andree apostoli, indiccione quinta.

471. *PROMISSIO ALBERTI DUCIS AUSTRIAE NOBILI DE MERENBERG FACTA. 1292. Febr. 12.*

Repetimus editionem, quam paravit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 748 nr. 1070 ex codice universitatis Heidelbergensis 'Lehmann, Pfälz. Urkundenbuch' I, 531, ubi descriptum est e codice tabularii Weilburgensis 'Nass. Copial- und Saalbuch' fol. 189. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 168. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia dux Austrie et Stirie, dominus Carniole Marchie ac Portusnaonis nobili viro Hartrado de Merenberg sibi dilecto salutem et omne bonum.

Personam tuam gracia favorabili prosequentes liberaliter tibi tenore presencium duximus promittendum, quod si divina favente clemencia in regem electi fuerimus Romanorum, ius quod progenitores tui in percipienda tercia parte contribucionum sive precariarum habuisse noscuntur in Wetflaria, tibi ratum servabimus et congruis confirmabimus munimentis. Dantes has litteras in testimonium super eo.

Dat. Wienne, II. Idus Februarii, anno Domini MCC nonagesimo secundo.

472. *PROMISSIO ALBERTI DUCIS AUSTRIAE COMITI PALATINO FACTA. 1292. Mart. 25.*

Descripsimus autographon, quod Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawaricae asservatur. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Regesten der Pfalzgrafen 1262. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 170. *(P. deest.)*

(1) Nos Albertus Dei gracia dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis tenore presencium profitentes scire volumus universos, quod si eo donante qui potest per magnificum principem dominum Ludwicum comitem palatinum Reni ducem Bawarie, affinem nostrum karissimum in regem Romanorum eligi nos contingat, prefato affini nostro, ut omnis questionis materia amputetur, que processu temporis inter eum et imperium posset parere incentivum discordie vel materiam suscitare ran-

470. b) staduendum *or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

coris, in bonis quondam . . de Steppach necnon in burchstallo sive castro Stoltzenecke cum pertinenciis suis, que quidem bona cum predicto castro cum sua pecunia comparasse dinoscitur, et in castro Reichenstein, quod ab imperio tenere debet in feudum et tenuit ex antiquo, recognoscemus simpliciter et de plano ius suum, nullum sibi vel suis heredibus in bonis predictis inpedimentum vel obstaculum prestituri et ea, que ex ipsis hac vice in sua non tenuerit potestate, in suam vel ipsorum heredum suorum[a] sine difficultate qualibet assignabimus potestatem. (2) Promittimus insuper, quod nobis, si Deo placitum fuerit, ut premisimus, ad Romani regni gubernacula sublimatis, castrum Chamerstein cum suis pertinenciis necnon bona empta per inclite memorie patrem nostrum et dominum dominum Růdolfum Romanorum regem[1] a monasterio Ebracensi adiacencia castro predicto cum suis attinenciis universis cum castro Tylisperch et bonis omnibus et hominibus ac pertinenciis eorundem, que similiter prefatus quondam pater et dominus noster rex Romanorum a nobili viro . . comite de Dvrn pro sua pecunia comparavit[2], predicto affini nostro et suis heredibus conferemus a nobis et imperio feudali titulo perpetuo possidenda et ad hoc consensum principum, quatenus necessarius fuerit, in quantum poterimus bona fide, fraude ac dolo exclusis, obtinebimus pro eisdem. (3) Insuper omnia privilegia sive eciam instrumenta tum super donacione facta ipsi affini nostro per quondam dominum Chunradum filium quondam domini Chunradi Romanorum regis, tum eciam super aliis quibuscumque sibi per imperatores vel reges tradita et concessa ratificabimus et ex certa sciencia tenebimur confirmare, consensum ad hoc principum sine capcione in quantum possumus, ubi necessarius fuerit, obtenturi. Daturi nichilominus super omnibus premissis confirmacionis nostre litteras, quam cito ad apicem regie dignitatis, Altissimo annuente sermoni, fuerimus exaltati, ad hec et quodlibet premissorum nos iuramento prestito obligantes. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Dat. apud Sanctum Vitum, in die annunciacionis beate Marie virginis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

473. *PROMISSIO COMITIS PALATINI DUCI AUSTRIAE DATA.*
1292. Apr. 13.

Proponimus ex autographo, quod in tabulario Vindobonensi asservatur. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. — Regesten der Pfalzgrafen 1264. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 171. *(P. deest.)*

(1) Nos Ludwicus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie tenore presencium profitemur et scire volumus universos, quod nos bona fide promisimus et promittimus corporali super eo prestito iuramento, quod ad hoc tocius sollicitudinis et diligencie nostre studium convertemus omnique fraude ac ingenio malo exclusis curabimus opemque dabimus et operam efficacem, quod seculares principes ius in Romani regis eleccione habentes una nobiscum in magnificum principem dominum Albertum ducem Austrie et Styrie, affinem nostrum karissimum, vota sua dirigant ipsumque in regem eligant Romanorum, quem tanto culmini singulorum principum Alamanie pensatis condicionibus et circumstanciis ponderatis magis aptum et habilem arbitramur. (2) Et si forte quod absit predictos nostros conprincipes vel eorum aliquos aut aliquem, indagatis ipsorum voluntatibus ante eleccionis terminum vel in ipso termino, non possemus ad huiusmodi favorabilis intencionis nostre propositum inclinare, nichilominus tamen ipsum ducem Austrie et nullum alium assumemus et in regem debemus et volumus

472. a) sv *corr. ex* sj *or.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 985 et 1371.* 2) *Cuius emptionis documenta servata non sunt.*

eligere Romanorum, ab huiusmodi nostro proposito prece, precio, amore vel odio nullatenus avertendi, ad quod nos presentibus obligamus. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Datum apud Monacum, in dominica Quasimodogeniti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

474. *PROMISSIONES ADOLFI COMITIS DE NASSOW ARCHIEPISCOPO COLONIENSI FACTAE. 1292. Apr. 27.*

Denuo contulimus Copiarium qui dicitur Sifridi archiepiscopi Mscr. A. XII, 4 fol. 3' nr. 8 in tabulario civitatis Coloniensis asservatum, quem iam supra ad nr. 333 adhibuimus. Quo omnes redeunt editiones. Cf. Ennen 'Die Wahl des Königs Adolf von Nassau' (Cöln 1866) p. 65 nr. 8 et infra nr. 479, itemque ea quae de omnibus hiis rebus fusius disseruit H. Schrohe 'Annalen des Historischen Vereins für den Niederrhein' 68 (1899), pag. 64 sqq. *(P. deest.)*

Nos Adolphus Dei gratia comes de Nassauwe universis presentes litteras visuris et audituris in vero salutari salutem.

1. Cum per mortem serenissimi principis pie recordationis olim domini Rodolphi Romanorum regis vacet imperium nostrique iam dudum fuerit et sit propositi et intentionis firmissime domino Deo in subsidium Terre Sancte, quantum possibilitas nostra patitur, placitum exhibere pro nostris reatibus famulatum, et quia hoc commodius ad honorem Dei et ipsius Terre Sancte reformationem efficere possumus, si divina favente gratia ad id nos, licet indigni, ex promotione, opere et opera reverendi patris domini S(ifridi) sancte Coloniensis ecclesie[a] archiepiscopi in nos votum suum dirigentis in regem Romanorum nominati fuerimus et electi, promittimus et ad hec que secuntur fide et iuramento corporali super hiis prestitis, mera et libera voluntate, nos tenore presentium obligamus: quod si, ut dictum est, in regem electi fuerimus Romanorum, ecclesias et ecclesiasticas personas, presertim ecclesiam Coloniensem, que iam multo tempore gravibus iacet prostrata dampnis et affecta iacturis, in suis iuribus et libertatibus conservabimus et defendemus et ipsas lesas ad statum debitum reducemus.

2. Electioni etiam de nobis facte, ut dictum est, consensum adhibebimus nec ab huiusmodi iure in regno per electionem ipsius domini Coloniensis archiepiscopi acquisito aliquo tempore, etiamsi aliqui principes Alamanie in electione ab eodem domino archiepiscopo dissentirent, aliquatenus desistemus.

3. Et[b] quia ipsum imperium felix recipere non poterit incrementum, nisi ipsa sancta Coloniensis ecclesia, que multis, ut dictum est, affecta iacet dampnis et iacturis, ab hiis per adiutorium imperii primitus sublevetur, promittimus et sub dictis fide et iuramento nos obligamus de nostra bona et libera voluntate, quod si de persona nostra [per][c] eundem dominum nostrum archiepiscopum fuerit electio celebrata, nos eidem archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi castra et munitiones Cochme, Werde, Lanskrone, Sinzege, Dusburg, Tremoniam pro iuribus regni et imperii in partibus illis et etiam ecclesie Coloniensis contra suos inimicos et adversarios[d] defendendis et conservandis commodius committemus et ipsa deliberabimus et absolvemus a manibus illorum, qui nunc tenent, tenenda, habenda et possidenda cum omnibus suis iuribus, redditibus, iurisdictionibus, theoloneis et proventibus ac pertinentiis quibuscumque ab eodem . . archiepiscopo, eius successoribus et ecclesia[e] Coloniensi ad vitam nostram pacifice et quiete. Nec aliquid occasione dictorum castrorum et munitionum, reddituum seu proventuum eorundem ab eisdem archiepiscopo et suis successoribus et ecclesia[e] Coloniensi, quoad vixerimus, requiremus, sed ipsos redditus, theolonia et proventus

474. a) *supra lineam add. c.* b) *in margine add. c.* c) *deest c.* d) de *add. c.* e) ecclesie *c.*

eisdem libere et absolute concedemus temporibus regni nostri pro custodia ac conservatione eorundem, nobis contra nostros et imperii inimicos libero introitu et exitu, si necesse fuerit, in eisdem castris et munitionibus tantummodo reservatis.

4. Item cum idem archiepiscopus et ecclesia Coloniensis castra ecclesie sue Leggenich, Wede, Waldenberg, Rodenberg et Aspille in liberatione ipsius archiepiscopi nobili viro Adolpho comiti de Monte obligaverint pro certa pecunie quantitate, et ecclesia Romana eidem comiti sub pena excommunicationis et interdicti dederit in mandatis, ut dicta castra eidem archiepiscopo et ecclesie sue restituat libere et absolute et hoc idem dominus papa iniunxerit[1] quondam domino R(odolpho) Romanorum regi predicto, promittimus, quod nos eundem comitem et suos heredes tales habebimus, quod omnia castra predicta et villam Tiutiensem restituent et deliberabunt archiepiscopo et ecclesie Coloniensi sine aliquo dampno ipsorum et alicuius pecunie datione.

5. Item promittimus, quod nos eundem archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem in advocatiam et iudicium apud Essinde, curtes Westhoven, Brakele et Elmenshorst[f] restituemus et reponemus et earumdem pacifica possessione gaudere procurabimus et efficiemus.

6. Item promittimus, quod archiepiscopum, suos successores et ecclesiam tenebimus et conservabimus in possessione castrorum Wassenberg et Leydberg et ipsis contra ducem Brabantie, comitem Flandrie et alios quoscumque propter hoc ipsos [in]vadere[g] volentes manu potenti assistemus.

7. Item promittimus, quod si archiepiscopus, sui[h] successores et ecclesia Coloniensis castra et munitiones Worinch, Ysenberg, Werle, Mendene, Raffinberg, Volmesteyne, Hallenberg et munitiones alias ecclesie Coloniensis tempore captivitatis archiepiscopi destructas suis sumptibus reedificare voluerint, violentiam ipsis deponemus et quoscumque in huiusmodi structura eos impedire volentes regali potentia compescemus.

8. Item promittimus, quod theolonia in Andernaco et apud Berke archiepiscopo et ecclesie Coloniensi confirmabimus et privilegia ecclesie Coloniensis ab imperatoribus [seu][i] regibus concessa innovabimus eisdem.

9. Item promittimus, quod archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem in castrum et bona apud Zelten, a quibus archiepiscopus tempore captivitatis sue a comite de Veldens fuit eiectus et spoliatus, reponemus et ipsum castrum eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi deliberari faciemus.

10. Item promittimus, quod condignam emendam archiepiscopo et ecclesie Coloniensi fieri procurabimus a civibus Coloniensibus de forefactis eorundem ad voluntatem archiepiscopi, suorum successorum [et][i] ecclesie Coloniensis. Alioquin absque omni contradictione ab archiepiscopo, suis successoribus et ecclesia Coloniensi requisiti, qui[a][k] in excommunicatione dicti cives steterunt per annum et diem et forefactum ipsorum est notorium, proscribemus eosdem et bona ipsorum publicabimus. Et nichilominus . . archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi assistemus nostris laboribus et expensis potenter et patenter contra cives predictos et fautores eorundem nec a persecutione eorundem desistemus nec pacem, treugas vel compositionem cum eisdem inibimus sine ipsius archiepiscopi, suorum successorum et ecclesie Coloniensis voluntate et consensu expresso, et circa huiusmodi negotium faciemus, quidquid archiepiscopo et ecclesie Coloniensi videbitur faciendum.

11. Item promittimus, quod si compositionem amicabilem [inter archiepiscopum][l] et cives Colonienses contingerit[m] ordinari vel [eos][l] archiepiscopo subiugari, nos de civitate Coloniensi nullatenus intromittemus nec de civibus aliquod fidelitatis homagium recipiemus, cum ipsa civitas in temporalibus et spiritualibus ad ipsum archiepiscopum Coloniensem pertineat pleno iure.

474. f) Elnenshorst *c.* g) vadere *c.* h) suos *c.* i) *deest c.* k) qui *c.* l) *deest c.* m) *sic c.*

1) *Cf. Reg. imp. VI, 2237 et 2275.*

12. Item promittimus, quod tutelam monasterii Curbeiensis archiepiscopo et ecclesie Coloniensi a domino R(odolpho) Romanorum rege commissam[1] innovabimus et confirmabimus eisdem castraque et munitiones ecclesie Curbeiensis ab aliis violenter occupata revocabimus et recuperabimus ad ecclesiam Curbeiensem de consilio archiepiscopi memorati.

13. Item cum necessarias, utiles et inevitabiles oporteat [archi]episcopum, suos successores et ecclesiam Coloniensem pro servitio Romani imperii facere expensas, promittimus, quod eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi dabimus viginti quinque milia marcarum argenti in suarum subsidium expensarum. Et ad maiorem securitatem et observantiam premissorum promittimus, quod castra Nassauwe, Dillenberg, Ginsberg, Segen partem comitis Henrici de Nassauwe cum consensu libero et expresso ipsius comitis Henrici, uxoris sue et Emekonis fratris sui, item Brubag, Riveltze, Limburg, castrum et opidum Velmere de consensu et bona voluntate dominorum dictarum munitionum et[n] heredum eorundem ipsi archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi sublevabimus, reponemus et deliberabimus et assignari faciemus tenenda sub expensis nostris. Et nichilominus quinquaginta tam nobiles quam milites, bonos et legales fideiussores ponemus eisdem et cum eisdem fideiussoribus apud Bunnenses ab eodem archiepiscopo, suis successoribus et ecclesia[o] Coloniensi requisiti infra quindenam intrabimus inde non recessuri, quousque omnia et singula premissa per nos fuerint adimpleta vel super ipsis adimplendis securitas facta ad voluntatem archiepiscopi et ecclesie Coloniensis.

14. Preterea eligimus et arbitramur, quod si contra premissa vel aliquid premissorum fidem nostram quod absit infringendo deveniremus[p] nec securitatem ipsi archiepiscopo ad voluntatem suam faceremus super premissis omnibus faciendis, adimplendis et servandis, ipso facto cademus a iure electionis et iure regni nobis per electionem acquisito. Renunciantes exnunc ut extunc omni iuri, quod nobis competeret seu competere posset in regno predicto. Ratum et gratum [habentes][q], quod principes ius in electione imperii habentes ad electionem alterius regis procedant, si hoc eidem archiepiscopo videbitur expedire.

15. Preterea coronam regni, consecrationem et installationem in sede Aquensi ab eodem domino archiepiscopo non petemus nec ipsum aliqualiter infestabimus super eo, quousque plenam securitatem fecerimus eidem super omnibus et singulis articulis fideliter adimplendis.

16. Item promittimus, quod super debito, in quo idem dominus archiepiscopus nobis tenebatur propter theolonium[r] Andernacense, [quod][q] nobis obligaverat, quitum clamabimus et dicemus.

17. Item promittimus, quod questionem, que vertitur inter eundem dominum archiepiscopum et comitem Henricum de Nassauwe consanguineum nostrum super dampnis et deperditis, in nos recipiemus et ipsum sedabimus voluntate archiepiscopi memorati.

18. Item promittimus, quod illustris principis domini Ottonis cum telo marc[h]ionis Brandenburgensis favorem et amicitiam captabimus, ut suam promotionem sentiamus ad dictum domini archiepiscopi, decani Col(oniensis) et comitis Ottonis de Eversteyn Westfalie marchalci.

19. Item promittimus, quod si liberi quondam Wilhelmi fratris Walrami[s] nunc comitis Iuliacensis eundem comitem propter comitatum Iuliacensem et bona alia impetere seu invadere voluerint, nos eundem comitem Iuliacensem manutenebimus et eidem

474. n) *corr. ex* quod *c.* o) ecclesie *c.* p) deveneremus *c.* q) *deest c.* r) propter theolonium *in loco raso c.* s) fratris Walrami *supra lineam add. c.*

1) *Cuius commissionis documentum servatum non est.*

assistemus et ipsum conservabimus in comitatu et bonis predictis contra ducem Brabantie, comitem Flandrie et alios quoscumque propter hoc ipsum comitem Iuliacensem invadere volentes. Opidum etiam Duren eidem comiti, quoad vixerimus, dimittemus et officium sculteti Aquensis cum suis iuribus illi committemus, cui voluerit archiepiscopus et quam diu placuerit archiepiscopo antedicto.

20. Super debitis etiam, in quibus dominus Ro(dolphus) Romanorum [rex][t] patri dicti comitis tenebatur, de quibus etiam se dicit habere recognitionem et litteras patentes ipsius regis[1], adiungemus amicos nostros ipsi domino . . archiepiscopo et de consilio ipsius rationabiliter nos habemus circa comitem predictum in debito antedicto.

21. Item promittimus, quod . . archiepiscopo [et][t] ecclesie Coloniensi, quoad vixerimus, favorabiles erimus et graciosi et eisdem assistemus contra quoscumque suos adversarios et inimicos, nec de Monte nec de Marka comites aut ducem Brabantie aut alios inimicos ecclesie Coloniensis in nostrum consilium et familiaritatem recipiemus[u] sine consensu et voluntate . . archiepiscopi, suorum successorum et ecclesie Coloniensis.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum ex certa nostra scientia apposuimus et apponi fecimus huic scripto.

Nos etiam Iohannes dominus de Limburg, Ulricus dominus de Hagenauwe, Godefridus de Merenberg et Iohannes de Rynberg de mandato ipsius A(dolphi) comitis speciali et expresso, fide et iuramento interpositis, promisimus et iuravimus, nos effecturos et procuraturos, quod idem comes omnia et singula premissa constanter adimplebit et fideliter observabit, dolo et fraude exclusis, sigilla nostra presentibus in testimonium apponentes.

22. Promittimus insuper nos A(dolphus) comes predictus sub penis predictis, quod de Austrie et Limburgensi ducatibus ad imperium devolutis neminem infeodabimus nec aliquid de ipsis ordinabimus sine ipsius archiepiscopi consensu [et][t] voluntate expressa.

Datum Andernacen., Dominica proxima ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, anno Domini MCC nonagesimo secundo.

475. PROMULGATIO ELECTIONIS.

1292. Mai. 10.

De codicibus, editionibus, textu v. supra ad nr. 468. Servatur in 1) *fol. 335'*; 2) *fol. 98'*; 3) *fol. 45. Textus corruptelas omnes sanare non licuit. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 173.* *(P. deest.)*

Nos Gerhardus Dei gracia sancte Maguntine[a] sedis archiepiscopus sacri[b] imperii per Germaniam archicancellarius recognoscimus per presentes, quod anno Domini MCCXCII, feria VI. proxima post festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum in- Maj. 2.
diximus diem et terminum conprincipibus nostris in Frankfurt[c] ad eleccionem regis

474. t) *deest c.* u) recepiemus *c.*

475. a) Mog. 1. 3. b) Romani *add.* 2. c) Fronfurt 3.

1) *Cf. recognitionem comitis a. 1278. Ian. 6. datam, quae sola superest, a nobis in tabulario regni Bawarici inventam ('N. Archiv' XXIII, 32 nr. IV; Reg. imp. VI, 914). Quam infra in Appendice Variorum denuo proponemus.*

Mai. 5. Romanorum[d] celebrandam, qui terminus usque ad secundam feriam proximam post festum dictorum apostolorum[e] a nobis et conprincipibus nostris consencientibus[f] extitit prorogatus, ad quos Romani regis spectat eleccio, in ecclesia fratrum ordinis Predicatorum domus Frankford(ensis) honorabiles viri Bernhardus prepositus Misnen(sis)[g], Hermannus de Lipa[h] summus camerarius regni Bohemie, Albertus de Zeberg[i] burggravius in Cadans et Thobias de Bechin burggravius in Froburg comparuerunt nuncii et procuratores specialiter ad hec et alia plenum mandatum habentes, offerentes in nostra et aliorum conprincipum nostrorum presencia excusacionem magnifici principis domini W(enceslai) regis Boemie, marchionis Moravie, ducis Cracovie[k] et Sandomerie, quod propter infirmitatis sue impedimenta ea vice eleccioni regis Romanorum[d] interesse non poterat[l], et hoc corporali iuramento interposito affirmabant, et iidem ipsius regis vocem, quam tamquam princeps imperii et pincerna in eleccione regis Romanorum[d] noscitur obtinere, nobis commiserunt et in nos transtulerunt, quoad vicem eandem consencientibus aliis nostris conprincipibus, in hac parte habentes ad premissa mandatum sufficiens et legale, nosque tam nostro nomine quam regis Boemie[m] predicti serenissimum dominum Adolfum[n] comitem Nassovie in regem elegimus Romanorum. In cuius rei testimonium et memoriam presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum aput Frankfurt[o], VI. Idus Maii, anno Domini MCCXCII.

476—478. CONSTITUTIO PRINCIPATUS HASSIAE.

1292. Mai. 11. 10.

Repetimus editionem documentorum, quam paravit b. m. Höhlbaum 'Mittheilungen des Oberhessischen Geschichtsvereins. Neue Folge' IV, 49 sq., commentario adiecto. Quae ipse in minutiis denuo correxit ex autographis tabularii Marburgensis.

476. *PRIVILEGIUM REGIS. Mai. 11.*

Pendet sigillum laesum filis sericis. In dorso legitur manu coaeva scriptum Tercia. — *Böhmer, Reg. Ad. 3.* *(P. deest.)*

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Licet regalis [mu]nificencia[a] erga suos fideles quoslibet sue liberalitatis debeat radios demonstrare, tamen illis, quos fides purior clariorque devocio reddunt magis placidos et acceptos, et presertim eis, qui in dirigendis rei publice negociis nobis poterunt salubriter famulari, debet non inmerito uberio[r][a] gracia et favor sincerior impertiri. Considerantes[b] itaque presignis et illustris Henrici lantgravii[c] Hassie meritis gloriosis, quibus erga nos et imperium multifariam noscitur enitere, eidem Henrico principi nostro et imperii[c] karissimo ac heredibus ipsius imperpetuum castrum Bômeneburg, ad nos

475. d) Boem. *male* 3. e) *loco* dictorum apostolorum 2: beatorum apostolorum P. et I. f) *sic* 1—3; *deest Sommersberg.* g) Meyssen. 1. h) Lippa 2. i) et *add.* 1. 3. k) Cracowie 2. l) potuerat 2. 3. m) Rom̄ 3. n) Adolphum 2. o) Frankenfort 2.

476. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.* b) *sic male pro* Consideratis *or.; cf. p. 465 n.* c. c) i *finalis corr. ex* e.

spectans et imperium, et opidum Eschenwege, quod idem lantgravius cum pertinenciis et iuribus suis, ad se titulo proprietatis pertinens, ut dicebat, in nostris manibus libere resignavit, cum omnibus iuribus et pertinenciis eorum, possessionibus vel quasi, sive sint in agris cultis vel non cultis, nemoribus, campis, pascuis, vineis, pratis, piscinis, aquis aquarumve decursibus et generaliter aliis, quocumque nomine censeantur, concessimus et contulimus, concedi[mus][d] et conferimus per presentes, ut ab ipso . . lantgravio et heredibus suis iugiter teneantur et possideantur a nobis necnon . . successoribus [n]ostris[d] in regno Romanorum et a sacro imperio in feodum nomine principatus, quodque idem lantgravius et sui heredes specialiter racione predictarum possessionum et bonorum pro principibus habeantur et radeant nitoribus gaudeantque suffragiis, honoribus ac privilegiis principatus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et maiestatis nostre sigilli munimine roborari.

Dat. et actum apud Frankenvorthe, V. Idus Maii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, indicc. quinta, regni vero nostri anno primo.

477. *CONSENSUS ELECTORUM MOGUNTINI, PALATINI, OTTONIS CUM TELO. Mai. 10.*

Proponitur ex 1) *Moguntino exemplari, cuius sigillum laesum pendet; dorso inscriptum est manu coaeva* Quarta;

2) *exemplari comitis Palatini; sigillum laesum pendet filis sericis; in verso scriptum est manu coaeva* Nona;

3) *exemplari Ottonis cum telo, cuius sigillum laesum pendet filis sericis; in dorso manu coaeva* Sexta.

Cf. Böhmer, Reg. Ad. 3. *(P. deest.)*

Nos Gerhardus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius[a] ad universorum sacri imperii Romanorum fidelium[b] noticiam volumus pervenire, quod nos consideratis[c] presignis[d] illustris Heinrici lantgravii Hassie domini amici nostri karissimi[e], meritis gloriosis[f], quibus erga sacrum Romanorum[g] imperium multifariam multisque modis dinoscitur enitere, infeodacionem inferius annotatam per serenissimum dominum nostrum dominum Adolfum regem Romanorum illustrem anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, sexto Idus Maii, indiccione quinta factam, videlicet quod castrum Bômeneburg[h] et opidum Eschenwege[i], quod idem dominus[k] langravius cum pertinenciis suis ad se titulo proprietatis pertinuisse asseruit et asserit cum omnibus iuribus eorum et pertinenciis, possessionibus vel quasi, sive sint in agris cultis vel non cultis[l], nemoribus, campis, vineis, pascuis, pratis, piscinis, aquarum decursibus et generaliter quocumque nomine censeantur, a dicto domino H.[m] lantgravio necnon suis heredibus imperpetuum teneantur a domino nostro[n] rege predicto necnon suis successoribus in regno Romanorum et possideantur in feodum nomine principatus. Quodque[o] idem dominus[k] lantgravius et sui heredes racione illarum possessionum specialiter pro principibus[p] imperii habeantur et radient[q] nitoribus ac gaudeant suffragiis et privilegiis principatus, prout in litteris ipsius domini nostri regis Romanorum[k] pre[fat]i[r] super hoc confectis plenius continetur, ratam et gratam gerimus et habemus ac nostrum consensum, scientes, libentes, utilitatem imperii ex hoc facere

476. d) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

477. a) *intitulatio in* 2: Ludwicus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie; *in* 3: Otto Dei gracia Brandenburgensis marchio et de Landesberg. b) Romanorum fidelium *desunt* 3. c) considerantes 2. d) presignus 3. e) domini — karissimi *desunt* 2. 3. f) graciosis 3. g) Romanorum *deest* 2, Romanum 3. h) Boimeneburg 3. i) Eschenewege 2, Essenewege 3. k) dominus *deest* 2. l) vel incultis 2. m) domino H. *deest* 2; H. *deest* 3. n) et *add.* 3. o) Et quod 2. p) princibus 3. q) radeant 2. r) *litterae corrosae* 1; prefati 2. 3.

cupientes, duximus adhibendum[s]. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum apud Frankenvorthe[t], anno[u], die et indiccione superius annotatis.

478. *CONSENSUS ELECTORUM OTTONIS LONGI ET DUCIS SAXONIAE. Mai. 10.*

Proponitur ex 1) *exemplari Ottonis longi, cuius sigillum deest; scriptum est in verso manu coaeva* Septima;

2) *exemplari Saxonico; pendet sigillum laesum filis sericis viridis coloris; in verso manu coaeva* Octava[1]. *(P. deest.)*

Nos Otto Dei gracia [illustris][a] quondam Ottonis marchionis Brandenburgensis[b] filius ad universorum sacri imperii Romani[c] fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos, consideratis illustris principis domini Heinrici lantgravii Hassie meritis gloriosis, quibus erga sacrum imperium multifariam multisque modis dinoscitur enitere, infeodacionem inferius annotatam per serenissimum dominum nostrum Adolfum regem Romanorum illustrem factam anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, sexto Idus Maii, indictione quinta, videlicet quod castrum Bomeneburg et oppidum Eschenewegen, quod idem lantgravius cum pertinentiis suis ad se titulo proprietatis pertinuisse asseruit et asserit cum omnibus iuribus eorum et pertinenciis, possessionibus vel quasi, sive sint in agris cultis vel incultis, nemoribus, campis, vineis, pascuis, pratis, piscinis, aquarum[d] decursibus et generaliter quocunque nomine censeantur, a dicto[e] lantgravio necnon suis heredibus in perpetuum teneantur a domino nostro rege predicto necnon suis successoribus in imperio et possideantur in feudum nomine principatus. Et quod idem lantgravius et sui heredes specialiter racione illarum possessionum pro principibus imperii habeantur et radient nitoribus ac gaudeant suffragiis et privilegiis principatus, prout in litteris ipsius domini nostri regis predicti super hoc confectis plenius continetur, ratam et gratam gerimus et habemus ac nostrum consensum, scientes, libentes, utilitatem imperii ex hoc facere cupientes, duximus adhibendum. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus appendendum.

Datum apud Frankenfurt[f], VI. Idus Maii, anno Domini millesimo CCLXXXXII.

---

479. PROMISSIO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI PRAESTITA.

1292. Mai. 29.

Ex eodem Copiario Coloniensi, de quo v. supra ad nr. 474, fol. 4' nr. 9. Denuo nos ipsi contulimus. Quo redeunt omnes editiones. Cf. etiam privilegium regis 1292.

477. s) addibendum 3. t) Frankenfort 3. u) *loco* anno — annotatis 2: VI. Idus Maii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo.

478. a) *uncis inclusa corrosa sunt.* b) *intitulatio in* 2: Albertus Dei gracia [dux] Saxonie, Angarie et Westfalie, comes de Bren, burggravius Medeburgensis. c) Rom. imp. 2. d) aquis *add.* 2. e) domino *add.* 2. f) Frankenfort 2, *ubi sequuntur:* anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, VI. Idus Maii.

1) *Ex serie documentorum deesse primum, secundum, quintum, i. e. consensum Coloniensis, Trevirensis archiepiscoporum, regis Bohemiae opinari licet. Cf. Höhlbaum l. c. 49.*

Sept. 13 archiepiscopo concessum, quod publici iuris fecit Ennen loco supra ad nr. 474 citato p. 65 nr. 8 (= 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' III, 334 nr. 372).

(P. deest.)

Nos Adolphus Dei gratia in Romanorum regem electus notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum venerabilis pater dominus S(ifridus) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus princeps noster karissimus primo et principaliter in regem Romanorum [nos][a] promoverit et nunc liberaliter absque omni conditione tamquam fidelis amicus, qui omni tempore diligit[1], regale[b] diadema nobis imponere nosque in regem ungere et in sedem regni mittere apud Aquisgrani in festo beati Iohannis Iun. 24. baptiste proximo venturo decreverit, prout ad offitium sui principatus dinoscitur pertinere, volentes eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi in reformatione ipsius precavere, prout decet regiam dignitatem, promisimus et promittimus eidem archiepiscopo fide corporaliter prestita et sub penis prioribus inter nos et dominum archiepiscopum habitis et conscriptis [in litteris][c] comitatus nostri Nassauwe et aliorum amicorum nostrorum [sigillis][a] sigillatis[2], quod post tempus coronationis nostre infra octo dies non moniti Iul. 1. vel requisiti ab eodem archiepiscopo, suis successoribus vel ecclesia Coloniensi Nussiam vel Bunnam opida una cum nobilibus viris Iohanne de Limpburg, Godefrido de Merenberg, Lodowico vicedomino et Iohanne de Rimberg intrabimus ad iacendum, inde nullatenus recessuri, quousque omnes et singule[d] conventiones inter nos et dictum dominum archiepiscopum inite et conscripte fuerint ipsi archiepiscopo et ecclesie sue per nos fideliter adimplende, nec ipsum archiepiscopum super induciis longioribus inquietabimus de cetero nec ipsas requiremus, nisi hoc de sua fuerit voluntate. Salvis eidem archiepiscopo, suis successoribus, ecclesie Coloniensi litteris prioribus et instrumentis super conditionibus inter nos et dominum archiepiscopum habitis et conscriptis[2]. Nolentes per has posteriores litteras et promissum prioribus litteris nostris ipsi archiepiscopo et suis successoribus ac ecclesie Coloniensi aliquod preiudicium generari. Nec idem archiepiscopus a prioribus litteris nostris per has litteras posteriores recedere[e] intendit, prout in nostra presentia est sollempniter confessatus. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum comitatus nostri Nassauwe[f] apponi fecimus huic scripto.

Acta sunt hec in Bopardia, presentibus Walramo[g] comite Iuliacensi, W. decano et archidiacono Coloniensi, Reynardo Bunnensi, Wernero Sancti Gereonis, Philippo Sancti Georgii ecclesiarum prepositis, Walramo de Bergheym, Artrado de Merenberg, Salentino de Ysenburg, Mathia pincerna de Are et aliis fidedignis.

Datum Bobardie, IIII. Kal. Iunii, anno Domini MCC nonagesimo secundo, regni vero[h] nostri anno primo[i].

---

480. PROMISSIO REGI BOHEMIAE DATA.

1292. Iun. 30.

Damus ex autographo in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 120 asservato, cuius sigillum deest. Quod iam adhibuit W. Preger 'Albrecht von Oesterreich und Adolf von Nassau' (1865) p. 32 (= ed. II (1869) p. 50). *(P. deest.)*

479. a) *deest c.* b) regali *c.* c) *sic forsan coniiciendum; deest c.* d) singuli *c.* e) non *add. c.* f) in Assauwe *c.* g) Walroma *c.* h) *supra lineam c.* i) prima *c.*

1) *Cf. Prov. 17, 17.* 2) *Supra nr. 474.*

(1) Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod super ducatu Austrie, Styrie et Karinthie et pertinenciis eorundem inter illustres principes nostros Wentzelaum regem Bohemorum, marchionem Moravie, ducem Cracovie et Sandomerie[a] ac Albertum Austrie et Mein- 1293. Ian. 6. hardum Karinthie duces infra hinc et festum Epiphanie proximum exnunc viam compositionis amicabilis attemptabimus bona fide. Quam si forte nequiverimus invenire infra terminum prelibatum, extunc infra anni spacium prefato . . regi Bohemorum super hiis de prefatis ducibus iusticiam faciemus, receptis probacionibus regis Bohemorum, secundum quod instrumentis, testibus ac aliis documentis legittimis nos poterit edocere et in hiis sibi erimus iudex favorabilis et benignus. (2) Medio autem tempore cum ducibus Austrie et Karinthie prenotatis nullis nos uniemus nexibus parentele vel alias contrahemus amiciciam specialem, nisi de dicti regis Bohemorum fuerit beneplacito et consensu. (3) De duce etiam Saxonie, Alberto videlicet, sibi iusticiam faciemus super quacumque questione, quam contra ipsum intentare voluerit, infra annum, postquam requisiti fuerimus ab eodem. (4) Preterea marchiam Misnensem non conferemus alicui in feodum, nisi prius rege Bohemorum vocato et ad probandum de iure suo admisso. Nos ad id presentibus litteris obligantes. Que etiam omnia Henrici lantgravii Hassie illustris, nobilis viri Iohannis de Limpurg sororii nostri, Ludwici vicedomini Rincogie[b] et Theodrici burcgravii in Starkemberg iuramento corporali nostro nomine sunt firmata.

Dat. Aquisgrani, II. Kalen. Iulii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

481—485. PRIVILEGIA ET MANDATA ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO CONCESSA.

1292. Iul. 1.—28.

481. *PRIVILEGIUM GENERALE. Iul. 1.*

Supersunt duo autographa in tabulario generali regni Bawarici 'Mainz Erzstift II. Nachtrag' fasc. 2, quorum unum 1) *contulimus nos ipsi. Sigillum laesum tela consutum pendet loro membranaceo. In verso leguntur:* Omnes articuli promissi domino meo per regem *manu coaeva scripta, itemque* Ad privilegia imperialia .J. hĩta collacōn. *Alterum* 2) *valde corrosum, cuius sigillum deest, adhibuimus secundum editionem a Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1, 525 nr. 725 paratam. — Böhmer, Reg. Ad. 10. (P. deest.)*

1. Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus recognoscimus et promittimus nos ad hoc sine excepcione qualibet obligando, quod venerabili Gerhardo, successoribus suis et ecclesie Maguntine super pena sex milium marcarum argenti puri, in quibus cives Maguntini condempnati fuerunt bone memorie Heinrico[a] archiepiscopo et ecclesie Maguntine per felicis recordacionis dominum Rudolfum regem Romanorum illustrem predecessorem nostrum, prout in instrumentis super hoc confectis plenius continetur[1], exhibebimus iusticie complementum. Alioquin ipsis contra prefatos cives bona fide regali potencia, auxilio et consilio assistemus.

480. a) Sandomẽ *or.* b) ie *ex* ij *or.*

481. a) Henrico 2.

1) *Quae servata non sunt. Cf. Reg. imp. VI, 2153 b.*

2. Item Vlricum de Hanowe[b] nunquam in militem, consiliarium vel familiarem recipiemus nec aliquem sibi impendemus favorem, immo assistemus prefato domino . . archiepiscopo et ecclesie Maguntine contra ipsum, quociens se erexerit contra eos, nisi de ipsius . . archiepiscopi fuerit voluntate; id ipsum facturi contra magistrum Heinricum de Clingemberg[c], nisi contrarium voluerit archiepiscopus supradictus[1].

3. Item sex villas vel loca ecclesie Maguntine libertati donabimus ad instar oppidorum[d] imperialium, de quibus ab ipso . . archiepiscopo Maguntino fuerimus requisiti.

4. Item ipsi[e] archiepiscopo et ecclesie sue renovabimus et confirmabimus omnia privilegia et gracias eorum a predecessoribus nostris sibi concessas.

5. Item Sifridum[f] de Eppenstein consangwineum nostrum faciemus castrensem in Frideberg, concessis sibi in feodum castrense mansis duodecim in marchia[g] que vocatur Oestader mark.

6. Item castrum Ballenhusen obligatum ipsi[e] archiepiscopo et sue ecclesie Maguntine per nobilem virum Gerlacum de Bruberg non repetemus ab ipsis, nisi mille marcis argenti puri primitus sibi datis.

7. Item ipsum[e] archiepiscopum et ecclesiam suam contra duces Brunswicenses et alios iniuriatores suos regali potencia iuvabimus bona fide.

8. Preterea advocaciam in Loynstein cum pertinenciis suis dimittemus prefato Gerhardo archiepiscopo habendam ad tempora[h] vite sue.

9. Item ut theloneum illud Bopardiense, quod vridezol[i] vulgariter appellatur, in quo iam nunc instituimus Gerhardum archiepiscopum supradictum, remaneat apud ipsum[e] archiepiscopum[e], successores suos et ecclesiam suam[k] perpetuo, et quod idem theloneum in Loynstein transferatur et colligatur ibidem, totum posse nostrum et diligenciam quam poterimus apponemus apud principes imperii et alias, modis quibus poterimus ad hoc nostrum studium applicando.

10. Item omnia debita, que idem[l] archiepiscopus Maguntinus in Romana tenetur curia necnon ea que racione eorumdem debitorum tenetur in istis partibus, integraliter persolvemus. Promittentes resarcire, reficere et restituere dicto[e] archiepiscopo et sue ecclesie omnia et singula dampna, expensas et interesse litis et extra, que, quas et quod sustinuerint et invenerint[m] racione huiusmodi debitorum.

11. Insuper expensas, quas idem[n] archiepiscopus fecit racione electionis nostre apud Frankenfurt ante ipsam eleccionem, in ipsa vel post ipsam, cum dampnis et interesse, que racione earumdem expensarum provenerint, nichilominus persolvemus.

12. Item oppida Mvlhusen et Northusen committemus eidem[o] archiepiscopo cum pertinenciis eorumdem tanquam officiato nostro et imperii gubernanda, curaturi et effecturi, quod[e] officiati[e], castrenses et cives eorumdem oppidorum ipsi[o] archiepiscopo nostro[p] nomine et imperii fidelitatis facient iuramentum sibique intendent fideliter per omnia tanquam nobis[2].

Et quia premissa omnia sacramento interposito promisimus inviolabiliter observare, nos in eorum[q] testimonium et evidenciam pleniorem presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo fecimus roborari.

Dat. Aquisgrani, Kal. Iulii, ind. quinta, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

481. b) Haynowe 2. c) Klingemberg 2. d) regalium seu *add.* 2. e) . . *add.* 2. f) Syfridum 2. g) marchya 2. h) tempus 2. i) fridezol 2. k) Maguntinam 2. l) . . Gerhardus *add.* 2. m) venerint 1. n) Gerhardus *add.* 2. o) Gerhardo *add.* 2. p) *deest* 2. q) eorum *deest* 2.

1) *Cf. Böhmer, Reg. Ad.* 20. 2) *V. infra nr.* 482.

482. *MANDATUM CIVITATI MULHUSENSI MISSUM.* *Iul. 1.*

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii Mulhusensis paravit Herquet 'Urkundenbuch der Reichsstadt Mühlhausen' p. 164 nr. 391. Sigillum valde laesum est. (P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto, magistris consulum et consulibus necnon civibus universis de Mulhusen fidelibus imperii dilectis graciam suam et omne bonum.

Quia nos fidei puritatem et devocionis prestanciam, quibus erga nos et sacrum imperium choruscat venerabilis Gerhardi archiepiscopi Maguntini principis, consanguinei et secretarii nostri karissimi, illibata constancia, realibus cognovimus argumentis, eidem archiepiscopo non solum pacem communem illarum parcium prosequendam ac fovendam[1], sed et specialiter gubernacionem vestram et opidi nostri predicti in Mulhusen fiducialiter providimus tamquam officiato nostro et imperii[2] committendum. Universitatem vestram rogantes dantesque vobis auctoritate regia in mandatis, quatinus eidem principi nostro prestantes nomine nostro et imperii fidelitatis et homagii sacramentum sibi tanquam officiato nostro et imperii intendatis humiliter, obediatis devote et pareatis reverenter in omnibus tanquam nobis. Nos enim sentencias, si quas protulerit in rebelles, ratas et firmas habebimus et eque validas fore volumus, ac si de ore nostro regio proferrentur[3].

Dat. Bunne, V. Idus Iulii, regni nostri anno primo.

483. *PRIVILEGIUM SUPER OFFICIO ARCHICANCELLARIAE.* *Iul. 5.*

Supersunt duo autographa: 1) *tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Erzstift Nachtrag II' fasc. 2; pendet sigilli media pars loro membranaceo; in verso leguntur manu coaeva:* Super officio archicancellarie, *itemque* Ad privilegia imperialia .J. duplicat̄; *nos ipsi contulimus;* 2) *tabularii Wirzburgensis 'Mainz Weltl. Sch.' L 3, nr.* $12\frac{1}{2}$, *cuius copiam benivolenter v. cl. Göbl tabulario praefectus nobiscum communicavit. — Böhmer, Reg. Ad. 14. (P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Digna recolentes animadversione[a], quanta efficacia et fidei puritate nobis astiterit venerabilis Gerhardus[b] archiepiscopus Maguntinus princeps et consanguineus noster karissimus, nos ad regale promovendo fastigium et promotos in ipso firmando, ut ipsum et contemplacione sui ecclesiam suam non solum in eorum libertatibus, iuribus et honoribus foveamus, sed et alias quibus possumus preveniamus[c] gracia et favore, dignum censemus et conveniens arbitramur. Recognoscentes itaque[d] prefatum consanguineum nostrum et quemlibet archiepiscopum Maguntinum, qui pro tempore fuerit, esse et fore debere sacri imperii per Germaniam archicancellarium, promittimus bona fide, nos presentibus litteris obligando, quod dictum Gerhardum[b] necnon successores suos archiepiscopos Maguntinos in iuribus, honoribus et libertatibus, que, quos et quas racione officii sui archicancellarie debent habere, sive sint in nostra constituti curia sive extra, manutenebimus, defendemus et tuebimur bona fide, ipsos archiepiscopos in huiusmodi iuribus, honoribus et libertatibus favorabiliter confovendo. Dantes eis has nostras litteras in testimonium super eo, quas typario[e] sigilli maiestatis nostre fecimus communiri.

Dat. Bunne, anno Domini[f] MCC nonogesimo secundo, III. Non. Iulii, indiccione quinta, regni nostri anno primo.

483. a) animatversione 2. b) Gerard. 2. c) preveniemus 1. d) ita qd 1. e) stypario 1. 2. f) *deest* 2.

1) *Cf. infra nr. 484.* 2) *Cf. supra nr. 481 c. 12.* 3) *Cf. infra nr. 484 finem contextus.*

484. *MANDATUM PARTIBUS THURINGIAE DIRECTUM. Iul. 15.*

Damus ex duobus autographis 1) *et* 2), *quae in eodem tabulario 'Kaiserselekt Nachtrag' 124 asservantur. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. In verso autographi* 1 *leguntur manu coaeva* Omnibus principibus et nobilibus terre Thur. super pace communi et quod obediant dn̄o meo tanquam vicario imperii et capitaneo pacis illarum parcium. *Eadem manu similia scripta sunt in* 2. *Autographon* 1, *ut videtur, iam edidit Preger loco supra ad nr. 480 citato p. 33 (= ed. II p. 51). Quae cum constitutione regis Rudolfi 1287. Mart. 29. datam supra nr. 398 concordant, ea typis minoribus excudenda esse censuimus.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus et prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, vasallis, civitatibus*, opidis* ceterisque imperii fidelibus per Thuringiam constitutis graciam suam et omne bonum.

Cum nos venerabilem Gerhardum archiepiscopum Maguntinum archicancellarium, consanguineum et principem nostrum karissimum[a], virum utique sermone potentem et opere virtuosum, in partibus vestris constituerimus et constituamus nostrum et imperii vicarium et presentibus fiducialiter deputemus, ut ipsius studio studioso ibidem vigeat tranquille beatitudo quietis et solite pacis gracia nutriatur, nos de ipsius principis nostri circumspeccione per experienciam comprobata necnon de consilii sui maturitate laudabili et de creditis sibi dono celesti virtutibus indubitatam fiduciam obtinentes[b], amministracionem liberam et iurisdiccionem plenariam necnon merum et mixtum imperium in partibus eisdem nostro et imperii nomine exercenda cum plenitudine potestatis sibi totaliter committimus et concedimus per presentes. Dantes sibi nichilominus auctoritatem plenariam et speciale mandatum, se de castris, civitatibus*, bonis, rebus, possessionibus, iuribus et honoribus imperii ac de bonis tam christianorum quam Iudeorum intromittendi, requirendi, colligendi, ordinandi, disponendi et specialiter pacem per dive memorie dominum Rudolfum[c] regem Romanorum nostrum predecessorem in partibus Thuringie ordinatam fovendi, prosequendi et exequendi secundum omnem tenorem in confectis super hoc litteris[1] conprehensum et omnia alia faciendi in partibus predictis per se vel per alium aut alios, que nobis et imperio viderit oportuna. Ratum habituri et gratum, quicquid per eundem principem nostrum factum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Quapropter universos et singulos vos rogamus, dantes vobis nichilominus districcius in mandatis, quatinus memorato principi nostro in omnibus et singulis supradictis tanquam nostro et imperii vicario et pacis capitaneo, in quem plenarie vices nostras transfundimus cuique municiones et bona imperii parcium Thuringie per omnem eundem modum commisimus, sicut nobili viro Gerlaco de Bruberg fideli nostro per felicis memorie dominum Rudolfum[c] Romanorum regem predecessorem nostrum commissa fuerunt[2], et substituto ab ipso pro nostra reverencia speciali favorabiliter aspirantes adeo sibi humiliter et devote assistere, obedire, parere et intendere studeatis, quod proinde in conspectu regio prompta vestra devocio commendetur. Et in prosecucione pacis predicte, quam sibi specialiter committimus, grate sibi et substituto ab ipso vestre promocionis et cooperacionis prestantes auxilium, sentencias et penas, quas in rebelles et turbatores pacis et libertatis ecclesiastice offensores protulerit, eque validas habeatis*, ac si ab ore regio proferrentur.

Dat. Bunne, Idus Iulii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, indiccione quinta, regni nostri anno primo.

484. a) km̄ 1. 2. b) optinentes 2. c) R. 2.

1) *Supra nr. 399.* 2) *Scriptum huius commissionis servatum non est. Cf. Reg. imp. VI, 2387.*

485. *PRIVILEGIUM REGIS ALTERUM.* *Iul. 28.*

Descripsimus autographon in eodem tabulario 'Kaiserselekt Nachtrag' 125 1/3 asservatum, quod olim erat tabularii capituli maioris Moguntini. Pendet sigillum fere illaesum. In verso manu coaeva scripta sunt haec: de Iudeis Magunt. de Seligenstad opido. de comitatu Bachgowe. de libertate suffraganeorum prelatorum et cleri. de citacione principum. — *Böhmer, Reg. Ad. 19.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne bonum.

(1) Expedit, ut res geste, ne propter labilem hominum memoriam in oblivionis labantur caliginem, scripturarum testimonio roborentur. Ad universitatis igitur vestre noticiam presentibus cupimus pervenire, quod promisimus et promittimus, nos in hiis scriptis venerabili Gerhardo archiepiscopo, principi et consanguineo et archicancellario nostro karissimo, successoribus suis archiepiscopis et ecclesie Maguntine sine excepcione qualibet obligando, nos effecturos et curaturos efficaciter, quod iidem Gerhardus archiepiscopus, successores sui et ecclesia Maguntina Iudeos civitatis Maguntine, quos a nobis et imperio dinoscuntur habere in feudum, libere rehabeant eorumque iuri revocent et retrahant potestati, ita quod cessante impedimento quolibet . . archiepiscopo Maguntino qui pro tempore fuerit et ecclesie sue consueta impendant servicia in precariis et exaccionibus ac modis aliis ad instar aliorum Iudeorum, qui in eorundem . . archiepiscopi et ecclesie Maguntine opidis seu villis morantur, quos similiter confitemur ipsum . . archiepiscopum Maguntinum et ecclesiam suam a nobis et imperio feodali titulo obtinere. Si vero quod absit de prefatis Iudeis Maguntinis id, sicut predicitur, efficere non possemus, ipsis . . archiepiscopo et ecclesie sue contra cives Maguntinos bona fide consilio et auxilio regali potencia assistemus. (2) Preterea super opido Seligenstad et comitatu qui vocatur Bachgowe spectantibus ad ecclesiam Maguntinam, quibus vacante ecclesia ipsa ipsi . . archiepiscopus et ecclesia sua per dive recordacionis quondam dominum Rudolfum regem Romanorum predecessorem fuerunt aliquamdiu per violenciam spoliati[1], eosdem . . archiepiscopum, successores suos et ecclesiam Maguntinam de facto vel de iure verbo vel opere publice vel occulte per nos vel per alium aut alios non impetemus aut inquietabimus quoquo modo. Quin pocius ipsos manutenebimus et defendemus super ipsis opido et comitatu habendis et possidendis pacifice et quiete cum iuribus et pertinenciis eorundem. (3) Insuper de causis ad forum ecclesiasticum spectantibus de consuetudine vel de iure nos non intromittemus nec aliquos seculares iudices se intromittere permittemus de illis 'ac resistemus regali potencia volentibus iurisdiccionem ecclesiasticam impedire. (4) Item . . archiepiscopum et ecclesiam Maguntinam, suffraganeos eius, prelatos et clerum tam suum quam subditorum suorum conservabimus et fovebimus in libertatibus et iuribus eorundem nec eis municiones et possessiones aut alia bona eorum, quas et que habuerunt et possederunt. pacifice et quiete, auferemus eisdem nisi iusticia mediante. (5) Preterea nullum principem citabimus ad nostram presenciam, nisi terminus vel termini citacionis decem et octo septimanarum spacium contineant, prout consuetudo tenuit ab antiquo. Et quia premissa omnia corporali iuramento interposito promisimus inviolabiliter observare, nos in eius testimonium et evidenciam omnium premissorum presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum Bunne, V. Kalen. Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, indiccione quinta, regni nostri anno primo.

---

1) *Cf. Reg. imp. VI, 1850 et recognitionem 1292. Iul. 28 datam (Reg. Ad. 21; Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 370 nr. 490). V. etiam ea quae notavimus 'Neues Archiv'* XXIII, *527 sq.*

486. PROMISSIONES ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI FACTAE.

1292. Iul. 7.

Denuo contulimus autographon negligenter scriptum tabularii Confluentini. Sigillum deest. In verso leguntur: Diverse gratie domini Adulfi regis *etc. Cf. Böhmer, Reg. Ad. 4. 5. 17. 18. 52. — Böhmer, Reg. Ad. 402 (Addit. II). (P. deest.)*

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus[a] venerabili . . archiepiscopo Treverensi principi suo dilecto gratiam et omne bonum.

1. Tibi et tuis successoribus promittimus fide nostra in manus tuas corporaliter prestita, quod super bonis, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus quibuscunque, que hactenus tu et tui predecessores a triginta annis citra tenuistis et possedistis et in quorum possessione seu quasi esse dinosceris, coram nobis te vel tuos successores aut officiatos in ius trahi non permittemus nec quemcunque volentem super hiis experiri contra te vel tuos successores aliquatenus audiemus. Sed litteras super hoc a felicis recordationis quondam[a] R. predecessore nostro concessas[1] tuis predecessoribus approbamus, ratas habemus atque gratas easque presentibus confirmamus, promittentes omnia in eis contenta inviolabiliter observare. Et si aliquis vel aliqui vellent te aut tuos successores super huiusmodi bonis impetere vel molestare, promittimus per fidem supradictam et ad id nos presentibus obligamus, quod per potentiam regie maiestatis vobis consilio et auxilio oportunis contra molestatores tales assistemus, vos manutenebimus et ab inferendis violentiis defendemus.

2. Item promittimus per fidem supradictam et ad id nos presentibus obligamus, quod castrum nostrum Kocheme Treverensis diocesis cum suis attinentiis infra annum a die electionis de nobis celebrate de manibus illorum, qui nunc ipsum detinent de iure vel de facto, omni dolo et fraude exclusis redimemus et recuperabimus et sic idem castrum tenebimus et teneri per nostrum officiatum faciemus, quod exinde nulle iniurie vel gravamina tibi, successoribus tuis vel subiectis inferantur. Promittentes quod ibidem non permittemus a te, tuis successoribus aut subiectis recipi aut exigi tholonium grave vel immoderatum.

3. Item si qui vasalli tui vel fideles ecclesie tue infra terminum a iure statutum neglexerunt aut neglexerint contumaciter a te vel tuis successoribus investituram feudorum suorum, que tenent ab ecclesia Treverensi, sicut consuetum est, recipere et propter hoc de iure perdiderint aut perdiderunt[b] ipsa feuda, super hiis tibi et tuis successoribus exhibebimus iustitie conplementum et ad recuperationem talium bonorum, si necesse fuerit et requisiti fuerimus, vobis promittimus regali potentia assistere et te et tuos successores ipsis recuperatis in eorum possessione pacifica defendere et tueri[2].

4. Item promittimus pro nobis et nostris consanguineis, quod advocatiam opidi Confluentini a te vel tuis successoribus, quam diu vixerimus, nullatenus redimemus.

5. Item promittimus omnes excommunicatos et excommunicandos tua et tuorum subditorum[c] auctoritate ultra annum et diem in excommunicatione permanentes extunc ad tuam et tuorum subditorum requisitionem subicere sententialiter banno regali, quod vulgariter dicitur 'don in de hatte[d]', et in tali banno eos tenere, quousque redierint ad ecclesie unitatem.

486. a) . . *add. or.* b) *sic or.* c) *corr. ex* sudbitor̄. d) *sic or. perperam pro* ahtte.

1) *Quae servatae non sunt.* 2) *Cf. sententiam Rudolfi regis 1276. Mart. 29. datam supra nr. 109.*

6. Item promittimus per fidem supradictam omnes ecclesias et monasteria, clericos et religiosos tue civitatis et diocesis cuiuscunque ordinis aut status existant a quibuscunque molestatoribus specialiter ad tuam seu ipsorum alicuius requisitionem defendere et tueri.

7. Item omnia privilegia, indulgentias, sententias et litteras concessas tibi et ecclesie tue a nostris quondam predecessoribus cuiuscunque tenoris existant presentibus approbamus, ratas habemus et gratas easque presentis scripti patrocinio confirmamus.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum apud Bonne, Nonis Iulii, regni nostri anno primo.

---

487. CONFIRMATIO SENTENTIAE CONTRA CIVES VALENCENENSES PROLATAE.

1292. Aug. 7.

Adhibuimus autographon tabularii Insulani sign. 3255, cuius sigillum deest, loro membranaceo relicto. In verso scriptum est: Copia sub sigillo reḡ Adolfi anullationis lr̄e Valen̄c. *Cf. Winkelmann 'Acta imperii inedita II, 146 sq. nr. 199. 200 (Böhmer, Reg. Ad. 11 et 13; itemque 12 et 34). — Böhmer, Reg. Ad. 23. (P. deest.)*

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Noveritis nos litteras bone memorie serenissimi domini quondam predecessoris nostri domini Rudolphi Romanorum regis incliti suo sigillo[a] sigillatas non abolitas, non cancellatas nec in aliquo sui viciatas vidisse in hec verba:

'Rudolphus Dei gracia — octavo decimo'. *supra nr. 466*[1].

In cuius rei testimonium nos Adolphus rex Romanorum predictus presens scriptum sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

Datum apud Bonne, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, VII. Id. Augusti, regni vero nostri anno primo.

488—491. CONFIRMATIO PACIS GENERALIS.

1292. Oct. 2.—1293. Mart. 20.

488. *SCRIPTUM CONFIRMATIONIS PACIS GENERALIS. 1292. Oct. 20.*

Autographon, quod solum superest in tabulario civitatis Coloniensis nr. 569, denuo contulit vir d. Hermannus Keussen. Editum est 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' III, 339 nr. 374. Pacem Rudolfinam a. 1287. supra nr. 390 repetitam esse iuxta exemplar Coloniense (in editione nostra 4*), varia lectione plane evincitur.*

Aliud autographon, quod Lehmannus in Chronico Spirensi l. V c. 119 (= Senckenberg 'Neue Sammlung' I, 38) adhibuisse videtur, in tabulario Spirensis civitatis hodie non reperitur.

487. a) *bis scriptum or.*

1) *Textus autographi* 3 *repetitur.*

Contulimus etiam V apographon sacc. XIII—XIV., quod una cum statutis civitatis Villingen exstat in libello 10 foliorum tabularii caesarci Vindobonensis, ubi constitutio Pacis fol. 2—7, 1' exarata est. Eundem codicem olim in usus suos vertebat Pertz. Denuo collatus benivoleque nobiscum communicatus est a viro clarissimo eiusdem tabularii praefecto. — Böhmer, Reg. Ad. 45. (P. 459.)

Wir Adolp von Gotz genaden Rômescher kůninc und eyn merer des riches důn kunt allen den, die desen breif sehent und[a] hůrent lesen, daz die satzunge des lantvrides, de kůninc Růdolf unser vůrevare mit gunst und mit rade der erberen herren des . . cardinals des legaten und fursten beide geistlicher und wereltlicher gesatzet hadde zů Wirtzburch in dem geboden hove, uns geoyget und gelesen wart ze Kolne uf dem sale van worden ze worden, als hena gescriben stait:

'Dise satzunge des lantvrides — veirzeyndeme jare unses riches'. *supra nr. 390.*

Und want wir kůninc Adolf diese satzunge des laintfriden van woirde ze woirde, als hie vůr gescreiben is, van rade und mit gunste der fursten, greven, vrien, der stede und anderen der riches getruwen ernuweit hain und hie gesvoren is, anderwarf ze haldene van sůnte Remegis dage die da wais, do man zalte von Goitz gebůrden dusent zvei- Oct. 1. hundert zvei und nůnzich jar, zeyn jar ze haldene, die darna kůment ain mittel, des hain wir ze[b] ainme ůrkunde disen breif heisen besigelen mit unsme kůninclicheme ingesigele.

Dit wairt gegeven ze Kolne, an dem anderen dage na sunte Remegis dage van Goitz gebůrde, als it[c] vůr gescrieven is, in dem eirstem jare unses riches.

489. *DECLARATIO DE PACE CIVIBUS COLONIENSIBUS TENENDA.* *1292. Oct. 11.*

Autographon tabularii civitatis Coloniensis nr. 576 nos ipsi contulimus. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Ex eodem proflua est editio 'Quellen' III, 342 nr. 378. Quae concordant cum privilegio regis Rudolfi a. 1274. Mart. 1 dato (Reg. imp. VI, 118), quod supra practermissum in supplementis editionis nostrae proponemus, ea typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Ad. 50. (P. deest.)

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Incumbit ex debito celsitudini regie maiestatis, ut subditis suis, quos importuna adversariorum pulsat iniuria, pacem instituat et quiescere faciat in tranquillitate subiectos. Eapropter tenore presencium declaramus, quod dilectis nobis civibus Coloniensibus nostris et imperii Romani fidelibus, qui pacem generalem servare iuraverunt et quibuslibet ipsis questionem movere volentibus paratos se offerunt stare iuri coram nobis, pacem indicimus eamque servari regia auctoritate precipimus inviolabiliter circa ipsos, volentes ut tam ipsorum civium adversarii quam omnes alii in Romani imperii finibus constituti deinceps cessent a violenciis et iusticie limitibus sint contenti.

Datum Colonie, quinto Idus Octobris, indictione sexta, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

490. *MANDATUM DUCI BRABANTIAE MISSUM. 1292. Oct. 11.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 574 contulit vir d. Hermannus Keussen. Pendet sigillum valde laesum loro membranaceo. Ediderunt 'Quellen' III, 343 nr. 379 et Böhmer 'Acta imperii selecta' 371 nr. 492. Cf. infra nr. 494. — Böhmer, Reg. Ad. 49. (P. deest.)

488. a) oder *V.* b) *deest or.* c) *deest V.*

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus illustri Iohanni Brabancie, Lothoringie et Lymburgensi duci principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Expedit reipublice nosciturque cunctis hominibus salutare, talia loca suis municionibus penitus annullari, per quas multiplex flagicium, varia dampnorum genera et ad multorum dispendia, utpote prede, spolia multiphariam committuntur et in quibus facinorosis hominibus dabatur materia malignandi. Ad hoc habito respectu, tibi ac aliis imperii fidelibus cupimus esse notum, quod nos qui tenemur ex officii debito maliciis hominum obviare, perpetua prohibicione ex certa sciencia dampnamus, ne in evum Heinricus miles dictus de Vorste vel aliquis eius heres vel quicumque alius cuiuscumque condicionis fuerit sive status aliquod castrum, municionem seu fortalicium vel aliquid aliud quo locum aliquo modo fortificet presumat in loco qui dicitur Vorste edificare vel construere in futurum. Quare sinceritati tue committimus et mandamus precise volentes, quatinus si quisquam fuerit, qui ausu temerario nostre prohibicioni contrarius attemptaverit in dicto loco Vorste aliquod castrum vel municionem, ut predictum est, construere vel erigere, invocato auxilio fidelium imperii, talem vel tales edificantem vel edificantes prohibeas atrociter, opus diruas, ut nulle reliquie operis maneant super terram. Transgressores autem huius nostre prohibicionis pena centum librarum auri mulctamus, quarum mediam partem volumus cedere nostro fisco, aliam partem tibi pro expensis execucionis commodius faciende. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Colonie, quinto Idus Octobris, indictione sexta, anno Domini MCC nonogesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

491. *ARBITRIUM PACIS. 1293. Mart. 20.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 584 contulit idem vir doctissimus. Sigillum deest. Editio in 'Actis imperii selectis' 373 nr. 497 parata nititur copiario a. 1326. eiusdem tabularii. Cf. 'Mittheilungen aus dem Stadtarchiv von Köln' IV, 30. — Böhmer, Reg. Ad. 110. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod in causa discordie, que inter prudentes . . viros consules et cives Colonienses et eorum coadiutores ex una et strennuum virum Heinricum dictum von dem Vorste ac suos coadiutores ex parte altera vertebatur, in qua hinc inde a partibus in nos extitit concorditer compromissum, communicato discretorum consilio diffinivimus, sententiavimus et sententiamus presentis scripti patrocinio arbitrando, quod iniuriarum et dampnorum sit recompensatio hinc et inde, et sūna seu pax perpetua esse debeat inter eosdem, omnibus actionibus criminalibus et civilibus sopitis penitus et extinctis. Presencium testimonio litterarum.

Datum apud Erbach, XIII. Kal. Aprilis, indict. VI, anno Domini MCCLXXXXIII, regni vero nostri anno primo.

---

492. INNOVATIO PRIVILEGII IN FAVOREM PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM.

1292. Nov. 9.

Autographon servatum non est. Apographon saec. XIV. ex., quod exstat in tabulario regio Wirzburgensi 'Mainzer Bücher verschiedenen Inhalts' 20 fol. 103—105, nobiscum benivolenter communicavit vir cl. Göbl eidem tabulario praefectus. Textus nititur innovatione Rudolfina supra nr. 82. Cf. etiam adnotationes iam supra factas. — Böhmer, Reg. Ad. 62. (P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus tam presentibus quam futuris graciam suam et omne bonum.

Noverint universi, nos litteras clare memorie domini Friderici secundi Romanorum imperatoris vidisse sub bulla aurea in hec verba:

'In nomine sancte — indictione prescriptis'. *supra tom. II, 87, not. 2.*

Nos igitur devotis venerabilis Gerhardi archiepiscopi Maguntini principis, consagwinii et archicancellarii nostri karissimi precibus inclinati ad imitacionem divorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum illustrium omnia et singula prenotata, excepto illo articulo de proscripcione contra excommunicatos, prout superius est expressum, quem maturiori consilio diffiniendum duximus reservandum, de benignitate regia et ex certa sciencia liberaliter innovamus, approbamus, confirmamus et huius scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis infringere vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui forte facere presumpserit, gravem nostre indignacionis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Wormacie, V. Idus Novembris, indictione sexta, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

---

493. MANDATUM DE IURAMENTO FIDELITATIS PRAESTANDO.

1292. Nov. 14.

Autographon, quod in tabulario civitatis Lubecensis 'Trese Caesarea' nr. 43 asservatur, denuo descripsit Fridericus Bruns. Sigillum parum laesum dorso impressum est. In verso leguntur Prudentibus viris magistris, consulibus ac civibus universis Lubicen., fidelibus nostris dilectis. — *Böhmer, Reg. Ad. 64.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistris, consulibus ac civibus universis Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

Ex quo post sublimacionis nostre exordium ad regie tronum celsitudinis neque litterarum neque nunciorum nos affamine visitastis, universitatem vestram rogamus, regia dantes vobis auctoritate nichilominus in mandatis, quatinus religioso viro commendatori fratrum ordinis Hospitalis sancti Iohannis Ierusalem domus Coloniensis, exhibitori presencium, quem propter hoc ad vos duximus transmittendum, vice et nomine nostro fidelitatis et homagii prestetis solitum iuramentum, duos vel tres de vestris concivibus suffultos pleno mandato ad nostram presenciam destinantes ad ea, que cum ipsis nomine vestro et ex parte vestra tractanda viderimus, per operam adimplenda. Quorum siquidem relacione instructi ad omnia, que vestros honores respiciunt et adaugent profectus, nostra molimina dirigemus.

Datum apud Landowe, XVIII. Kalen. Decembr., regni nostri anno primo.

494.
CONSTITUTIO ADVOCATI PROVINCIALIS IN PARTIBUS BRABANTIAE.

1292. Nov. 18.

In forma integra hucusque ineditam proponimus ex cartulario Brabantino B fol. 3 tabularii regii Bruxellensis, ubi loco in linea dati haud indicato exarata est. Excerptum eiusdem cartularii publici iuris fecit Butkens 'Trophées de Brabant. Preuves' p. 128, quod omnes editiones repetierunt. Textum ex enuntiatis Constitutionis capitanei et rectoris per Misniam et Thuringiam a rege Rudolfo a. 1286. Sept. 21. datae supra nr. 387 (VU) *sumptum esse, notandum est. Quae cum illa concordant, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Ad. 68. (P. 459.)*

Adulphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, vassallis, civitatibus, castris, opidis, villis ceterisque sacri imperii fidelibus a partibus citra fluvium Moselle usque ad partes maris que zee vocatur et ex parte Reni altera versus Westfaliam constitutis, iuratis in pace communi, gratiam suam et omne bonum.

Inter tot et tantos negociorum ingruencium fluctus, quibus assidue materia cogitationis pectori nostro infunditur, speciali quadam meditatione perangimur et anxietate pervigili meditamur, qualiter terre predicte, quas nostre considerationis oculi respiciunt graciose, rediviva quiete* floreant[a] et* optate pacis pulcritudine conquiescant. Verum quia tunc utiliter regio regitur, cum discreti rectoris ducatu dirigitur et pervigili presidentis industria gubernatur, nos cupientes ex intimis, ut partes eedem[b], quarum omnimodam[c] tranquillitatem diligimus, directore gaudeant circumspecto, sub cuius studioso regimine preserventur a noxiis et* in statum pristinum[d] Deo propitio pax et concordia restaurentur, illustrem Iohannem Lotharingie, Brabantie et Lymbergen(sem) ducem, principem nostrum karissimum, quem experte circumspectionis et fidei merita nobis, reddunt amabilem et eximie virtutis prestancia efficit[e] clariorem[f], vobis et terris vestris prescriptis advocatum provincialem constituimus et rectorem necnon iudicem generalem in aquis et in *terris, quoad omnia, que* pacis observanciam respiciunt et advocati provincialis ad officium pertinere noscuntur, nostro nomine et imperii exercenda. Quocirca universitati vestre committimus et mandamus, quatinus eundem principem nostrum hilares et devoti suscipere eique ac substituto seu substitutis vel substituendo seu substituendis ab ipso in premissis reverenter parere et humiliter pronis affectibus obedire curetis sibique tanquam ymaginario nostre presencie de castris et munitionibus vestris consilio et auxilio intendatis, quociens et quando fueritis requisiti, ut in illis partibus per ipsius ministerium effectus pacis perveniat[g] et[h] devocionis vestre constanciam regalis serenitas digna proinde vicissitudine prosequatur.

Datum anno Domini millesimo CCXCII, XIIII. Kalen. Decembris, indict. VI, regni nostri anno primo.

---

494. a) refloreant *VU.* b) *corr. ex* eidem *c.* c) *sic VU;* omnium *c.* d) *corr. ex* prestinum *c.* e) effecit *c.* f) *sic VU;* cariorem *c.* g) eveniat *VU.* h) *in margine add. c.*

495. RECEPTIO CASTELLANI.

1292. Dec. 13.

Cum autographon vel eius copiam non nacti simus, repetamus oportet editionem, quam paravit iam olim Wenck 'Hessische Landesgeschichte. Urkundenbuch' II, 233 nr. 228. Cf. supra nr. 383—385. — Böhmer, Reg. Ad. 78. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum imperii Romani fidelium notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod nos puram fidem et obsequia indefessa, quibus nobilis vir Godefridus de Merenberg fidelis noster dilectus erga nos et imperium incessanter enituit et enitere poterit in futurum, favorabiliter attendentes, ipsum nobis et imperio in castellanum apud Kalsmunt duximus conquirendum et pro eo ducentas marcas denariorum Coloniensium sibi promittimus nos daturos. Et quia ad presens paratam pecuniam non habemus, pro eisdem ducentis marcis eidem Godefrido et suis heredibus redditus viginti marcarum denariorum Coloniensium percipiendos annis singulis de Iudeis Frankenvordensibus in festo nati- Dec. 25.
vitatis Domini rationabiliter duximus obligandos ab ipso Godefrido et dictis suis heredibus tenendos et possidendos, tam diu donec prefate ducente marce ipsis per nos aut nostros in imperio successores plenarie fuerint persolute. Solutione autem facta huiusmodi ipsi predictas ducentas marcas convertent in predia et eadem in castro Kalsmunt nomine castrensis feodi a nobis et imperio deservire perpetuo tenebuntur. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Hagenowe, Idibus Decembris, indictione sexta, anno Domini MCC nonagesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

---

496. MANDATUM DE IMMUNITATE CIVITATUM IMPERII.

1293. Ian. 11.

Dedit b. m. Jaffé ex tabularii pagi Turicensis autographo, cui sigillum appendet. Cuius exemplar iam adhibuit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 156 nr. 211. Textus nititur mandato regis Rudolfi a. 1274. Sept. 20. dato supra nr. 69. Quae concordant, typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. Ad. 87. (P. deest.)

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad instar et imitationem dive recordacionis Rudolfi Romanorum regis illustris predecessoris nostri volentes dilectos cives nostros Thuricenses ac omnes alias civitates nobis et imperio attinentes hac gracie prerogativa gaudere, ut nullus extra huiusmodi civitates super quacumque causa in iudicium evocetur, set si quis contra cives dictorum locorum aliquid habuerit actionis, coram iudice civitatis actione proposita recipiat quod est iustum, singulis ac universis nostris officialibus iudicibus et fidelibus damus in presentibus in mandatis, ne contra presentis decreti nostri tenorem cives predictos extra suam civitatem super quacumque causa audeant evocare, in civitatibus singulis de civibus singulis iusticiam recepturi.

Datum in Thurego, III. Idus Ianuarii, indictione sexta, anno domini MCCLXXXXIII, regni vero nostri anno primo.

497. SENTENTIA CONTRA PRAESCRIPTIONEM QUERELAE DE OPPRESSIONE.

1293. Apr. 15.

Denuo contulimus autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Jülich-Berg' 114. Sigillum iam deest. — Böhmer, Reg. Ad. 114. *(P. 460.)*

(1) Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod nobis sedentibus pro tribunali apud Gruensvelt, anno Domini MCCLXXXXIII, XVII. Kal. Maii, indiccione sexta, presentibus comitibus, baronibus, nobilibus multisque curie nostre proceribus, querebatur in figura iudicii coram nobis: si aliqua mulier ab aliquo vi oppressa manifesta oppressionis signa pretenderet cum lugubribus clamoribus, super hoc licet querulosa iudicium requireret, verumtamen non haberet[a] et lapsu temporis taceret, cum eciam iudicis haberet copiam, utrum eius taciturnitas et temporis lapsus sibi preiudicarent in tantum, ut de cetero ad[b] suam querelam de oppressione coram suo iudice non deberet admitti. Super hac autem proposita questione, licet quidam iudices et scabini de partibus inferioribus sentenciaverunt, si talis mulier vi oppressa post oppressionis tempora ad sex[c] septimanas, si iudicis haberet copiam, non fuerit suam iniuriam prosecuta, eam amplius ab accione sua penitus repellendam, verum a curie nostre proceribus extitit finaliter diffinitum et ab astantibus approbatum: quod mulier vi oppressa temporis lapsu viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta vel sexaginta annorum nullatenus impeditur, quin iniuriam sue oppressionis coram suo iudice valeat exercere. (2) Et in eadem sentencia coram nobis extitit adiectum, quod nulla constitucio municipalis vel civium ordinacio seu eorum diffinicio in casu superius preexpresso regali sentencie poterit aliquale preiudicium generare. Quam sentenciam nostrorum procerum utpote subnixam equitate testimonio presencium approbamus. Testes autem interfuerunt: nobiles comites Renaldus Gelrie, Eberhardus de Catzenellembogen, nobiles Iohannes de Limpurg, Gerlacus de Bruberg et plures alii nobiles et milites. Ad cuius rei firmitatem presencia nostro sigillo iussimus roborari.

Dat. loco, anno, die et indiccione prescriptis, regni vero nostri anno primo.

---

498. CONFIRMATIO SENTENTIAE DE PROSCRIPTIONE COMITIS FLANDRIAE.

1293. Mai. 29.

Denuo descripsimus autographon tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 100. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei coloris. Sententia regis Rudolfi a. 1282. Iun. 15. data supra nr. 308 repetitur iuxta formam autographi Insulensis 1. *Cf. Reg. Ad. 129.* *(P. deest.)*

497. a) *praecedit littera* v *extincta or.* b) *in rasura or.* c) *sequuntur* ta *extinctae or.*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam deducimus per presentes, quod nos litteras clare recordacionis serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis nostri predecessoris vidimus et legi fecimus, tenorem qui sequitur continentes:

'Rudolfus Dei gracia — anno nono'. *supra nr. 308.*

Nos autem Adolfus Romanorum rex predictus in testimonium premissorum nostre maiestatis sigillum presentibus duximus apponendum.

Dat. apud Bopardiam[a], IIII. Kal. Iunii, indictione sexta anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo te[r]cio, regni vero nostri anno secundo.

499—502. SENTENTIAE DE MAIORIA BISUNTINA.

1293. (Iun.) — Oct. 24.

Supersunt nr. 499. 501. 502 in solo Cartulario Hugonis de Cabilone, hodie in Musaeo Britannico 'Additional 17305' asservato. Ex quo iam publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXVII, 708. 712. 713. De codice v. pag. 706 not. 3. Denuo Londonii Cartularium diligentissime contulit socius noster W. Levison.

499. *RATIFICATIO COLLATIONIS MAIORIE. (Iun.)*

Ex Cartulario fol. 117. *(P. deest.)*

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presencia[a] visuris graciam suam et omne bonum.

Cum a nostra celsitudine iustum[b] petitur et honestum, gratulamur admittere que petuntur, maxime cum talium virorum exaudiri precamina nos delectet, de quibus[c] imperii gloria decoratur et felix suscipit incrementum. Ad hoc habito respectu noverint universi, quod prout a viris valentibus didicimus, nobilis vir Guillermus maior civitatis Bisuntine dedit [et] contulit voluntate spontanea in feodum nobili viro Humberto domino de Claravalle in Montana Bisuntine dyocesis maioriam Bisuntinam seu villicatum cum iuribus, pertinenciis, iurisdicionibus ac universis appendiciis ipsius maiorie, dictam maioriam non diminuens, sed pocius melioráns, ab ipso Guillermo tenendam, habendam, possidendam suo nomine titulo feodali. Ipse vero dictus Humbertus[d] ex libera voluntate dictam maioriam cum omnibus appendiciis, pertinenciis, iurisdicionibus ac iuribus universis dedit, contulit et tribuit nobili viro Iohanni de Cabilone domino de Allato habendam, tenendam, possidendam titulo feodali pro se et suis heredibus, ita quod dictus Humbertus[d] dictam maioriam tenebat in feodo a dicto Guillermo et dictus Iohannes de Cabilone tenebat[e] in feodo a dicto Humberto[d]. Predicti vero nobiles Guillermus et Humbertus[d] de Claravalle coram nostra celsitudine suam presenciam exibentes, nostre maiestati coram nostris proceribus humiliter supplicarunt, ut dictam donacionem dicte maiorie Bisuntine factam a nobili Guillermo in dictum Humbertum[d] et a dicto

498. a) Bopdiā *or.*

499. a) *sic c.* b) iuxtum *c.* c) cuius *c.* d) Homb. *hic c.* e) tenebit *hic c.*

Humberto[f] [in] spectabilem virum Iohannem de Cabilone confirmaremus, ratificaremus, approbaremus de clemencia nostre regie maiestatis. Nos eorum devotis precibus inclinati prescriptam donacionem, in quantum viris dictis Guillermo et Humberto[f] competit, dictam collacionem seu donacionem approbamus, ratificamus et auctoritate nostra et imperii confirmamus. In quorum testimonium hanc litteram conscribi et nostri sigilli munimine fecimus roborari.

Dat. Haggenberg, anno Domini MCCLXXXX tercio, indiccione sexta, regni vero nostri anno secundo.

500. *SENTENTIA PRIOR.* *Oct. 22.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' l. c. pag. 711 ex autographo tabularii Bisuntini 'Archives départementales du Doubs. Série B. 499' paratam. Quod iam adhibuit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 377 nr. 505. — Böhmer, Reg. Ad. 165.

(P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod anno Domini MCC nonagesimo tercio, XI. Kal. Novembris, indiccione septima, nobis sedentibus pro tribunali in castris ante Columbariam nobilis vir Iohannes de Cabilone dominus de Arlato obtinuit per sentenciam coram nobis, quod quia venerabilis . . archiepiscopus Bisuntinus ipsum Iohannem de Cabilone non miserat in possessionem maiorie Bisuntine ac domus eiusdem, cui archiepiscopo illud faciendum commisimus, debere mitti per spectabilem Ottonem comitem palatinum Burgundie dominum de Salinis in possessione[m][a] eiusdem maiorie Bisuntine et domus eiusdem et [missus][b] ab eodem manuteneri contra quoslibet et defendi. Qua sentencia sic lata predictus Otto comes Burgundie nostrum in se rec[i-p]iens mandatum, in presencia . . principum, . . comitum, . . nobilium ac . . baronum legaliter promis[it et][b] fideliter, quod sepedictum Iohannem de Cabilone infra octavas Omnium Sanctorum in possessionem maiorie Bisuntine et domus eiusdem mitteret, manuteneret et missum defenderet bona fide. Cui sentencie testes aderant: venerabiles archiepiscopi Maguntinus, Coloniensis, episcopi Spirensis, Basiliensis, illustris Fridericus dux Lothoringie, spectabiles comites de Virnemburch, de Catzenellembogen, de Veldencia, de Liningen et alii quamplures.

Dat. anno, die, ind. et loco predictis, regni vero nostri anno secundo.

501. *MANDATUM FIDELIBUS DIRECTUM.* *Oct. 22.*

Ex Cartulario fol. 179'. *(P. deest.)*

[Nos][a] Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, indictione septima, XI. Kalendas Novembris nobis sedentibus pro tribunali in castris ante Colombariam in figura iudicii per sententiam obtentum extitit coram nobis, quod spectabilis Otho comes palatinus Burgondie dominus Salinensis deberet mittere nobilem virum Iohannem de Cabilone dominum de Allato in possessionem maior[i]e Bisuntine et domus eiusdem, et nos auctoritate regia dicto comiti Burgondie dedimus in mandatis, ut dictum Iohannem de Cabilone in possessionem maiorie Bisuntine et domus eiusdem mitteret, missum manuteneret et defenderet[b] bona fide. Quare vobis universis et singulis sub obtentu gracie nostre damus firmiter in

499. f) Homb. *hic c.*

500. a) possessione *or.* b) *uncis inclusa evanuerunt or.*

501. a) *deest c.* b) deff. *semper c.*

mandatis, quatinus ad mittendum dictum Iohannem et defendendum in possessionem[c] predicte maiorie Bisuntine[d] et domus eiusdem sepedicto comiti Burgundie assistatis legaliter et fideliter consiliis et auxiliis operosis. Testes huius rei sunt: venerabiles archiepiscopi Maguntinus, Coloniensis, episcopi Basiliensis, Spirensis, illustris dux Lothoringie, spectabiles comites de Viernenburch, de Catzenellenbogen[e], de Veldencia, de Liningen et alii quamplures.

Datum loco, anno, indictione et die predictis, regni vero nostri anno secundo.

502. *SENTENTIA ALTERA.* *Oct. 24.*

Ex eodem Cartulario fol. 179'. *(P. deest.)*

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri [Romani] imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Noveritis quod nobis sedentibus pro tribunali anno Domini millesimo CC nonagesimo tercio, sabbato proximo ante festum apostolorum Symonis et Iude, per communem[a] et concordem sentenciam principum, comitum, baronum et nobilium nostro consistorio tunc assistencium nobilis vir Iohannes de Cabilone obtinuit, quod si spectabilis vir Otho de Burgondia, quem eidem dedimus inductorem et defensorem[b] super officio maiorie Bisuntine iuxta aliam sentenciam super hoc coram nobis obtentam[1], ipsum in idem officium inducere et defendere non posset in eodem, utpote quia idem officium est infra civitatis Bisuntine fortalicia constitutum, eumdem Iohannem dictus comes in bona et possessiones extra muros Bisuntinos constitutas[c] pertinentes nobili viro Hugoni de Burgondia fratri comitis de Burgondia, dicti Iohannis de Cabilone adversarii super officio maiorie predicte, pro modo et quantitate eiusdem reddituum maiorie deberet inducere et defendere inductum. Quam inductionem et defensionem si dictus comes nollet facere vel non posset, illud comes idem suis patentibus litteris nostre celsitudini significare deberet, vel si idem comes huiusmodi litteras super hoc tradere recusaret, dictus Iohannes de Cabilone de hoc coram nobis docere deberet legitimis documentis, et nos extunc eidem Iohanni alium deberemus dare inductorem et defensorem super Hugonis predicti bonis et possessionibus memoratis. Ad quem inductorem et defensorem sibi dandum in hoc casu presentibus nos offerimus iuxta sentenciam memoratam.

Datum anno Domini et die premissis, indiccione septima[d], regni nostri anno secundo.

503. HOMAGIUM COMITIS PALATINI BURGUNDIAE.

1293. Oct. 23.

Autographon tabularii Bisuntini 'Archives départementales du Doubs. Série B. 44' a. 1901. denuo descripsimus. Edidit iam olim Chevalier 'Mémoires historiques de Poligny' I, 379. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, ind. septima, sede Romana ut dicitur vacante, X. Kal. Novembr. per hoc presens publicum

501. c) *sic c.* d) Busunt. *c.* e) -bigem *c.*

502. a) dominum *male c.* b) deff. *semper c.* c) constitutis *c.* d) sexta *c.*

1) *Supra nr. 500.*

instrumentum cunctis appareat evidenter, quod in presencia reverendorum patrum in Christo ac dominorum Maguntinensis, Coloniensis archiepiscoporum, Spirensis, Basiliensis episcoporum et nobilium principum Iohannis ducis Lothoringie, comitis Lignensis et domini Iohannis domini Montis Falconis in Burgondia, domini Theobaldi domini Novi Castri et domini Iohannis de Cabilone domini de Allato, plurimorum aliorum fidedignorum et me[i] notarii infrascripti, illustris vir dominus Otho comes palatinus Burgondie et dominus Salinensis adcessit ad presenciam serenissimi principis domini Adolfi Dei gracia Romanorum regis semper augusti et proponi et protestari fecit per virum venerabilem et discretum dominum Ardicionem legum professorem, qui locutus et protestatus fuit nomine dicti domini comitis Burgondie in hu[n]c modum:

'Serenissime princeps, comes Burgondie qui presens est dicit et proponit ac etiam protestatur, quod ipse et predecessores sui comites Burgondie debent esse homines fideles sacri imperii et tenent ab imperio[a] aliqua in feodum, non tamen tenentur facere homagium regibus Romanorum, antequam pervenerint ad sacram coronam imperii. Unde cum vos nondum susceperitis sacram coronam imperii, vobis non tenetur facere homagium. Sed quia idem comes optat gratiam et bonitatem vestram et honorem vestrum augere toto posse suo, ipse vult ex gratia hac vice vobis facere homagium et fidelitatem sub hac conditione et protestatione, quod propter hoc non fiat ei nec successoribus suis preiudicium, quantum ad hoc quod ipse vel successores sui teneantur facere fidelitatem successoribus vestris regibus Romanorum, antequam susceperint coronam imperii.'

Quibus propositis et protestatis dictus dominus rex dixit, quod ei placebat, quod omne ius dicti domini comitis esset salvum. Et tunc dictus dominus comes intravit homagium domini regis nomine imperii. Et dictus dominus rex dictum dominum[b] comitem Burgondie pro se et successoribus suis comitibus Burgondie investivit de omnibus hiis, que comites Burgondie tenent vel tenere debent a sacro imperio.

Predicta omnia et singula dictus dominus comes per me notarium redigi fecit in forma publica, ut ad cautelam futurorum et memoriam presencium habeantur.

Act. in castris ante Columb(ariam), anno, die, ind., quibus supra.

(S. N.) Et ego Bartholomeus de Gy clericus publicus auctoritate appostolica notarius predictis propositis et protestationibus factis presens interfui rogatus et vocatus et hoc presens instrumentum scripsi et in publicam formam redegi meoque signo proprio consignavi.

504. TRACTATUS CUM COMITE PALATINO.

1294. Mart. 19.

Descripsimus autographon, quod Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawaricae asservatur. Cuius sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. Cf. Regesten der Pfalzgrafen 1381. 1382. — Regesten der Pfalzgrafen 1319. 1320. Böhmer, Regesten 1246—1313 pag. XXXIV (Addit. II). (P. deest.)

(1) Wir Adolf von Gotes gnaden Romescher kunig unde allewege ein merer des riches tůn kunt allen den, die disen brief ansehent oder horent lesen, das geteidinget

503. a) ipio *corr. ex* ipiſ *or.* b) *sequitur* b *erasum or.*

ist, da wir unde unser lieber furste Rudolf pfallentzgrave ze Rine unde hertzoge zu Beiern uns mit freuntschaft samenten, also das er gelobet hat, das er blibe bi der pfallentze bi dem Rine unde swas dar zu gehoret unde das ouch sin vater da zu gewunen hat unde nemelich bi der kure. Er hat ouch das gelobet, das er[a] nu zu dem nehesten sine kure, ir si einu oder me[1], nende unde kere an einen man, an swen wir wellen, also das er den kiese zu eime Romeschen kunige. (2) Er hat ouch gelobet das er[a] mit sampt siner můter sinen brůder Ludewigen mit allem dem vlizze so er mag ane geverde dar an wise unde also halte, das er nit enwibe wan mit unserme rate unde mit sinem unde siner můter rat. (3) Er hat ouch gelobet unde verjehen, das er uns beholfen, beretik unde bestendik sin sol wider menlich, do er es billich tůn sol, unde sol uns gehorsam sin unde gevolgik dem rate, den wir ime geben, unde nit tůn ane unsern rat der dinge, diu ime unde sime lande oder uns ce schaden kumen mohten. Gienge ouch ieman abe von dem rate, den wir ime geben, oder tete kein ametman das ime oder uns nit geviele oder dar umbe er in enschatte oder ob er sturbe, so sol er mit unserme rate unde mit rate des rates, den wir ime geben, einen andren ametman setzen oder einen andren an sinen rat nemen, der rat sol uns swern zu den heiligen, das er ime alle eit das beste rate unde das er alle wege an uns blibe unde nimmer gegen uns gebreche oder getu. Es sol auch der selbe rat, den wir ime geben, besehen sin lant, sinu amet, sinen hof, sine lute, sine koste unde siner ametlute koste unde die setzen, alse sie wenen, das es ime rehte kume uf ir eit, unde swo er in des nit volget, das suln sie fur uns bringen. Er hat ouch me gelobet, das er sine vicetůme. di nu sint oder furbas werdent, des selben swern heizzen, das sie dar an gevolgik sin dem selben rate unde ouch das selbe tůn swas sie wizzen, das ime unde dem lande gůt si, unde swo man sie des irre, das sie das ouch uf ir eit uns furbringen. (4) Er hat ouch mer gelobet, sine veste bi dem Rine allenthalben[b] swie sie genant sint, das die uns beholfen suln sin unde das die burkman uns hulden suln zu gelicher wise alse ime selben unde turnhůter unde wahter unde torwarten. (5) Diu hulde diu da vorgenant ist sol weren von dem tage, das er unde unser tohter bi ein ander geslaffen hant, uber driu jar unde nach den drin jaren so sol der oberste pfleger oder swer an siner stat ist, der sines landes unde siner veste bi dem Rine gewaltik ist, von sinen wegen swern uns gehorsam ze sin unde behulfik unde beretik unde us unde in zelazzenne umbe iegelich des riches unde unser unde sin not. (6) Er hat ouch gelobet, das sine vicetůme ze Beiern uns swern suln gehorsam ze sin unde behulfik unde beretik mit allen sinen vesten ze Beier nunde ze Swaben unde swenne sie selbe da bi nit gesin mugen, so suln si iren undertanen enpfelhen, das sie es tůn. Das selbe suln tůn ouch sine dienstmanne unde sine stete. (7) Wir han ouch in, sin lant, sine lute unde alle die in an gehorent in unsern schirm unde in unser helfe genomen unde han das unsern ametluten unde unsern steten bevolhen, das sie ime beholfen sin. Der hertzoge hat gesworn uf den heiligen, das er ouch stete unde uncerbrochen halte alle die vorgeschriben ding. Unde wir zu eime urkunde aller der vorgenanten dingen hiezzen disen brief schriben unde insigelen mit unserme kuniklichem insigel.

Dirre brief wart geben zu Ulmen, do man zalte von Gotes geburte zwelf hundert jar vierundeniuntzig jar, an dem vritage vor sancte Benedicten tag in der vasten, in dem andren jare unsers riches.

---

504. a) *supra lineam add. or.* b) allent|talben *or.*

1) *Cf. ea quae novissime de hac re disseruit K. Zeumer 'Die böhmische und die bayrische Kur im 13. Jahrhundert' in 'Historische Zeitschrift' LXXXIV, p. 242 sq.*

505. ENCYCLICA FIDELIBUS LOMBARDIAE DIRECTA.

1294. Mart. 21.

Denuo descripsimus ex transsumto a. 1294. Mai. 9. facto, quod Mantuae in tabulario regio 'Sezione Gonzaga' E. LVI asservatur. Editio, quam paravit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 504 nr. 497 secundum exemplar v. d. Th. Wüstenfeld, mendis scatet.

Teste Francisco Pippino cap. XXXIX. eodem die Adolfus rex Mattheo Vicecomiti vicariatus in Lombardia officium concessit. Cum autem huius commissionis nec autographon nec apographa, quamvis ubilibet quaerentes, nacti simus, verba illius scriptoris ex Muratorio SS. IX, 734 sumptas hic ponere liceat: Rex iste Adulphus nobilem virum Matthaeum Vicecomitem capitaneum tunc populi Mediolani, Cumarum, Novariae, Vercellarum, Alexandriae et Terdonae, per literas regales patentes regali sigillo munitas vicarium suum et imperii in Lombardia provincia statuit, committens eidem Matthaeo merum et mixtum imperium et iurisdictionem omnem et potestatem eius nomine inibi exercendas. Quae literae datae fuerunt XII. Kalend. Aprilis, indictione VII, anno Domini MCCXCIV, regni eius anno secundo. *Cf. Reg. Ad. 189, itemque ea quae notavimus 'Neues Archiv' XXVII, 716, et infra nr. 531.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis principibus ecclesiasticis et secularibus, prelatis, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, vassallis[a], capitaneis, potestatibus, rectoribus, comunibus, popularibus et plebeis aliisque suis et sacri imperii fidelibus archiepiscopatuum, episcopatuum, prelaturarum quarumlibet, marchionatuum, comitiarum et districtuum, civitatum quoque, burgorum, castellorum, oppidorum[b], mansionum omnium ac villarum in Lombardie partibus constitutis gratiam suam et omne bonum.

Romanorum vocatione divina sub regali diademate regentes imperium ad rem publicam totam nostram intentionem convertimus, presertim quoad hoc, ut sub nostro felici regimine ad dilatationem honoris imperii in pacis quietitudine feliciter valeat respirare. Ideoque post successus prosperos nobis a celesti numine feliciter in partibus Alamannie[c] prestitos curam nostram extendendam decrevimus ad vos, partes et terre terminos Lombardie, que quandoque consuevit conteri et quassari per bellicas clades et gravissimos[d] hostilitatis incursus necnon zizanias simultatum. Deliberato itaque consilio principum et procerum nostrorum, quos altitudine pollentes sapientie nostro dyademati patres habemus conscriptos, ut in Lombardia, quam alumpnam reputamus imperii, pacis amplexande tranquillitas suavis et opulenta concordie requies preparentur et iam preparate firmius conserventur, honorabiles viros magistrum Landulfum Wormatiensis et Wileburgensis ecclesiarum prepositum, nobilem virum Robinum de Koberne et magistrum Guillelmum de Schafhusa notarium nostrum, consiliarios et secretarios nostros karissimos, in quorum fidei prestantia circa nostras iussiones et procuranda nostri honoris et glorie incrementa, alta quoque sapientia et industria multiformi de plenitudine confidentie gerimus cor et votum, nostros sollempnes ambaxiatores, nuntios constituimus et legatos. Ipsosque ad vos in partibus Lombardie feliciter destinantes, eisdem damus et concedimus per presentes largam et plenariam potestatem, nostra auctoritate, vice et nomine a vobis

505. a) valvassallis *tr.* b) oppidiorum *tr.* c) Lombardie *tr.* d) o *corr. ex* a *tr.*

universis et singulis recipiendi fidelitatis nobis et imperio debite necnon pacis generalis servande cum consuetis formis et sollempnitatibus debitis sacramenta. Ordinandi insuper, faciendi et tractandi omnia et singula, que decus, gloriam et honorem nostrum et imperii utilitates, incrementa, emolumenta, iura et obventiones quaslibet necnon ante omnia pacem iocundam et requiem tranquillam Lombardie feliciter respicere videbuntur. Et alia quevis faciendi, etiam si mandatum speciale requirant, que nostris et imperii negotiis crediderint profutura. Ratum habituri et gratum, quicquid iidem nostri, de quibus plene confidimus, nuntii fecerint in premissis necnon in accessoriis et circumstantiis eorundem. Quibus etiam nostris nuntiis de nostra intentione sufficienter instructis, que vive vocis eorundem oraculis, quam voce abscondita litterarum melius exprimitur, super hiis, que ex parte nostra retulerint, tanquam ab ore nostro prolatis adhiberi mandamus serie presentium, volumus et quesumus plenam fidem. Hos igitur sollempnes nostros nuntios et legatos a vobis universis et singulis hilariter recipi et receptos alacriter pertractari, ab universis iniuriis, violentiis, iacturis, dampnis et molestiis protegi et defendi, congruis quoque honoribus et gratis et gratuitis necnon condignis promotionibus adeo rogamus et requirimus preveniri, quod reverentia, qua nostram reveremini maiestatem, resplendeat in eisdem.

Dat. Ulme[e], XII. Kal. Aprilis, indictione septima, anno Domini MCCLXXXXIIII, regni vero nostri anno secundo.

506—508. CURIA NORIMBERGENSIS.

1294. Apr. 14. 29. Iul. 10.

506. *SENTENTIAE GENERALES. Apr. 14.*

Denuo descripsimus autographon; quod servatur in tabulario regio Dusseldorpiensi 'Jülich-Berg' 115. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Varia apographa[1] *itemque editiones neglleximus. Ea, quae proponit A. Matthaeus 'De nobilitate' 218, diploma videlicet capitibus 2—6 carens, vel ex copiario quodam manco deprompsit vel suo Marte confecit. — Böhmer, Reg. Ad. 192.* *(P. 460.)*

1. Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus recognoscimus per presentes, quod nobis anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in die beatorum Tiburcii et Valeriani martirum, apud Nuremberg pro tribunali sedentibus, ad requisitionem spectabilis viri Reynaldi comitis Gelrensis per communem sententiam est obtentum: quod si insula nata est in Reno vel alio flumine[2] in comitatu alicuius comitis, qui in ipso flumine recipit thelonia et conductus habetque comitatum eundem, thelonia et conductum ab imperio in flumine predicto, eadem insula pocius spectat ad imperium et ad ipsum comitem quam ad alium dominum, cuius districtus protenditur ad ripam fluminis prelibati.

2. Secundo ad eiusdem comitis instanciam est obtentum: quod nulli licitum est municionem erigere de novo in comitatu alicuius comitis, nisi petita eius licencia et obtenta. Si tamen comes alicui edificanti municionem prestitit pacienciam, quousque edificaretur municio, et passus est dominum eius tam diu pacifice possidere, donec

505. e) Vlme (with a above V) *tr.*

1) *Cum autographo fere omnino concordat copiarius 'Oudste Register A' fol. 42' tabularii Arnhemensis.*
2) *Dig. XLI, 1, 7 § 3; XLI, 1, 29; XLIII, 12, 1 § 6.*

secundum terre consuetudinem prescriberet alia bona contra comitem vel alium quemcumque, quod postea non potest impeti a comite super edificio prelibato.

3. Tercio fuit obtentum: si inter aliquos discordantes super homicidio aliqua composicio intercedat, et[a] a parte que iniuriam intulit parti lese satisfaccio impendatur, et composicio fiat pro consanguineis omnibus partis passe iniuriam, postmodum vero pars iniuriam passa proponat, quod non pro omnibus de parte eadem composicio intervenit, sed quibusdam nominatim exceptis, alia parte dicente e contra, quod pro omnibus consanguineis lese partis composicio facta extitit et satisfaccio subsecuta, partis hoc affirmantis probacio cum duobus testibus, ita quod manus affirmantis sit tercia, pocius sit admittenda quam partis contrarium asserentis.

4. Quarto fuit quesitum pro ipso comite, si alicuius domini familia in opido, cuius dominium spectat ad ipsum, male tractatur verbis vel factis, utrum dominus loci vel scabini ipsius debeant factum huiusmodi iudicare. Et obtentum fuit communi sentencia: quod pocius spectat ad dominum iudicium huiusmodi quam ad scabinos predictos, nisi forsan ipsi cives per libertatem concessam ab ipso domino vel a suis predecessoribus contrarium edocerent.

5. Quinto sentencialiter est obtentum: quod si aliquis obsidet castrum in terminis regni Romani, nisi prius obtinuerit in figura iudicii, quod licite facere illud posset, nos obsidenti debeamus dare auctoritate regia in mandatis[1], ut obsidionem suam dissolvat et prosequatur suam iusticiam coram nobis.

6. Sexto sentenciatum extitit coram nobis: quod si debitor dicat se creditori debitum persolvisse, creditor vero neget, ipsius debitoris et non creditoris est super hoc probacio admittenda.

Datum anno Domini, die et loco predictis, regni vero nostri anno secundo.

507. *MANDATUM PRINCIPIBUS ET NOBILIBUS DIRECTUM.* *Apr. 29.*

Autographon eiusdem tabularii cura praefecti in minutiis correctum proponimus. Sigillum dorso impressum est. — Böhmer, Reg. Ad. 194. *(P. deest.)*

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Sifrido Coloniensi archiepiscopo, illustri Iohanni duci Brabantie principibus suis, nobilibus viris Iohanni Haynonie, Th. Clevensi et . . de Hollandia comitibus, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum.

Noveritis esse obtentum per sententiam coram nobis, ut nobiles viri . . comes de Lon et Walramus de Valkenburg obsidionem suam, quam instauraverunt ante castrum Burn, dissolvere et a nobili viro Reinaldo Gelrensi comite super hiis, que contra eum habent facere et proponere, accipere debeant iustitiam coram nobis[2]. Unde eisdem castri obsessoribus, ut sententie huiusmodi pareant, nostris dedimus litteris in mandatis, volentes et vobis auctoritate pacis iurate mandantes, quatinus efficaciter procuretis, ut dicti comes de Lon et . . de Valkenburg obsidionem suam disgregent et dissolvant. Alioquin vos dicto Gelrensi comiti ad defendendum suum castrum assistatis auxilio manuali.

Datum in Nuremberg, III. Kal. Maii, regni nostri anno secundo.

508. *SENTENTIA PRO COMITE GELRIAE.* *Iul. 10.*

Ex autographo eiusdem tabularii in minutiis correctam damus. Sigillum dorso impressum est. — Böhmer, Reg. Ad. 201. *(P. deest.)*

506. a) *supra linea additum or.*

1) *Cf. infra nr. 507.* 2) *Cf. supra nr. 506 cap. 5.*

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo quarto, sabbato ante diem beate Margarete virginis, nobis Confluencie pro tribunali sedentibus spectabilis vir Renaldus comes Gilrensis per communem sentenciam obtinuit coram nobis, ut ex quo nobiles viri . . comes de Lon et Walramus de Valkenburg ad nostrum mandatum obsidionem instauratam ante castrum Burne, quod ab ipso comite Gilrensi habetur in feodum, dissolvere noluerunt, eundem[a] comitem iuvare iurate pacis subsidio deberemus. In cuius facti testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum anno Domini, die et loco predictis, indictione VII, regni vero nostri anno tertio.

509—521. TRACTATUS FOEDERIS CUM REGE ANGLIAE.

1294. Iun. 20.—Nov. 12.

Ad acta nr. 509. 510. 517—521 iterum accuratius edenda socius noster Karolus Hampe denuo Rotulos coaevos in tabulario regni Britannici ('Public Record Office') asservatos a. 1896. diligentissime contulit.

509. *PROCURATORIUM REGIS ANGLIAE. Iun. 20.*

Ex R *Rotulo 'Chancery. Miscellaneous Rolls 14. 7' nr. 1, ubi additur* Dupplicatur. *In margine scripta sunt:* Potestas episcoporum, com̄ Hoilland. et militum pro R. et heredibus contra quascumque personas. — *Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 177. (P. deest.)*

Edwardus etc. omnibus ad quos etc. salutem.

De fidelitate et circumspectione venerabilium patrum I(ohannis) Dei gratia archiepiscopi Dublinensis et Antonii [eadem][a] gratia episcopi Dunolmensis ac nobilium virorum Florencii comitis Hoyllandie, Hugonis le Despenser et Nicholai de Segrave fidelium nostrorum fiducie plenitudinem obtinentes, damus eisdem plenam et liberam tenore presencium potestatem tractandi et ordinandi super unionis et confederacionis vinculo ac amicicia speciali inter magnificum principem dominum A. Dei gracia regem Romanorum illustrem semper augustum et nos et heredes nostros regni Anglie contra quascumque personas, cuiuscumque preminentie, dignitatis, status seu condicionis existant, Romana ecclesia dumtaxat excepta, Deo propicio ineundis. Necnon et huiusmodi unionem et confederacionem amiciciamque firmandi, in animam nostram quodlibet genus liciti iuramenti prestandi ac nos et heredes nostros ad observacionem omnium premissorum et aliorum ad ea spectancium obligandi. Et omnia alia et singula faciendi, que hinc inde conveniencia fuerint seu etiam oportuna et que honorem et comodum utriusque quoad personas nostras et regna, terras atque dominia respiciunt quoquo modo, et que etiam facere nos possemus, si adesset vel interesset nostra presencia personalis, etiamsi mandatum exigant speciale. Ita tamen quod si non omnes predicti archiepiscopus, episcopus, [comes][b], Hugo et Nicholaus ad facienda et complenda premissa[c] con-

508. a) eu *in rasura or.*

509. a) *uncis inclusa evanuerunt R.* b) *deest R.* c) *eadem manu supra lineam R.*

currerint, quatuor, tres vel duo ipsorum, dum tamen unus eorum sit archiepiscopus vel episcopus et alter comes seu unus dictorum militum, premissa omnia et singula faciant et in forma expressa superius exequantur, compleant et consumment. Ratum habentes et habituri pro nobis et heredibus nostris ac inviolabiliter servaturi, quicquid per prefatos archiepiscopum, episcopum, comitem, Hugonem et Nicholaum, quatuor, tres aut duos ipsorum in premissis omnibus et singulis premissorum iuxta formam predictam factum fuerit seu quomodolibet procuratum. In cuius etc.

Dat. apud Westmonasterium, XX. die Iunii, anno etc. XXII.

510. *LITTERAE CREDENTIALES EIUSDEM.* *Iun. 20.*

Ex eodem Rotulo nr. 3, ubi additur Dupplicatur. *In margine scripta sunt:* R̸ Alem̄ de credencia. *Eiusdem tenoris litterae archiepiscopo Coloniensi directae servantur ibidem nr. 4. V. Rymer 'Foedera' ed. Clarke et Holbrooke 1816 I, 2 p. 803. (P. deest.)*

Excellentissimo principi domino A(dolfo) Dei gratia regi Romanorum illustri semper augusto Edwardus etc. salutem cum honoris et glorie felicibus incrementis.

Cum venerabiles patres in Christo I(ohannem) Dei gratia archiepiscopum Dublinensem et Antonium eadem gratia episcopum Dunolmensem ac nobiles viros Hugonem le Despenser et Nicholaum de Segrave fideles nostros exhibitores presencium super certis negociis [ad serenitatis][a] vestre presenciam destinemus, excellentiam vestram affectuose requirimus et rogamus, quatinus hiis, que prefati nuncii nostri, quibus aper[uimus][a] plenius mentem nostram, ex parte nostra vobis exponent, indubitatam fidem si placet dignemini adhibere ac ea votivo effectui mancipare.

Dat. ut supra.[1]

511. *EXEMPLAR FOEDERIS REGI ADOLFO TRADITUM.* *Aug. 10.*

Autographon confoederationis per procuratores initae in forma integra hucusque ineditum superest in tabulario regio Dusseldorpiensi 'Churcöln' 355. Pendent filis sericis quattuor sigilla, quorum tria fere illaesa sunt. Nos ipsi descripsimus. Excerptum edidit van den Bergh 'Oorkondenboek van Holland en Zeeland' I, 2 (1873) p. 404 nr. 880. Exemplar a procuratoribus regis Adolfi regi Edwardo traditum servatum non habemus. Ratificationem vero foederis v. infra nr. 517. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 178. (P. deest.)

Iohannes Dei gratia Dublinensis archiepiscopus et Antonius eadem gratia Dunolmensis episcopus, Florencius comes Hollandie et Zelandie et Hugo le Despenser, habentes a serenissimo domino nostro Edwardo Dei gratia Anglie rege plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale ordinandi, firmandi et terminandi inter ipsum et magnificum principem dominum Adolfum Romanorum regem illustrem semper augustum indissolubile confederacionis vinculum et unionem amicicie specialis, prout in litteris ipsius domini nostri regis Anglie, quas venerabili patri domino Sifrido sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et nobili viro Florencio comiti Hollandie, ipsius regis Romanorum legatis, assignavimus ipsi regi Romanorum tradendas, plenius continetur[1], universis, ad quos presentes littere pervenerint, noticiam rei geste.

1. Inprimis igitur ex vi auctoritatis nobis concesse dicimus, pronunciamus et ordinamus, quod idem dominus noster rex Anglie et heredes sui eidem regi Roma-

510. a) *uncis inclusa evanuerunt R.*

1) *Supra nr. 509.*

norum, quoad vixerit, spetialiter contra Philippum regem Francorum et heredes suos et alios quoscumque principes et magnates, sacrosancta Romana ecclesia dumtaxat excepta, quia per regem Francorum et suos progenitores terre, bona et feoda sua et predecessorum suorum extiterunt et sunt iam multo tempore occupata, potenter et patenter assistet et assistent et auxilium prestabit et prestabunt suis sumptibus, periculis et expensis in prosecucione iurium suorum et iniuriarum suarum et recuperacione terrarum, bonorum et possessionum imperii per reges Francorum occupatarum.

2. Item dicimus et ordinamus, quod idem dominus noster rex Anglie vel heredes sui treugas vel pacem cum rege Francorum ipsius heredibus vel adiutoribus seu aliis quibuscumque adversariis dicti regis Romanorum in premissis non faciet vel facient, inibit vel inibunt sine requisicione dicti Romanorum regis et ipsius voluntate et consensu[a] expresso.

3. Item dicimus et ordinamus, quod si eundem dominum nostrum regem Anglie vel heredes suos contra regem Francorum aut heredes suos seu hostes alios ipsius reges Romanorum inimicos municiones, terras et castra in conflictu vel extra, coniunctim seu divisim conquirere contigerit, lucrum de predictis et eciam de captivis et aliunde proveniens idem dominus noster rex Anglie[b] et heredes sui et rex Romanorum predictus equaliter condivident et parcientur, nisi forte castra et municiones huiusmodi et tractus terrarum ab altero ipsorum regum iure dominii vel quasi aut titulo feodi descenderent et haberi deberent. Que non condivident, set quilibet quod suum est vel ipsius esse deberet, per se solus retinebit et ad suum regnum et dominium revocabit.

4. Item dicimus et ordinamus, quod si aliqui presumptuosi, quicumque sint illi in regno Anglie constituti, qui occasione stipendiorum, favoris[c], amicicie aut gratis regi Francorum vel heredibus suis aut alias inimicis regis Romanorum in recuperacione premissorum auxilium prestiterint aut iuvamen, idem dominus noster rex et heredes sui personas eorundem cum publicacione omnium bonorum suorum sine spe revocacionis et gracie perpetuo relegabit vel relegabunt. Quam penam ad illos dicimus extendendam, qui occasione et ex causa discordie litisque mote inter Romanorum et Francorum reges[d] amicos et auxiliatores eiusdem domini nostri Anglie et Romanorum regum invaserint et directe vel indirecte turbaverint, quominus in auxilium regum predictorum valeant se transferre.

5. Ad maiorem eciam securitatem et observacionem ordinacionis premisse dicimus et ordinamus, quod idem dominus noster rex Anglie pro se et heredibus suis fidem prestabit corporalem et nichilominus nos . . archiepiscopus, episcopus, comes et Hugo predicti vel alii iuramentum in animam ipsius domini nostri regis super firma observacione confederacionis et amicicie huiusmodi iam prestitum in presencia sua, dum oportunitas fuerit, innovabimus vel innovabunt, quod ipse et heredes sui omnia predicta et singula, quam diu rex Romanorum predictus vixerit, fideliter observabunt et eciam imperio post ipsius decessum, dum tamen ille, qui preerit imperio vel regno, easdem pacciones eisdem regum Anglie personis innovet et observet.

6. Et nichilominus suum voluntarium adhibebit consensum, quod nos archiepiscopus et episcopus et alii barones regni Anglie, quorum copia et consensus haberi poterunt, cum protestacione sua subtrahent servicia eidem domino nostro regi Anglie vel eius heredibus, quam diu convenciones cum dicto rege Romanorum initas non servaverit, obligacione nichilominus predicta in suo robore duratura. Nos eciam archiepiscopus et episcopus et alii barones nostris patentibus litteris protestabimur et protestabuntur, quod de mandato eiusdem domini nostri regis speciali servicium nostrum subtrahimus et subtrahunt

511. a) *corr. ex* concensu *or.* b) Angl *corr. super* Alem *or.* c) favor. *or.* d) inter Francor. et Romanor. reges *cum signo transponendi or.*

eidem domino nostro regi Anglie et eius heredibus, si quod absit conveneiones easdem minime observarent. Super quibus eciam dominus noster rex Anglie pro se et heredibus suis suas patentes litteras assignari faciet regi Romanorum predicto.

7. Item dicimus et ordinamus, quod dictus dominus noster rex pro se et heredibus suis sub sigillo suo expresse per litteras dupplicatas ratificet omnia prelocuta.

8. Item dicimus et ordinamus, quod idem dominus noster rex Anglie et heredes sui omni mora affectata postposita ad cicius quo poterit vel poterunt[e] bona fide in propria persona castra sua movebit vel movebunt et cum omni exercitu suo ad certos diem et locum per nos et nuncios prefati Romanorum regis condicendos ad dominum regem Romanorum cum suis hominibus iter arripiet vel arripient et declinabit vel declinabunt nec separabuntur dicti reges ab invicem, nisi suis negociis contra regem Francorum et eius heredes feliciter expeditis. Emendacionem eciam dicte confederacionis dictis regibus, dum convenerint, pro honore et comodo utriusque reservamus.

9. Item dominus rex Anglie Romanorum regem nunciis et litteris suis apud summum pontificem et dominos cardinales pro diademate imperii consequendo iuvabit bona fide.

10. Ad quorum omnium et singulorum inviolabilem observanciam eundem dominum nostrum regem Anglie et heredes suos, prestito super hiis per nos sollempniter in animam ipsius iuramento corporali, per has patentes nostras litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas ex vi potestatis nobis tradite firmiter obligamus.

Actum et datum apud Dordracum, in die beati Laurentii martiris, anno Domini MCC nonogesimo quarto.

512. *RATIFICATIO FOEDERIS PER REGEM ADOLFUM.* *Aug. 21.*

Servatur uti etiam acta nr. 513—516 in sola Historia Anglicana Bartholomei de Cotton, cuius editionem SS. XXVIII, 607 sq. a viro cl. Liebermann paratam hic repetimus. Nomina propria valde corrupta sunt. Concordat fere omnino, at mutatis mutandis cum ratificatione regis Angliae infra nr. 517. *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presencium inspectoribus universis graciam suam et omne bonum.

1. Noveritis, quod nos plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale ordinandi, firmandi et terminandi inter nos et inclitum principem dominum Edwardum Anglie regem illustrem indissolubile confederacionis vinculum et unionem amicicie specialis dedimus, transtulimus et transfudimus[a] in venerabilem patrem Syfridum Coloniensis sancte ecclesie archiepiscopum principem nostrum et clarissimum virum Florencium Holandie et Selandie comitem consanguineum nostrum karissimos per nostras patentes litteras, quas hiis tradi[di]mus super eo.

2. Sane iidem archiepiscopus et comes inprimis ex vi auctoritatis eis concesse a nobis dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt, quod nos eidem regi Anglie et heredibus suis specialiter contra Philippum regem Francorum et heredes suos et alios quoscumque principes et magnates, sacrosancta Romana ecclesia dumtaxat excepta, quia per regem Francie et suos progenitores bona imperii extiterunt et sunt iam multo tempore occupata, potenter et patenter toto posse nostro, quoad vix[er]imus, assistemus et auxilium prestabimus nostris sumptibus, periculis et expensis in prosecucione iurium suorum et iniuriarum suarum et similiter in recuperacione bonorum, possessionum et terrarum ipsius regis Anglie sui dominii et districtus per reges Francie occupatarum.

511. e) poterunt vel poterit *cum signo transponendi or.*

512. a) transfundimus *c.*

3. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos treugas vel pacem cum rege Francie, ipsius heredibus vel adiutoribus seu aliis quibuscumque adversariis dicti regis Anglie vel heredum suorum in premissis non faciemus vel inibimus sine requisicione regis Anglie aut heredum suorum et ipsius vel ipsorum voluntate et consensu expresso.

4. Item dixerunt et ordinaverunt, quod si nos contra regem Francie aut heredes suos seu hostes alios ipsius regis Anglie vel heredum suorum municiones, terras et castra in conflictu vel extra, coniunctim vel divisim, conquirere contigerit, lucrum de predictis et ex captivis et aliunde proveniens nos et rex vel heredes sui equaliter condividemus et parciemur, nisi forte castra et municiones huiusmodi et tractus terrarum ab altero nostrum iure dominii vel quasi aut titulo feodi descenderent et haberi deberent. Que non dividemus, sed quilibet quod suum est vel esse deberet, per se solus retinebit et ad suum regnum et dominium revocabit.

5. Item dixerunt et ordinaverunt, quod si aliqui presumptuosi, quicumque sunt illi in Romanorum regno constituti, qui occasione stipendiorum, favoris[b], amicicie aut gratis regi Francorum vel heredibus suis aut aliis inimicis regis Anglie vel heredum suorum in recuperacione premissorum auxilium prestiterint et iuvamen, nos personas eorundem cum publicacione omnium bonorum suorum sine spe revocacionis et gracie perpetuo relegabimus. Quam penam ad illos etiam extendendam dicimus, qui occasione et ex causa discordie litisque mote inter Anglie et Francie reges amicos et auxiliatores tam nostros quam regis[c] Anglie invaserint et directe vel indirecte turbaverint, quominus in auxilium nostrum et ipsius regis Anglie valeant se transferre.

6. Ad maiorem etiam securitatem et observacionem ordinacionis predicte dixerunt et ordinaverunt, quod nos fidem prestare deberemus corporalem, et quod nichilominus dicti archiepiscopus et comes iuramentum in anima[m] nostra[m] super firma observacione confederacionis et amicicie huiusmodi iam prestitum in presencia nostra, dum oportunitas fuerit, innovabunt, quod nos omnia et singula predicta, quam diu vixerimus, fideliter observabimus.

7. Et nichilominus nostrum voluntarium adhibebimus consensum, quod principes regni nostri, quorum copia et consensus [haberi poterunt][d], cum protestacione sua servicia nobis subtrahent, quam diu convenciones cum dicto rege Anglie initas non servaverimus quod absit, obligacione nichilominus predicta in suo robore duratura. Dicti etiam principes suis patentibus litteris protestabuntur, quod de voluntate et mandato nostro speciali huiusmodi subtractiones serviciorum inviolabiliter observabunt, si quod absit convenciones easdem minime servaremus. Super quibus etiam litteras nostras patentes dabimus regi Anglie antedicto.

8. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos sub sigillo nostro expresse per nostras litteras dupplicatas ratificemus omnia prelibata.

9. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos omni mora affectata postposita ad cicius quod poterimus bona fide castra nostra movebimus et cum exercitu nostro ad certos diem et locum per prefatos archiepiscopum et comitem et nuncios prefati regis Anglie condicendos ad ipsum regem Anglie cum nostris hominibus iter arripiemus et declinabimus nec separabimur[e] nos et dictus rex Anglie ab invicem, nisi nostris negociis contra regem Francie vel heredes suos feliciter expeditis. Emendacionem etiam dicte confederacionis tam nobis quam regi Anglie, dum convenerimus, pro[f] utriusque nostrum honore et commodo reservarunt.

10. Ad quorum omnium et singulorum inviolabilem observacionem nos, prestito super hiis sollempniter in animam nostram iuramento, per eorum patentes litteras

512. b) favorum *ed.* c) reges *c.* d) *uncis inclusa desunt c.* e) separabimus *c.* f) quod *c.*

sigillorum suorum munimine roboratas ex vi potestatis sibi a nobis tradite firmiter obligarunt.

11. Nos itaque omnia et singula, que in premissis antedicti archiepiscopus et comes dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt, prout superius sunt expressa, rata habemus et grata et ea presentibus innovamus, ratificamus et confirmamus [ad][g] observanciam eorum inviolabilem, manuali fide prestita super eis et nichilominus per[h] spectabilem virum Everardum comitem de Katzenelbogon avunculum nostrum et honorabilem virum magistrum Everardum aule nostre prothonotarium ac virum strenuum Ludewycum vicedominum Rynkowyge in maiestatis nostre presencia corporali in animam nostram prestito iuramento nos tenore presencium firmiter obligantes.

In cuius rei testimonium et robur ac evidenciam pleniorem presentes litteras fieri fecimus et sigilli[i] maiestatis nostre munimine roborari.

Datum apud Nurenberg[k], XII. Kal. Septenbris, anno Domini MCC nonogesimo quarto[l], regni vero nostri anno tercio.

513. *DECLARATIO REGIS ADOLFI ALTERA.* *(Aug. 21.)*

Ex eadem editione pag. 609. Quae mutatis mutandis omnino concordat cum declaratione regis Edwardi infra nr. 518. *(P. deest.)*

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus profitemur publice et in nos presentibus arbitramur, super eo nostrum adhibentes consensum voluntarium et expressum, quod principes et barones nostri imperii, quorum personarum copia et consensus haberi poterunt, cum protestacione, quam diu convenciones cum inclito principe domino Edwardo Anglie rege initas non servaverimus quod absit, obsequium eorum nobis subtrahant[a] et licite subtrahere possint[b] et debeant, obligacione confederacionis inter nos et eundem regem Anglie inite et contracte nichilominus in suo robore duratura. Dicti etiam principes et barones suis patentibus litteris protestabuntur, quod de voluntate et mandato nostro speciali huiusmodi subtractionem serviciorum inviolabiliter observabunt, si quod absit convenciones easdem minime servaremus. In cuius rei testimonium etc.

514. *DECLARATIO PRINCIPUM IMPERII.*

Ex eadem editione l. c., ubi solum comitis Palatini exemplar transcriptum est. *(P. deest.)*

Nos Radulfus[a] Dei gracia dux Bauwarie[b] [comes][c] palatinus Reni de mandato et voluntate serenissimi domini nostri domini Adolfi Romanorum regis, soceri nostri karissimi, protestamur, nos presentibus litteris obligantes, quod quam diu contractus non servaverit iuxta quod in litteris inde confectis plenius sunt expressi[d], eidem domino nostro [obsequium nostrum][c] subtrahemus. Dantes has litteras nostras in testimonium super eo sigilli nostri munimine roboratas.

Datum etc.

515. *RECOGNITIO LITTERARUM PER PROCURATORES REGIS ADOLFI.* *Sept. 24.*

Ex eadem editione l. c. Sequitur immediate declarationem nr. 513, ita ut etiam acta nr. 512. 513 ex eiusdem recognitionis 'rotulo' (v. pag. 495 lin. 22) sumpta esse opinari liceat. Cf. nr. 516. *(P. deest.)*

512. g) *deest c.* h) super *c.* i) sigilla *c.* k) Murenbrithg *c.* l) 1294 *ed.*

513. a) subtrahent *ed.* b) possunt *c.*

514. a) Rđdufus *c.* b) Banware *ed.* c) *deest ed.* d) expresse *c.*

Item singulas litteras quorundam principum imperii, videlicet Coloniensis et Salzeburgensis archiepiscoporum, Babenbergensis[a] et Brixinensis episcoporum ac illustris ducis Bauwarie[b] comitis palatini Reni[c] sub veris eorum sigillis vidimus sub tenore, qui talis est:

'Nos Radulfus Dei gracia — munimine roboratas. Datum etc.' *supra nr. 514.*

In cuius rei testimonium nos comes Holandie, decanus Coloniensis et dominus de Merenberghe[d] predicti sigilla nostra apponi fecimus huic scripto.

Datum apud Dordracum[e], feria VI. ante festum sancti Michaelis, anno etc.

516. *DECLARATIO PROCURATORUM REGIS ADOLFI DE TRADITIONE ORIGINALIUM.*

Ex eadem editione l. c. Sequitur immediate recognitionem nr. 515. *(P. deest.)*

Item[1] nos comes, decanus et dominus de Merenberghe protestamur et recognoscimus, nos cum venerabili in Christo patre domino Antonio Dunelmensi episcopo et nobili viro domino Hugone Despenser sic concordasse et finaliter convenisse, quod quam primum littere illustris domini Edwardi regis Angliae et suorum principum consimiles prioribus litteris in omni sui forma sub sigillo suo regio nobis comiti Holandie fuerint presentate, nos idem comes litteras et infra[a] originalia domini nostri Romanorum regis et principum suorum penes nos deposita assignabimus et trademus statim nuncio dicti regis, habenti ad hoc mandatum speciale. Et nos dictus comes et heredes nostros ad hoc tenore presentium obligamus. Sunt autem huiusmodi littere Romanorum regis penes nos comitem deposita quatuor paria, videlicet duo eiusdem tenoris de priori[2] forma contenta in isto rotulo et duo[b] alia de secunda[3], et quinque sunt principum, ut est dictum, restituenda nuncio regis Anglie, cum similes attulerit, ut superius est expressum.

Actum etc.

517. *RATIFICATIO FOEDERIS PER REGEM ANGLIAE. Oct. 22.*

Ex R *Rotulo 'Almain Roll 22—31 Edw. I; 1' nr. 1, ubi additur* Dupplicatur. *Contulit Hampe. Concordat mutatis mutandis cum forma foederis supra nr. 511, cuius capita in margine posuimus. Cf. etiam ratificationem Adolfi regis supra nr. 512. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 179.* *(P. deest.)*

Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie presencium inspectoribus universis salutem.

1. Noveritis, quod nos plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale ordinandi, firmandi et terminandi inter nos et heredes nostros et inclitum principem dominum Adolphum regem Romanorum illustrem et semper augustum indissolubile confederacionis vinculum et unionem amicicie specialis dedimus, transtulimus et transfudimus in bone memorie Iohannem tunc archiepiscopum Dublinensem et venerabilem patrem Antonium episcopum Dunolmensem et nobilem virum Florentium Hollandie et Zelandie comitem ac Hugonem le Despenser militem per nostras patentes litteras, quas ipsis tradidimus super eo[4].

2. Sane iidem archiepiscopus, episcopus, comes et Hugo inprimis ex vi au|c|toritatis c. 1.
eis concesse a nobis dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt, quod nos et heredes

515. a) Babenbeigerim *c.* b) Banware *c.* c) Palenstreni *c.* d) Morenberghe *c.* e) Dordeacum *c.*

516. a) ipsa *coniecit Liebermann.* b) dua *c.*

1) *V. supra ad nr. 515.* 2) *Supra nr. 512.* 3) *nr. 513.* 4) *nr. 509.*

nostri eidem regi Romanorum specialiter contra Philippum regem Francie et heredes suos et alios quoscumque principes et magnates, sacrosancta Romana ecclesia dumtaxat excepta, quia per regem Francie et suos progenitores bona, terre et feoda nostra et predecessorum nostrorum extiterunt et sunt iam a multo tempore occupata, potenter et patenter toto posse nostro, quoad vixerimus, et heredes nostri post nos assistemus et assistent et auxilium prestabimus et prestabunt nostris et eorum sumptibus, periculis et expensis in prosecucione iurium suorum et iniuriarum suarum et similiter in recuperacione bonorum, possessionum et terrarum imperii per reges Francie occupatarum.

c. 2. 3. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos vel heredes nostri treugas vel pacem cum rege Francie, ipsius heredibus vel adiutoribus seu aliis quibuscumque adversariis dicti regis Romanorum in premissis non faciemus vel facient, inibimus vel inibunt sine requisicione dicti regis Romanorum et ipsius voluntate et consensu expresso.

c. 3. 4. Item dixerunt et ordinaverunt, quod si nos vel heredes nostros contra regem Francie aut heredes suos seu hostes alios ipsius regis Romanorum inimicos municiones, terras et castra in conflictu vel extra, coniunctim vel divisim conquirere[a] contigerit, lucrum de predictis et ex captivis et aliunde proveniens nos et heredes nostri et idem rex Romanorum equaliter condividemus et parciemur, nisi forte castra et municiones huiusmodi et tractus terrarum ab altero nostrum iure dominii vel quasi aut titulo feodi descenderent et haberi deberent. Que non condividemus, set quilibet quod suum est vel esse deberet, per se solus retinebit et ad suum regnum et dominium revocabit.

c. 4. 5. Item dixerunt et ordinaverunt, quod si presumptuosi, quicumque sint illi in regno nostro Anglie constituti, qui occasione stipendiorum, favoris, amicicie aut gratis regi Francie vel heredibus suis aut aliis inimicis regis predicti Romanorum in recuperatione premissorum auxilium prestiterint et iuvamen, nos et heredes nostri[b] personas eorum cum publicatione omnium bonorum suorum sine spe revocacionis et gratie perpetuo relegabimus vel relegabunt. Quam penam ad illos dicimus extendendam, qui occasione et ex causa discordie litisque mote inter Romanorum et Francie reges amicos et auxiliatores tam nostros et heredum nostr[or]um, quam ipsius regis Romanorum invaserint et directe vel indirecte turbaverint, quominus in auxilium nostrum et heredum nostrorum ac eiusdem regis Romanorum valeant se transferre.

c. 5. 6. Ad maiorem etiam securitatem et observacionem ordinacionis predicte dixerunt et ordinaverunt, quod nos pro nobis et heredibus nostris fidem prestare deberemus corporalem et quod nichilominus dicti archiepiscopus, comes et Hugo vel alii iuramentum in animam nostram super firma observacione confederacionis et ami[ci]tie huiusmodi iam prestitum in presencia nostra, dum oportunitas fuerit, innovabunt, quod nos et heredes nostri omnia et singula predicta, quam diu dictus rex Romanorum vixerit, fideliter observabimus et eciam imperio post ipsius regis decessum, dum tamen ille, qui preerit regno vel imperio, easdem pactiones nobis vel heredibus nostris regibus Anglie innovet et observet.

c. 6. 7. Et nichilominus pro nobis et heredibus nostris nostrum voluntarium adhibebimus consensum, quod principes regni nostri, quorum copia et consensus haberi poterunt, cum protestacione sua servicia nobis et heredibus nostris subtrahent, quam diu convenciones cum dicto rege Romanorum initas non servaverimus quod absit, obligatione nichilominus predicta in suo robore duratura. Dicti etiam principes

517. a) conquirere *corr. ex* adquirere *R.* b) *corr. ex* nostris *R.*

suis patentibus litteris protestabuntur, quod de voluntate et mandato nostro speciali huiusmodi subtractiones serviciorum inviolabiliter observabunt, si quod absit convenciones easdem nos vel heredes nostri minime servaremus. Super quibus etiam nostras litteras patentes pro nobis et heredibus nostris dabimus regi Romanorum antedicto.

8. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos pro nobis et heredibus nostris sub c. 7. sigillo nostro expresse per litteras nostras dupplicatas ratificemus omnia prelibata.

9. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos et heredes nostri omni mora affectata c. 8. postposita ad cicius quod poterimus bona fide castra nostra movebimus vel movebunt et cum exercitu nostro ad certos diem et locum per prefatos archiepiscopum, episcopum, comitem et Hugonem et nuncios prefati regis Romanorum condicendos ad ipsum regem Romanorum cum nostris hominibus iter arripiemus vel arripient et declinabimus vel declinabunt nec separabimur nos et prefatus rex Romanorum ab invicem, nisi nostris negociis contra regem Francie vel heredes suos feliciter expeditis. Emendacionem etiam dicte confederacionis tam nobis quam eidem regi Romanorum, dum convenerimus, pro utriusque nostrum honore et comodo reservarunt.

10. Item dixerunt et ordinaverunt, quod nos eundem Romanorum regem nunciis c. 9 et litteris nostris apud summum pontificem et dominos cardinales pro diademate imperii consequendo iuvabimus bona fide.

11. Ad quorum omnium et singulorum inviolabilem observanciam nos et heredes c. 10. nostros prestito super hiis in animam nostram sollempniter iuramento per eorum patentes litteras sigillorum suorum munimine roboratas ex vi potestatis sibi a nobis tradite firmiter obligarunt.

12. Nos itaque omnia et singula, que in premissis antefati archiepiscopus, episcopus, comes et Hugo dixerunt, pronunciaverunt et ordinaverunt, prout superius sunt expressa, rata habemus et grata ac ea presentibus pro nobis et heredibus nostris innovamus, ratificamus et confirmamus ad observanciam eorum inviolabilem, manuali fide prestita super eis et nichilominus per spectabiles viros Edmundum comitem Cornubie consanguineum nostrum, Rogerum le Bygot comitem Norfolcie et marescallum Anglie, Hugonem le Despenser militem et Iohannem de Langeton cancellarium nostrum in nostra presencia corporali in animam nostram prestito iuramento nos et heredes nostros tenore presencium firmiter obligantes.

In cuius rei testimonium et robur ac evidenciam pleniorem presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Dat. apud Westm(onasterium), XI. Kal. Novembr., anno Domini MCC nonogesimo quarto, regni vero nostri anno vicesimo secundo.

518. *DECLARATIO REGIS ANGLIAE ALTERA.* *Oct. 22.*

Ex eodem Rotulo nr. 2 cum nota Et dupplicatur. *(P. deest.)*

Nos Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie pro nobis et heredibus nostris profitemur publice et in nos presentibus arbitramur, super eo nostrum adhibentes consensum voluntarium et expressum, quod principes et barones regni nostri et dominii, quorum personarum copia et consensus haberi poterunt, cum protestacione, quam diu convenciones cum inclito principe domino Adolpho Romanorum rege semper augusto initas non servaverimus quod absit, obsequium eorum nobis subtrahant et licite subtrahere possint et debeant, obligacione confederacionis inter eundem regem Romanorum et nos inite et contracte nichilominus in suo robore duratura. Dicti

etiam principes et barones suis patentibus litteris protestabuntur, quod de voluntate et mandato nostro speciali huiusmodi subtraccionem serviciorum inviolabiliter observabunt, si quod absit nos vel heredes nostri convenciones easdem minime servaremus. In cuius rei testimonium et robur presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri.

Dat. ut supra [1].

519. *DECLARATIO EIUSDEM TERTIA.* *Nov. 8.*

Ex eodem Rotulo nr. 4, ubi in margine scriptum est De quodam instrumento comitis Holand., quod rex retinuit etc. *(P. deest.)*

Nos Edwardus Dei gratia rex Anglie etc. notum facimus universis, quod licet nos unum de tribus instrumentis, per que nobilis vir Florencius Holandie et Zelandie comes nobis erat ad restitucionem quatuor parium litterarum, duorum unius tenoris et duorum alterius sigillo serenissimi principis domini Adolphi Romanorum regis semper augusti signatorum, et sex parium litterarum suorum principum nobis faciendam obligatus, propter maris periculum penes nos retinuerimus, volumus tamen, quod postquam idem comes predictas litteras magistro Willelmo de Kylkenny clerico nostro iuris civilis professori et Eustachio de Pomerio, quos ad recipiendum ab eodem comite predictas litteras coniunctim et divisim constituimus, vel eorum alteri liberaverit, quod instrumentum per nos occasione predicta retentum nullius penitus sit valoris nec robur obtineat firmitatis. In cuius etc.

Dat. [apud Turrim London., VIII. die Novemb., anno domini MCC nonogesimo quarto, regni vero nostri anno vicesimo secundo.][a.2]

520. *LITTERAE EIUSDEM ADOLFO REGI DIRECTAE.* *Nov. 9.*

Ex Rotulo 'Royal Letters' 1471, ubi in margine adscribitur Rotulatur. — *Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 183.* *(P. deest.)*

Excellentissimo principi domino A. Dei gratia regi Romanorum illustri semper augusto Edwardus eadem gratia[a] rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie felicem regnandi gloriam et salutem.

(1) Sicut ex relacione venerabilis in Christo patris Antonii Dunolmensis episcopi, unius nunciorum nostrorum ad vos vel vestros nuncios transmissorum didicimus, iidem nuncii vestri una cum dicto episcopo et aliis nostris nunciis iuxta vestre celsitudinis voluntatem et nostram, que super confederacionis vinculo et unione amicicie specialis inter nos mutuo faciendis sibi commissa fuerant et iniuncta, fideliter pertractarunt vestraque sublimitas subsequenter que per eos facienda promissa fuerant, fidelius adimplevit. Ex quo serenitati vestre ad quas possumus gratiarum assurgimus acciones. (2) Nos autem convenciones confederacionis huiusmodi, quas pro nobis et heredibus nostris ratificavimus, acceptavimus et innovavimus, firmiter observare volentes super ipsarum observatione in manu nobilis viri Eustachii de Pomerio militis vestri et nostri, ad hoc per vestram excellentiam constituti, fidem dedimus manualem, faciendo nichilominus per spectabiles viros Edmundum comitem Cornubie consanguineum nostrum, Rogerum dictum le Bygod comitem Norffolcie et Anglie marescallum, Hugonem le Despenser militem et Iohannem de Langeton cancellarium nostrum in ipsius Eustachii et magistri

519. a) ut supra *R.*

520. a) *supra lineam R.*

1) *V. nr. 517.* 2) *Lineam dati ex documento in eodem Rotulo praecedenti substituimus.*

Gerlaci canonici Aquensis fratris sui presencia in animam nostram id idem iurari, sicut per litteras nostras inde confectas[1] per ordinacionem nunciorum vestrorum tradendas et assignandas nobili viro comiti Hollandie plenius poterit apparere. (3) Magnitudinem vestram affectuose rogantes, quatinus predictis Eustachio et magistro Gerlaco in hiis, que super premissis vobis ex parte nostra duxerint exponenda, fidem dignemini credulam adhibere.

Dat. Lond(onie), IX. die Nov., anno Domini MCC nonogesimo IIII,[b] regni vero nostri anno XXII.

521. *LITTERAE EIUSDEM COMITI HOLLANDIAE MISSAE. Nov. 12.*

Ex Rotulo 'Almain Roll 22—31 Edw. I; 1' nr. 18, ubi additur Et fuit claus̄. *Cf. etiam Reg. Reichssachen 180. 181. 185 et litteras regis Adolfi infra nr. 526. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 184. (P. deest.)*

Rex nobili viro domino F(lorentio) comiti Holandie et Zelandie ac domino Fris(ie) amico suo carissimo salutem et dilectionem sinceram.

Cum mittamus ad partes vestras pecuniam ad faciendum solucionem regi Romanorum illustri et aliis, prout inter eos et nos per nuncios eorum et nostros fuerat in presencia vestra conventum, sicut plenius ipse nostis, ac etiam transmittamus dilectum et fidelem nostrum Iohannem Butetourte militem, latorem presencium, ad ipsam pecuniam conducendam, nobilitatem vestram requirimus et rogamus, quatinus predicto Iohanni et aliis pecuniam eandem ducentibus consilium et auxilium efficax impendatis, ut huiusmodi pecunia bene salvetur et loco quo prius reponatur in tuto, quousque solucio pecunie predicte facta sit illis, quibus fieri debet, et hoc sicut prius in presencia vestra fiat. Et eundem Iohannem et alios de regno nostro ad partes vestras predictas fiducialiter accedentes in hiis et in omnibus aliis, que nos tangunt, habere velitis, sicut de vobis confidimus, more solito commendatos.

Dat. apud Westm(onasterium), XII. die Novembr.

---

522. OBLIGATIO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI FACTA PRO EXPEDITIONE ITALICA.

1294. Iul. 23.

Denuo descripsimus autographon tabularii Confluentini. Eadem manu ut supra nr 486 negligenter exaratum est. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Cf. obligationem die praecedenti datam Reg. Ad. 204, cuius item autographon adhuc servatur. — Böhmer, Reg. Ad. 205. (P. deest.)

Nos[a] Adulfus Dei gratia Romanorum rex[b] semper augustus ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod[c] venerabili Boemundo[c] Trevirorum archiepiscopo

520. b) *sequitur* anno *deletum R.*

522. a) *praecedunt . . or.* b) *in linea add. or.* c) *. . add. or.*

1) *Supra nr. 517 c. 12.*

principi nostro dilecto, quia nos associabit et associare promisit cum quinquaginta militibus seu militaribus personis in armis per sex menses, si nos pro expeditione quacumque ad partes Ytalie procedere contingat, tam pro expensis huiusmodi militum seu militarium personarum quam pro camera sua tradere et assignare promittimus bona fide duo milia marcarum Coloniensium denariorum bonorum et legalium. Et si huiusmodi pecunie summam sibi non possemus illo tempore assignare, ipsas expensas idem archiepiscopus tenebitur tam pro sua camera quam pro militaribus suis de proprio procurare usque ad predictam summam termino supradicto. Et nos bona fide solvere et restituere illas sibi promittimus per presentes. Obligantes ei et suis successoribus nostra et sacri imperii castra, videlicet Kocheme et Clottene cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, titulo pignoris seu ypothece pro eisdem tam diu ab ipso et ecclesia Trevirensi seu suis successoribus tenenda, habenda et possidenda pacifice, quousque ipsis fuerit a nobis vel nostris successoribus de dictis duobus milibus marcarum una cum quatuor mille quingentis et quinquaginta tribus marcis Coloniensium denariorum, in quibus ipsi archiepiscopo et ecclesie sue ex alia causa tenemur et pro quibus sibi obligavimus[1] castra supradicta, integraliter et plenarie satisfactum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. anno Domini MCC nonagesimo quarto, X. Kal. Augusti, regni vero nostri anno tertio.

---

523. CONFIRMATIO SENTENTIAE DE CONDITIONE PUPILLI.

1294. Aug. 31.

Confirmationem sententiae Rudolfinae de conditione pupilli non deterioranda a. 1287. Mart. 24. datae supra nr. 391 denuo contulimus cum autographo, quod asservatur in tabulario Insulensi nr. 3604 (olim B. 359). Sigillum iam deest. — Böhmer, Reg. Ad. 214. (Cf. P. 461 lin. 40.)

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus presentium inspectoribus universis gratiam suam et omne bonum.

Litteras dive recordationis quondam domni Rudolfi Romanorum regis, predecessoris nostri, sub sigillo auctentico transsumptas vidimus in hec verba:

'Rudolfus Dei gratia — anno XIIII.' *supra nr. 391.*

Nos itaque divina favente clementia regalis sceptri successores ea, que per eundem predecessorem nostrum tam provide et sollempniter gesta sunt in premissis, ratificamus, innovamus et confirmamus per litteras nostras presentes nostre maiestatis sigilli munimine roboratas.

Datum apud Nůrenberg, II. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, regni vero nostri anno tercio.

---

1) *Reg. Ad. 204.*

524—530. ACTA GUERRAE CONTRA REGEM FRANCIAE MOVENDAE.

1294. Aug. 31. — 1295. Apr. 8.

Varia documenta ad hanc rem spectantia non diversis locis divisa, sed uno loco hic collectim edimus.

524. *SCRIPTUM DIFFIDATIONIS REGIS FRANCIAE. 1294. Aug. 31.*

Denuo descripsimus autographon, quod asservatur in tabulario Parisino 'Carton J. 610' nr. 14. Scriptum est in cancellaria regia. Sigilli parvum fragmentum pendet loro membranaceo. Contulimus etiam transsumtum ab ipso Philippo rege 1295. Mart. 9. factum (P) *infra nr. 527. Codicum, quorum numerus est maximus, lectiones varias neglecimus. — Böhmer, Reg. Ad. 213.* *(P. 461.)*

Adolfus[a] Dei gracia[b] Romanorum rex semper augustus magnifico principi domino Philippo Francie regi.

Quod tam per . .[c] progenitores vestros quam per vos bona, possessiones, iura, iuridiciones[d] tractusque terrarum nostri et imperii per occupationem illicitam tanto tempore detinentur et temere usurpantur, prout in diversis locis rerum evidentia manifestat, nequeuntes amodo absque verecundia sub dissimulationis patientia preterire, vobis presentibus intimamus, quod ad prosecutionem iniuriarum tantarum disponimus contra vos vires nostre potentie excercere[e].

Datum apud Nůrenberg, II. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo[f] nonagesimo quarto, regni vero nostri anno tercio.

525. *MANDATUM COMITI DE SALMIS MISSUM. 1294. Sept. 7.*

Descripsit iam olim Pertz ex codice Musaei Britannici 'Additional 25439', qui collectionem Petri de Vineis complectitur, ubi fol. 136 ultimo insertum est. Qui codex cum ex monasterio quodam Lovaniensi profluus sit, non est dubium quin comiti de Salmis[1], *ut praebet codex, mandatum recte inscribatur. Pertzii exemplar item adhibuit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 163 nr. 224.* *(P. deest.)*

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro comiti de Salmis fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Grata est in conspectu nostri culminis fides tua, quam et devotionis affectus claram exhibet et demonstrat effectus operum clariorem. Hinc est quod, quia illustris[a] Philippus rex Francorum presumptioni a suis progenitoribus derivate in ipsum innitens[b] terras, iurisdictiones, iura et bona imperii temeritate inaudita detinet occupata, et propter hec ad persequendas tantas iniurias nos oportet suffultos tuo et aliorum principum nostrorum et fidelium imperii suffragiis in brachio regalis potentie insurgere contra eum, fidelitatem tuam cum attentione fiducialiter requirimus et rogamus, auctoritate regia dantes tibi nichilominus in mandatis, quatinus contemplatione fidei, qua sacro Romano

524. a) Adolphus *P.* b) gratia *P.* c) . . *desunt P.* d) iurdcones *P.* e) *sic or.;* exercere *P.* f) MCC *P.*

525. a) . . *add. c.* b) mitens *c.*

1) *Salm prope Stablo.*

teneris imperio, civitates et castra et terram tuam munias contra regem Francorum predictum, non permittens, quod aliquis subditorum tuorum ad servitium ipsius se transferat aut quovis modo sibi serviat vel ad serviendum sibi se obliget quoquo modo vel etiam ipsi regi aut suis equorum, armorum seu victualium venditione seu deductione assistat vel aliquem de regno Francorum huiusmodi equos, arma aut victualia deducere vel extrahere ex eorum districto seu iurisdictione permittat. Decrevit enim regalis districtio per proscriptionis, publicationis et privationis bonorum et feudorum suorum sententias et penas alias legittimas procedere contra in contrarium presumentes.

Dat. Nuremberg, VII. Idus Septembris, regni anno tercio.

526. *LITTERAE INVITATORIAE REGI ANGLIAE DIRECTAE.*
1295. Ian. 24.

Autographon in tabulario regni Britannici ('Public Record Office') asservatum 'Royal Letters' 1472, quod edidit Luard 'Scriptores rerum Britannicarum' XVI, 434, denuo contulit Karolus Hampe tunc socius noster. In verso legitur: Inclito domino Edwardo regi Anglie augusto, amico nostro karissimo, *itemque manu coaeva scriptum:* Venerunt ad regem apud Coneweye per manus I. de Butecourt et magistri W. de Kilkenny, X. die Martii. *Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 189. 191.* *(P. deest.)*

I[nc]l[it]o[a] domino [Edwardo][a] regi Anglie augusto, amico suo karissimo, Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus [salutem et][a] federis et amicicie continuum incrementum.

Quia nostre felicitatis relacio vos delectat, ecce [quod vobis][a] ad gaudium intimamus, quod omnibus nobis ad vota succedentibus provincias Thuringie, Terre Orientalis et Misne in robore victoriosi exercitus, quem nuper instauravimus, auctore domino exercituum, adeo nostre et imperii addidimus dicioni, quod principes, barones, nobiles, populares et plebei ad nostra venerunt mandata et tam in terris eisdem quam in Saxonia pacem a nobis constitutam iurari fecimus generalem[1]. Nunc autem omnibus prospere peractis ad partes Reni revertimur letabundi. Unde cum in media quadra-
Mart. 13. gesima, Dominica qua cantatur Letare, in Frankenfurt parlamentum cum conventu ibidem principum nostrorum et imperii edixerimus celebrandum, ubi de negocio vestro et nostro super instaurando a nobis exercitu contra regem Francie tractare ea intendimus que incumbunt, quocirca celsitudinem vestram requirimus et rogamus, quatinus ad dictum parlamentum vestros sollempnes nuncios transmittatis, quorum consilio in predicto tractando negocio et aliis incumbentibus dirigamur.

Datum in Rienecke, IX. Kal. Febr., regni nostri anno tercio.

527. *RESPONSIO REGIS FRANCIAE ADOLFO REGI MISSA.*
1295. Mart. 9.

Descripsimus autographon, ut apparet, tabularii Parisini 'Carton J. 610' nr. 14bis, *quod in cancellaria regis Franciae scriptum est. Pendet sigillum laesum loro membranaceo ipsi membranae exsecto. De ratione v. Bergengrün 'Die politischen Beziehungen Deutschlands zu Frankreich während der Regierung Adolfs von Nassau' (Strassburg 1884) p. 42. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 187.* *(P. 461.)*

Ph(ilippus) Dei gratia Franc(orum) rex . . magnifico principi A(dolpho) regi Alem(anie).

Nuper vestras, ut prima facie apparebat, patentes recepimus litteras in hec verba: 'Adolphus Dei gratia — anno tercio.' *supra nr. 524.*

526. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *Cf. Böhmer, Reg. Ad. pag. 176. 177 et infra nr. 534.*

Quare mittimus ad vos . . religiosos viros dilectos nostros . . fratres Symonem de ordine Hospitalis beati Iohannis Iherosol(imitani) de Rossemalle et de Alneto ac Galcherum de ordine milicie Templi de Remis domorum preceptores ad sciendum, si a vobis tales littere processerunt. Que si de vestra conscientia emanarunt, ut prima facie apparere videtur, nisi de contrario nos certificaveritis per presencium portitores vel alterum eorundem, cum ex earum tenore diffidationis materia colligatur, vobis tenore presencium intimamus, quod tanquam diffidati a vobis deinceps erga vos proponimus nos habere.

Actum Paris(ius), die Mercurii ante mediam quadragesimam, anno Domini MCC nonagesimo quarto.

528. *CONFIRMATIO COMMISSIONIS RUDOLFINAE. 1295. Mart. 21.*

Confirmationem commissionis Rudolfinae de inquisitione facienda 1288. Apr. 29. datae supra nr. 409 proponimus ex transsumto regis Alberti a. 1299. Dec. 6 facto, quod asservatur in bibliotheca Parisiensi 'Collection de Lorraine' vol. 199 nr. 19, infra proponendo. Cf. iam supra ad nr. 409. — Böhmer, Reg. Ad. 256. (P. deest.)

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Noveritis, quod nos litteras inclite recordationis Rudolfi Romanorum regis predecessoris nostri infrascriptas vidimus et respeximus continentie huiusmodi et tenoris:

'Rudolfus Dei gratia — anno quintodecimo.' *supra nr. 409.*

Nos itaque universa superius annotata ex certa scientia approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Dantes has nostras litteras in testimonium super eo.

Dat. Frankenfůrt, XII. Kalen. Aprilis, indictione octava, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

529. *MANDATUM DE HOSTE FACIENDA. 1295. Apr. 8.*

Superest in codice tabularii Vindobonensis Suppl. 90 (Reichs-Sachen 50) saec. XVI, de quo v. supra ad nr. 408. Varias codicis Gottingensis Histor. 657 item saec. XVI. itemque editionum lectiones neglegimus. Praebet ille codex Vindobonensis formas diversas, quas inter se contulimus. Sunt enim: 1) *nr. 66 mandatum episcopis, duci, comitibus, civitatibus Lotharingiae collectim missum;* 2) *nr. 69 duci Lotharingiae missum;* 3) *nr. 68 civitati Verdunensi separatim directum hucusque ineditum. Quae omnia in illo codice exemplata sunt ex litteris originalibus, quarum sigilla 'magna' adhuc incorrupta pendebant; ad calcem nr. 66 adduntur haec: 'Eiusdem tenoris literae repertae sunt scriptae ad episcopum Virdunensem, Tullensem et civitates easdem particulariter, omnes in pergameno integrae, sed sigillis non omnino salvis'. Sed haec autographa hodie omnia desiderantur. — Böhmer, Reg. Ad. 267. (P. deest.)*

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus[a] Virdunensi et Tullensi episcopis ac illustri Friderico duci Lothoringie principibus suis ac nobilibus viris de Luzzembourg et de Sarbrugge comitibus necnon prudentibus et discretis viris magistris, rectoribus et communitatibus civitatum Metensis, Virdunensis et Tullensis, dilectis suis et imperii fidelibus, gratiam suam et omne bonum[a].

529. a) *inscriptio in* 2: illustri F[r]iderico duci Lothoringie principi suo dilecto gr. s. et o. b.; *inscriptio in* 3: prudentibus et discretis viris magistro civium, rectoribus et communitati civita[ti]s Verdunen. d. s. et i. f. gr. s. et o. b.

Intollerabiles iniurias et inauditos contemptus, quos sacrum Romanum imperium in se et subditis suis[b] per elationem regum Francie pertulit a multis retroactis temporibus, nequeuntes[c] absque verecundia et salvo iuramento in susceptione nostri regiminis prestito equanimiter ammodo[1] tolerare, vestre[d] sinceritatis et[e] fidelitatis[f] industriam ex affectu plenissimo requirimus et rogamus et in ea fide et[g] fidelitatis prestantia, qua nobis et sacro Romano imperio astringimini[h], fiducialiter vos hortamur[i], quatinus pro nostra et ipsius imperii reverentia ad ulciscendum iniurias et contemptus predictos spectabili viro Henrico comiti Barrensi fideli nostro dilecto, de cuius sincera fidei puritate plene confidimus et cui in hac parte vices nostras nostro et imperii nomine committimus[2], contra regem Francie predictum circa metas regni Francie et Campanie vobis[k] conterminas tamquam contra inimicum nostrum et imperii assistere studeatis[l] viriliter et constanter auxilio, consilio et favore condignis. Propter hoc nostre munificentie retributionibus et gratiarum actionibus perpetuis premiandi[m].

Datum in Wizsemburch[n], VI. Idus Aprilis, regni nostri anno tertio.

530. *LITTERAE DUCI LOTHARINGIAE MISSAE. (Apr.)*

Cum nec autographon nec apographa servata sint, editionem, quam iam olim paraverunt Martène et Durand 'Thesaurus anecdotorum' I, 1270 'Ex ms. ecclesiae Remensis' haustam[3]*, repetere liceat in minutiis correctam. De tempore cf. Bergengrün loco supra ad nr. 527 citato pag. 42. — Böhmer, Reg. 1246—1313 pag. XX (Addit. I).*

(P. deest.)

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri duci Lotharingie, principi suo dilecto, gratiam suam et omne bonum.

Intellexit nostra serenitas, quod ad iuvandum regem Francie contra regem Anglie te disponis. Cum igitur propter inauditam temeritatem, qua idem rex et progenitores sui imperium[a] lacerasse noscuntur, bona ipsius, prout nullum orbis latet angulum, detinendo per violentiam occupata, nos una cum domino rege Anglie aliisque adiutoribus nostris oporteat necessario contra regem Francie consurgere ad vindictam, ad quod tuo et aliorum principum et fidelium imperii fulciri presidio indigemus, sinceritatem tuam rogamus et monemus in ea fide, qua nobis et eidem teneris imperio, quatinus omisso prefato rege Francie ad nostrum auxilium te accingas, tuos subditos et vicinos inducendo nichilominus ad id ipsum. Nos siquidem tuis utilitatibus taliter intendemus, quod pro lucri participio, quod ex illa parte sperabas, pro parte nostra congruam recipies recompensam, pro certo [tenens][b], quod contra eum, qui se parti contrarie applicuerit, tamquam contra hostem imperii procedemus. Quod per te, ubi opportunum fuerit, petimus publicari.

Datum.

---

529. b) suis subditis 3. c) nequientes 3. d) tue 2. e) sinceritatis et *deest* 3. f) et fidelitatis *deest* 2. g) ac 2. h) astringeris 2. i) *loco* fid. — hort. 2: te fiducialiter exhortamur. k) tibi 2. l) studeas 2. m) premiandus 2. n) Witzemburg 2; Wirzemburg 3.

530. a) ipsum *ed.* b) *deest ed.*

1) *Verba* nequeuntes amodo absque verecundia *iam vide in Diffidatione quae dicitur supra nr.* 524. 2) *Cuius commissionis documentum servatum non est.* 3) *Et ipsum v. d. Bernhard in 'Codice diplomatico vitam Adolphi imperatoris illustranti' (Mscr. saec. XVIII. tabularii olim Idsteinensis, nunc Wiesbadeni) documentum, quod ex eo vulgavit W. M. Becker 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVI, 96, potius ex editione Marteniana deprompsisse, nemo est quin videat.*

531. CONSTITUTIO VICARII GENERALIS IN PARTIBUS TUSCIAE.

1294. Sept. 10.

Autographon, dissectum videlicet, 'cassiertes Original' ut dici solet, quod casu felici in tabulario Divionensi 'Archives départementales, Série B. nr. 11698' nuper invenimus, denuo proponimus secundum editionem a nobis 'Neues Archiv' XXVII, 713 iam paratam. Pendet adhuc sigilli pars filis sericis rubri coloris. Cf. varia quae l. c. 715—717 notavimus et supra nr. 505. V. etiam Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 200. (P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis principibus ecclesiasticis et secularibus, archiepiscopis, episcopis et aliis[a] ecclesiarum prelatis, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus et aliis nobilibus, vassallis, capitaneis, potestatibus, rectoribus, civitatibus, communitatibus, popularibus aliisque suis et sacri imperii fidelibus in Tuscie partibus constitutis graciam suam et omne bonum.

(1) Contemplantes nos ad gubernandum sacrum imperium non ex nostra sufficiencia vel merito, sed pocius divina providencia evocatos, libenter pro eterna remuneratione nobisque commissorum tuitione noctes insompnes ducimus, ut quietem maioribus et minoribus preparemus. Sedatis itaque fluctibus bellice tempestatis, quibus ventus contrarius in Alsacia, Swevia et quibusdam aliis partibus Alemanie cultum pacis et fructum iusticie impedivit, humiliatisque inibi brachio nostre virtutis ac potencie sacri imperii rebellibus et prostratis, magna nos cura sollicitat, circa bonum statum Ytalie et precipue Tuscie, quam prosequimur favore gracie specialis, intendere cum effectu, ut discordia matre licium et materia iurgiorum effugata pacis et tranquillitatis dulcedine consoletur. (2) Et quia circa alias partes imperii necessario detinemur, ne predicta terra eiusque incole, cui[b] nostre maiestatis presenciam in proximo dante Domino pollicemur, nostre tuitionis provisione careant, nobilem ac strenuum virum Iohannem filium comitis de Cabilone dominum de Arlato nostrum et sacri imperii fidelem, in omni discretione providum et providentia circonspectum, animi constancia strenuum et puritate fidei approbatum, generalem vicarium nostrum per totam Tusciam constituimus[c] et generalem amministratorem in omnibus civitatibus, opidis, castris, possessionibus, bonis, terris, redditibus et proventibus quibuscumque ad nos et imperium spectantibus tenore presencium ordinamus. (3) Committentes ei merum et mixtum imperium, ut in facinorosos animadvertere nostra auctoritate valeat et iudicia exercere, que locorum et personarum exigit qualitas, iuxta legum et canonum sacratissimas sancciones, sive cause criminales fuerint vel civiles. Imponendi quoque banna et multas[d] ac decreta interponendi super deferendis alimentis, tuitione et restitutione in integrum minorum et ecclesiarum, dandi tutores et curatores quibuslibet[e], et predicta secundum ius alii vel aliis committendi et ab illis ac aliis iuriditione quacumque utentibus ad ipsum appellandi ac eosdem revocandi, quociens viderit expedire, salvo nichilominus maioribus et minoribus pleno iure ad nostre celsitudinis audienciam appellandi [et][f] provocandi, prout cause suggerit qualitas, in quibus secundum iura nobis et illis decernimus deferendum. Recipiendi quoque fidelitatis homagium ab omnibus et singulis ac revocandi[g] omnia ad ius et proprietatem imperii spectancia, que in partibus illis a quocumque alienata invenerit illicite vel distracta, ac ordinandi et faciendi omnia, que utilitatibus nostris et imperii

531. a) iis *in rasura or.* b) *sequitur* per *punctis suppositis deletum or.* c) *bis scriptum or.* d) l *eadem manu post add. or.* e) s *post add. or.* f) *deest or.* g) reucandi *in fine lineae or.*

expedire viderit et per nos fieri possent, nisi speciale mandatum exigant vel regali preminencie legum sanccionibus reserventur, plenam sibi dedimus potestatem. (4) Quare fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatinus ad omnia premissa ipsum recipere eiusque monitis et mandatis tanquam nostris obedire et intendere fideliter debeatis, alioquin sentencias, quas rite tulerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus inviolabiliter observari.

Data anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, IIII. Idus Septembris. indictione VII, regni vero nostri anno tercio.

532. DILATIO SENTENTIAE PROSCRIPTIONIS.

1294. Sept. 30.

Denuo descripsimus autographon tabularii regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 132. Sigillum ut videtur dorso impressum erat. — Böhmer, Reg. Ad. 220.

(P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nobis in castris apud Mitelhusen pro tribunali sedentibus crastino post festum beati Michahelis, anno Domini MCCLXXXXIIII, regni vero nostri anno tercio, venerabilis Gerhardus Magunt(inus) archiepiscopus tam per litterarum nostrarum[1] quam felicis recordacionis quondam domini Rud(olfi) Romanorum regis[2] antecessoris nostri documenta legitima docuit in iudicio coram nobis, quod in causa, quam idem princeps noster habere dinoscitur contra illustres Heinricum et Albertum duces de Brunswig, esset adeo processum, quod scilicet ubicumque et quandocumque ex parte requireremur eiusdem, dictos duces proscribere deberemus. Verum memoratus archiepiscopus Magunt(inus) nostra et nostro consistorio tunc astancium devictus instancia consensit, quod proscripcionis sentenciam contra unum ducum de Brunswig predictorum, Heinricum videlicet, proferendam differremus. Hanc itaque proscripcionis sentenciam, communi nostro consistorio tunc astancium dictante sentencia. nos hanc dilacionem posse facere, sic decrevimus differendam, quod quandocumque et ubicumque ex parte dicti principis nostri Magunt(ini) archiepiscopi eam ultra differri nolentis fuerimus requisiti, ad sententiam proscripcionis huiusmodi proferendam procedere debeamus. Presencium testimonio litterarum.

Dat. et actum loco et die et annis superius annotatis.

533. CONFIRMATIO SENTENTIAE DE MONETA.

1295. Ian. 9.

Inter alia, capitulo maioris ecclesiae Halberstadensis petente, constitutionem Friderici I. supra tom. I, 272 nr. 194 editam Adolfus rex confirmavit. Repetimus hic editionem,

1) *Supra nr. 481 c. 7.* 2) *Reg. imp. VI, 2088, quas litteras a. 1287. Mart. 31. datas in huius tomi III. supplemento ex autographo edemus, et 2104.*

quam paravit Schmidt 'Urkundenbuch des Hochstifts Halberstadt' II, 560 nr. 1619 ex chartario episcopatus Halberstadensis saec. XIV, cod. 60 in bibliotheca gymnasii Halberstadensis asservato, ubi fol. 19 inseritur. — Böhmer, Reg. Ad. 233, 13. (P. deest.)

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Noverit presens etas et successura posteritas, quod nos privilegium Frederici imperatoris predecessoris nostri nobis exhibitum vidimus et perspeximus continentie huiusmodi et tenoris:

'Fredericus Dei gratia Romanorum imperator — adulterare presumat'. *supra tom. I, 272 nr. 194.*

Nos igitur honorabilium virorum . . prepositi, . . decani totiusque capituli ecclesie Halberstadensis predicte iustis postulationibus grato concurrentes assensu, dictum privilegium, prout provide et iuste concessum est, et omnia in eo contenta ratificamus, innovamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostre ratificationis, innovationis et confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostre indignationis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in Mulhusen, quinto Idus Ianuarii, indictione octava, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

---

534. 535. MANDATA LUBECENSIBUS DIRECTA.

1295. Ian. 9.

534. *MANDATUM REGIS.*

Ex autographo in tabulario civitatis Lubecensis 'Trese Caesarea' nr. 45 asservato denuo descripsit vir d. Fr. Bruns. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. Iam editum est in 'Codice diplomatico Lubecensi' I, 568 nr. 629. — Böhmer, Reg. Ad. 235. (P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universitati civium Lubicensium fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Admirari compellimur vehementer, quo motu ad nostre regie maiestatis vocati presenciam coram nobis comparere minime curavistis, licet plerumque omnes principes, comites, nobiles et barones necnon civitatum aliarum quarumlibet meliores terrarum Saxonie, Misnensis et Thuringie ad nostre vocacionis edictum suam nobis exhibuerint presenciam personalem. Ex quo cum contra vos gravem concepissemus indignacionis materiam et rancorem, illustris Otto marchio Brand(emburgensis) filius quondam Iohannis marchionis Brandemburgensis princeps noster karissimus, pretendens multa per vos sibi exhibita servicia graciosa, ab huiusmodi indignacionis materia nos avertit, nostram celsitudinem summo studio deprecans et exhorans[a], quatinus annuere dignaremur, ut sua interposicione vos nostre et sacri imperii conformaret gracie et favori. Nos igitur

534. a) *sic pro* exorans *or.*

eiusdem principis nostri precibus inclinati suis votis annuimus in hac parte eidemque quantum ad universa et singula negocia, que vobiscum habemus tractanda, in solidum commisimus vices nostras[1]. Vobis sub obtentu gracie nostre precise mandantes, quatinus ante festum purificacionis beate Virginis proximum quod nunc instat per vestre civitatis maiores, meliores et magis ydoneos, quos ad hoc duxeritis eligendos, pleno mandato suffultos prefato principi nostro in Primzlavia occurratis, audituri negocia, que idem nostro nomine vobis duxerit proponenda, et eadem iuxta suam requisicionem per omnia completuri, sicut nostram gravem indignacionis offensam volueritis evitare. Quicquid autem idem princeps noster nostro tractaverit nomine seu ordinaverit, id gratum et ratum habebit nostra regia celsitudo. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore munitarum.

Datum apud Mulhusen, V. Idus Ianuarii, ind. VIII. anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tercio.

Pro certo tenentes, quod si mandatis nostris non parueritis in premissis, contemptum vestrum, prout sentencia curie nostre dictaverit, prosequemur.

Datum ut supra.

535. *COMMISSIO MARCHIONI BRANDENBURGENSI DATA.*

Superest in solo Copiario Marchico saec. XIV. R. 78 a. 3 fol. 28' tabularii regii Berolinensis. Quo omnes redeunt editiones. Ubi rubrica: Auctoritas data Ottoni marchioni Brandeñ placitandi cum civitati Lubiceñ. *Denuo accuratissime contulit socius noster Edmundus Stengel. — Böhmer, Reg. Ad. 234.* *(P. deest.)*

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus coram universis Christi fidelibus presentem paginam audituris seu visuris recognoscimus tenore presencium protestando, quod fideli nostro principi et dilecto Ottoni marchioni Brand(emburgensi) filio quondam Io(hannis) marchionis nostra quevis negocia, universa videlicet et singula, que regia celsitudo nostra cum burgensibus civitatis nostre Lubicensis habet tractanda, in solidum commisimus nostro nomine singulariter et universaliter placitanda. Volentes quecumque cum prefatis burgensibus nostris placitando tractaverit, rata penitus et inviolabiliter observari. In quorum etc.

Acta sunt hec et data Můlhusen, anno Domini MCCXCV, quinto Ydus Ianuar., anno III. regni nostri.

536—538. INNOVATIO COMMISSIONIS TERRAE FRISIAE.

1295. Ian. 21.

Scriptum commissionis et mandata, quae a. 1290. Iul. 29. 31. rex Rudolfus comiti Gelriae concesserat, Adolfus rex uno die confirmavit. Quorum omnium autographa supersunt in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Hucusque inedita nobis petentibus benivolenter contulit vir cl. J. Weiss Monacensis. Textus omnino nituntur documentis a. 1290. supra nr. 435—437. Quae concordant, typis minoribus excudenda curavimus.

1) *Infra nr. 535.*

536. *COMMISSIO REGIA.*

Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. V. supra nr. 435. — Böhmer, Reg. Ad. 243. *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis et singulis sacri imperii Romani fidelibus graciam suam et omne bonum.

(1) Attendentes virtutum beneficia, meritorum insignia, constantis fidei suffragia, quibus spectabilis vir Reynaldus comes Gelrie fidelis noster dilectus erga nos et sacrum imperium Romanum dinoscitur relucere, gerentes confidencie plenitudinem de eodem, dicto nobili Reynaldo comiti Gelrie totam Frisiam que dicitur vulgariter Oͤstvrieslant et omnem aliam Frisiam ad nos et imperium spectantem, excepta dumtaxat illa parte ad nobilem virum . . comitem de Hollandia pertinente, de nostrorum procerum consilio duximus committendam. Dantes eidem plenariam potestatem per se vel suos de delictis cognoscendi et puniendi, iudicandi, sentenciandi, in facinorosos homines animadvertendi, penas imponendi, iura nostra et imperii recuperandi, ampliandi, collectas seu precarias, cum sibi expedire videbitur, faciendi in ipsa Frisia, officiatos iudices pro se constituendi, iura condendi, ea observare faciendi et omnia ac singula faciendi, ordinandi, disponendi, tractandi, que facere, ordinare, disponere et tractare possemus, si essemus ibidem personaliter constituti, ita quod de iustis redditibus, iustis precariis et de ceteris de iusto iudicio provenientibus nobis vel nostris in imperio successoribus legitimam tenebitur computacionis reddere racionem. (2) Porro predicta Frisia, quam dicto Gelrie comiti duximus committendam, per nos vel nostros successores non debet ullatenus avocari, nisi prius de expensis et impensis, quas in recuperacione, attractione necnon reformacione ipsius Frisie pro se et suis duxerit faciendas et exponendas, sibi vel suis heredibus per nos vel successores nostros penitus refusis prehabita computacionis legitima racione. Donis vero, liberalitatibus, exenniis, concessionibus, redditibus seu proventibus seu quibuscumque curialitatibus sibi factis vel faciendis racione amministracionis ipsius Frisie, que fiunt comiti predicto per Frisiam predictam, per dictum comitem aut eius heredes nobis et nostris successoribus nullatenus computandis. (3) Sane si dictum comitem in Frisia predicta aliquas terras seu possessiones contigerit comparare, ad imperium tamen non spectantes, illas pacifice a nobis et imperio titulo feodi possidebit. (4) Ceterum in dicti comitis laborum et sollicitudinum recompensam cum quatuor milibus marcarum puri et examinati argenti, que eidem rex Rudolfus antecessor noster felicissimus occasione huiusmodi est largitus, sicut patet in litteris super hoc confectis et traditis[1], ut nostra in ipso etiam resplendeat liberalitas, duo milia marcarum argenti similiter puri et examinati* duximus* largienda. Et si nos vel successores nostros dictam terram Frisie a dicto comite contigerit avocare prius quam terram restituat, dicta sex milia marcarum per nos vel successores nostros debent eidem comiti assignari et integraliter persolvi.* In premissorum omnium testimonium et robur presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Fulda, XII. Kalend. Februarii, indictione octava, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

537. *MANDATUM PRINCIPIBUS DIRECTUM.*

Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. V. supra nr. 436. Cf. Böhmer, Reg. Ad. 243. *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus et nobilibus circa Frisiam commorantibus dilectis sibi graciam suam et omne bonum.

De fidei puritate, non modica industria et constancia incorrupta nobilis viri Reynaldi comitis Gelrie consanguinei et fidelis nostri dilecti sincerius et plenius confidentes sibi totam Frisiam que

1) *Supra nr. 435.*

dicitur vulgariter Oestvrieslant et omnem aliam Frisiam ad nos et ad imperium spectantem, excepta dumtaxat illa parte ad nobilem virum . . comitem de Hollandia pertinente, duximus committendam. Dantes sibi liberam potestatem iudicandi, iura et redditus nostros et imperii colligendi et de eisdem, prout sibi visum fuerit esse utile, nobis et imperio disponendi, alios iudices statuendi, novos milites faciendi, reos puniendi et bona imperii recuperandi. Unde universos et singulos vos rogamus plenissimo cum affectu, quatinus ei ad predicta universa et singula sibi a nobis commissa cooperari et assistere efficaciter et fideliter, quocienscumque et quandocumque ab ipso requisiti fueritis, studeatis, ostensuri et exhibituri nobis in hoc vestre sinceritatis et fidelitatis indicia pleniora.

Datum apud Fuldam, XII. Kal. Februarii, indictione octava, anno Domini MCC nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

538. *MANDATUM SUBDITIS MISSUM.*

Sigillum desideratur. V. supra nr. 437. Cf. Böhmer, Reg. Ad. 243.
(P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis hominibus per totam Frisiam que vulgariter dicitur Ostvrieslant et per omnem aliam Frisiam ad nos [et][a] imperium spectantem, excepta dumtaxat illa parte ad nobilem virum . . comitem de Hollandia pertinente, dilectis suis fidelibus graciam suam et omne bonum.

Fidelitas vestra sciat, quod ad regendum vos et iudicandum inter vos et de vobis, disponendum de nostris iuribus et redditibus et recipiendum illos redditus et convertendum ad utilitatem nostram et imperii et statuendum iudices et puniendum reos nobili viro Reynaldo comiti Gelrie consanguinei et fideli nostro dilecto duximus committendum. Unde vestre fidelitati precipimus et mandamus, quatinus ei intendatis et obediatis in omnibus humiliter et devote, propter hoc a nostra celsitudine suo tempore non immerito commendandi.

Datum apud Fuldam, XII. Kal. Februarii, indictione octava, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

539—541. CONFIRMATIONES ARCHIEPISCOPO SALZBURGENSI FACTAE.

1295. Mart. 21. — Apr. 27.

539. *CONFIRMATIO CONSTITUTIONIS FRIDERICI II. Mart. 21.*

Autographon, quod olim se adhibuisse testatur Ried 'Codex diplomaticus episcopatus Ratisbonensis' I (1816), pag. 669 nr. 698, deperiit. Pendebat sigillum illaesum. Itaque illius editionem repetere necesse est, collato G *apographo saec. XVI. tabularii generalis regni Bawarici 'Gemeiner's Nachlass' III*[a] *prod. 69*[1]. *Cf. transsumtum archiepiscopi Salzburgensis a. 1294. Oct. 1. factum 'Ried' l. c. pag. 331 nr. 351. — Böhmer, Reg. Ad. 255 et 426 (Addit. II). (Cf. P. 462 lin. 10.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam[a].

538. a) *deest or.*

539. a) *sic Ried et G.*

1) *Superest apographon recentioris aevi in tabulario praefecti Oenipontani, ubi in linea dati leguntur* XI. Kal. Apr. *Cf. (Kleinmayrn) 'Nachrichten von Juravien' pag. 477.*

Presentante nobis dilecto principe nostro Chunrado[a] Salzpurgensis[b] ecclesie venerabili archiepiscopo, privilegium quondam Friderici olim Romanorum imperatoris bulla inclite memorie domini Gregorii pape decimi bullatum vidimus non viciatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte abolitum et ad perpetuam rei memoriam de verbo ad verbum fecimus presentibus annotari. Cuius[c] tenor talis est:

'Gregorius episcopus — nostri anno tertio.' *supra tom. II, 106 not. 4.*

Cum igitur decus et decorem emunitatis ecclesiastice et incrementum katholice fidei summopere et alacri studio amplectamur, totum ipsum privilegium suprascriptum approbamus et innovamus et precipimus sub penis in ipso contentis, ne ullus sacri Romanorum imperii fidelis vel devotus ipsum infringere audeat vel ei ausu temerario contraire.

Datum in Frankenvord[d], anno dominice incarnationis MCC nonagesimo quinto, XII. Kal. Aprilis[1], anno regni nostri tercio.

540. *CONFIRMATIO SENTENTIAE DE LIBERTATE STRATARUM REGALIUM. Apr. 27.*

Sententiae regis Heinrici a. 1224. Iul. 23 datae innovationem proferimus ex autographo in tabulario Vindobonensi asservato. Pendet sigillum laesum filis sericis varii coloris. In verso leguntur: Confirmacio Adolfi regis super sentencia lata per Heinr(icum) septim(um) regem Ro., quod nullus dñus aliquem mercatorem valeat inpedire in strata regia. — *Böhmer, Reg. Ad. 271.* *(P. 569.)*

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus per presencia profitemur, quod venerabilis Chunradus archiepiscopus Salczburgensis apostolice sedis legatus, princeps noster karissimus, nostram adiens presenciam litteras incliti predecessoris nostri domini Heinrici septimi divi Romanorum regis semper augusti in nulla sui parte viciatas nostris exhibuit oculis et manibus penitus in hec verba:

'In nomine sancte — decimo Kal. Aug. Amen.' *supra tom. II, 401 nr. 285.*

Volentes itaque ad imitacionem divorum[a] principum Romanorum sentencias publicas[b] a sacri imperii obtimatibus conditas et que videntur sapere iusticiam et continere equitatem, non solum tolerare equo animo, verum eciam virtute Romani culminis defendere ac tueri, supradictam sentenciam ratam habentes et gratam, ipsam presencium robore innovamus. Universis et singulis Christi et imperii fidelibus inhibentes, ne quis dictam sentenciam contra innovacionis et confirmacionis nostre tenorem audeat infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum.

Dat. Ratispone, anno Domini MCC nonagesimo quinto, quinto Kalen. Maii, indictione VIII, regni vero nostri anno tercio.

541. *CONFIRMATIO SENTENTIAE DE NON ALIENANDIS BONIS PRINCIPATUUM. Apr. 27.*

Sententiae Rudolfi regis a. 1281. Iul. 5. latae innovationem descripsimus ex autographo, quod asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 133½. Pendent sigilli fragmenta loro membranacco. — Böhmer, Reg. Ad. 270. *(Cf. P. 461 lin. 35.)*

539. a) Conrado *G.* b) Saltzp. *G.* c) Qui *Ried.* d) Franckenford *G.*

540. a) iv *in loco raso or.* b) pub|blicas *or.*

1) *V. supra pag. 510 n. 1.*

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium confitemur, nos felicissime recordacionis domini Rudolfi Romanorum regis invictissimi nostri predecessoris litteras non cancellatas vel in aliqua sui parte viciatas vidisse per omnia in hec verba:

'Rudolfus Dei gracia — nostri anno VIII.' *supra nr. 277.*

Quam sentenciam generaliter ratam habemus et precipimus observari. In cuius rei testimonium presentes dedimus litteras nostri sigilli munimine roboratas.

Dat. Ratispone, V. Kalen. Maii, regni nostri anno tertio.

542—544. SENTENTIAE PRO COMITE HAYNONIAE.

1295. Mart. 29. 30.

542. *SENTENTIA DE FORO DOMINI A VASALLO INVASI. Mart. 29.*

Denuo descripsimus autographon tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 189. Sigillum valde laesum pendet loro membranaceo. In verso scriptum est: iudicium contra vasallos qui invadunt dominum. *Cartulariorum apographa neglereximus. — Böhmer, Reg. Ad. 262. (P. 462.)*

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo quinto, tercia feria post diem annunciacionis beate Virginis, nobis apud Oppenheim pro tribunali sedentibus per sentenciam est obtentum: quod dominus aliquorum feodorum invasus hostiliter a vasallo vel feodotario, antequam feoda reportet ad manus domini, prefixo die et loco invasori in presencia comparum et convasallorum suorum stabit contentus sentencia, quam hii super invasione huiusmodi duxerint proferendam. Presencium testimonio litterarum.

Dat. Oppenheim, anno Domini et die predictis, regni vero nostri anno tercio.

543. *INNOVATIO SENTENTIAE DE PROSCRIPTIS EXCOMMUNICANDIS. Mart. 29.*

Proponimus secundum editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 575 nr. V ex autographo eiusdem tabularii nr. 188 factam. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso scriptum est: suplicatio regis ad[a] Adolphi ad dnm papam, ut excommunicet proscriptos in generali. *Repetitur sententia regis Rudolfi a. 1287. Mart. 27. data supra nr. 396. Quae concordant, typis minoribus excudenda curavimus.*

Sed valde dubium est, num Bonifacius VIII. papa litteras regis has et sequentes fere similes unquam receperit, quippe quae comiti Haynoniae traditae adhuc in ipsius tabulario existunt. Neque vero in prima illa pontificis epistola ad Adolfum regem missa infra nr. 545 commemorantur. — Böhmer, Reg. Ad. 454 (Add. II). (P. deest.)

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus devota pedum cum filialis obedicionis reverencia oscula beatorum.

543. a) *sic or.*

Ammirabilis providencia summi regis ad regimen populorum duas in orbe terrarum constituit principaliter potestates, spiritualem videlicet et eciam temporalem, ut in eodem regimine altera subsidio alterius fulciatur et quod una per se in correccione subditorum adimplere non potest, per aliam suppleatur. Sane cum in sollempni curia apud Herbipolim per inclite recordacionis Rudolfum regem Romanorum illustrem nostrum predecessorem sollempnius celebrata per communem principum, comitum, nobilium et aliorum Romani imperii fidelium sentenciam qui fuere presentes dictatum fuerit* et obtentum, quod illi, qui proscripcionis sentenciam in se animo indurato sustinuerunt per annum et amplius, invocato brachio ecclesiastico debeant excommunicacionis sentencie innodari, ut eos qui rigore temporalis gladii non terrentur, ad bonum obediencie nervus revocet ecclesiastice discipline, sanctitatem vestram affectuose requirimus et rogamus vestre potestatis plenitudinem fiducialiter invocantes, quatinus iuxta vestri officii debitum, prout nobis et imperio tenemini auxilium exhibere, proscriptos huiusmodi ubicunque in imperii consistant districtibus generaliter in scriptis excommunicare dignemini et excommunicatos nunciari publice faciatis, mandantes nichilominus prelatis, sub quorum iurisdiccione dicti proscripti aut eorum bona consistunt, prout per litteras nostras sibi constiterit, quod ipsos moneant, ut infra mensem post eorum monicionem a dicta proscripcione se liberari procurent, alioquin termino elapso dictos proscriptos, quos exnunc ut extunc in scriptis excommunicaveritis, nominaliter et expresse excommunicent et excommunicari faciant et eos ad desistendum a dicta proscripcione et resiliendum per censuram ecclesiasticam conpellant, et sic illos, quos unius iurisdictionis cohercio a malo non revocat, alterius saltem potestatis gladius a contumacia coherceat et peccato.

Dat. in Oppenheim, IIII. Kalen. Aprilis, indiccione VIII, anno Domini MCC nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tercio.

544. *CONFIRMATIO EIUSDEM SENTENTIAE. Mart. 30.*

Confirmationem hanc denuo descripsimus ex autographo eiusdem tabularii nr. 187. Sigillum iam desideratur. Exemplavit iam olim Bethmann (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 166 nr. 230). — Böhmer, Reg. Ad. 455. (P. deest.)

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus devota pedum cum filialis obedicionis reverencia oscula beatorum.

Inclite recordacionis Rudolfi Romanorum regis illustris nostri predecessoris litteras vidimus tenorem huiusmodi continentes:

'Reverendo in Christo patri — anno XIIII.' *supra nr. 396.*

Quia igitur due potestates, videlicet spiritualis et temporalis, a divina providencia pro correccione subditorum constitute in orbe terrarum sic se mutuis auxiliis conplectuntur, ut hii qui cohereeri non poterunt rigore gladii temporalis, cohercione spiritualis gladii conpescantur, sanctitati vestre supplicamus obnixius deprecantes, quatinus Guidonem comitem Flandrie et suos fautores ad instanciam nobilis viri Iohannis comitis Haynonie proscriptos excommunicacionis sentenciis innodantes prelatis, sub quorum iurisdicione tenent domicilia, precipere dignemini, ut comitem Flandrie et fautores suos predictos, qui in proscripcionis sorduerunt sentencia, per annum et amplius excommunicatos publice nuncient, evitandos ab omnibus arcius, in locis quibus fuerit oportunum.

Dat. in Oppenheim, III. Kalen. Aprilis, indiccione octava, anno Domini MCC nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tercio.

545—547. LEGATIO AD BONIFACIUM VIII. PAPAM.

1295. Mai. 23.—Iun. 27.

Cum litterae Adolfi regis in tabulario Vaticano minime existant[1], *proponimus pontificis epistolas ex Registris eiusdem tabularii denuo correctas. Cf. Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' III, 1 p. 303—309.*

545. *EPISTOLA PONTIFICIS PRIOR. Mai. 23.*

Registri Bonifacii VIII. tom. I, iam in serie Registrorum tom. 47 fol. 210' nr. 175 nos ipsi contulimus. — Potthast 24092. Registres de Boniface VIII. 875. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päpste 280. *(P. deest.)*

Karissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri.

(1) Paternis te, fili, verbis alloquimur et que cordis in utero gerimus, tibi sinceris affectibus reseramus. Pridem siquidem nostre consecrationis solenniis celebratis, credulitas nobis suggerebat indubia, ut tu predecessorum tuorum Romanorum regum, qui erga Romanam ecclesiam sincere devotionis affectu et zelo filialis reverentie claruerunt, laudanda vestigia imitans[a] solennes ad nostram presentiam nuntios destinares, qui et electionis de te facte notitiam ad apostolicam sedem deferrent et ab ea favorem solitum et tuorum directionem processuum postularent ac alia etiam in actu producerent et ipsi sedi efficaciter exhiberent, que a Romanis regibus exhiberi solent et fieri a retroactis temporibus ante susceptum imperii diadema. Sed qualiter in hac parte te gesseris, qualiter predecessores eosdem usque nunc secutus fueris, non ignoras. De quo tanto potioris admirationis nobis causa suboritur, quanto personam tuam claris titulis insignitam fama celebris publicat et fidedignorum assertio profitetur. Suntne ista, fili, tue magnitudinis laudanda principia, sunt invitatoria et provocatoria Romane ecclesie ad tuum negotium feliciter promovendum? Nam cum ad procurandum totius christianitatis pacem et quietem electus existas et quasi a Domino evocatus, tu in huiusmodi tui initiis ad mundi turbationem et bella in christianos principesque catholicos potenter te preparas, pro viribus te accingis tuosque conatus non sine multe instantia tue derogationis exerces. Numquid decet tantum et tam potentem principem, ut tanquam simplex miles[b] sub colore mercedis cuiuslibet ad actus bellicos inducaris? (2) Hec profecto idcirco producuntur in medium, quia tui honoris et fame ac exaltationis diligimus incrementum. Cum autem personam regiam specialis prerogativa favoris patris more benivoli diligamus, celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente, paterno et salubri consilio suadentes, quatinus mentis oculis erectis ad Dominum, per quem reges regnant et principes dominantur[2], adversus karissimum filium nostrum Philippum Fra[n]cie regem illustrem nullam hostilem, presertim hoc tempore, facias novitatem, sicut per alias nostras patentes litteras[3] tibi seriosius scribimus, nec tam periculosas et arduas persecutiones assumas, que tui profectionem honoris et culminis impedirent. Quin potius sic te prudenter et provide in hiis et aliis gerere studeas, ut crescas exinde

545. a) imitaris *c.* b) milex *c.*

1) *Quae notantur 'Archiv' XII, 381 de cod. XXX, 4 saec. XVII. (Contelori) bibliothecae Barberinianae, erronea sunt.* 2) *Prov. 8, 15. Matth. 20, 25.* 3) *Infra nr. 546.*

meritis apud Deum, tuus status altius sublimetur et preter humane laudis preconium apostolice sedis favorem et gratiam uberius merearis.

[Dat. Velletri, X. Kal. Iunii anno primo.][1]

546. *EPISTOLA PONTIFICIS ALTERA. Mai. 23.*

Ex eodem Registro fol. 208 nr. 170. Nos ipsi contulimus. — Potthast 24093. Registres de Boniface VIII. 865 (cf. 866—870). Böhmer, Reg. 1246—1313 Päpste 277.

(P. deest.)

Karissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri.

(1) Ad statum orbis pacificum et tranquillum summis ab olim desideriis aspirantes, pridem ab ipsis nostre promotionis auspitiis cepimus cogitare sollicite ac exquirere diligenter vias et modos diversos et varios, per quos iam multiplicata proh dolor in pelago mundi huius turbationes, dissensiones et scandala tollerentur, ut sedatis eorum fluctibus et repressis omnino, cunctis fidelibus et precipue regibus principibusque catholicis ceterisque potentibus seculi, quos ad ducatum et regimen aliorum superne potestatis altitudo constituit, aurora votive tranquillitatis erumpat et pacis stabilis leta serenitas favente Domino illucescat. Scimus etenim et ex ipsa facti evidentia innotescit, quod nisi pacis in tempore congrua veneratione non colitur pacis actor neque divinis obsequiis intenditur, ut debetur, nec ignoramus, quod per dissensiones et scandala principum terrenorum minuitur vigor catholice fidei, caritatis fervor extinguitur et saluti multum detrahitur animarum. (2) Ideoque levantes in circuitu oculos[2] nostre mentis et intuentes attentius gravis, immo gravissime dissensionis materiam inter carissimos in Christo filios nostros Phylippum Francie ac Eduardum Anglie reges illustres, antiqui hostis procurante nequitia, suscitatam, quos potius copulare deberet, ut cognati iura sanguinis servarentur, inviolabilis caritatis affectus, turbationem non indigne concepimus vehementem, et volentes quam citius, prout facti qualitas exigebat, tam periculosis dissidiis et scandalis tam orrendis per efficatia et oportuna remedia obviare, venerabiles fratres nostros B. Albanensem et S. Penestrinum episcopos, viros utique profundi consilii et unitatis continue dictorum regum fervidos zelatores, ad reges ipsos duximus destinandos ad tractandum et reformandum divina favente clementia pacem et concordiam inter eos, prout fame divulgantis affatibus iam ad notitiam regiam non ambigimus pervenisse. (3) Postmodum autem crebris intellecto rumoribus, quos fide digna confirmabat assertio, quod et tu adversus eundem regem Francie et regnum ipsius gentem non modicam congregabas, alias bellicos faciens apparatus et potissime quesito colore, quod ab ipso reputas te offensum, quasi sui predecessores et ipse nonnulla occuparint hactenus iura imperii, que adhuc detinentur taliter occupata, doluimus admodum et duras in intimis sensimus punctiones, cognoscentes aperte, quod tua adversus eundem regem et regnum eius commotio predicte pacis procurante salubri nostro proposito magnum prestaret obstaculum, immo ipsam quodammodo penitus impediret, tuaque et regum[a] [discordia][b] turbaret ecclesiam, orbis concuteret angulos, fidelibus dispendia minaretur ac Terre Sancte negotio, ad cuius promotionem felicem et celerem votis ferventibus anelamus, multimoda impedimenta prestaret. (4) Nimirum, fili, si diligenter attenditur, tuis et dictorum regum non modicum titulis detrahit, honoribus derogat dissensionis instantia prelibate. Quid enim putas obloquitur crucis hostis, quid orthodoxe fidei emulus nephario sermone disseminat, quid submurmurat infidelis? Profecto nimirum displicent que dicuntur eaque non moleste ferre non possumus pro eo, quod te ac reges ipsos

546. a) regnum *c.* b) *sic coniiciendum putavi; deest c.*

1) *Sistitur ex dato epistolae in Registro immediate sequentis, ubi haec adnotantur:* Similis data est in precedenti. 2) *Cf. Is. 49, 18.*

Romana mater ecclesia favoris prerogativa respicit et singularis amoris privilegio prosequi non desistit, cum nos, qui licet immeriti Christi vices in terris gerimus, antequam tam armatas tamque terribiles Christianorum acies in necem pernitiemque fidelium permitteremus irrumpere, si daretur nobis fore possibile, tantorum malorum effectum libenter curaremus pro viribus personaliter impedire. (5) Cum itaque, sicut premittitur, memoratos episcopos ad reges miserimus supradictos, ut inter ipsos per illorum curiosam solertiam pacis federa, Deo auspice reformentur, nosque diligentius attendentes, quod Romanorum rex peculiaris ecclesie filius et eius specialis defensor et advocatus existit, conservare et manutenere ipsius iura imperii, quod sicut te latere non credimus, precellens apostolice sedis auctoritas olim de Grecis transtulit in Germanos, vigilantibus et sollicitis studiis proponamus, magnitudinem regiam rogamus et hortamur attente ac obsecramus in domino Iesu Christo, quatinus pro divina et[c] apostolice sedis reverentia tueque salutis augmento ad tranquillum et pacificum totius christianitatis statum et potissime gentium regni tui de habundantia clementie regalis intendens et ipsarum periculis benigne compatiens, a quolibet in hac parte hostili processu, presertim hoc tempore, per quem molesta nobis quam plurimum regum predictorum discordia fomenta suscipiat, non solum studeas penitus abstinere, set potius, ut tractanda concordia inter eos per episcopos memoratos iuxta vota nostra proveniat, opem et operam efficaces studeas impertiri, tanto amplius nobis et apostolice sedi proinde placiturus, quanto in hoc nostris et ipsius beneplacitis promptius et efficatius acquiesces. (6) Et quia premissa et huiusmodi tuum et imperii pretacti negotium specialiter cordi gerimus, ecce venerabiles fratres nostros . . archiepiscopum Reginum et . . episcopum Senensem, latores presentium, viros utique providos et discretos ac nobis et fratribus nostris merito sue probitatis acceptos, ad te duximus destinando[s], ut predicta tibi efficatius oraculo vive vocis exponant et tu ea, que personam tuam et imperium ipsum tangunt, per eos nobis seriose studeas intimare, ut ex eorum relatibus informati plenius et instructi curemus illud super hoc adhibere remedium, per quod eiusdem iura imperii ad tui honoris et exaltationis augmentum illesa et integra conserventur.

Dat. Velletri, X. Kal. Iunii, anno primo.

547. *RESPONSUM PONTIFICIS.* *Iun. 27.*

Ex eodem Registro fol. 209' nr. 171 denuo contulit H. Pogatscher. — Potthast 24114. Registres de Boniface VIII. 871. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päpste 279. (P. deest.)

Karissimo in Christo filio Adolfo regi Romanorum illustri[a].

(1) Serenitatis tue nuntios, venerabilem fratrem nostrum H. Brixinensem episcopum et dilectum filium magistrum L. prepositum Wormatiensem et nobilem virum Gerlacum de Isemburg, ad nostram nuper presentiam destinatos paterna benignitate recepimus et que tam publice, quam private ipsi coram nobis pro parte tua exponere voluerunt, audivimus diligenter. Inter cetera quidem nobis exposita per eosdem filialem obedientiam, devotionem puram et sincere promptitudinem voluntatis, quas geris ad nos et Romanam ecclesiam matrem tuam, quibus devote obsequi et obedire gratanter animo ferventi disponis, pro te prudenter offerre curarunt, petentes per nos et eamdem ecclesiam tibi solitum Roman(is) regibus exhiberi favorem et benivolentiam consuetam. (2) Nos igitur hec diligenti meditatione pensantes oblationem huiusmodi tam providam tamque caram gratanter accepimus eaque in libro memorie nostre conscripta, providentiam regiam dignis exinde in Domino laudibus commendamus et personam tuam prosequi affectu paterno volentes, disponimus tui honoris tuique culminis incrementa felicia, in quibus digne

546. c) *sequitur* eiusdem *supra lineam, sed deletum c.*

547. a) inllustri *c.*

poterimus, promovere tibique nobis et eidem ecclesie devotum, obedientem et promptum filium efficaciter [te] exhibenti et facienti, que catholici Romanorum principes antecessores tui ecclesie supradicte devoti, veri advocati et defensores ipsius, quorum laudabilis est et recolenda memoria, predecessoribus nostris pontificibus Romanis[b] et ecclesie prelibate fecisse noscuntur, assistere auxiliis et favoribus opportunis. (3) Celsitudinem itaque regiam monemus, rogamus et hortamur attente, quatinus in huiusmodi tua laudabili dispositione persistens quod ore cantas, operibus comprobes ac nostris et eiusdem ecclesie beneplacitis perseveranter felicibus actibus te coaptes, ut ex hoc apud Deum tibi bonorum accrescat cumulus meritorum, nostram et apostolice sedis gratiam uberius consequi merearis statusque tuus de bono semper in melius augeatur. (4) Ceterum prefatum prepositum pro imminenti quodam neccessitatis et publice utilitatis articulo ad tuam festinanter duximus presentiam remittendum, quem iuxta votum nostrum expeditum a te ad nos rediturum celeriter expectamus. Ad quod etiam efficaciter obtinendum, ne quod absit publica evitanda pericula, gravia fugienda discrimina, que verisimiliter formidari possunt, evenire contingat etiam in exaltationis tue dispendium et perniciem manifestam, ecce venerabiles fratres nostros . . Reginum archiepiscopum et . . episcopum Senensem nuncios nostros, viros quidem providos et discretos, de quorum industria et circumspectione fiduciam gerimus in Domino specialem, ad te duximus destinandos, ad tuam prefatum nobilem presentiam remittendo, ut ad hec efficacibus monitis et ferventibus studiis te inducant tuque plenius prudenter intelligas, quam desideranter appetimus quamque ferventer obtamus, ut inter te et carissimum in Christo filium nostrum Phylippum regem Francie illustrem, presertim hoc tempore actus omnino vitentur bellici et processus penitus fugiantur hostiles. (5) Actore quidem pacis nobis auxiliante benignius, sub ipsius disponimus laborare fiducia et indesinenter adhibere remedia, quibus ad Dei laudem, sepefate honorem ecclesie, tuam et dicti regis exaltationem et gloriam ac prosperum statum orbis, exorte hinc inde discordie pacifica et salubri terminatione quiescant.

Dat. Anagnie, V. Kal. Iulii, anno primo.

548—553. SENTENTIAE PRO EPISCOPO MINDENSI.

1295. Oct. 10.—1296. Nov. 5.

Sententias pro ecclesia Mindensi latas, quas hic collectim proponere liceat, cum autographa quamvis variis vicibus quaerentes minime nacti simus, damus ope eorundem subsidiorum, quae adhibuit editio novissima, quam paravit Hoogeweg 'Westfälisches Urkundenbuch' VI, 493 sq. nr. 1551. 1552. 1555. 1580. 1582. 1583. Quae sunt:

W *editio iam olim a St. A. Würdtwein data 'Nova subsidia diplomatica' tom. XI. et XIII, sumpta ut opinamur ex codice pergameneo partim et chartaceo in folio minori, quem l. c. XI praef. p. XLIX vocat 'Librum censualem et iurium antiquorum Mindensis ecclesiae'; cf. Hoogeweg l. c. VI, pag. III n. 2 et 'Nova subsidia' IX, 71;*

H *Ms. 173 societatis historicae Saxoniae inferioris*[1] *'Abschriften Mindenscher Urkunden. Aus der Grupen'schen Abschrift eines alten Mindener Copiariums*[2] *im Hannoverschen Stadtarchive'; nos ipsi contulimus;*

547. b) Romanor̄ c.

1) *Cf. 'Katalog der Bibliothek des historischen Vereins für Niedersachsen' I, 88.* 2) *Qui copiarius hodie desideratur.*

M *Msc. II 189 tabularii regii Monasteriensis chartacei saec. XVI. ex., quod continet diplomata vel excerpta ex copiariis antiquioribus deprompta. Quae ad calcem singulorum documentorum hic repetimus. Nobis petentibus denuo descripsit vir cl. Philippi eidem tabulario praefectus. Uncis inclusa, in* M *corrosa et vix legibilia, ex Msc. II 189a apographo a. 1870. ex* M *facto eiusdem tabularii suppleta sunt. Ex alio vel eodem codice excerpta similia suo Marte, ut opinamur, confecit Kindlinger 'Sammlung merkwürdiger Nachrichten und Urkunden für die Geschichte Deutschlands. Erstes Heft' (Leipzig 1806) pag. 90 sqq. Quae 'Ex registro copiarii literarum Mindensis ecclesiae, tempore Bernardi de Mallinkrot, coadiutoris eiusdem ecclesiae, conscripto ac in eius bibliotheca olim asservato' deprompta esse dicuntur. Cuius editionis lectiones varias omnino neglegimus.*

548. *SENTENTIA DE DAMNIS IN BELLO PER STIPENDIARIOS SUSTINENDIS. 1295. Oct. 10.*

Proponimus ex W *l. c. XIII, 41 (= Westfäl. Urkb. VI, 493 nr. 1551). Excerptum praebet* M *pag. 102 nr. 582 hiis verbis:* Adolphus Dei gratia Romanorum rex ad requisitionem Ludolphi episcopi M[indensis] sententia lata pronuntiat in castris ante Creutzbergh sedens pro tribunali, quod vasallus certa pecuniae summa conductus, ut principi suo assistat, dammum passum ipsemet ferre cogatur. 1295[a], feria 2. post Dionysii, anno regni sui qua[rto]. — *Böhmer, Reg. Ad. 291.* *(P. 462.)*

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, secunda feria post Dyonisii nobis in castro ante Cruceberg pro tribunali sedentibus, obtentum fuit ad requisitionem venerabilis Ludolphi electi et confirmati Mindensis ecclesie principis nostri dilecti per principum, nobilium ac aliorum consistorio nostro assistentium concordem sententiam coram nobis: si aliquis princeps aut dominus interpellat aliquem subditum pro impendendo sibi auxilio contra suos adversarios de castro, quod ab eodem suo domino tenet in pignore, pacto interposito de danda sibi pro huiusmodi auxilio pecunie certa summa, idemque subditus[b] adiuvans dominum[c] ipsum de eodem castro sibi obligato factusque eiusdem domini officialis, quod ipse subditus seu officialis dampna, que exinde pertulerit, nisi aliud deducatur in pactum, debet personaliter sustinere nec illud tenetur sibi suus dominus resarcire.

Datum in castro apud Cruceberg, anno et die predictis, regni nostri anno quarto.

549. *SENTENTIA DE CONSTRUCTIONE MUNITIONIS IN FUNDO ALIENO. 1295. Oct. 10.*

Ex W *l. c. XIII, 43 (= Westfäl. Urkb. VI, 494 nr. 1552). Excerptum praebet* M *pag. 73 nr. 218:* Adolphus Romanorum rex ad instantiam Ludolphi episcopi Mindensis pronuntiat sententiam in castris ante Creutzbergh, quod nullus comes in suis comitatibus possit extruere munitiones aut aedificia absque consensu domini proprietarii fundi. Data in castris ante Creutzbergh 1295, 2. feria post Dionysii, regni sui anno 4. — *Böhmer, Reg. Ad. 290.* *(P. 463.)*

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, secunda feria post Dyonisii nobis in castro ante Cruceberg pro tribunali sedentibus, obtentum fuit ad requisitionem venerabilis Ludolphi electi et confirmati Mindensis ecclesie

548. a) 2 *add. M.* b) subditis *W.* c) dum *W.*

principis nostri dilecti per principum, nobilium, ac aliorum consistorio nostro assistentium concordem[a] sententiam coram nobis: quod nullus comes in terminis comitatus sui in fundo proprietatis titulo ad aliquem incolam ipsius comitatus spectante possit de iure absque consensu ipsius, ad quem spectat ipsa proprietas, alicuius castri vel alterius munitionis edificia instaurare de novo. Item fuit obtentum in sententia coram nobis: ut si inter comitem cuius est comitatus et dominum fundi predicti super edificiis prelibatis questio oriatur huiusmodi, contentio coram nostra maiestate tamquam superiori iudice tractari debeat et finiri.

Datum in castro ante Cruceburg, anno et die predictis, regni vero nostri anno quarto.

550. *SENTENTIA CONTRA ADVOCATOS DE DOTE ECCLESIARUM ET CLERICORUM. 1295. Nov. 24.*

Ex W *l. c. XIII, 44 (= Westfäl. Urkb. VI, 495 nr. 1555). Excerptum praebet* M *pag. 82 nr. 329:* Adolphus Romanorum rex prope Isenach in tribunali sedens pronuntiat, nulli advocato competere aliquod ius vel iurisdictionem[a] in dote alicuius ecclesiae aut rebus clerici nec in vita nec in morte. 1295, feria 5. ante festum s. Catharinae. — *Böhmer, Reg. Ad. 294.* *(P. 464.)*

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, quinta feria ante festum beate Katherine nobis apud Isenach pro tribunali sedentibus, per communem sententiam nobilium tunc nostro consistorio astancium erat obtentum: nulli advocato quicquam licere nec aliquod ius vel iurisdictionem habere in dote alicuius ecclesie vel clerici sive in rebus suis nec in vita nec in morte. Nos igitur huiusmodi sententiam iustam decernentes approbamus et confirmamus. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum anno Domini, die et loco superius annotatis, regni vero nostri anno quarto.

551. *SENTENTIA DE IURE BORCHVREDE. 1296. Sept. 27.*

Ex W *l. c. XIII, 45 (= Westfäl. Urkb. VI, 505 nr. 1580) et* H *fol. 42' nr. 48. Excerptum praebet* M *pag. 115 nr. 766:* Adolphus Dei gratia Romanorum rex pronuntiat sententiam, quod neuter eorum, qui castrum unum communiter possident, altero invito partem suam in eodem castro sine custodia relinquere potest nec destruere nec quicquam tentare in alterius praeiudici[um] et gravamen, sedens in tribunali in Wertheim 1296, in festo sanctorum Cosm. [et] Dam., ind. 10. — *Böhmer, Reg. Ad. 330.* *(P. 465.)*

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, die sanctorum[a] Cosme et Damiani, indictione decima, nobis in Werthaim[b] pro tribunali sedentibus, quesitum fuit in sententia coram nobis: si duo domini equo iure habeant unum castrum et iurant sive compromittunt societatem sive pacem, que vulgariter borchvrede nuncupatur, inter se in castro memorato servare, postea vero alter eorum prohibet, ne ab altero suo consocio custodiatur idem castrum per excubias sive vigilias pro parte sua, ymmo mandat, ut destruatur suburbium sue partis, ut per hoc totius

549. a) concorditer *W.* b) *sic W.*

550. a) iurisdictioem *M.*

551. a) sancti *W. H.* b) Werchaim *W*; Wercheym *H.*

castri amissio seu perditio consequatur, utrum alter eorum hoc facere possit altero reclamante, diffiniente multorum nobilium tunc ibidem astantium sententia est obtentum: quod neuter eorum altero invito partem suam in eodem castro sine custodia relinquere potest nec destruere nec quicquam attemptare in alterius preiudicium et gravamen. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum die, loco et anno[c] Domini superius annotatis, regni vero nostri anno quinto.

552. *PETITIO EPISCOPI REGI PORRECTA. 1296 ante Nov. 5.*

Ex H *fol. 39 nr. 44, ubi lemma* Interrogatio prioris sententie[1] *et* W *l. c. XI, 105 (= Westfäl. Urkb. VI, 506 nr. 1582). Excerptum v. infra nr. 553. (P. deest.)*

Magnifico et gloriosissimo domino suo A. Romanorum regi serenissimo semper augusto Ludolphus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus princeps suus devotus cum fidelitate debita obsequium semper promptum.

A maiestate regia determinatio queritur talis casus: Ministerialis alicuius principis sive nobilis, qui domino suo fidelitatem iuravit, contra fidem et iuramentum suum veniens dolum committit, treugas domini sui quamvis de consensu eiusdem ministerialis datas idem ministerialis violat, terram spoliat, exactionem facit in homines domini sui, pecuniam a domino suo extorquet contra sentenciam regis, idem etiam ministerialis in proscriptione regia per sex annos et amplius permansit, castra domini sui precludit domino suo nec vult restituere, donec dominus omnibus talibus iniuriis renuntiet coactus et invitus, eadem etiam castra exhibet ad vendendum duci et aliis nobilibus maioribus in preiudicium sui domini et gravamen. Queritur, utrum dominus ei fidem servare debeat et[a] an dominus dolum dolo compensare possit eundem ministerialem capiendo, et si capiens sive sit miles sive famulus malefaciat an non qui de mandato domini sui eum capit, et quam penam meruerit[b] talis ministerialis infidus, qui in dominum suum[c] feloniam talem committit in excessibus prenotatis.

553. *SENTENTIA DE FIDE VASSALLO INFIDELI NON SERVANDA. 1296. Nov. 5.*

Proponimus ex H *fol. 39' nr. 45, collato ad editionis nostrae usum* A *codice Msc. T. 25, vol. I pag. 388 tabularii regii Hannoverani secundum editionem 'Westfäl. Urkb.' VI, 507 nr. 1583 paratam. Cf. etiam varias lectiones l. c. annotatas. Quoad linguam Germanicam cf. infra nr. 571 et Vancsa loco supra ad nr. 122 citato pag. 69. Excerptum praebet* M *pag. 116 nr. 788 hiis verbis:* Ludolphus episcopus Mindensis per suum legatum proponit quaestionem[2] Adolfo Romanorum regi, an infideli ministeriali et doloso sit servanda fides; item an capiens talem ministerialem dolo p[eccet. Respondet rex], quod ita. In Wilburch, 1296, die L[unae pos]t Sanctorum [omnium]. — *Böhmer, Reg. Ad. 331. (Cf. P. 465[3].)*

Wy Adolff von Gottes gnaden Romisch kunick alle wege eyn merer kunden an dysem bryeve allen denen dye in sehent eder horent lesen, daz Friderich von Werdingehusen eyn thumherr von Hamelen kam fur uns zo Wilburck, do wiir ze gerihte saßen an dem manthage nach Aller heiligen taghe unde gherte ze[a] ervarende[b] von unres lieben fursten weghen Ludolfes des byscoffes von Minden an eynen ghemeynen urteyle, swa eyn furste eynen dyenstman hat der ym huldet unde im swert truwe unde

551. c) annis *W. H.*

552. a) *deest H.* b) incurrit *male W.* c) suum dominum *W.*

553. a) se *H.* b) ervaren *H.*

1) *Infra nr. 553.* 2) *Supra nr. 552.* 3) *Ubi solum excerptum praebetur.*

warheyt an ym[c] zo behaldende unde der zilbe dyenstman synen eyt unde syne truwe brichet[d] gen synen herren, dem er gesworen hat, unde den fride brichet, den der herr ghemachet hat myt des zelben deynstman wyßende, unde der deynstman daz land robet, synes herren lute schezzet myt unrechte, synem herren phenninge abedrenghet wider der urtiele, die vor uns gevallen ist, unde derselbe denstman in des riches acht ist, unde ob der dyenstman synem herren syne burghe vorslißet un[de] in der niht wider geben wyl, er wolle denne uf in vorkyesen dye bosheyt, die er gen im hat getan, unde ob der deynstman synes herren burghe eynem herzoghen eder anderen edelen luten zo kufende wil geben uf synes herren schaden, ob dyer dienstman ghevangen wyrt von synes herren weghen, dem er vor gesworen hete unde im darnach die untruwe hat getan, alse vorgescriben ist, ob der herre wider deme richte iht getan habe oder ob der ritter oder der knecht, der in gevangen hat von synes herren weghen, keyner beßerunge schuldig sy. Do wart vor uns orteylet myt ghesammenter urteile[e]: swa eyn deynstman gen synem herren, dem er gesworen hat, syne truwe unde synen eyt brichet, alse vorgescriben yst, wirt er ghevanghen von des herren weghen, daz der herr daran niht missetan habe[f], wan zo vorre, ob er in synem fride oder in synem ghebeyte gevanghen yst, so hat er getan wyder synen eren[g] unde wyder dem rechte. Der ritter oder der knecht, der den dyenstman hat gevanghen, ist och darumbe keyner beßerunge schuldich, ob der dynstman in des riches acht yst. Des geben wijr ze eynen wyßentlichen urkunde dysen bryef besegelt myt unsernn kunichlichem ingesigel.

Dirre bryef wart geben zo Wilburck, an dem mantaghe nach Aller heylligen taghe, do man zalte von Gottes geburte zwelf hundert yar neuzig yar unde in deme sesteyn jare, in deme funften jare unsers riches.

---

554. PROTECTIO IURANTIUM PACEM IN THURINGIA.

1295. Nov. 13.

Ex autographo in tabulario regio Magdeburgensi asservato edita est 'Urkundenbuch der Stadt Erfurt' I (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XXIII) p. 304 nr. 444. Quam editionem hic repetimus. Sigillum desideratur. In verso scriptum est: Adolfus der konning hat eyn frede gesatz in Doringen und wel die vorteidungen, die on gesworn haben. *Dedit iam olim Wenck 'Hessische Landesgeschichte. Urkundenbuch' III, 164 nr. 193, num ex alio fonte nescio. Cuius varias lectiones adnotavimus. — Böhmer, Reg. Ad. 292.* *(P. 463.)*

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus recognoscimus per presentes publice profitendo[a], quod universos nobiles, ministeriales, civitates et incolas Thuringie, qui pacem generalem per nos instauratam[b] iuraverunt vel iurabunt, manutenebimus et defendemus ab iniuriantibus sibi, non diminuendo iura eorum aliquatenus vel honorem, sed ea graciosius adaugendo, quamdiu se erga nos, imperium et pacem iuratam

553. c) my *H.* d) *deest H.* e) uttorde *H.* f) mißer anhabet *H.* g) erru *H.*

554. a) protestando *W.* b) *loco* pacem — instauratam *W:* pacem instaurandam per nos.

habebunt et tenebunt bene, legaliter et racionabiliter, ut tenentur. Iure imperii in omnibus tamen salvo.

Datum in Isenach, Idus Novembris, anno Domini MCCLXXXXV, regni vero nostri anno quarto.

---

555. PRIVILEGIUM DE COMITIARUM DIMINUTIONE.

1296. Febr. 19.

Autographon, quod in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 135½ asservatur, nos ipsi denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei viridisque coloris. Transsumtum a. 1296. Mart. 12. ab archiepiscopo Salzburgensi factum v. 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 88 nr. 208. — Böhmer, Reg. Ad. 298. (P. deest.)

Adolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus dilecto principi suo Chunrado Salzburgensis ecclesie venerabili archiepiscopo graciam suam et omne bonum.

(1) Cum regalis magnificencia, cui donorum et beneficiorum inmensitas est mensura, suorum devotorum principum et fidelium precibus annuit, petita liberaliter concedendo, tunc vere ab augendo augusti nomine insignitur, quia dum graciosis benivolenciis eorum fidelitatem sibi peramplius annectit et allicit, robur regno et potenciam perfectius coacervat. (2) Igitur cum dilecti principes nostri Otto, Ludwicus et Stephanus comites palatini Reni duces Bawarie illustres iurisdictiones et iudicia comiciarum in hofmarchiis dilecti principis nostri Heinrici Ratisponensis episcopi in Teyspach, Frantenhousen, Pylsting, Æuting, Essenbach et Ergoltsbach cum earum pertinenciis tam in bonis quam hominibus, que a nobis et Romano imperio usque ad hec tempora in feodo tenuerunt, eidem Ratisponensi episcopo ementi pro se et sua ecclesia pro quadringentarum librarum Ratisponensium denariorum precio vendidissent, petentes cum affectu, ut ipsam venditionem ac emptionem ratas habentes ea memorato principi nostro Ratisponensi episcopo conferre in feodum et investire eciam dignaremur, nos volentes per huiusmodi petitionis admissionem eorundem principum fidelitatis et devotionis constanciam erga nos et Romanum imperium fervencius excitari, supradictas venditionem et emptionem ratas habemus tibique mandamus et de auctoritate celsitudinis regie damus et tradimus potestatem, ut a memoratis ducibus resignationem earundem iurisdictionum et iudiciorum nomine nostro recipias et ipsa prefato Ratisponensi episcopo in feodum conferas ipsumque investias de eisdem. (3) In qua tamen collatione seu investitura potestatem reemendi supradicta iudicia et iurisdictiones prefatis ducibus et eorum posteris reservari volumus secundum pacta et conditiones, que in instrumento super hoc edito plenius continentur[1]. Ita eciam ut ipsa iudicia et iurisdictiones cum omni honoris et iuris plenitudine contractu reemptionis facto ad memoratos duces seu eorum posteros, sicut ea tenuerunt ante hec tempora, integraliter revertantur. Preterea sectionem, diminutionem seu divisionem comiciarum, si que ex hac causa secute sunt, ratas habemus et habere volumus atque gratas. (4) Iniungimus eciam tibi, ut ne principatus Bawarie per translationem huiusmodi feodorum diminutionem sustineat, a predictis ducibus restaura-

1) *Cf. 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 80 nr. 207.*

tionem recipias competentem. Quam tamen reemptione facta ad ipsos seu posteros eorum redire volumus integraliter, sicut eam ante hec tempora possederunt.

Dat. in Friberch, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, XI. Kalen. Marcii, regni vero nostri anno quarto.

556—559. PARLAMENTUM GENERALE FRANCOFURTANUM.

1296. Apr. 8. Iun. 27. 28.

556. *SCRIPTUM INVITATORIUM.* *Apr. 8.*

Cum nec autographon nec apographa in tabulario Bisuntinae civitatis supersint, editionem repetere necesse est, quam iam olim ex autographo, ut videtur, nunc deperdito paravit Chifflet 'Vesontio civitas imperii libera' (1650) 1, 229. In orthographiae minutiis correctam damus. Qua editione omnes aliae redeunt. Cf. privilegium civibus Bisuntinis concessum infra nr. 565. — Böhmer, Reg. Ad. 304. (P. deest.)

Adolphus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistro, consulibus et universis civibus Bisontinis, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

(1) Fidei vestre constantiam illibate, quam vos erga nos et imperium gerere cognovimus ab experto, dignis laudum preconiis attollentes, vobis ad augmentum congaudii intimamus, quod principatibus Misnensi, Orientali et Thuringie nostro imperio triumphaliter applicatis, per quos potentia imperii noscitur non modicum dilatata, in aliis reipublice negotiis prosequendis[b] libere poterimus annuente Domino convertere curas nostras. (2) Sane quia, sicut ad culminis nostri pervenit notitiam, rex Francie fermento persuasionis sue sinceritatem fidei vestre molitur corrumpere, vos a fidei nostre et imperii debito avertendo et servitio sui secularis dominii accerssendo[c, 1], attentione qua possumus vos hortamur, quatinus a talibus persuasionibus auditum et animum avertatis, sicut et iugum servitutis perpetue volueritis evitare et nostre indignationis offensam, qui exinde ad privationem libertatum vestrarum procedere ac alias in exterminium vestrum molimina nostra de consilio principum nostrorum convertere cogeremur. (3) Porro convocatis principibus, baronibus, nobilibus et aliis fidelibus imperii in festo sancti Iohannis[d] baptiste super premissis et aliis statum reipublice tangentibus Iun. 24.
generale parlamentum apud Frankenfurt ediximus celebrandum, cui nuncios vestros petimus attentius interesse. Placet tamen, ut ante ipsum terminum vos et alii domini ac fideles nostri Burgundie vestros ad nos iuxta partes Rheni, ubi statim erimus, nuncios destinetis, qui de processibus nostris vos valeant plenius informare et a quibus nos statum illarum partium possimus latius experiri.

Datum in Aldemburg, VI. Idus Aprilis, regni nostri anno quarto.

557. 558. *RECOGNITIONES SENTENTIARUM CONTRA OTTONEM DE BURGUNDIA.* *Iun. 27.*

Gravissima documenta nr. 557 et 558 inter se haud ubique concordantia ex autographis, quae Pisis in tabulario capitulari nr. 1271. 1272 asservantur, partim corrosis, publici

556. a) Rudolphus *ed.* b) persequendis *ed.* c) *sic legendum;* accrescendo *ed.* d) Ioā *ed.*

1) *Fortasse in or. scriptum erat* accerscendo; *cf. infra p. 526 l. 5.*

iuris fecit J. Ficker loco ad nr. 258 citato p. 46 sq. nr. 21. 22 (= W. SB. p. 182 sq.). Non omnia vir cl. bene legit. Itaque nos ipsi autographa denuo accuratissime contulimus.

A *exemplaris Moguntini sigillum deperiit, loris membranaceis relictis.*

B *exemplar Trevirense eadem manu cancellariae regis exaratum est ac* A. *Item sigillum deperiit, solis foraminibus relictis. Huius exemplaris lacunas non omnes suppleri posse, dolendum est. — Böhmer, Reg. Ad. 457 et Reichssachen 426 (Addit. II).*

(P. deest.)

A.

1. Nos Gerhardus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius recognoscimus per presentes, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo sexto, quarta feria post Iohannis baptiste, in generali parlamento[a] apud Frankenford celebrato nobis presentibus serenissimus dominus noster dominus Adolfus Rom(anorum) rex, obtento per concordem sentenciam principum et aliorum assistencium, quod in negociis reipublice posset statuere iudicem et prosequi eiusdem reipublice negocia coram eo[b], idem rex illustrem principem dominum Heinricum lantgravium, terre Hassie dominum, statuit pro iudice loco sui et obtinuit dictante communi sentencia coram eo:

2. Quod quia nobilis vir Otto de Burgundia dominus de Salinis omnia feoda, que ab ipso et imperio tenuit sine consensu suo alienavit et in manu posuit aliena, cum tamen ante alienacionem huiusmodi se astrinxerit fide prestita ac corporali in[terposit]o[c] sacramento, quod ipsum dominum regem deberet iuvare contra omnes homines, qui possent vivere et mor[i, omni fr]aude[c] et dolo exclusis, de tota sua terra et toto posse suo, aliis appositis condicionibus et pactis obligand[o se nich]ilominus[c] sub pena omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum, ne contraveniret in parte vel in toto, prout in litteris super eo confectis plenius est expressum[1], dictus Otto ceciderit a feodis predictis et omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, ita quod

B.

1. Nos Boemundus Dei gracia archiepiscopus Trevirorum recognoscimus per presentes, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo sexto, quarta feria post Iohannis baptiste, in generali parlamento[a] apud Frankenford celebrato nobis presentibus serenissimus dominus noster dominus Adolfus Romanorum rex, obtento per concordem sentenciam principum et aliorum assistencium, quod in negociis reipublice posset statuere iudicem et prosequi eiusdem reipublice negocia coram eo, idem rex illustrem principem dominum Heinricum lantgravium, terre Hassie dominum, statuit pro iudice loco sui et obtinuit dictante communi sentencia coram eo:

2. Quod [quia][b] nobilis vir Otto de Burgundia dominus de Salinis omnia feoda, que ab ipso et imperio tenuit, sine consensu suo [alie]navit[c] et in manu posuit aliena, cum tamen ante alienacionem huiusmodi se astrinxerit fide prestita ac corporali interposito sacramento, quod ipsum dominum regem deberet iuvare contra omnes homines, qui possent vivere et mori, omni fraude et dolo exclusis, de tota terra sua et toto posse suo, aliis appositis condicionibus et pactis obligando se n[ichilomin]us[c] sub pena omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum, ne contraveniret in parte vel in toto, pro[ut i]n[c] litteris super eo confectis plenius est expressum[1], dictus Otto deciderit a feodis predictis et omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, ita quod

557. a) plamento *A.* b) coram eo *supra lineam add. A.* c) *uncis inclusa evanuerunt A.*

558. a) plament. *B.* b) *deest B.* c) *uncis inclusa evanuerunt B.*

1) *Quae servatae non sunt.*

ipse rex sua auctoritate se intromittere poterit de eisdem feodis et bonis.

3. Item obtinuit, quod vasallos ipsius Ottonis de Burgundia racione bonorum eorundem requirere possit ad fidelitatem et homagium sibi prestanda[1] quodque iidem vasalli illa sibi de iure facere teneantur.

4. Item obtinuit idem dominus rex per concordem sentenciam, quod illorum principum nobilium et aliorum, qui feoda habent ab imperio nec existentes in terra petiverunt infra annum et diem investituram feodorum ipsorum, eadem feoda sibi et imperio vacent et quod ea debeat vendicare ac sue attrahere potestati necnon ea licite retinere, nisi coram eo, quod hoc fieri non debeat, causa legittima ostendatur.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri robore fecimus communiri.

Dat. anno Domini, loco et die predictis.

ipse sua auctoritate se intromittere poterit de eisdem. Quodque dictus lantgravius quemcunque requisierit in ductorem in possessionem dictorum bonorum, sibi concedere teneatur et quod vasallos ipsius racione bonorum eorundem requirere possit ad homagium et fidelitatem sibi prestandam quodque iidem vasalli illa sibi de iure facere teneantur.

3. Item obtinuit idem dominus rex per concordem sentenciam, quod illorum principum nobilium et aliorum, qui feoda habent ab imperio nec existentes in terra petiverunt infra annum et diem unum investituram feodorum ipsorum, eadem feoda sibi et imperio debeat vendicare ac sue attrahere potestati necnon ea licite retinere, nisi coram ipso, quod hoc fieri non debeat, causa legittima ostendatur.

4. Item obtinuit per communem sententiam, quod principes illos et alios, qui vocati ad parlamenta[d] ipsius[e] non venerint, vocare possit ad suam presenciam et pro contemptu requirere et recipere emendam, que consona fuerit racioni.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri robore fecimus communiri.

Dat. anno Domini, die et loco predictis.

6. Item ibidem per sentenciam est obtentum, quod si pro pace communi iurata volga fuerit proclamata et edicta contra turbato[res pacis . . . .][f], quicumque comitivam suam ad hanc subtraxerit et auxilium non prestiterit, ille penis sta[tutis], si [q . . . . . .][g], deb[eat] subiacere. Alioquin tanquam violator pacis haberi debeat et puniri.

Dat. ut supra.

559. *PRIVILEGIUM DE PROSCRIPTIONE PROFERENDA VEL RELAXANDA. Iun. 28.*

Contulimus autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Jülich-Berg' 122. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. Quo redeunt omnes editiones. — Böhmer, Reg. Ad. 318. *(P. deest.)*

558. d) plament. *B.* e) a ipsius *in loco raso B.* f) *circiter 20 litterae evanuerunt B.* g) *circiter 11 litterae evanuerunt; an prima littera fuerit* q *vel* p *vel* ſ, *cognosci vix potest B.*

1) *Cf. infra nr. 573.*

Adolfus Dei gracia Rom(anorum) rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Dignum iudicat nostra serenitas et congruum arbitratur, quod ad personas illas, quas nobis sanguinis unit affectio, ramos nostri favoris et gracie latius expandamus. Hinc est quod nosce volumus universos, quod votivis desideriis nobilis viri Adolfi comitis de Monte, consanguinei nostri karissimi, affectantes placidius complacere, sibi hanc graciam de benivolentia regia duximus faciendam, ut auctoritate nostra proscriptionis sentencias in suo dominio et districtu in personas culpabiles proferre valeat iuxta suorum excessuum qualitatem et easdem sentencias, quando placet et prout expedire noverit, auctoritate regia similiter relaxare. Presentibus post lapsum biennii minime valituris.

Dat. in Frankenvort, IIII. Kal. Iulii, indiccione nona, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regni vero nostri anno quinto.

---

560. PRIVILEGIUM DE BONIS IMPERII ACQUIRENDIS.

1296. Apr. 14.

Duo autographa A *monasterio Altenzelle et* B *monasterio Buch concessa, quae servantur in tabulario regio Dresdensi, benivole contulit vir cl. H. Ermisch. Pendent sigilla plus minusve laesa filis sericis flavi rubeique coloris. Quibus redit editio, quam paravit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 168 sq. nr. 236. 235. — Böhmer, Reg. Ad. 305. 306. (P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Regalis dignitas a supremo et precipuo creatore videlicet omnium suam recipiens dignitatem, nullius iustius quam illius fulcitur robore, cuius potencia et virtute omnia subsistere dinoscuntur, nec est fas dicere aut mente concipere, quod impensum eidem cuiuscunque devocionis aut devote fidelitatis servicium personis ecclesiasticis seu ipsorum locis divino cultui deputatis aliquatenus vacuum revertatur, quin pocius ad presentis felicitatis effectum impetret[a] et future. (2) Hinc est quod tam presentibus notum esse volumus quam futuris, quod cum dive recordacionis

A.

Fridericus primus[1] et secundus[2] quondam Romanorum imperatores necnon Philippus[4], Heinricus[5], Rudolfus[6] reges Romani[b] monasterio de Cella

B.

Fridericus secundus[3] quondam Romanorum imperator monasterio de Bůch

ordinis Cysterciensis Misnensis dyocesis duxerint[c] concedendum, quod quecunque bona in partibus illis[d] oblacione infeodatorum imperii seu ministerialium ipsius ipsum monasterium contingeret adipisci, illa posset possidere licite et habere, ratificantes[e] nichilominus et confirmantes[e] villas et omnia bona, quas et que pie recordacionis olim

560. a) impetrat *B.* b) *sic A.* c) duxerit *B.* d) infra sex miliaria circa monasterium antedictum *add. B.* e) ratificans, confirmans *B.*

1) *Cf. Stumpf 4352.* 2) *Reg. imp. V, 3465.* 3) *Cf. Reg. imp. V, 3466.* 4) *Reg. imp. V, 78.* 5) *Reg. imp. V, 3930.* 6) *Servatum non est.*

A.	*B.*
Otto, Theodericus, Heinricus, Theodericus et Fridericus Misnenses et Orientales marchiones	Heinricus Misnensis et Orientalis marchio

qui eas et ea ab imperio feodaliter obtinebant[f], eidem monasterio Cellensi[g] tradiderunt[h] et donaverunt[i], cum omnibus pertinenciis eorundem, prout in privilegiis

A.	*B.*
prefatorum imperatorum et regum Romanorum	prefati Friderici imperatoris

super hiis confectis plenius est expressum, nos devotis religiosorum virorum . . abbatis et . . conventus monasterii antedicti supplicacionibus favorabiliter inclinati, predictum monasterium cum personis omnibus Domino famulantibus in eodem, cum omnibus bonis, que inpresenciarum iuste possident et prestante Domino in futurum iustis modis poterunt adipisci, in nostram et sacri imperii protectionem recipimus specialem ac prescripta privilegia

A.	*B.*
predictorum imperatorum et regum Romanorum	quondam Friderici imperatoris

et omnia contenta in eis necnon concessiones, donaciones, iura et libertates a quibuscunque aliis eis factas et concessas[k], prout rite et provide facta et concessa sunt, auctoritate regia innovamus, ratificamus et presentibus confirmamus. (3) Eo tamen moderamine adhibito, quod quoad bona ministerialium et infeodatorum imperii iam acquisita dicto monasterio huiusmodi nostra confirmacio tantummodo se extendat et quod de gracia nostra adhuc centum marcarum redditus in bonis huiusmodi licite valeant adipisci, quos tamen reemendi secundum solitum cursum terre nos et successores nostri in imperio facultatem nobis liberam reservamus. (4) Preterea ut affluenciam nostre gracie sibi uberius senciant affuisse, volumus auctoritate presencium statuentes, ut quoad vixerimus, nullus officiatorum seu iudicum nostrorum aliquas sturas, vecturas seu exactiones vel alia gravamina imponendi ipsius monasterii bonis aliquam habeat facultatem, nostra tamen in hoc salva in omnibus potestate. Nulli ergo hominum liceat, hanc nostre concessionis, confirmacionis, ratificacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo contraire. Quod qui attemptare presumpserit, gravem nostre indignacionis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Dat. in Aldemburg, XVIII. Kal. Maii, indict. nona, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regni vero nostri anno quarto.

561—564. CONFIRMATIO SENTENTIARUM CONSERVATORUM PACIS.

1296. Iun. 14. — Iul. 2.

561. *SENTENTIA CONSERVATORUM PACIS PER THURINGIAM PRIOR.*

Iun. 14.

Duo autographa fere omnino inter se concordantia tabularii generalis Guelferbytani benivolenter contulit vir cl. P. Zimmermann eidem tabulario praefectus. Transsumtum praebet mandatum regis infra nr. 564. *(P. 464.)*

560. f) obtinebat *B.* g) Cellensi *deest B.* h) tradidit *B.* i) et donaverunt *deest B.* k) *sic A et B.*

Nos Gherlacus dominus de Bruberch capitaneus et duodecim pacis conservatores per terram Thuringie generalis recognoscimus et ad universorum notitiam cupimus per-
Iun. 13. venire, quod in iudicio coram nobis proxima quarta feria ante festum beatorum Viti et Modesti ad instantiam venerabilis viri domini Hermanni abbatis cenobii Walkenredensis requisitum fuit: utrum pro delicto persone debeat ecclesia vel cenobium, cuius filius esse dinoscitur, de iure incusari aut dampnum exinde[a] sive gravamen aliquod reportare. Ad quod debita deliberatione prehabita responsum fuit necnon ab omnibus astantibus approbatum: quod delictum persone non debeat ecclesia luere nec alicuius satisfactionis gravamini subiacere. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillorum nostrorum[b] munimine fecimus roborari. Testes huius facti sunt: dominus Hermannus de Orlemunde, Fridericus de Bichelinge, Fridericus de Ravenswalt, Ghuntherus[c] senior de Swartzeburch comites et alii quam plures fidedigni.

Datum in Wicense, anno Domini MCCXCVI, XVIII. Kal. Iulii.

562. *SENTENTIA ALTERA. Iun. 14.*

Servatur in solo mandato regis infra nr. 564. *(P. 464.)*

Nos Gerlacus dominus de Bruberg capitaneus et duodecim pacis conservatores per terram Thuringie generalis recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus
Iun. 13. pervenire, quod constitutus in nostra presencia, videlicet proxima feria quarta ante festum beatorum Viti et Modesti, venerabilis vir dominus Hermannus abbas cenobii Walkenredensis de homicidio, super quo strennuus vir Alexander de Wernrode et sui amici ipsum incusaverunt, quod ex suo instinctu perpetratum fuisset, ad sanctos sanctorum se coram nobis legitime et satis rite necnon racionabiliter expurgavit. Hinc est quod nos concorditer, prout etiam inter nos communis sentencia dictavit, predictum dominum abbatem ab huiusmodi crimine sive forefacto mani[fe]ste[a] dicimus et clamamus esse per omnia innocentem. Quicumque autem deinceps prefatum dominum abbatem aut suum monasterium racione huiusmodi delicti vellet impugnare vel eos gravare presumpserit, indignacionem gloriosissimi domini nostri incliti Adolfi regis Romanorum et nostram necnon tocius terre Thuringie offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentem litteram munimine nostrorum sigillorum fecimus roborari. Testes huius facti sunt: dominus Hermannus de Orlamunde, Fridericus senior de Bichelingen, Fridericus de Rabenswalt, Guntherus senior de Swarzeburg comites et quam plures alii fidedigni.

Dat. in Wizzense, anno Domini MCCLXXXXVI, XVIII. Kal. Iulii.

563. *SENTENTIA CONSERVATORUM PACIS PER SAXONIAM. Iun. 18.*

Copiarium Walkenridensem saec. XV. fol. 136, qui Hannoverae in tabulario regio asservatur, denuo benivolenter contulit vir cl. Doebner eidem tabulario praefectus. *(P. deest.)*

(1) Nos Otto Dei gracia Brandeburgensis et de Landesberg marchio, conservator pacis per terram Saxonie a serenissimo domino Adolfo Romanorum rege constitutus, ceterique principes, comites et barones terre Saxonie recognoscimus et ad universorum
Iun. 17. noticiam cupimus pervenire, quod coram nobis dominica proxima ante festum beati Iohannis baptiste ad instanciam venerabilis viri domini Hermanni abbatis cenobii Walkenredensis requisitum fuit sentencialiter: utrum pro delicto unius persone ecclesia debeat luere vel cenobium, cuius filius esse dinoscitur, incusari de iure aut dampnum exinde sive gravamen aliquod reportare. Ad quod debita deliberacione prehabita responsum fuit

561. a) *deest* 2. b) nostr. sig. 2. c) Guntherus 2.
562. a) maniste *tr.*

necnon ab omnibus astantibus approbatum: quod delictum persone non debeat ecclesia luere nec alicuius satisfactionis gravamini subiacere. (2) Idem etiam dominus abbas super quodam homicidio, quondam a sui cenobii quodam converso perpetrato, a strennuo milite Alexandro de Wernrode atque suis amicis fuerat incusatus, quod ex suo instinctu perpetratum fuisset. De quo se legitime ad sancta sanctorum expurgatum coram nobili viro domino Gerlaco de Bruberg capitaneo aliisque duodecim pacis conservatoribus per terram Thuringie coram nobis per ipsorum patentes litteras[1] lucide demonstravit. Quicunque ergo deinceps dominum abbatem memoratum aut suum monasterium prefati ratione delicti presumpserit inpugnare vel indebite gravare, indignationem prememorati domini nostri Romanorum regis et nostram necnon tocius terre Saxonie principum et dominorum offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras munimine sigillorum, nostri videlicet ac eiusdem pacis terre Saxonie generalis, fecimus roborari.

Acta sunt hec presentibus dominis ac illustribus Henrico et Alberto fratribus de Bruneswich, Ottone duce de Luneburg, Alberto duce Saxonie iuniore principibus, H(enrico) de Blankenburg, H(enrico) de Honsteyn et Alberto de Wernigerode comitibus atque aliis fidedignis.

Datum anno Domini MCCXCVI, XIV. Kal. Iulii.

564. *MANDATUM REGIS. Iul. 2.*

Autographon, quod in tabulario generali Guelferbytano asservatur, contulit vir cl. Zimmermann. Membrana est angusta, in altum admodum porrecta. In cancellaria regis scriptum non esse videtur. Pendet sigillum loro membranaceo. Quo redeunt omnes editiones. — Böhmer, Reg. Ad. 319. *(P. 464.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Litteras infrascriptas vidimus et perspeximus tenorem huiusmodi continentes:

'Nos Gerlacus — XVIII. Kal. Iulii.' *supra nr. 561.*

Item alia littera:

'Nos Gerlacus — XVIII. Kal. Iulii.' *supra nr. 562.*

Nos itaque devotis supplicacionibus honorabilis viri Hermanni abbatis monasterii Walkenredensis favorabiliter inclinati, universa superius contenta, sicut rite et provide facta sunt, ratificamus et presentibus confirmamus, mandantes illustri Ottoni marchioni Brandenburgensi principi nostro per Saxoniam et nobili viro Gerlaco de Bruberg per Thuringiam capitaneis ac aliis pacis conservatoribus, qui pro tempore fuerint, ut confirmacionem nostram huiusmodi faciant et procurent inviolabiliter observari.

Dat. in Frankenfort, VI. Non. Iulii, indictione nona, anno Domini MCCLXXXXVI, regni vero nostri anno quinto.

---

565. PRIVILEGIUM CIVITATI BISUNTINAE CONCESSUM.

1296. Sept. 22.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 576—581 iam paratam, quae nititur T *transsumto a. 1434. Sept. 14. facto, quod in tabulario civitatis Bisuntinae servatur 'AA 1. 1 Layette 1'. Nos ipsi descripsimus. Ea sola, quae plane concordant cum* VU *concordia a. 1290. Iun. 3. cum rege Rudolfo inita supra nr. 450 (exemplar* A*), typis*

1) *Supra nr. 562.*

minoribus excudenda curavimus, capitum numeris in margine positis. In arenga pauca supplevimus ex privilegio Alberti regis a. 1307. Mai. 7. dato, quod publici iuris fecimus 'Neues Archiv' l. c. pag. 584. — Böhmer, Reg. Ad. 329. (P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Tociens regie celsitudinis ceptrum extolitur alcius[a] et [ipsius][b] status solidius sublimatur, quociens fidelium devotorum vota begnino recipiuntur affectu et [ad][c] ipsorum commoditates a[u]gendas graciosa protectio principis invenitur. Cum enim omnis gloria sive potencia principatus in subdictorum precipue consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et congruum, ut simus nostris et imperii fidelibus in iusticia faciles et in gracia liberales. Hinc est quod nos ad grate devocionis obsequia, que honesti cives Bisuntini nobis et imperio exhibent et inantea exhibere poterunt[d] graciora, nostre serenitatis intuitum [convertentes][c], ipsis et civitati Bisuntine subscripta de gracia regia duximus concedenda:

c. 1. 1. Primo videlicet quod ipsa civitas et cives civitatis eiusdem exnunc habeant nostram *graciam et favorem ac eisdem suam malivolenciam, si quam incurrerunt ignoscimus mero corde. Sentenciam proscriptionis, si qua lata extitit contra ipsos occasione quacunque per nos et predecessores nostros, nichilominus revocantes et eandem revocatam publice nunciantes.*

c. 3. 2. Item* recognoscimus ac eciam profitemur, quod ipsa universitas, cives civitatis predicte necnon habitantes in ea sunt et esse debent per vim[e] suarum libertatum tantummodo subdicti[f], nullo existente medio*, imperatorie maiestati.

c. 4. 3. Item* presentibus profitemur, quod status monete Bisuntine non potest nec mutari debet vel aliquo tempore per aliquem variari, sed semper stare debet in suo recto pondere necnon* in suo iusto alligamento. Quod alligamentum est trium denariorum cum obolo ipsius monete Bisuntine, ipsum vero rectum pondus est septem et decem solidorum et quatuor denariorum ad marcam de Colonia. Nec extra civitatem Bisuntinam ipsa moneta potest aliqualiter fabricari.

c. 5. 4. Item* dicti cives Bisuntini habent et habere debent custodiam clavium portarum et introit[u]um civitatis Bisuntine, qui nunc sunt vel esse poterunt in futurum.

c. 6. 5. Item* iidem cives habent et habeant communitatem seu universitatem, archam communem, procuratorem, actorem vel sindicum, sigillum universitatis, campanas communes ad *vocandum universitatem predictam, vexilla seu bannerias. *Et quod ipsi cives, quociens* eis placuerit seu maiori parti ipsius universitatis, possint* eligere unum vel plures ad regendum vel ordinandum omnia negocia, que evenient vel accident ipsis civibus vel universitati sue. Et quod ipsi pro sue libito voluntatis possint facere et exigere inter eos absque iudice et iusticia captiones, huancias et taillias et habere communem pecuniam pro suis faciendis negociis, *ut melius et utilius sibi viderint expedire, et de predictis uti possint libere nullo iudice impediente vel aliquatenus reclamante.

c. 7. 6. Item* nullus iudex iusticiam exercens inter cives ipsius civitatis in ipsa civitate *morantes super rebus ad ipsos* pertinentibus in ipsa civitate non potest nec debet iudicare per intellocutoriam seu* diffinitivam sentenciam, donec cives civitatis predicte super discordia, super qua interloquendum est vel diffiniendum, missi sunt a iudice, coram quo litigatur, pro iure dicendo et debent mitti tribus vicibus ab eodem domino, si ita sit quod missi prima vice ac secunda concordare non possint. Si vero concordaverint, illud debet teneri a partibus absque remedio appellacionis a parte qualibet faciende et ipse iudex iudicium ipsorum civium exequi tenetur et curare, quod partes teneant. Et si forte ipsi cives missi ad iudicium ipsa die qua mittuntur iudicare et deliberare non possint vel quod possint vel quod velint plures alios sibi de pre-

565. a) arcius *T.* b) *deest T; e privilegio Alberti regis.* c) *deest T.* d) potuerunt *T.* e) vin *T.* f) subdicti *T.*

dictis civibus sociari, cum rectum sit illud iudicium, quod plurimorum sentencia confirmatur, possunt ab eodem iudice petere, quod ipsis ipse aliam diem partibus et ipsis, ut ipsum iudicium refferant dicto domino, assignat[g], quod dominus denegare non potest. Et quando ipsi cives missi ad iudicium tribus vicibus fuerint, si discordent[h], iudicium ipsum ad predictum dominum revertetur, qui fretus bonorum consilio secundum proposita et allegata coram ipso ius suum proferat inter partes. A quo iure si pars altera se senciat agravata[m], ad *superiorem appellare poterit vel maiorem.

7. Item* nullus iudex civitatis predicte nullum quid facere petere potest a civibus predictis c. 8. seu* habitatoribus in eadem civitate ex suo officio vel auctoritate propria vel [ad] aliquam inquisicionem descendere, si legitimus non appareat accusator, nisi iudex vel eius nuncius ipsum malefactorem caperet in ipso delicto illud notorie perpetrando vel eciam notorie perpetrato, vel nisi dominus agat vel proponat, aliquem percucisse alium de quibuslibet armis[i] molentis vel fecisse presumptionem de percuciendo[k] aliquem infra civitatem predictam et banleiam Bisuntinam. Et tunc de iudicibus Bisuntinis qui primus est in citando percussorem predictum, facto legitime probato habet pro sua emenda sexaginta solidos Stephanien. vel ipse percuciens[k] amittit pugnum. Alter vero non percuciens[k] pro presumptione probata legitime tenetur domino predicto in sexaginta solidis sine pugno. Et si iudicium requiratur in predictis, ipsi cives ad illud mittendi sunt tribus vicibus a domino supradicto.

8. Item concedimus, quod dicti cives et habitantes in eadem civitate possint sua propria c. 9. auctoritate sine offensa iuris et iudicis infra civitatem predictam et extra eandem vadiare forenses pro suis debitis. Item pro delictis ipsis civibus in persona et rebus eorum factis et ipsos forenses capere et detinere in carceribus privatis homines tailliabiles seu exp[l]ectabiles, personas ipsorum et bona, pro debitis et delictis a suis dominis factis vel eciam perpetratis. Et possunt eodem modo tenere et captivare ipsos forenses generaliter et specialiter pro delictis et iniuriis, quas ipsi forenses faciunt in specialitate seu generalitate, nec tenentur iuri parere vel recredere preterquam per iudices Bisuntinos, coram quibus vel altero eorundem iuri stare tenentur usque ad carculum sentencie diffinitive. Hoc salvo quod si universitas vel maior pars civium predictorum extra civitatem predictam cum armis et violencia aliquem vadiaret et de hoc fieri contingeret recredenciam, de hoc deberet ius fieri, ubi alias et antiquitus[l] fieri consuevit.

9. Item* iudices Bisuntini non possunt nec debent ponere penam vel bannum nec facere, c. 10. quod ponatur vel preconisetur, nec capere pondera, mensuram vel panem, nisi hoc fuerit de voluntate et requisicione civium predictorum.

10. Item* iudices seculares Bisuntini non habent nec habere debent in civibus predictis exceptis c. 11. tribus emendis pecuniariis, videlicet tres solidos pro contumacia seu propter* quod quis convictus [est] in causa civili. Secunda est novem solidorum pro sanguine ab aliquo facto alii et probato, in tantum quod diffinitiva sentencia super hoc proferatur ad instanciam alterius parcium, non domini. Tercia est sexaginta solidorum pro arma[m] moluta, sicut superius est narrata, seu pro falso pondere vel falsa mensura repertis. Et quociens conquerens vult desistere, non tenetur domino ad emendam.

11. Item* omnes habitantes in civitate predicta, qui utuntur libertatibus et rebus com- c. 12. munibus civitatis predicte, sunt et esse debent percionarii ut alii de missionibus, quas cives ordinati pro universitate predicta facient in futurum.

12. Item* archiepiscopus Bisuntinus nec alius, [qui] iusticiam habeat in civitate predicta, c. 13. non potest neque debet vinum vendere quod bannum vocatur, exceptis duodecim modiis ad mensuram Bisuntinam, quod debet esse mundum, sanum[n] et tale quod anno illo creverit. Et vendicio illius banni incipienda est in festo apparicionis Domini nec debet vendi viliori precio vel maiori, quam venduntur vina illius anni vindemiata usque in diem apparicionis predicte.

13. Item promittimus civibus prenominatis, quod ob necessitatem nostram vel imperii c. 14. Romani seu ob quancunque aliam causam non possumus facere ipsi universitati, civibus vel habi-

565. g) *praecedit* assignetur *T.* h) discedant *T.* i) *sequitur* vio *deletum T.* k) percussien. *T.* l) *sequitur* et *T.* m) *sequitur* v *deleta T.* n) sane *T.*

tantibus in eadem captionem, requisicionem, exactionem pecuniariam ob quancunque causam, castrum seu fortalicium aliquod infra civitatem predictam seu infra metas banleie*, nisi unanimiter volente universitate predicta. Nec debemus nec possumus* civitatem, universitatem et cives predictos seu habitantes in ea vendere, donare, quittare, obligare vel eciam[o] alienare in quacunque manu, nisi ad proprium dominium* Romani imperii, cui ipsa civitas, universitas et habitantes in ea nullo medio sunt subiecti.

c. 15. 14. Item si nos Adolfus Romanorum rex predictus vel alius de antecessoribus nostris aliquid fecimus vel ordinavimus contra civitatem et universitatem predictas vel eciam contra cives predictos*, tanquam legitimus et generalis administrator bonorum et rerum tocius Romani imperii ex certa sciencia, iusta, legitima et honesta causa revocamus et nunciamus in hoc presenti privilegio irritum et inane.* Et volumus insuper et concedimus predictis universitati, civibus et habitantibus in eadem civitate, quod omnes libertates superius nominatas et scriptas exnunc habeant et eisdem libere et absque cuiusquam contradicione utantur. Et si easdem libertates usque nunc minime habuerunt, prout superius sunt divise, pro nobis et successoribus nostris eisdem universitati et civibus et successoribus eorundem predictas libertates damus et concedimus perpetuo possidendas ac* ipsos universitatem et cives per presentes litteras investimus tanquam illos, qui sunt membrum imperii Romani nobile et ipsius sacri imperii camera principalis.

c. 16. 15. Item damus et concedimus universitati et civibus predictis, ut ipsi infra civitatem predictam possint facere et sibi apropriare furnos et molendina, ex quibus redditus vertantur in utilitatem universitatis et civium predictorum, tanquam illis, quibus volumus facere graciam specialem propter ipsorum universitatis et civium onera sublevanda.*

c. 18. 16. Item volumus et concedimus ipsi universitati et civibus, quod ipsi et eorum successores perpetuo utantur pacifice et quiete omnibus aliis bonis suis consuetudinibus et statutis actenus approbatis.

17. Item omnes libertates, concessiones et gracias necnon iura et privilegia eisdem civibus a[p] divis imperatoribus et regibus Romanis illustribus predecessoribus nostris indulta et concessa, prout rite et provide concessa et indulta sunt, de plenitudine potestatis regie confirmamus.

18. Preterea addicimus in predictis, quod si divina providencia, que actus et progressus nostros dirigit, in Romanum imperatorem nos ordinari contigerit et imperiali[um][q] dyademate insignium insigniri, confirmare promittimus omnes libertates et gracias, que superius exprimuntur.

In premissorum omnium testimonium presentes litteras sigillo maiestatis nostre fecimus communiri.

Datum apud Frankenfort, X. Kal. Octobris, anno Domini millesimo CC nonagesimo sexto, regni vero nostri anno quinto.

566—570. RECEPTIO CASTELLANORUM.

1297. Ian. 17. — 1298. Febr. 23.

Cf. iam supra documenta nr. 383—385. 495.

566. *RECEPTIO IOHANNIS DE METHIS. 1297. Ian. 17.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIII, 38 paratam, quae nititur autographo Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawaricae asservato. Pendet sigillum

565. o) *sequitur* alienario violenciam *T.* p) et *in fine lineae T.* q) imperiali *T.*

laesum loro membranaceo. Diploma regis Rudolfi a. 1286. Apr. 16. eidem viro concessum (Reg. imp. VI, 2013), quod praecedit nostrum, supra praetermissum in Supplemento huius tomi III. proponemus. *(P. deest.)*

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nos inspectis proprie probitatis meritis, quibus strennuus vir Iohannes de Methis circa nos et sacrum imperium semper extitit indefessus, ipsum in castro nostro Germersheim conquisivimus in castrensem, promittentes sibi duodecim marcarum redditus annis singulis occasione huiusmodi nos daturos, colligendos et percipiendos de theolonio navium ascendencium per Renum in Herden. Eo pacto et condicione, quod si dictus Iohannes decesserit, Agnes uxor sua predictos duodecim marcarum redditus nomine dotalicii perpetuo possidebit. Verum si defectum in predicto theolonio sustineret, de proximis bonis nostris regalibus sitis apud Germersheim defectum huiusmodi tenebimur resarcire. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. in Spira, XVI. Kal. Febr., indict. decima, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, regni vero nostri anno quinto.

567. *RECEPTIO NOBILIUM PRIOR. 1297. Aug. 11.*

Descripsimus autographon in tabulario regio Confluentino asservatum. Sigilli pars media pendet loro membranaceo. Cf. nr. 568. — Böhmer, Reg. Ad. 362. *(P. deest.)*

[a]Adolfus Dei gracia Rom(anorum) rex semper augustus tenore presencium recognoscimus et publice[b] profitemur, quod nos nobiles viros Nicolaum de Indagine et Tilemannum de Swarzenberg nobis et imperio conquisivimus in castrenses, aut in castro nostro Lovtter vel in castro nostro Keuelnberg, quocumque istorum Iohanni officiato nostro de Rinberg advocato nostro provinciali per Spirkaviam magis videbitur expedire. Promittentes eis propter hoc quadringentas libras Hallensium vel quadraginta librarum Hallensium redditus nos daturos, quas inquam quadringentas libras Hallensium officiatus noster de Rinberg predictus dabit[c] eisdem vel redditus predictos assignabit ipsis in regimine de Lvtter tam diu habendos, donec ipsis seu heredibus eorum quadringente libre Hallensium predicte fuerint plenarie per nos vel successores nostros in imperio persolute. Quibus habitis convertent in predia, que ipsi et Ni(colaus) de Indagine et Tilemannus de Swarzenberg a nobis et imperio nomine predicti castrensis feodi perpetuo possidebunt. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et maiestatis nostre sigilli munimine iussimus roborari.

Dat. anno Domini MCCLXXXXVII, tercio Idus Augusti, regni vero nostri anno sexto.

568. *RECEPTIO EORUNDEM ALTERA. 1297. Oct. 24.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. In dorso scriptum est satis lepide manu coaeva stilo acutiori: nunquam receperunt. *Cf. nr. 567. — Böhmer, Reg. Ad. 377.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobilibus viris Nicolao de Hayn et Tilmanno de Swartzemberg dilectis suis fidelibus graciam suam et omne bonum. Attendentes vestre merita probitatis vos in castrenses absolutos nostros et imperii apud Lutream duximus conquirendum, propter hoc quadringentas libras Hallensium

567. a) *sic or.* b) u *corr. ex* l *or.* c) *corr. ex* dant *or.*

vobis dantes. Et quia paratam pecuniam non habemus, vobis quadraginta librarum Hallensium redditus colligendas et accipiendas annis singulis de officiis nostris in Laupach et in Wisebach obligamus habendas tam diu, quousque vobis per nos aut nostros in imperio successores de dictis quadringentis libris Hallensium fuerit satisfactum. Quibus datis eas convertetis in predia castrensi feodo possidenda. Presencium testimonio litterarum.

Dat. in Confluencia, anno Domini MCCLXXXXVII, IX. Kal. Novembr., regni vero nostri anno sexto.

569. *RECEPTIO NOBILIS DE ISENBURG. 1297. Nov. 5.*

Autographi in eodem tabulario asservati imaginem heliographicam praebent 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 16a. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. De eschatocollo v. l. c. 'Text' pag. 279. — Böhmer, Reg. Ad. 378. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Rom(anorum) rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nos nobilem virum Gerlacum de Isemburg nobis et imperio in liberum castrensem acquisivimus, ita quod apud Sinczeche feodum suum castrense debeat deservire, quando necessitate ingruente fuerit requisitus. Promittimus autem pro feodo ipso ducentas marcas denariorum Coloniensium nos sibi daturos, pro quibus lucra, que de Iudeis iam residentibus apud villam suam Hohingen vel quos in futurum contigerit residere ibidem poterunt derivari, idem nobilis et heredes sui habeant et percipiant, quousque ipsis de ducentis marcis per nos vel nostros in imperio successores fuerit satisfactum. Solutam autem ipsam pecuniam convertent in empcionem bonorum habendorum a nobis et imperio pro feodo prelibato. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Dat. apud Wysebaden, Non. Novembr. regni nostri anno sexto, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo, indict. XI.

570. *RECEPTIO NOBILIS DE LIMPURG. 1298. Febr. 23.*

Autographon tunc Berolini asservatum in tabulario regio exemplavit iam olim R. Wilmans. Pendebat sigillum parum laesum loro membranaceo. De transsumto tempore Heinrici VII. cancellariae regiae porrecto, quod asservatur Pisis in tabulario nobilissimae familiae Roncioni, v. supra nr. 385 et Ficker loco ad nr. 258 citato p. 50 nr. 26 (= W. SB. p. 186). — Böhmer, Reg. Ad. 392. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod inclite recordacionis Rudolfi Romanorum regis illustris nostri predecessoris litteras[1] per nobilem virum Iohannem dominum de Limpurg nostrum sororium nobis exhibitas vidimus, continentes eundem regem Rudolfum nobili viro quondam Gerlaco domino de Limpurg, ipsius Iohannis genitori, Iudeos in Limpurg pro CCC marcis argenti, quas ei pro feodo castrensi deserviendo apud Calsmunt se daturum promisit, prout in litteris super hoc confectis[1] continetur plenius, obligasse. Nos itaque Iohannem de Limpurg sororium nostrum supradictum propter probitatis sue opera et fidei puritatem, quibus choruschare dinoscitur multiformiter, graciosius prosequi disponentes, graciam genitori suo per dictum regem Rudolfum nostrum predecessorem de obligatis Iudeis sibi factam sub modis et condicionibus, quibus genitor suus eos habuisse dinoscitur obligatos, convertimus ad eundem, sibi in augmentum sui feodi

1) *Supra nr. 385.*

superaddentes C marcas argenti, quas sibi de liberalitate regia duximus largiendas, ita quod ipsos Iudeos pro CCCC marcis argenti habebit obligatos tam diu, quousque ei per nos aut nostros in imperio successores dicte CCCC marce fuerint persolute. Quibus solutis eas convertet in predia a nobis et imperio castrensi feodo perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in Frideberg, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo octavo, VII. Kal. Marcii, regni vero nostri anno sexto.

---

571. SENTENTIA DE IURE VIRI CONDEMNATI.

1297. Febr. 4.

Autographon, quod asservatur in tabulario regio Confluentino, denuo descripsimus. Sigillum dorso impressum erat. De ratione ingrossati cf. Vancsa loco supra ad nr. 122 citato pag. 69 et supra nr. 553. — Böhmer, Reg. Ad. 340. *(P. 465.)*

Wir Adolf von Gottes genaden Rômisch kunig allewege ein merer kunden an disem brieve, daz unser lieber furste Bômunt der erzebischof von Triere kom fur uns do wir ze gerihte sassen unde gerte ze ervarnde an einem gemeinen urteile: swa ein verzalt man were, der vor gerihte wolt clagen, ob man dem rihten sol oder niht. Do wart vor uns erteilet mit gesamenter urteile: daz man keinem verzalten man rihten sol. Were aber ieman der gerihte vordert uber den verzalten man, so sol man dem clager gerihtes helfen uber den verzalten man, alse reht ist. Des geben wir ze gezuge unsers gerihtes brief.

Dirre brief wart geben ze Kobelenz, an dem mentage nach unser Frowen tage der liehtmes, do man zalte von Gottes geburte zwelf hundert jar nunzig jar unde in dem sibenden jare.

572—579. CONTINUATIO ACTORUM GUERRAE CONTRA REGEM FRANCIAE MOVENDAE.

1297. Febr. 8. — Dec. 23.

Cf. iam supra documenta nr. 524—530.

572. *UNIO DOMINORUM BURGUNDIAE. Febr. 8.*

Autographon inspeximus, quod asservatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1275. Publici iuris fecit a. 1854. J. Ficker loco supra ad nr. 258 citato p. 48 nr. 23

(= W. SB. p. 184). Sigilla desunt, foraminibus septem relictis. Sed iam olim plane lacunis dissipatum et omnino corrosum[1] *erat, ut nos nunc nova collatione quicquam colligi posse desperaremus. Itaque editionem illam repetere iuvat.* *(P. deest.)*

(1) Nos Iohannes de Cabilone dominus de Arlaco, Iohannes de Burgundia, Iohannes de Montebligardo dominus Montisfalkonis, Theobaldus dominus Novi Castri, Symon de Montebligardo dominus de Montrayn, Haymo dominus Facoginey[2], Stephanus de Oseler dominus de Nova Villa tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod fide data et iuramento prestito corporali omnes et singuli promisimus et nobiles viros, videlicet [Iohan]nem[a] de Cabilone comitem Altosidiorensem dominum de Ru[pe]forti, Reynaldum de Burgundia, Waltherium de Montefalkonis dominum de Villafons, Petrum de [Iun]villa dominum de Moravay, Wazterum de Comerci dominum de Castravillano, Humbertum de Claravalle, [Ioh]annem dominum Iur[ium], Gerhardum dominum de Arg[uel], Ottonem dominum Montisferrandi, Wilhelmum dominum de [D]ort[und], [Pun]tschardum dominum de [Rem], Wilhelmum de Arguel, Heinericum dominum de Us[ies] et Stephanum dominum de [Oseler], de speciali voluntate et mandato eorum obligavimus una nobiscum et presentibus firmiter ob[ligamus], quod tam nos quam iidem nobiles cum vasallis, hominibus et adiutoribus, quos habe[re possumus] et contrahere nobis poterimus in futurum, serenissimo domino nostro domino Adolfo Romanorum regi illustri [cum] personis propriis, nostris castris et municionibus universis, quas ipsi domino regi Romanorum et amicis seu eius servitoribus apperiemus ad intrandum et exeundum et ad faciendum guerras contra illustrem Philippum regem Francorum, regnum ipsius et terras suas et quoslibet adiutores eius, necnon ad recipiendum et tenendum [per prefa]tum dominum regem Romanorum et adiutores ipsius de ipsis castris et municionibus, ac si immediate ad imperium pertinerent, assistemus nichilominus ipsi regi Romanorum et adiutores erimus, durante guerra inter ipsos reges, bona fide omni fraude [ac dolo penitus exclusis] .... totis viribus nostris .... consilio, auxilio et favore cum quadringentis viris et magnis equis. (2) Si vero dictum dominum regem Romanorum contigerit invadere dominum regem Francie [pre]dictum vel eius terram vel regnum et nos ad eius adiutorium vocaverit extra nostra dominia, bona fide [pro] posse nostro sub ipsius domini regis expensis et periculis ipsum et suos tenebimur adiuvare. (3) [Hoc ecia]m adicimus, quod nobiles de nostris adiutori[bus, qui] non sunt presentes hac vice, personaliter t[enen]tur promittere et iurare, qu[ando]cunque super hoc [per pre]fatum regem Romanorum fuerint re[quisiti]. Et ut hec faciant promittimus [nos] facturos et curaturos bona fide, excepto domino Iohanne de Cabilone domino de Arlaco, qui se solum de premissis et non pro aliis obligavit et voluit obligari. (4) Promittimus insuper bona fide, quod predictum dominum regem Francie terras suas et eius regnum ac ipsius adiutores invademus et invadere debemus, quandocunque de pecunia provisa fuerit satisfactum et ipse dominus rex Romanorum per mensem [unu]m id fecerit nos prescire. (5) Ad omnia premissa et singula firmiter observanda nos omnes et singulos obligamus, prout superius est expressum, necnon penam privacionis feodorum nostrorum in nos eligimus, si contra iuramentum nostrum et fidei dacionem de premissis vel aliquo premissorum quod absit veniremus in futurum. Et hoc idem apud nostros adiutores absentes curaturos et facturos promittimus bona fide, ut ipsi sicut nos presentes ad omnia premissa et singula suis patentibus litteris

572. a) *uncis inclusa evanuerunt or.* b) nostros dominios *ed.*

1) *Ficker l. c.: 'Die Urkunde ist ganz zerrissen und geht ihrer baldigen Auflösung entgegen'.* 2) *Cf. infra nr. 573.*

se astringant. In premissorum omnium et singulorum testimonium nostra sigilla presentibus duximus apponenda.

Actum et datum Co[nfluentie], VI. Idus Februarii, indictione decima, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

573. *INFEUDATIO DOMINI DE FAUCOGNEY. Febr. 8.*

Infeudationis unius ex Burgundiae dominis eodem die datae autographon in tabulario Bisuntino 'Archives départementales. Série B. 411' a nobis inventum publicavimus 'Neues Archiv' XXVII, 717[1]. *Editionem nostram hic repetimus. Sigilli fragmenta pendent filis sericis rubei coloris. Documenti a scriba Francigena scripti tam protocollon, quam linea chronologica, quae morem Trevericum adhibet, ab usu cancellariae regiae valde discrepant. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 427 (Addit. II). (P. deest.)*

Adolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum fieri volumus tenore presencium universis, quod cum domus et deveria de Vezour, que Aymo dominus de Faucoingny et vicecomes de Vezour a comite quomdam Burgundie in feudum tenuerat, per gentes regis Francie occupata fuerint et saisita, pro eo quod dictus Aymo per easdem gentes requisitus illud deverium, quod dicto comiti quomdam fecerat pro dictis domo, vicecomitatu et deveriis, dicto . . regi Francie iuxta inhibitionem nostram super hoc sibi factam noluit facere vel prestare, dictusque comitatus per iudicium curie nostre nobis adiudicatus et Othoni quomdam comiti Burgundie abiudicatus fuerit[2] volumus et dicto Aymoni pro se et heredibus suis concedimus, quod quamdocumque domus, vicecomitatus et alia deveria supradicta cum pertinenciis per viam pacis vel guerre seu alio quoquo modo recuperari poterunt, eidem Aymoni vel heredibus suis libere restituantur tenenda per ipsum et heredes suos in feudum ab eo, qui dictum comitatum in feudum a nobis vel successore nostro Romanorum rege tenebit.

Dat. Confluencie, VI. Idus Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regni nostri anno quinto.

574. *LITTERAE EDWARDO REGI ANGLIAE DIRECTAE. (circiter Mai. 15.)*

Publici iuris fecit Karolus Hampe 'Neues Archiv' XXII, 282 e cod. Oxoniensi Bodleiano 816 (olim 2686)[3] *fol. 131', commentario adiecto. Cuius editionem hic sequimur, De tempore et ratione v. ibidem. Cf. etiam litteras regis Angliae Mai. 17. et Iun. 4. (Rymer I, 2 pag. 865. 866), quas hic non repetimus, cum ad res imperii parum spectent. (P. deest.)*

Magnifico principi domino E(dwardo) regi Anglie amico suo karissimo Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus salutem et sincere dilectionis continuum incrementum[a].

(1) Alias vobis scripsimus[4] et per nuncios nostros petivimus intimari, nescimus tamen, si ad aures vestras fuerit id dilatum, quod communi conceptui[b] nostro admodum utile videretur, quod conveniremus nobis ad invicem pro nostris negociis[c] hinc

574. a) increntum *c.* b) *corr. ex* acceptui *c.* c) negocis *c.*

1) *Ubi diem male indicavimus.* 2) *Cf. supra nr. 557. 558 c. 2 et litteras Bonifacii VIII. papae a. 1296. Sept. 20. datas (Potthast 24398).* 3) *V. Pertz 'Archiv' VII, 964.* 4) *Quae litterae servatae non sunt.*

inde deliberacione provida pertractandis. (2) Et quia contra regem Francie manum apponere non possumus[d] cum connivencia nec debemus, antequam mutuo colloquamur, nec expedit[e] honori vel utilitati utriusque nostrum, predestinatum animi nostri propositum contra eum ulterius protelari, quin pocius factum aggredi, ut res desiderat[f] et temporis expostulat[g] aptitudo, excellenciam vestram requirimus et hortamur, [quatinus][h] ad comitatum Hoylandie, ad quem securus vobis patet accessus, vestram presenciam quamtocius conferatis, ut ibidem in terra[i] spectabilis viri[1] generi vestri et consanguinei nostri[k], qui revera locus ad id magis aptus habetur, possimus mutuo[l] nostra negocia pertractare, nobisque per celerem nuncium voluntatem vestram intimetis et quando vobis occurrere debeamus, parati[m] id exequi iuxta votum. Et licet expedicio festina negocii persuadeat, ut statim sine armis personaliter veniatis, expedit tamen, ut a tergo cum vestra milicia et aliis necessariis continuo taliter vos paretis, ut in execucione deliberandorum mutuo mora longior non queratur. Nam pro parte nostra invenietis nos sic accinctos, quod[n] dilacionem aliquam non erit necessarium interponi. Speramus etenim, quod favente nobis dextera divine virtutis, dummodo viriliter aggrediamur negocium, potiri debeamus beatitudine successuum votivorum, negociis [et][h] circumstanciis undique perlustratis. (3) Ceterum ad nostram[o] pervenit noticiam et sub forma scinceritatis et amicicie, qua vobis astringimur, consiliatoris partes assumimus in hoc casu fideliter consulentes, cum rei veritas se sic habeat, quod unicum habeatis filium vobis in regno et aliis vestris principatibus successorem, fidelitatis ordine observato[2], quatinus ad nupcias congruentes excellencie vestre statui convolare curetis propter regni et tocius status vestri dominii fulcimentum. Nam si, quod Deus avertat, vos absque herede regni decedere contingeret ab hac luce, tocius christianitatis res puplica sibi exinde sentiret irremediabilis dispendii periculum imminere. Quodsi adquiescere decreveritis nostris consiliis in premissis, nobis[p] id intimare curetis applicaturis ad hoc opem et operam efficaces, ut talis[q] vobis regni socia copuletur, quam nobilitate generis et excellencia sanguinis generosi, virtutum et morum prestancia proposito vestro speramus fore conformem et per cuius assumpcionem predicabimini vere mulieris optime vir beatus[3]. (4) Petimus etiam, ut super premissis et aliis vobis ex parte nostra latius[r] referendis exhibitori presencium credatis plenarie tamquam nobis.

Datum Colonie.

575. *LITTERAE PROCURATORIBUS DIRECTAE. (circiter Mai. 15.)*

Litteras eodem die datas, ut videtur, vulgavit idem vir doctissimus l. c. pag. 284 ex eodem codice fol. 132. Cuius editionem hic repetimus. De ratione v. ibidem.

(P. deest.)

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili W(altero) Conventrensi et Lichfeldensi episcopo ac Iohanni de B(erewyk) salutem cum affectu dilectionis sincere.

Paulo ante nostrarum vobis episcopo depromisit series litterarum[4] et scire vos cupimus iterato, quod ad hoc tota nostra fervet intencio, aspirat affectus et omnimode molumenta diriguntur, quod cum aquilis nostris victricibus ad terrorem rebellium et consolacionem amicorum et nostrorum fidelium contra regem Francie ad elacionis ipsius

574. d) possemus *c.* e) expediat *c.* f) desideret *c.* g) expostilet *c.* h) *deest c.* i) in terra *eadem manu in margine add. c.* k) vestri *c.* l) *corr. ex* mutua *c.* m) paratis *ed.* n) quo *c.* o) vestram *c.* p) *bis scriptum c.* q) tales *c.* r) tulimus *c.*

1) *Iohannes comes Hollandiae † 1299.* 2) *Cf. infra pag. 540 lin. 28.* 3) *Eccli. 26, 1.* 4) *Servatae non sunt.*

cornua nostre potencie conterenda felicibus auspiciis in fortitudine regalis brachii magnifice procedamus. Verum cum ante arrepcionem itineris nostri progressis nobilibus viris Iohanni de C(abilone), E(berhardo) de Marchia comitibus et Henrico de Blanchemonte vel saltem duobus ex ipsis loqui necessario habeamus, vos ad hoc operam applicetis, ut duo ex ipsis nobilibus viris ad nos veniant indilate. Nam cum ipsis assistente dextera Regis regum taliter negocium nostrum disponemus, quod continuatis processibus ad partes Flandrie contra hostium agmina[a] veniemus.

Ceterum diem et horam transfretacionis regis Anglie nobis continuo rescribatis.

Datum ut supra[1].

576. *PROCURATORIUM REGIS FRANCIAE DE PACE TRACTANDA.* *Iul. 30.*

Iam olim exemplavit Waitz ex transsumto coaevo tabularii Parisini 'Carton J. 610' nr. 16 (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 753 nr. 1079). Denuo inspeximus membranam, cuius sigillum deest, loro membranaceo relicto. De ratione cf. Bergengrün loco supra ad nr. 527 citato pag. 78. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 215. (P. deest.)

Ph(ilippus) Dei gratia Franc(orum) rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

(1) Coram ineffabilis veritatis teste fatemur, quod ab ipsis nostre sublimacionis auspiciis ad regie fastigia dignitatis ad tocius christianitatis statum prosperum et tranquillum totis desideriis aspirantes, ad hoc precipue studia nostra convertimus, ut iusticie debitum servaremus ad singulos et cum cunctis fidei orthodoxe cultoribus pacis et concordie unitatem favente Domino haberemus. Sed ut inter nos et alios reges et principes christianos pacis et sincere caritatis integritas vigeat, eo pociori desiderio ducimur, quo ex unanimi voluntate regum et principum terrenorum fructus proveniunt gratiores ac periculosiores eventus ex eorum dissensionibus sequi solent. (2) Olim siquidem inclito principe A(dolpho) Romanorum rege, quod predecessores nostri ad quedam iura regni sui manus occupatrices extenderant, querelante, que per nos detineri dicebat taliter occupata[2], nobisque racionabiliter pretendentibus vice versa, quod ipse ac predecessores sui nonnulla de regni nostri iuribus occuparant, ac propterea inter nos et regem eundem materia dissensionis exorta, nos fidedignorum relacionibus intellecto, quod rex ipse considerans et prudenter attendens, quod ex huiusmodi dissensione[a] decrescit vigor catholice fidei, caritatis fervor minuitur, fidelium tepescit devocio, animarum corporumque dispendia et horrenda scandala subsequuntur ac Terre Sancte negocio multimoda impedimenta proveniunt, ideoque cupiens huiusmodi devitare pericula, ad pacis inter nos et ipsum reformande negocium suos exhibet ferventer affectus, consideracione simili talique desiderio vitandi scandali et dissidii generalis inducti[3], dilectis et fidelibus nostris Guidoni comiti Sancti Pauli buticulario Francie et Godefrido de Brabancia domino Virsio(nensi) et Arscot(ensi) necnon nobili viro Galcerano comiti Iuliacensi ac . . preposito ecclesie Coloniensis, de quorum circumspeccionis industria et fidelitate plenam in Domino fidutiam obtinemus, tractandi de pace et concordia inter nos et regem reformandis eundem ac inquirendi per se vel per alium seu alios[b] de rebus et iuribus, que taliter occupata dicuntur utrinque, quorum occasione suborta dinoscitur

575. a) agmna *c.*

576. a) devocione *tr.* b) al *tr.*

1) *Supra nr. 574.* 2) *Supra nr. 524.* 3) *Verba nonnulla cum epistola pontificis supra nr. 546 conveniunt.*

prelibata dissensio, seque super hiis informandi summarie et de plano, et si qua taliter per nos aut predecessores nostros inveniunt taliter occupata, ad statum debitum reducendi ac declarandi, componendi et ordinandi de alto et basso super hiis, sicut equitate suadente viderint expedire, ac questioni et dissensioni predictis finem perpetuum imponendi ac faciendi omnia et singula, que circa premissa fuerint oportuna, plenam et liberam presentium tenore committimus potestatem. Promittentes nos ratum et gratum habere ac tenere et adimplere firmiter et inviolabiliter observare, quicquid per eos factum, ordinatum vel decretum fuerit in premissis. (3) Quod si forsan alterum de comite Sancti Pauli et Godefrido prefatis propter aliquod, si superveniret, obstaculum huiusmodi prosecutioni et decisioni negocii vacare non posse contingeret, alium, de quo nobis expedire videbitur loco eius, quem taliter impediri contigerit, curabimus subrogare. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum in obsidione Insule, die penultima Iulii, anno Domini MCCLXXXXVII.

577. *LITTERAE ADOLFI REGIS COMITI FLANDRIAE DIRECTAE.* *Aug. 31.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XX, 430 ex autographo tabularii Insulensis B. 408 nr. 3986 paratam. In verso inscribitur: Spectabili viro Gwid. comiti Flandrie fideli nostro karissimo. *Sigillum dorso impressum nunc deest. — Böhmer, Reg. Ad. 364.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Gwidoni comiti Flandrie fideli suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Litteras sinceritatis tue nostro culmini noviter destinatas solita affectione recepimus et contenta in eis pleno concepimus intellectu. Sane scire te volumus, quod super tuis turbacionibus non minus afficimur, quam de nostris. Unde licet rebellio aliquorum precipuorum imperii principum et machinaciones eorum perverse, quibus crimine lese maiestatis se polluere non formidant, desideriis nostris tibi celeriter occurrendi contra regem Francie hactenus obstiterint et adhuc non mediocriter impediant nostre propositum voluntatis, quod quidem sub fiducia fidelitatis tibi presencium serie declaramus, indubitanter tamen teneat tua fiducia, quod absque more periculo cum viribus armatorum, quam admittet presentis necessitatis instancia, debeamus consolabiliter te videre, iuxta quod nobilis vir Iohannes de Kvig, affinis noster dilectus, lacius te poterit expedire, cui statum premissorum et exinde nostram penitus expressimus voluntatem. Iuxta hoc siquidem volumus, quod spiritum consolacionis et animum fortitudinis assumens, amicos tuos et subditos debeas fiducialiter consolari, sciturus certissime, quod si quos cum predicto rege Francie contigerit haberi finales tractatus, tibi per omnia[a] cavebimus, quantum possibile nobis erit[a]. De adventu eciam illustris Ed(wardi) regis Anglorum nuper nobis fuerunt aliqua intimata, cuius revera adiutorium tam nobis quam tibi crederetur plurimum opportunum. Qui sive veniat, quod multum nostris desideriis arrideret, sive non, quod[b] satis esset contrarium votis nostris, de adiutorio tamen nostro certitudinem omnimodam volumus te habere.

Dat. in Sletstad, II. Kal. Septembr., regni nostri anno sexto.

578. *INDICTIO INDUTIARUM PER REGEM ANGLIAE.* *Oct. 9.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 581 paratam ex autographo tabularii Parisini 'Carton J. 632' nr. 24. Pendet sigillum maius laesum loro membra-

577. a) a — erit *in rasura or.* b) *supra lineam add. or.*

naceo. Cf. Rymer 'Foedera' I, 2 pag. 878; cuius editio 'Ex Litt. et Autogr.' tabularii Britannici sumpta est, nominibus propriis male lectis, itemque p. 879 regis Franciae exemplar praebet. Cf. etiam Reg. Ad. 374 et Reichssachen 221. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 221. *(P. deest.)*

Edward par la grace de Dieu roy d'Engleterre, seigneur d'Irlande et duc d'Aquitanne a touz ceaus, qi ces presentes lettres verront, saluz.

(1) Nous fesoms a savoir, que nous de la guerre meve entre le roy de France et ses aliez de une part e nous e noz aliez d'autre, tant por la duschee de Aquitaine que de la contee de Flandres et de acuns autres lieus, avoms pris de commun assentement souffrance de guerre, c'est a savoir de roiaume a roiaume, de terre a terre, de gent a gent par mer e par terre en tiele maniere, que touz marchantz e toute maniere de gent puissent aler, venir, demorer e marchander sauvement e seurement de un roiaume a autre la souffrance durant. Et tendroms nous e noz aliez e le dit roy e li sien tout ce que nous e il tenioms au jour de la confection de ces lettres durant la dite souffrance. (2) Et durra ceste souffrance qant a la duschee de Aquitainne jusques a la Typhaine procheinement a venir, et qant as autres terres jusques (Ian. 6.) as octaves de la procheine feste seint Andrieu tant seulement. (Dec. 7.) La quele souffrance nous de une partie, le dit roys de autre devoms faire savoir a noz feaus aliez e sougiez en la terre de Aquitainne e es autres loingtaines terres de deinz le dimenche devant la feste de Touz sainz prochaine (Oct. 27.) et en la terre de Flandres dedeinz ce prochain samedi. (Oct. 12.) (3) Et est a savoir, que le roys d'Alemaigne puet la dite souffrance rumpre, si lui plest, en tiele maniere totevois, que ele durra quinze jours apres ce que le dit roys de Alemaigne l'aura fait savoir al evesque de Tournay ou a son official a Tournay. (4) Les noz aliez sont tiels: le roy de Alemaigne, le conte de Flandres, le conte de Sauuoie, le conte de Bar, le duc de Brebant, le conte de Hollande, le conte de Montbeliard, Johan de Chalun seigneur de Arlai, Johan de Burgoigne, Johan seigneur de Montfaucun, Gautier son frere, le seigneur de Novel Chastel, le seigneur d'Oiseler, le seigneur de Fauconhi, le seigneur de Jour, le seigneur de Cocondrai[a], Simon de Montbeliard seigneur de Nontron[b], Estephen. d'Oiseler seigneur de Vile Nove e pluseurs autres de Burgoigne, de Alemaigne, de Brebant, de Flandres, de Hollande, de Gascoigne, de Aragun e de ailleurs, des queus nous ne savoms les nonns a present. (5) La quele souffrance nostre amez e feaus Wautier de Beauchamp chivalier e seneschal de nostre hostel, a quel nous avoms sor ce done plain povair de jurer en nostre ame, a jure por nous e en nostre nonn a garder loiaument e en bone foi e enterinement[c] en la manere e en la forme devant dites. (6) Et est a savoir que se aucuns damages estoient faitz durant la dite souffrance, nous sumes tenuz de les faire amender en bone foi e convenablement. En tesmoing de la quele chose nous avoms fait mettre nostre seal a ces presentes lettres.

Donees a Fynes seint Bavon sus le lis, le jour de la feste saint Denis, en l'an de grace mil CC quatre vintz e dis e sept.

579. *PROCURATORIUM ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS.* *Dec. 23.*

Denuo descripsimus autographon tabularii Confluentini. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso scriptum est: Obligacio expensarum factarum in Flandria per archiepiscopum Bo. pro rege Ad. — *Böhmer, Reg. Ad. 387.* *(P. deest.)*

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

578. a) *sic pro* Cossonay? *or.;* Cotendrai *Rymer.* b) *sic pro* Montron *or.;* Motron *Rymer. Cf. supra pag. 438 lin. 7. 8.*

Universitatis vestre noticie declaramus publice profitendo, quod nos in omnibus expensis, quas venerabilis Boemundus archiepiscopus Trevirorum princeps noster karissimus in legacione nostra eundo in Flandriam ad tractatus ibidem habendos nostro nomine super pace inter nos et illustres Edewardum et Ph. Anglie et Francie reges stando et redeundo fecerit et habuerit cum omnibus et singulis dampnis supercrescentibus sumus et erimus eidem B. archiepiscopo rite et legittime debite solucionis vinculo obligati. In cuius obligacionis nostre et solucionis evidens testimonium et cautelam presentes litteras maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Dat. Spire, X. Kal. Ianuarii, indic. XI, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo, regni vero nostri anno sexto.

---

580. FACULTAS TRANSFERENDI IUDICIUM.

1297. Mai. 13.

Denuo descripsimus tabularii Leodiensis autographon nr. 432, quo omnes redeunt editiones. Sigillum deest loro membranaceo relicto. — Böhmer, Reg. Ad. 345.

(P. deest.)

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Iohanni de Kuch affini suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Decet benignitatem regiam subditorum et fidelium profectibus et saluti ea serenitatis gratia intendere, quod devotorum exemplo eorum, quibus favoris et gratie commodum est impensum, ceteri in devocione sacri imperii forcius animentur. Sane nobilis vir . . comes Lonensis nostro culmini intimavit, quod licet ab olim in villa sua Fliedermal, quam a nobis et imperio habet in feodum, de septuaginta duabus villis circumpositis iudicium consueverit exercere, ita quod gravati in suo iure de villis eisdem ad ipsum iudicium provocantes quesiverunt et optinuerunt ibidem sue iniurie sublevamen, ipsa tamen villa tam in rebus quam hominibus adeo depauperata et desolata existat, quod minus apta videtur de cetero ad huiusmodi iudicia exercenda. Propter quod nobis humiliter supplicabat[a], ut transferendi ipsum iudicium ad villam suam Lon, que similiter a nobis et imperio feodaliter possidetur, sibi facultatem concedere dignaremur. Cum igitur tu de premissis tamquam incola contermine regionis noticiam habeas pleniorem, fidelitati tue committimus et mandamus, quatinus si utilitati hominum et iudicii eiusdem crederis expedire ac id in alieni iuris preiudicium non redundat, tu vice et auctoritate nostra postulata concedas comiti supradicto.

Datum Colonie, III. Idus Maii, indictione X, anno Domini MCCLXXXXVII, regni vero nostri anno sexto.

---

580. [a]) bat *corr. ex* vit *or.*

581. 582. SENTENTIAE DE ABSOLUTIONE PROSCRIPTIONIS.

1297. Iun. 1.

Autographa, quae in bibliotheca Parisiensi 'Chartes de Colbert' nr. 514 et 515 asservantur, iam olim descripsit Waitz (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 173 nr. 242 et 174 nr. 243). Denuo contulit vir d. A. Vidier.

581. *SENTENTIA.*

Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Ad. 347. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod anno Domini MCC nonagesimo septimo, regni vero nostri anno sexto, indiccione decima, Kal. Iunii, constitutus coram nobis Colonie in iudicio presidentibus in domo prepositi Sancte Marie ad Gradus spectabilis vir Guido comes Flandrie marchio Namurcensis petivit, ut recepta caucione sufficienti de parendo iuri in causa, quam movet eidem spectabilis vir . . comes Hanonie, ipsum a sentencia proscripcionis, qua in eadem causa innodatus extitit[1], absolvere curaremus. Nos igitur, quemadmodum decrevit communis sententia principum nostrorum, nobilium quoque et sapientum, qui tunc nostri iudicii consistorio astiterunt, recepta caucione huiusmodi fideiussoria ab eodem, ipsum a predicta proscripcionis sente[n]tia absolvimus et sentenciando pronunciavimus absolutum, litteras proscripcionis quascumque, que a felicis recordacionis rege Rudolfo antecessore nostro vel a nobis super premissa proscripcione tradite aparuerint, cassantes et cassas et irritas decernentes. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli appensione et robore munitarum.

Datum Colonie, anno et die superius annotatis.

582. *CITATIO PARTIUM.*

Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Ad. 348. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos anno Domini MCC nonagesimo septimo, regni vero nostri anno sexto, indiccione decima, Kal. Iunii, Colonie iudicio presidentes in domo . . prepositi Sancte Marie ad Gradus, principum nostrorum, nobilium quoque et sapientum, qui tunc nostri iudicii consistorio astiterunt, communi et concordi dictante sentencia spectabilem virum Guidonem comitem Flandrie marchionem Namurcensem, a sentencia proscripcionis, qua innodatus extitit in causa, quam movet eidem spectabilis vir Iohannes comes Hanonie, absolvimus et sentenciando pronunciavimus absolutum, feriam quartam proximam ante festum beate Marie Magdalene coram nobis, Iul. 17.
ubicumque fuerimus constituti, diem hinc inde dictis comitibus assignantes, unde iidem comites tunc compareant coram nobis, suam prosecuturi iusticiam, quam eisdem faciemus, prout dictaverit ordo iuris. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore munitarum.

Actum et datum Colonie, anno et die superius annotatis.

---

1) *Cf. supra nr. 308. 309.*

583. COMMISSIO INFEUDATIONIS.

1297. Iun. 8.

Iam olim exemplavit Waitz ex autographo tabularii Luxemburgensis (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 175 nr. 245). Pendet sigillum. A scriba cancellariae Trevirensis scriptum esse videtur. — Böhmer, Reg. Ad. 350. (P. deest.)

Adulfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili B(aldewino) Trevirorum archiepiscopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Cum religiosus abbas monasterii de Epternaco tue dyocesis pro receptione temporalium et iurium, que a nobis et sacro tenet imperio, ad nos personaliter propter sui corporis debilitatem non possit accedere, prout nostre innotuit maiestati, sinceritati tue, ut dicto abbati de novo creato, postquam per te canonice fuerit confirmatus, vice et auctoritate regie maiestatis concedas regalia, recepturus ab eodem more consueto fidelitatis nobis debite iuramentum, vices nostras committimus et liberam tenore presentium concedimus facultatem.

Dat. Colonie, VIII. die mensis Iunii, regni vero nostri anno sexto.

---

584. UNIO CUM CIVITATIBUS WORMATIENSI ET SPIRENSI.

1297. Sept. 14.

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii civitatis Spirensis nr. 19 parata est 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' pag. 153 nr. 198. Pendent tria sigilla fere illaesa. Exemplar omnino concordans tabularii Wormatiensis nr. 83 editum est 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 312 nr. 477. Superest nonnisi sigillum regis. Cf. Vancsa loco supra ad nr. 122 citato pag. 85. — Böhmer, Reg. Ad. 372. (P. deest.)

1. Wir Adolf von Gotes genaden ein Romescher kung und ein merer des riches wollent wissen alle die, die disen brief iemer sehent oder horent lesen nu oder her nach, das wir durch gantze truwe unde bewerte stetikeit, die wir unde unser erberen vorvarn keisere unde kůnge von Rome bevunden hant unde gewar sin worden gentzliche und ŏgsunckliche ze nûtze unde ze erberkeit des heilgen riches an mangen dingen unde ze allen stunden an den ersammen wisen lûten den burgeren von Wormesse unde von Spire unsern lieben unde getruwen, der umbe haben wir si in unsern schirm unde helfe genomen unde geloben, si mit guten truwen zu beschirmenne und in ze helfenne, also hie nach geschriben stat:

2. Zů dem ersten nement die selben wisen lůte mitenander uz nemeliche und usbůndenliche die gelubede und die verbuntnisse, die di burger von Menze, die burger von Wormesse und die burger von Spire enander hant getant, also si ir brieve geben

hânt[1], das si die mitenander unde gegenander halten wellent und das niht irren sol die verbuntnisse, die wir unde si enander hant gelobet, die verbůntnisse, die si enander getan hant, also si ir brieve enander hant gegeben, die sint also das si enander sollent beholfen sin, swa men in an ir vriheit, an ir rehte, an ir libe oder an ir gůte unrehte tete, das ist also, das wir den selben burgern von Wormesse unde von Spire und in von ieweder stat gelobent mit guten truwen, daz wir si schirmen und in helfen, swa in ieman unrehte tete, unde si der rat von ieweder stat uns gesworn hant vur sich unde ir mitteburger und die gemeinde von ieweder stat, uns zu helfenne wider mengelichen getruweliche und niht ze lassenne in keine wiz.

3. Bi den selben guten truwen geloben wir den selben burgern von Wormesse unde von Spire und in von ieweder stat alle ir vriheit, also si sie habent an brieven von keysern oder von kungen, unsern vorvarn den Got genade, und ŏch von uns, von bebesten oder von bischoven, ze haltenne ane[a] ursache unde niht zu ergerne, also ob unser lantfogete eder ander unser ametlůte in die in die keine wiz verbrechent, das wir in das abe tůn vůrslihtekliche unde bewarn, das si des erlassen werden und eb in das ieman anders dete, das wir si denne schirmen und in helfen getruweliche unde vestekliche ane alle geverde, wir und unser ammetlůte.

4. Und der gruntrůr sollent si lidig sin gentzliche, wande si unreht ist unde widerteilet vor unsern vorvarn[2].

5. Wer ŏch das si sunder oder samet ieman anegriffe oder hede anegriffen an libe oder an gůte varen eder ilent si deme nach in des riches oder in andern herren landen, das si in gerne begriffen, unde suchen si den in hůsern unde stieszent důren nach dem uf unde was si der zů tůnt, der ane sollent si niht vereveln an dem lantfriden noch gegen uns noch gegen andern herren.

6. Kemes ŏch also das wir usserlande weren und da zwischen ettelich herre ane griffe sin man, der von ime gevaren were unde bürger were worden in ettelicher des riches stat, die nach einer ander stat gefriet were, und der herre spreche, das der man niht gesessen were rehte also ein burger der stat und der herre das zůge an die stat, nach der gine stat gefriet ist, und unser lantfoget oder ein ander unser ammetman das niht genamen noch halten wolte, das di stat, nach der gine gefriet ist, spreche ane geverde, unde der über den herren anegriffe unde den burgern von Wormesse oder von Spire oder ietwedern helfe ieschen, die sollen si ime denne niht schuldig sin ze tůnne nuz an uns, was der unbe unsers willen were, da sollent si zů helfen.

7. Wir geloben in ŏch beiden und ir ietwedern sunder und samet, obe wir den burgeren und der stat von Menze keine genade vurbas nu eder her nach detent den in den burgern von Wormesse unde von Spire, das wir die selbe genade in beiden oder ir ietwedern sollent tun gentzliche und ellekliche, ane alleine an den Juden, wande die von Menze an den Jůden, die zu Meinze inne sint, vůrbas ander reht habent, denne die burger von Wormesse oder von Spire hant an den Juden, di bi in sitzent, unde ane andere ding, die di von Meinze sunder habent, der die von Wormesse unde von Spire niht bedorfent, ane alle geverde.

8. Unde umbe die helfe, die di selben burger von Wormesse unde von Spire uns tůn sollent, das sol also stan: wenne wir ir helfe bedorfen, so sollen wir ettewen unsern heinlicher zu in senden, der in vůr lege unsern willen unde war die reise ge, unde sollent die vorgenanten burger mitender danne ze rate werden, was helfe si uns denne tun, die uns frome si unde nützliche und in erlich ane geverde nach deme dinge,

584. a) anne *ed.*

1) *1293. Aug. 12, locis supra citatis pag. 134 nr. 180 et I, 299 nr. 453.* 2) *Cf. supra tom. I, 379 nr. 275 c. 4, 521 nr. 373; II, 109 nr. 85 c. 8; 474 nr. 370.*

also es denne stet. Unde was helfe si die burger von Wormesse unde von Spire mitenander also beschophent, die solle wir genamen und da mitte sol uns öch begnůgen, also das wir vurbas umbe me helfe si sunder oder samet niht drengen sollent.

9. Das dis war si unde stede blibe, der unbe haben wir unser kůnglich ingesigel mit ingesigelen der burgere unde der stede zu Wormesse und der burger und der stede von Spire der vorgenanten gehenket an disen gegenwertigen brief zu einem war urkunde und einer gantzer vestenungen aller der vorgenanten rede.

10. Wir aber die burgermeistere, der rat und die burger gemeinliche von Wormesse unde wir die burgermeistere, der rat und die burger gemeinliche von Spire verjehen an disen brieven, das wir geloben und gelobet hant bi geswornem eide, den wir der rat von ieweder stat der vurgenanten getan hant vůr uns und unser mitteburger unde die gemeinde von ieweder stat unserme herren dem kůnge Adolve zu dienne unde zu helfenne getruweliche, verbundenliche unde vestekliche in alle die wiz, also da vor geschriben stat, ane alle geverde.

11. Unde dez zu einem urkunde und einer stetikeit so han wir unsere ingesigele von ieweder stat gehenket an disen brief zu unsers herren ingesigele des vorgenanten kunges.

Dirre brief wart gegeben zu Spire, an des heiligen Crůces tage also es erhaben wart, da men zalte von Cristes gebůrte zwelf hundert jar unde siebene unde nůnzig jar, in deme sehsten jare unsers riches.

585.
SENTENTIA DE DONATIONE FEUDORUM ECCLESIASTICORUM.
1297. Oct. 13.

Superest in confirmatione Alberti regis a. 1299. Aug. 25. data, quam infra edemus, cuius autographon servatur in tabulario regio Dusseldorpiensi 'Essen 111'. Quo omnes redeunt editiones. In varia lectione pauca notavimus ex cod. T *nr. 407, de quo v. supra ad nr. 14—16, cui formula confirmationis Albertinae inserta est. Cf. Bodmann loco supra citato pag. 314 nr. 9. Contextus omnino concordat cum autographo. Cf. etiam sententiam Alberti regis a. 1299. Oct. 19. latam, quam infra ex autographo edituri sumus, et ea quae de hiis rebus disseruit Homeyer 'System des Lehnrechts' (Sachsenspiegel II, 2) pag. 439. 453. — Böhmer, Reg. Ad. 373. (P. 466.)*

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus[a] ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nobis anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, sexta feria ante diem beati Galli, apud Sintzeche pro tribunali sedentibus ex parte venerabilis . . abbatisse et capituli secularis ecclesie Assindensis fuit requisitum in sententia coram nobis: si aliquis vasallus vel ministerialis habens feoda ab ipsa ecclesia, si non habeat heredes ascendentes vel descendentes aut fratres vel filios fratrum, possit ipsum feodum libere donando vel legando ipsi ecclesie reportare. Et fuit per sentenciam omnium assistentium consistorio nostro concordem obtentum: quod vasallus ipse, dummodo feodum huiusmodi non pro indiviso cum aliis possideret, feodum

585. a) *loco* gratia — augustus *T:* etc.

ipsum donandi vel legandi ipsi ecclesie habeat liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus nostre maiestatis sigilli munimine roboratas.

Datum apud Sintzeche, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, III. Idus Octobris, regni vero nostri anno sexto[b].

---

586. RECEPTIO VASSALLORUM.

1298. Febr. 26.

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii regii Monasteriensis 'Fürstentum Siegen' nr. 10 parata est 'Siegener Urkundenbuch' ed. Philippi I (1887) pag. 45 nr. 73. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. Textus ad modum receptionis castellanorum conceptus est. V. supra nr. 566—570. — Böhmer, Reg. Ad. 393. (P. deest.)

Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nobilium virorum Heinrici et Emichonis comitum de Nassowe ac ipsorum fratrum, patruorum nostrorum et fidelium, probitatis opera attendentes, ipsos in vasallos nostros et imperii duximus conquirendos, dantes eis propter hoc mille marcas denariorum Coloniensium, tribus Hallensibus pro denario computandis. Et quia paratam pecuniam non habemus, eisdem comitibus ac eorum fratribus pro pecunia huiusmodi montes Ratzenscheit cum omnibus in eis inveniendis, iuribus et pertinenciis universis ac alios montes sitos in eorum districtibus, ubi argentum queri et inveniri poterit, obligamus tam diu cum omni utilitate sua possidendos pariter et habendos, quousque dictis comitibus ac eorum fratribus per nos aut nostros in imperio successores dicte mille marce fuerint persolute. Quibus solutis eas convertent in predia a nobis et imperio feodali titulo possidenda. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum.

Datum in Frideberg, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, IIII. Kalendas Marcii, regni vero nostri anno sexto.

---

587. LEGITIMATIO SPURIORUM.

(1292.—1298.)

Litteras legitimationis filiorum comitis de Lavania solus servat codex 389 (Tirol u. Vor.-Oest. 11) fol. 70 tabularii Vindobonensis circiter a. 1320. exaratas[1]. E quo publici iuris fecit F. Kogler 'Die legitimatio per rescriptum' (Weimar 1904) pag. 55 not. 3. Cuius editionem hic repetimus. Cf. iam supra nr. 293. 294. Cui anno documentum vindicandum sit, plane nescio. (P. deest.)

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

585. b) *linea dati in T sic sonat:* Datum apud t. locum, anno Domini t., die t., regni nostri anno t..

1) *Cf. Böhm 'Die Handschriften des K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchivs zu Wien' pag. 136.*

Quantum sit favorabilis magnificencia principis, frequenter deducit in publicum[a] per specialia privilegia liberalitas eius mentis, illos interdum, quos in legittimis[b] actibus inpedit defectus natalium, legittimacionis beneficio reparans et originis vicium virtutum dotibus recompensans. Hinc est quod cum nobilis vir Guido de Codonio de Lavania comes dilectus fidelis noster pro legittimacione Saladini et Opizonis filiorum suorum, quos coniugatus ex duabus mulieribus coniugatis se asserit genuisse, maiestati nostre humiliter supplicarit, nos supplicacionibus suis benignius inclinati predictos Saladinum et Opizonem de plenitudine maiestatis nostre et ex certa sciencia, eos spurios esse scientes, legittimamus et ad omnia iura legittima restituimus, ut tamquam legittimi et de legittimo thoro nati in bonis paternis et maternis, tam feudalibus [quam allodialibus][c], et ad omnes actus publicos et civiles honores, si se casus ingesserit, admittantur et in omnibus aliis suam prosequi valeant accionem, obieccione prolis illicite imposterum quiescente et lege aliqua non obstante et ea precipue, que legittimari spurios nisi ex certa sciencia principis non permittit. Non obstante eciam, quod filium legittimum nomine Opizonem in ordine sacerdocii constitutum et filiam legittimam nomine Margareta, relictam quondam nobilis viri Thedisii de Sancto Vitali, de qua filius legittimus est superstes, habeat seu si futuris temporibus filios legittimos generabit, quibus in divisione bonorum predictorum legittimos huiusmodi decernimus esse pares. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presens scriptum exinde fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum etc.

588—590.
TRACTATUS PRINCIPUM ELECTORUM DE DEPOSITIONE REGIS.

1298. Mai. 1.—Iun. 23.

588. *VOCATIO REGIS ET PRINCIPUM ELECTORUM PER ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM. Mai. 1.*

Servatur A *vocatio regis in solo codice notissimo tabularii Vindobonensis nr. 577 (Reichssachen 9)*[1]*, qui dicitur 'Formelbuch Albrechts I' saec. XIV in. nr. 1. Ex quo ediderunt Chmel 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' II (1849), pag. 228 nr. 1 et Kopp in eiusdem periodici tom. VI (1851), pag. 163 nr. 103. Nos denuo codicem accuratissime contulimus, ubi lemma:* Forma quomodo episcopus Magunt. citat reges Romanos.

De ratione codicis vide Chmel l. c. pag. 213 sqq. et P. Schweizer 'Mittheilungen des oesterreichischen Instituts' II (1881), pag. 225 sqq.

In eodem codice sub nr. 2 superest B *forma duci Bawariae directa in fine mutila, cuius protocollon et varias lectiones in adnotationibus posuimus. Rubrum praebet:* Forma quomodo electores regis Romanorum sint convocandi. — *Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 231.* *(P. deest.)*

Serenissimo domino suo domino Ad(olfo) Romanorum regi semper augusto Ger(hardus) Dei gracia sancte Magunt(ine) sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam

587. a) plublicum *c.* b) *loco* in leg. *c:* illegitimis. c) *uncis inclusa desunt c.*

1) *Cf. 'Archiv' X, 587.*

archicancellarius obsequium tam debitum quam devotum et rempublicam feliciter gubernare[a].

(1) Inveterati iuris longeveque consuetudinis non tam celebris quam sollempnis auctoritas nobis utpote sacri imperii archicancellario[b] per Germaniam contulit ab antiquo, ut nos, quando evidens utilitas suadet aut inminens necessitas urget, possimus et utique debeamus ex incumbentis nobis officii nostri sollicitudine non solum principes, qui ius optinent eligendi regem Romanorum[c] in imperatorem postmodum promovendum, verum eciam ipsum regem, qui pro tempore fuerit, ad certum locum et terminum convocare, quod principes ipsi[d] congnoscere debent et eciam recongnoscunt. (2) Et quia temporibus nostris, quod cum gravi cordis dolore proferimus, venerande pacis[e] gloria per oppressionum iniurias confusa succubuit, concordia salutifera prevalente contemptibili discordia[f] fines regni Alemanie, dato libello repudii, quasi irrevocabiliter dereliquit, ut respublica circumquaque enormem diminucionem senciens infelicitatis sue dampna deplorat: ideo non semel sed pluries requisiti per principes antedictos et stimulo proprie consciencie excitati pro excellencie vestre salutis augmento, [pro][g] sancte pacis reformacione, pro concordie revocacione, pro reipublice felici gubernacione et pro tocius regni salute eosdem principes duximus convocandos[1], ut 17[h]. Kalen. Iulii, Iun. 15.
si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die sequenti non feriata, quam eis pro termino peremptorio assignamus, in Maguncia dignentur sui presenciam exhibere, tractaturi et ordinaturi de turbacionibus et defectibus regni, quod omnipotenti Deo et hominibus sit acceptum. (3) Rogamus igitur et attentius exhortamur regiam magestatem vestram et nichilominus quantum licet iniungendo petimus cum devocione debita, quatinus tamquam caput principum predictorum in termino supradicto et eius continuacione velitis huiusmodi salubribus tractatibus interesse.

Dat. Maguncie, Kalen. Maii, anno Domini MCCXCVIII[i]. etc.

589. *PROMULGATIO DEPOSITIONIS PER ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM FACTA.* *Iun. 23.*

Gravissimum documentum superest in solo L *codice 25. fol. bibliothecae Luceriensis fol. 110, de quo v. supra ad nr. 66; quem nos ipsi denuo accuratissime contulimus. E quo iam olim vulgavit Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' I, 905.*

Verba capitis 2 et 7, quae ex bulla depositionis Friderici II. imperatoris a. 1245. Iul. 17. supra tom. II, 508 nr. 400 ex autographo in forma integra publicata sumpta sunt, litteris minoribus exprimenda curavimus, capitum numeris in margine positis. Cf. etiam Domeier 'Die Absetzung Adolfs von Nassau' (1889) p. 55 sq., ubi non omnia recte edocentur. Ceterum ea quae in cap. 3 concordant supra cum nr. 588 c. 1. 2, item litteris minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 236. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

Gerhardus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius ad rei memoriam sempiternam.

1. Ut prodeat de vultu Dei iudicium et oculi[a] nostri videant equitatem[2], via regia debemus incedere[3] nec ad sinistram nec ad dextram declinare[3], ita magnum iudicantes

588. a) *protocollon in B:* Illustri principi domino Rud. duci Bawarie G. Dei gracia sancte Magunt. sedis archiepiscopus sacri imperii per Ger. archicancellarius cum timore Dei bonis operibus habundare. b) archic. s. i. *B.* c) Alemannie *B.* d) *deest B.* e) *in margine alia manu add. A.* f) *usque hic forma B.* g) *deest A.* h) *sic A.* i) *corr. ex* MCCCXCVIII *A.*

589. a) occli *c.*

1) *Cf. infra nr. 589 c. 3.* 2) *Ps. 16, 2. Cf. etiam encyclicam Friderici II. a. 1239. Apr. 20 emissam supra tom. II, 291 lin. 19. 20.* 3) *Cf. Num. 21, 22.*

ut parvum[1], quia non est personarum accepcio apud Deum[2]. Presidente namque rationis imperio sedet in examine veritatis pro tribunali iusticia et quasi rex in solio iudicii[3] rectitudo, de cuius ore procedit gladius bis acutus[4], cuius eciam aspectu terribili proprie voluntatis dissipatur arbitrium reproborum, quia noxius appetitus sine personarum delectu[b] sub iuris regula limitatur. Hec enim eterni fuit providencia iudicis, de cuius vultu recta iudicia prodeunt[5], ut recti iudices eligerentur in orbe, qui terram iudicent, iusticiam diligant, orphanos, pupillas et viduas defendant et quorum oculi respiciant equitatem. Hec profecto velud Dei testamento, quo[c] filios hominum recte iudicare[6] iussit, per quod fedus humani generis in tranquillitate consistit, sollicitudine vigili ac diligenti studio sunt a cunctis firma stabilitate servanda. Nam pacem pariunt, modestiam nutriunt, sua unicuique equo libramine tribuunt, iniuriarum materiam reprimunt, delinquentes puniunt, alterum ledi ab altero non permittunt.

II nr. 400 c. 3. 2. Sane cum nos apud serenissimum dominum Adolfum precipuum principem secularem pro communis pacis observatione, pro suorum defectuum emendacione, delictorum correccione necnon suorum excessuum condigna satisfaccione, monitis salutaribus et precum curaremus cum devocione debita insistere lenitate, idem princeps a nobis non semel tantum, sed sepius humiliter conmonitus et devote, Pharaonis duriciam imitans et obturans more aspidis aures suas[7], preces huiusmodi et salubria monita elata obstinacione ac obstinata elacione despexit. Propter quod non valentes absque gravi Christi offensa eius iniquitates amplius tollerare, cogimur stimulo proprie[8] consciencie nos urgente iuste quantum licet animadvertere in eundem:

I. Ipso namque regnante, ut de ceteris eius criminibus taceamus, sicut heu rei evidencia et communis clamor populi ascendens in celum cum gemitibus et lacrimis de die in diem continue manifestant, ius publicum sibi gubernandum gladio temporali commissum in sacris sacerdotibus et magistratibus per ipsum et suos, laxatis frenis ad illicita, miserabiliter, quod dolentes proferimus, nostris temporibus Dei timore postposito vulneratur adeo, quod facti qualitas et gentilitatis pretendit rabiem et fidem videtur offendere christianam, quoniam per ipsum et suos maximum in Dei ecclesia sacramentum, videlicet corpus domini nostri Ihesu Christi, in pluribus ecclesiis irreverenter et violenter effractis, quod horrendum est cogitare et tremendum videre fieri tacito, de actu nephandissimo acceptis capsellis proicitur non aliter quam res prophana quandoquidem super terram. Sacerdotes etiam et viri ecclesiastici et religiosi, ut de laicis et pauperibus taceamus, ad Dei ecclesiam fugientes in cornu altaris ablatis calicibus et ecclesiasticis ornamentis etiam intra divinorum officia usque ad femoralia spoliantur, ceduntur et quandoquidem occiduntur, altaria denudantur, baptisteria confringuntur et ecclesie incenduntur, rebus ibidem pauperum et divitum causa refugii positis ausu sacrilego asportatis, iudices eciam ecclesiastici et magistratus pro iusticia reddita querelantibus per iniuriam puniuntur, probi quoque sacerdotes canonice iuxta morem ecclesiasticum per locorum ordinarios instituti deiciuntur, aliis inhonestis, de quorum ordinacione non constat, in locum eorum positis per abusum laice potestatis.

II. Insuper infinita alia lamentabilia forefacta, que ad plenum scripto vel sermonum foliis explicari non poterunt, conmittuntur. Virgines enim impudenter in aspectu parentum stuprantur, vidue continentes, coniugate et honeste mulieres clamoribus validis et conatibus renitentes, maritis et consanguineis eciam respicientibus, impudencius opprimuntur. De quorum debita emendacione cum contra suos prefectos et

589. b) deletu *c.* c) quos *c.*

1) *Cf. Deut. 1, 17.* 2) *2. Par. 17, 7.* 3) *Cf. Prov. 20, 8.* 4) *Cf. Apoc. 19, 15 et Prov. 5, 4.* 5) *Cf. Ps. 16, 2.* 6) *Iob 37, 2.* 7) *Ps. 57, 5.* 8) *V. infra c. 3.*

ministros talia committentes et fieri permittentes ad ipsum regem sepius lamentabiliter habitus fuisset recursus, ipse clamores querelancium obaudivit, iusticiam facere neglexit et accusatos[c*] non solum calumpniose defendit, sed ad deteriora etiam provocavit.

III. Et ut ad presens de ceteris predicti regis sceleribus taceamus, quedam gravissima, que nulla possunt tergiversacione celari, commisit: Deieravit enim multociens, communem pacem terre tam suo quam incolarum regni Alemanie nobilium et plebeiorum iureiurando firmatam dampnabiliter violando, pacta eciam inter ipsum et nos super iuribus nostre ecclesie conservandis inita et sacramento vallata minime observando. Perpetravit eciam sacrilegium, capi faciens prelatos, clericos, religiosos et eciam seculares. Multa insuper statuta edidit et consuetudines introduxit in subversionem ecclesiastice libertatis, volens ecclesiam subicere servituti et publicis functionibus, a quibus est prorsus immunis. Et quod gravius est ab episcopis et prelatis sua a dicto rege regalia recipere volentibus magna extorquet donaria per symoniacam pravitatem. Ymmo quod peius est sua episcopis et prelatis conferre regalia penitus contradicit, nisi antea aliqua de bonis suis et ecclesie sue possessionibus sibi conferant et assignent. Et sic per ipsum tamquam ecclesie persecutorem precipuum ecclesiasticus ordo confunditur et[d] dissolvitur nervus ecclesiastice discipline. c. 4.

IV. Principes[e] eciam Alemanie tam ecclesiasticos quam eciam seculares, archiepiscopos, episcopos, prelatos, duces, marchiones, comites et barones suis dignitatibus, honoribus et bonis ac iuribus absque causa rationabili per dolum et fraudem et insidias quascumque dyabolicas privare contra Deum et iusticiam tamquam seminator discordie multipliciter est conatus. Et ipsorum principum exterminio adeo est intentus, ut ipsis illud verbum sapientis competere merito videatur: 'Cur ego' inquit 'te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem?'[1] Que omnia et plura alia aliis similia delicta nephanda regi predicto per communem populi acclamacionem necnon publicam vocem et famam sub rei evidencia, que tergiversacione aliqua celari[f] non potest, veraciter ascribuntur.

3. Nos itaque per excellentissimos Germanie principes, qui regem in imperatorem postmodum promovendum ius et potestatem una nobiscum obtinent eligendi, non semel tantum set pluries requisiti et stimulo proprie conscientie excitati ex incumbentis officii nostri sollicitudine non solum principes antedictos, verum eciam ipsum regem* pro sancte pacis reformacione, pro concordie revocacione, pro reipublice felici gubernacione et pro tocius regni salute nuper duximus convocandos, ut XVII. Kalen. Iulii, si dies feriata[g] non fuerit, alioquin proxima die sequenti non feriata, quam eis pro termino assigna[vi]mus[h] peremptorio, in Maguneiam dignarentur sui presenciam[i] exhibere ad tractandum et ordinandum de turbacionibus et defectibus regni, quod omnipotenti Deo foret acceptum et hominibus profuturum. nr. 588 c. 1. 2. Iun. 15.

4. Adveniente itaque termino predicto eodemque propter predicti regis contumaciam et quorundam principum electorum absenciam usque in vigilia[m] beati Iohannis baptiste proximam continuato, magnifici principes, videlicet dominus Albertus dux Saxonie pro se ac illustri L(udewico) comite palatino Reni procuratorio nomine, et dominus O(tto) cum telo, dominus H(einricus) et dominus Hermannus marchiones de Brandenburg et alii quam plures regni Alemanie principes, comites et barones nobiscum, qui vices gessimus venerabilis patris domini Wicboldi sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi necnon excellentissimi principis domini Wenczeslai regis Bohemie iuxta speciale Iun. 23.

589. c*) accusatores c. d) *sequitur* no c. e) princeps c. f) zelari c. g) *loco* si — feriata *male c:* fides firmata. h) assignamus c; *cf. supra pag. 549 lin. 19.* i) personam c.

1) *Hieron. ep. 52, 7, Opp. ed. Vallarsius I², 262, ut investigavit vir cl. O. Hirschfeld. Cf. Münzer in 'Festschrift zu Otto Hirschfelds sechzigstem Geburtstag' (1903) pag. 42 n. 2. Sed contra ea, quae exposuit Münzer, conferenda sunt potius Cic. de orat. III, 1, 4; Valer. Max. VI, 2, 2; Quintil. VIII, 3, 89 = XI, 1, 37 (teste viro d. H. Dessau), itemque ea, quae iam olim adnotavit Vallarsius l. c.*

mandatum principum eorundem et potestatem plenam et liberam nobis traditam ab eisdem ad universa et singula, que in superioribus sunt expressa et eciam que sequuntur, convenerunt loco et terminis supradictis.

5. Cum quibus et aliis sapientibus ibidem tunc presentibus inquisicione de predictis et examinacione habita diligenti, dominus Adolfus rex predictus per honestorum virorum quam plurium viva testimonia et alia legittima documenta inventus fuit de premissis excessibus et criminibus publice et notorie irretitus.

6. Insuper rex predictus tanto regimini tanteque potestati inventus est insufficiens et inutilis, prout dura gwerrarum turbacio, que in diversis regni Alemanie partibus miserabiliter invaluit per ipsum et suos, per quos sedari pocius debuerat, detestabiliter excitata docuit manifeste.

II nr. 400 c. 10. 7. Igitur super[k] premissis cum principibus electoribus, episcopis, prelatis, ducibus, comitibus, baronibus et sapientibus omnibus ibidem presentibus deliberacione prehabita diligenti de communi consilio et voluntate omnium ac consensu unanimi illorum, quorum intererat, predictum dominum Adolfum, qui se regno reddidit tam indignum quique propter suas iniquitates et causas prescriptas a Deo ne regnet[1] amplius est eiectus, privatum[1] regno, cui hactenus prefuit, a Domino ostendimus, denunciamus privatum et nichilominus concordi sentencia predictorum principum electorum dictante sentenciando privamus, omnes qui ei iuramento fidelitatis tenentur astricti, a iuramento huiusmodi perpetuo absolventes, firmiter inhibendo, ne quisquam de cetero sibi tamquam regi pareat vel intendat.

Acta sunt hec Maguncie, anno domini MCCLXXX[X]VIII, in vigilia beati Iohannis baptiste.

590. *PROMULGATIO DEPOSITIONIS ADOLFI ET ELECTIONIS ALBERTI PER DUCEM SAXONIAE. (post Iun. 23.)*

Promulgationem hanc civitati cuidam imperii directam denuo contulimus cum codice nr. 577 tabularii Vindobonensis, qui solus eam servat. De quo v. supra ad nr. 588. Exarata est sub nr. 3, ubi rubrum: Forma deposicionis regis Adulphi et eleccionis[a] ducis Alberti. *V. Chmel l. c. 229 nr. 2. Tractatus, qui primam Alberti electionem praecedunt, v. infra tom. IV, nr. 1—5 edendos. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen pag. XXXV (Addit. II.)* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Saxonie, Westfalie et Angarie dux necnon comes de Bren prudentibus viris etc. salutem et sinceri favoris affectum.

(1) Universalis insinuante clamore populi quamquam [vos][b] non credimus ignorare causam discriminum et gwerrarum, quibus actenus est lesa pacis amenitas et tranquillitas violata, presertim cum is, cui reipublice gubernacio ex comisso et tradito sibi incumbit officio, tamquam in eminenti specula regalis culminis collocatus suorum curam gerere debeat subditorum, sane quia dominus Ad(olfus) tunc Romanorum rex super hiis et aliis excessibus gravibus et notoriis et diversis, quos prolixitatis causa omittimus enarrare, coram excellentissimis Germanie principibus, qui[c] Romanorum regem in imperatorem postmodum promovendum una nobiscum de iure ac approbata consuetudine ius optinent eligendi, in termino ad hoc prefixo est probacione manifesta convictus et alias insufficiens inventus ad tante regimen dignitatis, oportunum erat tot et talibus, ne crescerent in inmensum, defectibus et periculis tempestivis providere remediis et anthidotis congruis obviare. (2) Unde cum in hiis, que ad conservacionem sancte

589. k) *sequitur* pdcis *deletum c.* 1) privamus *c.*
590. a) eleccione *c.* b) *deest c.* c) *sequitur* roma *deletum c.*

1) *Cf. 1. Reg. 16, 1.*

pacis et honorabilem sacri statum imperii expedire videntur, nos una cum ceteris principibus electoribus esse deceat circumspectos, considerato et cognito, quod regnante predicto domino Ad(olfo) quies temporum perturbata non possit aliquatenus reformari, sed mala multiplicarentur in terris, intollerabilibus et dampnosis huiusmodi compulsi defectibus, ad quorum emendacionem[c] dictum regem competentem non vidimus, animadvertendum iuste duximus in eundem, deliberacione matura et diligenti sollicitudine prehabita, iuris etiam ordine ut decuit observato, regno Romano, cui minus utiliter prefuit cuiusque per demerita reddidit se indignum, privantes ipsum et privatum denunciantes dictante sententia concordi predictorum principum electorum[1]. (4) Cupientes itaque emendare defectus premissos apti providencia successoris, magnificum et illustrem principem dominum Albertum ducem Austrie, constantem pacis et concordie zelatorem, tocius equitatis cultorem laudabilem et sincerum veritatis amicum nos una cum ceteris principibus electoribus, videlicet venerabili domino Wic(boldo) sancte Coloniensis sedis archiepiscopo, magnifico principe domino Wen(zeslao) Bohemie rege necnon illustri principe domino Lud(ewico) comite palatino Reni duce Bawarie, quorum vices cum pleno mandato nobis [tradito][d] ab eisdem gerimus in hac parte quorumque dinoscitur de iure et consuetudine interesse, in Romanorum regem in imperatorem postmodum promovendum elegimus votis concordibus et unanimi voluntate.

(5) Quapropter universitatis vestre prudenciam rogamus, requirimus et hortamur mandantes vobis nichilominus per presentes, quatinus predicto domino Ad(olfo) dimisso penitus, cum a iuramento fidelitatis, quo ipsi eratis astricti[e], sentencia nostra et principum iam vos absolverit eorundem, serenissimo domino nostro domino Alberto quondam duci Austrie in Romanorum regem electo fidelitate intendere devocione debita debeatis et recongnoscentes ipsum electum canonice, ad regie celsitudinis dignitatem et gubernandam rempublicam consiliis et auxiliis sibi assistere[f] fideliter studeatis. Securi quoque, quod sic comodo et quieti libertatum et iurium vestrorum conservacioni sua benignitate et sollicitudine placide intendetur, quod de ipsius creacione non immerito gaudere poteritis et graciarum acciones omnium reddere Creatori.

Datum etc.

590. c) *prima* e *super* cō *deleto c.* d) *deest c.* e) asstricti *c.* f) asistere *c.*

1) *Cf. supra nr. 589 c. 7.*

APPENDIX I.

ACTA IUSTITIARIORUM CURIAE.

Iustitiariorum curiae acta tempore regis Rudolfi emanata hic omnia, quorum cognitionem habemus, proponimus. Sunt enim novem sententiae ab eis promulgatae. De quarum indole conferas velim Vancsa loco supra ad nr. 122 citato pag. 18 sq.

Iustitiariorum sub Adolfo rege fungentium vestigia non supersunt. Sed cf. ea quae disseruit Vancsa l. c. pag. 19 et supra nr. 553. 571.

591. SENTENTIA DE TREUGA OBSERVANDA.

(1276.) Apr. 17.

Autographon tabularii civitatis Coloniensis nr. 421, quod edidit Baumann 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins. Neue Folge' IV, 392 ad exemplar Leonardi Korth, denuo contulit vir d. Keussen. Sigilli in dorso impressi fragmenta litteras OF · IhThAR *servant. De tempore v. 'Mittheilungen aus dem Stadtarchiv von Köln' IV, nr. 421 et Baumann l. c. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 550.* *(P. deest.)*

Ich Ber(htolt) von Druchburc[1] der hoverihter mins herren des kunges Rů. von Rome tůn kunt, alse her Iohans von Burshit die sůn hat gemachet ze Kolne in der stat, ob diu billich stete solte sin, wan si ir hantvesti daruber haton geben mit siner vriunde rat hern Wiriches von Vrenze und hern Vimars von Gimenig, da vragot ich umbe, was reht were. Da wart erteilet mit rehter urteile, daz diu sůne billich stete sol sin, wan si ir offene brieve dar uber haten geben. Des gib ich ze geziuge des gerihtes brief besigelt mit des gerihtes insigel.

Der brief wart geben ze Openhein, an dem vritage nach usgander Osterwochun.

---

1) *Obviam est iam a. 1274, Reg. imp. VI, 110 et 215.*

592. ABSOLUTIO AB INSTANTIA PROPTER EXCEPTIONEM FORI.

1276. Iun. 3.

Repetimus editionem, quam paravit v. Weech 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XXXVIII, 21 nr. 548 (= Codex Salemitanus II, 151) ex autographo Karlsruhae in tabulario generali adservato. Quod conceptum sapere et a scriba monasterii Salem fortasse scriptum esse, in editione notatur. Textus ad modum sententiarum tempore Friderici II. promulgatarum[1] *ingrossatus est, cum a ceteris temporis Rudolfini sententiis tam forma quam lingua Latina plane discrepent. Sigillum olim pendens desideratur. — Böhmer, Reg. imp. VI, 561.* *(P. deest.)*

Berhtoldus imperialis aule iustitiarius omnibus presentem sententiam inspecturis subscriptorum noticiam cum salute.

Noverint universi, quod cum Eberhardus nobilis de Spizzinberc coram nobis viros religiosos . . abbatem et conventum monasterii de Salem ordinis Cisterciensis Constantiensis diocesis in causam traxerit super eo, quod possessiones ville in Owingen et in Pfafinhovin, quas sibi asseruit iure pheodali competere et in possessione earum quieta fuisse, iam dicti abbas et conventus sibi contra iustitiam vendicarent, presidentibus igitur nobis pro tribunali aule inperialis apud Basileam in curia prepositure maioris ecclesie, constitutis coram nobis per advocatos suos iam dicto Eber(hardo) de Spizzenberc et fratre Nicolao monacho de Salem et fratre Cůnrado converso procuratoribus abbatis et conventus eiusdem monasterii cum sufficienti mandato, iidem procuratores proponebant excipiendo, quod cum viri religiosi essent, in seculari iudicio nullatenus debeant cuiquam respondere, id adversario reclamante. Nos itaque auditis hinc inde allegationibus ab assessoribus et circumstantibus, sicut moris est et consuetudinis approbate, quesivimus et per sacramentum interrogavimus, que sententia in casu proposito de iure debeat prevalere. Tandem consilio fere omnium circumsedentium et astantium approbante, predictos . . abbatem et conventum ab instantia sepe dicti nobilis de Spizzenberc quantum ad iudicium seculare favore religionis per sententiam duximus absolvendos.

Actum apud Basileam, anno Domini MCCLXXVI, tertio Nonas Iunii, indictione quarta, subnotatis testibus presentibus et in dictam sententiam consentientibus, videlicet domino Walthero de Klingen, Eberhardo de Luphin, Cůnrado de Wartinberc, Cůnrado de Wedinswiler, Hermanno de Bonstetin, Marquardo et Ůlrico de Rv̍seke nobilibus, dicto Se̍man de Haginŏwe, Iacobo de Hermsdorf, Cůnrado de Nufron, Hugone de Offteringen, Rŏbario de Basilea, dicto de Turri, Růdolfo de Swandowe, Walthero de Halliwiler et Petro dicto Krelle militibus aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem litteram exinde conscriptam sigillo videlicet iustitiarii aule inperialis duximus muniendum[a].

Datum ut supra.

---

592. [a]) *sic or.*

1) *Cf. supra tom. II, 628 nr. 156 et Böhmer, Reg. imp. V, 2318. Lingua latina scriptae sunt, sigillis appendentibus.*

593. SENTENTIA DE FORO ECCLESIASTICO.
1276. Iun. 20.

Sententiae Eberhardi, qui Bertoldi vices gerebat, autographon asservatur Stuttgardae in tabulario regio. Sigilli dorso impressi vestigia apparent. Editionem 'Wirtembergisches Urkundenbuch' VII, 450 nr. 2599 novissime paratam repetere liceat. — Böhmer, Reg. imp. VI deest. (P. deest.)

Ich Eberhart von Lufphun[a] saz ze geriht an mis herrin stat dez kunges Rů. von Rome und tůn kůnt allen den, die den brief ansehint oder horent lesin, das mine frowe diu abtissine von dez Hailigen Cruce[b] Tal unde der cofente santten ir gewissin botin herrin C(onrad) von Schiltowe gein hof. Der gertte zerfarende an enrn urtailde, ob sie iemen beclagen mohte vor mine herrin dem kunge Rů. von Rome oder vor kaim weltlichen rihter umbe kain ligende gůt, das sie unferspro[chen]liche hant in gewalt unde in gewer, wan sie geischliche frowen sint. Da wart in ertailt mit rehter urtailde: swer uf sie clagen welle, das der sol faren fur gaischiliche geriht unde sol sie da beclagen unde niht vor wellichem geriht. Dez gib ich in ze urkunde dez gerihtes brief. An dem geriht was: grave Huc von Werdinberc, herre Walther von Klingen, der alte von Reginsperc, herre . . von Wettiswileir, der truhseise . . von Diesinhofen, herre Petir Krelle, herre Goiswin von Hohinfelse unde ander riter genůge.

Der brief wart gebin ze Basil, nach Gotes gebiurte tusint und zewain hundert unde sibenzek unde seihse jare, an dem samstage vor santte Johannes tage dez thoferes.

---

594. 595. SENTENTIA DE HOMINIBUS ECCLESIAE.
1282. Mai. 22.

Petitionem episcopi sententiamque a iustitiario curiae prolatam edidit O. Redlich 'Mittheilungen des oesterreichischen Instituts' VII, 160 sq. sub titulo 'Ein Fall der Rechtsprechung des Reichshofsgerichts'. Petitionis autographon servatur in tabulario episcopali Brixinensi; pendebat olim sigillum loro membranaceo e membrana exsecto. Sententiam proponit vir cl. ex apographo recentiori Oenoponti in bibliotheca Ferdinandea 'Dipaul. 678' nr. 80 asservato, quod ad transsumtum a. 1313. redit. Cf. etiam ea quae l. c. pag. 162 sq. de sententiae ratione monuit Zallinger.

594. *PETITIO EPISCOPI BRIXINENSIS.*

Repetimus editionem l. c. 161 paratam. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1660. (P. deest.)

Minem genaedigem herren dem hochgelobten und dem werdesten kunige Rudolf von Rome enbiut ich bischof Brune von Brihssen mit aller wirde und ere minen getriwen und bereiten dienst ze allen dingen.

593. a) Lufphun *or.* b) Curce *or.*

Ich tůn iwer genade kunt, daz mine maier Albreht und Dyetmar von Vintulle, die mir dienent mit dem schefel, vor mir einen Albreht und sinen brůder Dietrich, ir swester und alle ir mage ansprachen und jahen, si waeren ir aigen und heitens in rehter gewer so manek jar und tak herbraht, daz si in als aigen liute solten dienen. Do antwurten die zwene brůder Albreht und Dietrich vur sich und vur ir mage und jahen, si waeren min und mins gotzhuses si und alle ir vordern. Daruber vraget ich graven Eberhart von Kyrchperch. Der erteilte, daz kein gewer hulfe an liuten und waeren mine maier solche liute, daz si aigen liute ze rehte mohten gehaben, maehten si danne dise liute umbestellen mit ihr můter magen den naehsten, daz si in heiten gedienet lebende und tote mit den vaellen, so solten si des billich geniezen. Die der urteil mit grave Eberhart volgeten, der waren ailve. Do ertailte herre Jacob von Sant Michelsburch, sit mine maier heiten die liute gehabt in nutz und in gewer manek jar und tak, man solte si bi ir gewer lan beliben und solten in die liute dienen vur aigen. Die der urteil volgeten mit hern Jacoben, der waren zwelve. Diser urteil dingeten Albreht und Dyetrich vur daz rich hinz iwern genaden. Und davon bitte ich und vlehe iwer hochgelobte edelkeit, swaz iwer hof hieuber erteile, daz ir daz gerůchet mir heizen schriben under iwerm insigel, wan des ist mir und dem lande not, wan also getaniu clage dike vur mich kumet.

595. *SENTENTIA IUSTITIARII CURIAE.*

Edita est l. c. 162. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1660. *(P. deest.)*

Meinem genaedigen herren herren Braunen dem bischof von Brihsse enbiut ich Ber.[a] von Druchburc[b] der hofrichter mins herren des kuniges Ruodolf von Rome meinen getrewen dienst und enbiut ew umb die urteil, die ir mir hant[c] geschriben an iwerm brief, die grave Eberhart von Kirichperch sprach und herr Jacob sprach von Sant Michelspurch umbe die liwte, do vragt ich umb herren . . .[d] von Tillendorf, waz recht waere. Der erteilte uf seinen eit: swie lange ein man hat liwte in gewalt und in gewer, mag er ir nicht umbestellen mit den naechsten ir muter magen, daz diu gewer niht helffe, und swer si umbestellet mit den[e] naechsten ir muter magen, der hat recht zu denselben liwten. Und wart im daz gefolget gesamnoter urteil und ist grave Eberharts urteil von Kirichperch reht und ist herren Jacobes von Sant Michelsburch urteil nicht recht. Der urteil gib ich ze gezeuoge dez gerichtes brief besigelt mit dez gerichtes insigel.

Der brief wart gegeben ze Vlme, an dem vritage Phingesten, in dem niwnden jare, do mein herre der kunik wart gekroenet.

---

596. SENTENTIA DE POSSESSIONE CURTIS.

(1286.) Febr. 1.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIII, 672 paratam ex autographo, quod superest in tabulario generali regni Bawarici 'Mainz Erzstift' fasc. 47. Sigillum dorso impressum erat. De tempore v. Regesta imperii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1979. *(P. deest.)*

595. a) Br. *c.* b) Druchburt *c.* c) sant *c.* d) *lacuna c.* e) dem *c.*

Ich Herman von Bonsteten saz ze gerihte an mins herren stat kunic Rů. von Rome unde tůn kunt allen den, die disen brief sehent oder hŏrent lesen, daz her Johannes von Lŏbegassun alse verre hat geclaget uf den hof ze Nollingen unde swas dar zů hŏret von der clage, die im min herre der bishof H. von Basel hete geben, unde hat die clage alse verre mit rehter urteile vollevůret, daz er den hof ze Nollingen unde swaz dar zů hŏret inne sol han, unz er dar umbe an gesprochen wurt unde ŏch unz er im mit rehte wurt an gewunnen. Do gienk her Johannes von Lŏbegassun vur gerihte unde gap minem herren dem bishof H. von Basel sine clage wider unde alle die erkoverunge wider, die er uf den hof erkovert hete, unde swas dar zů hŏret. Do daz geshach, do gienk min herre der bishof H. von Basel vur gerihte unde gerte ze ervarnde an einer urteile: wan im her Johannes von Lŏbegassun alles daz reht unde die erkoverunge wider hete geben, die er erkovert hete vor gerihte, ob er den vorgenanten hof ze Nollingen unde swaz dar[a] zů hŏret iht billich solte han in gewalt unde in gewer, unz er im mit rehte wirt an gewunnen. Daz wart im erteilet: wan her Johannes von Lŏbegassun den vorgenanten hof[b] hete erkovert, dem er sine clage ergap, unde er im sin reht wider gap, daz er erkovert hete, daz er den vorgenanten hof unde swaz dar zů hŏret inne sol han, unz er im mit rehte wirt an gewunnen.

Der brief wart geben ze Ŏgsburc, an dem vritage vor unser Vrowun tage ze der liehtmis.

---

597. 598. SENTENTIAE PRO ECCLESIA MAIORI GOSLARIENSI.

1290. Iun. 26.

597. *SENTENTIA DE FORO ECCLESIASTICO.*

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii civitatis Goslariensis parata est 'Urkundenbuch der Stadt Goslar' II, 395 nr. 394. Sigillum dorso impressum erat. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2329. *(P. deest.)*

Ich Herman von Bonsteten der hoverichter mins heren des kůnges Rů. von Rome tůn kunt, daz her Basilius ein tůmherre von Goslar kom vur gerihte unde gerte ze ervarnde an einer gemeiner urteile, ob er unde die tůmherren von Goslar vor keinem gerihte solten ze rehte stan wan vor geistlichem gerihte umbe solich gůt, diu sie unde ir gotteshus ze sant Mathias ze Goslar in ir rechten gewer heten braht, alse reht ist. Da vraget ich umbe, was reht were. Da wart erteilet: daz sie umbe ir, und umbe ir gotteshus gůt, alse vorgescriben ist, vor keinem gerihte ze rehte sulent stan wan vor geistlichem gerihte, si wellen es denne gerne tůn oder dem clager werde gerihte verseit von den geistlichen richtern.

Der brief wart geben an dem mentage nach sant Johannes tage baptisten, in dem sibenzehenden jare, do min herre der kunik Rů. von Rome ward gekrŏnet.

596. a) daz *or.* b) *sequitur* hof *deletum or.*

598. *SENTENTIA DE FORO PROSCRIPTIS NON CONCEDENDO.*

Edita est l. c. II, 396 nr. 395 e copiario eiusdem tabularii. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2330. *(P. deest.)*

Ich Herman von Bonsteten der hoverichter mins herren des kunges Rů. von Rome tůn kunt, daz her Basilius en tůmhere von Goslar kom vur gerihte unde erzuget mit mins herren offenen brieven des bishoffes von Hildinshein, daz Karste Phefferkeller unde sin brůder lange ze banne sint gekundet umbe die shulde, daz si einen tůmherren von Goslar viengen vrevellich. Dar wart erteilet: alle die wile dat si in offenen banne sint, daz si uf daz gůt ze Goslar des gotteshuses ze Langenberge niht mugent clagen noch uf die tůmherren noch uf nieman, der si da umbe den ban versprechen wil.

Der brief wart geven an dem mentage nach sant Johannes tage baptisten, in dem sibenzehenden jare, do min herre der kunik Rů. von Rome wart gekronet.

599. SENTENTIA DE BONIS SERVORUM NON ALIENANDIS.

1290. Dec. 18.

Proponimus secundum editionem, quam paravit Baumann loco supra ad nr. 591 citato IV, 70 nr. 1 ex autographo tabularii principum Furstenbergensium. Sigillum dorso impressum erat; adhuc leguntur: . HERMAN. DER. . . . . RIHTH . . . DES. KUNIGES. RUODOLFS. UON. RO . . . — *Böhmer, Reg. imp. VI, 2401.* *(P. deest.)*

Ich Herman von Bonsteten der hoverihter mins herren des kvnges Rů. von Rome tůn kvnt, daz her Heinrich der marshak[a] von Bappenhein kom vur gerihte vnde gerte ze ervarnde an einer gemeiner vrteile: swa er einen eigen man habe, des lip vnde des gůt sin eigen ist, ob der eigen man iht muge getůn versezzen oder verkǒfen vs sinem gůte ane sines herren hant. Da wart erteilet: daz sin eigen man, des lib vnde gůt sin eigen ist, vs sinem gůte an hǒfe vnde an sazzunge niht getůn mag ane sines herren hant. Des gib ich im ze gezvge des gerihtes brief.

Der brief wart geben an dem mentage vor sant Thomas tage, in dem ahtzehenden jare, do min herre der kvnik Rů. von Rome wart gekrǒnet.

599. a) *sic or.*

600. SENTENTIA DE HOMINIBUS ECCLESIAE NON OBLIGANDIS.

1291. Mart. 3.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 574 paratam ex transsumto a. 1318. Febr. 3. dato[1]*, quod asservatur Soloduri in tabulario reipublicae 'Stiftsarchiv St. Urs' nr. 83. Pendet fragmentum sigilli loro membrana exsecto. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2430. (P. deest.)*

Ich Herman von Bo̊nstetten der hofrichter mins herren des kûnges Rů. von Rome tůn kunt, daz her Thomas und her Ůlrich von Brengarten zwene tůnherren von Solot(er)n komen ze Basil vûr gerichte und gerten ze ervarne an einer gemeiner urteilde an ir . . probstes und an ir . . capitels stat von Solot(er)n: ob die lûte, die ir gotishuses eigen sint, ob die fûr iemannen durch recht phant mugen gesin wan fûr si und fûr ir gotshus. Da fraget ich umbe vil erber ritter uf ir eit, waz recht darumbe were. Die erteilten: daz des gotshuses lûte, alse vor geschriben ist, durch recht fûr nieman phant mugen gesin, wan fûr[a] die vorgenanten . . probst und tůnherren und fûr das gotshus ze Solot(er)n. Wan als verre were daz, daz des vorgenanten gotshuses ze Solot(er)n eigen lûte ieman[b] keinen schaden teten durch ir vogtes willen oder durch ander lûte, swem der schade geschehe, der mag si wol darumbe mit rechte an sprechen.

Dirre brief wart gegeben ze Basel, an den samstage nach sant Mathias tage, in den achzehenden jare, do min herre der kûng Rů. von Rome wart gekro̊net.

600. a) dur *tr.* b) jieman *tr.*

1) *Cuius tenorem hic proponere liceat:* Noverint universi presentium inspectores vel auditores, quod nos . . gardianus fratrum Minorum in Solodoro et . . conventus eiusdem loci vidimus et diligenter perlegimus litteras infrascriptas non abolitas, non cancellatas nec in aliqua parte sui viciatas, sigillatas sigillo cereo domini Hermanni de Bo̊nstetten iudicis curie domini R. regis Rom. in hec verba:

'Ich Herman von Bo̊nstetten — wart gekro̊net'.

In cuius nostre visionis testimonium ad preces . . prepositi et . . capituli ecclesie Solodorensis sigillum nostrum appendimus huic scripto.

Dat. Solodori, crastino purificationis beate Marie, anno Domini MCCCXVIII.

APPENDIX II.

ACTA VICARIORUM GENERALIUM IN ITALIA FUNGENTIUM.

601—603. ACTA PRIMAE LEGATIONIS RUDOLFI CANCELLARII.

1275. Oct. 10. — 1276. Mart. 30.

Encyclica a. 1275. Iul. 9. Italicis directa supra nr. 85 Rudolfus rex Rudolfum cancellarium, fratrem Berengarium, Henricum comitem de Furstenberg legatos suos ad Italiae regiones miserat; cf. Kopp-Busson 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' II, 3 pag. 9 sqq. et Redlich 'Rudolf von Habsburg' (1903) pag. 199 sq. Quorum acta quae supersunt nr. 601—603 hic proponimus.

601. *DECLARATIO VICARII DE IURAMENTO A PLACENTINIS PRAESTANDO. 1275. Oct. 10.*

Documenta nr. 601. 602. in forma integra edimus ex 'Registro Magno' tabularii civitatis Placentinae coaevo a. 1903. a nobis ipsis accuratissime collato. In 'Registro Parvo' exemplata sunt ex 'Registro Magno'.

R *'Registrum Magnum' fol. 197 (= 'Parvum' fol. 143). Quo redit Boselli 'Delle storie Piacentine libri XII' (Piacenza 1793) I, 352 (= Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 698 nr. 998).* *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Anno ab eius incarnacione millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indict. quarta, die Iovis decimo intrante Octubr., in domo comunis Placentie, coram dominis Raymundino de Ioculo, Guillelmo de Manzolino, Iohanne de Bilionis iudicibus et assesoribus domini Cazinimici domini Alberti de Cazinimicis potestatis Placentie et Aspectato de Uliveto socio ipsius potestatis et Raynaldo Sagembono iudice et aliis quam pluribus testibus.

(1) In generali consilio comunis Placentie, in domo predicta congregato sono campane voceque preconia solito more de mandato iam scripti domini potestatis, presente in eodem consilio domino Iuliano Archidiacono iudice et tunc vicario domini Manarini de Manariis capitanei societatis mercatorum et paraticorum civitatis Placentie et convocatis in ipso consilio consulibus dicte societatis et societatum populi Placentini,

lectis et divulgatis ibidem in ipso consilio litteris legationis venerabilis patris domini Guillelmi Dei gratia episcopi Ferrariensis sedis appostolice legati, et lectis litteris legationis venerabilis patris domini Rodulfi canzellarii imperiallis aule et fratris Berrengerii prioris hospitallis Ierosolimitani per Alamaniam et illustris viri domini Henrici comitis de Fustemberg, prefatus venerabilis pater dominus Rodulfus imperiallis aule canzellarius per se et nomine predictorum dominorum fratris Berrengerii prioris Hospitallis Ierosolimitani per Alamaniam et illustris viri domini Henrici comitis de Fustemberg ibidem presentium, qui omnes legati sunt illustrissimi viri domini Rodulfi Romanorum regis electi in imperatorem et eorum voluntate et consensu, et in presencia prelibati venerabilis patris domini Guillelmi Dei gratia Ferrariensis episcopi appostolice sedis legati, sedens in sede, in qua sedent potestas et capitaneus, presentibus dictis dominis potestate et viccario dicti domini capitanei et omnibus universis de dicto consilio, litteraliter, antequam fieret aliqua mentio de sacramento et fidelitate prestandis ipsis legatis recipientibus nomine et vice antedicti serenissimi domini Rodulfi Romanorum regis electi in imperatorem, divulgavit et narravit, quod volebat et petebat sacramentum et fidelitatem fieri sibi et dictis sociis suis, legatis ad hec specialiter constitutis, nomine prefati domini regis in imperatorem electi recipientibus a potestate, viccario capit(anei), consilio et comuni Placentie, salvo quod dixit et protestatus fuit pro se et nomine predicto, quod volebat, quod dictum sacramentum et fidelitas fieret sibi et dictis sociis suis ad hec constitutis, et eciam fuerat de intentione dicti domini regis electi in imperatorem et eius mandato, salvis et retentis omnibus et singulis honoribus et iurisditionibus, privilegiis, mandatis et preceptis sancte Romane ecclesie et domini pape et salvis honoribus et iurisditionibus, conventionibus, pactis et societatibus, quas et que serenissimus dominus rex Karolus habet cum comuni Placentie et comune Placentie cum eo, et salvis singulis honoribus, libertatibus et singulis iurisditionibus, quas comune Placentie habet vel actenus habuit in quolibet casu, tacite vel expresse, angariis et perangariis, quocumque nomine censeantur vel intelligi possent, ita quod per illud sacramentum et illam fidelitatem, quod et quam sibi petit fieri, non fiat aliquod preiudicium ecclesiasticis libertatibus seu preceptis necnon conventionibus predicti domini regis Karoli et honoribus et iurisditionibus comunis Placentie, ut superius est expressum, nec in aliquo derogetur aut derogari videatur ullo casu vel modo seu intentione, interpretatione aliqua vel consensu, tacite nec expresse, expresse et non expresse. (2) Quibus ita factis dominus Guido de Suzaria legum professor de voluntate et consensu predictorum legatorum vulgariter exposuit in dicto consilio nostra lingua ea omnia et singula, que dicta fuere et narrata, proposita et protestata litteris per dominum canzelarium antedictum. Unde venerabilis pater dominus Guillelmus Dei gracia Ferariensis episcopus et legatus sedis appostolice ad hec specialiter constitutus ex parte summi pontificis, audita prius dicta protestacione, auctoritate, qua fongebatur in hac parte expresse, iniunssit et precepit predictis potestati, viccario capitanei et consilio universo ibi congregato, ut predictum sacramentum et fidelitatem eo modo, ut superius est expressum per dominum canzelarium antedictum, facere deberent omnino. Sub pena eciam excomunicationis et interdicti, si hoc facere denegarent.

(S. N.) Ego Iohannes Catarius notarius hanc cartam a Nicolao de Caxano notario imbr(eviatam) in hoc religisto[a] eius vice et mandato finivi, posui et ita subscripsi.

(S. N.) Ego[b] predictus Nicolaus de Caxanno notarius predictum instrumentum imbreviavi et dicto Iohanni ad ponendum et finiendum dedi et commisi et ipsum manu propria in dicto registro subscripsi et signo meo confirmavi.

601. a) *sic R.* b) *alia manus R.*

602. *PRAESTATIO IURAMENTI. 1275. Oct. 10.*

R *fol. 197' (= 'Parvum' fol. 144). Ediderunt iam olim Umbertus Locatus apud Graevium 'Thesaurus Italiae' III, 2 (1704) Append. pag. 44 ex Registro et I. H. Böhmer 'Vindiciae imperiales pro Parmae et Placentiae ducatibus' (Halae 1722) p. 27 'ex tabulario Placentinae civitatis' (= Lünig 'Codex diplomaticus Italiae' II, 1437)*[1].

(P. deest.)

In Dei nomine amen.

Anno ab eius incarnacione millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indictione quarta, die Iovis decima intrante Octubr., in domo comunis Placentie coram dominis Guidone de Suzaria legum professore, Raymundino de Ioculo iudice et asessore domini Alberti Cazinimici potestatis Placentie, Guillelmo de Manzolino iudice iam scripti potestatis, Aspectato de Uliveto socio iam scripti potestatis, Iohanne de Bilionis iudice iam scripti domini potestatis et aliis quam pluribus testibus.

(1) Congregato consilio generali comunis Placentie sono campane voceque preconia solito more de mandato domini Cazinimici domini Alberti Cazinimici potestatis Placentie, presente in eodem domino Iuliano Archidiacono iudice domini Manarini de Manariis capitanei societatis mercatorum et paraticorum Placentie et convocatis in eodem consilio consulibus dicte societatis et societatum populi Placentie, ibidem lectis litteris legationis venerabilis patris domini Guillelmi Dei gratia Ferariensis episcopi appostolice sedis legati, lectis eciam litteris legationis venerabilis patris domini Rodulfi canzelarii imperialis aule et fratris Berengerii prioris Hospitalis Ierosolimitani per Alamaniam et illustris viri domini Henrici comitis de Fustemberg, et monitione facta ibidem per eundem dominum legatum domino Cazinimico domini Alberti Cazinimici potestati Placentie et domino Iuliano Archidiacono iudici et viccario domini Manarini de Manariis capitanei societatis mercatorum et paraticorum civitatis Placentie et consulibus dicte societatis necnon universis et singulis de ipso consilio, ut sacramentum fidelitatis facerent predictis legatis serenissimi domini Rodulfi regis in imperatorem Romanorum electi petentibus sacramentum fidelitatis sibi fieri vice et nomine domini regis predicti, dominus Cazinimicus domini Alberti Cazinimici potestas iam scriptus et predictus viccarius capitanei de consensu expresso et parabola expressa hominum de Placentia universorum et singulorum in dicto consilio existencium in animabus ipsorum de consilio et universi et singuli congregati in dicto consilio tactis sacrosanctis euuangeliis corporaliter sacramentum fidelitatis fecerunt iuxta formam inferius denotatam[2]:

1) *Iuramenti a Faventinis a. 1275. Nov. 3 in parlamento civitatis praestiti documentum non servatur. Tamen e chronico Faventino Petri Cantinelli (Muratori 'Rerum Italicarum Scriptores. Raccolta degli Storici Italiani. Nuova edizione' Tom. XXVIII. P. II. pag. 23 = Mittarelli 'Ad SS. Rer. Ital. Muratorii accessiones historicae Faventinae. Venetiis 1771. pag. 248 et 251) haec subiungere liceat:* In quo parlamento lecte fuerunt litere legationis et iurisdictionis predictorum cancellerii et legatorum. Et arengavit in ipso parlamento dictus dominus episcopus *(i. e. Guilielmus episcopus Ferrariensis, v. supra nr. 601)* legatus summi pontificis; postea arengavit dominus cancellerius literaliter, eo quod erat Teothonicus, ignarus Latinam linguam. Et in dicto et locutione sua dixit quatuor, super quibus fundavit dictum suum: Primo enim proposuit salutem, quam dominus rex Rodulfus electus inperator Romanus mittebat amicis et fidelibus suis. Secundo posuit exortationem et confortationem, ut omnes homines essent fideles sacrosancte ecclesie et Romano imperio. Tercio adnunciavit adventum ipsius domini regis, quod esset in brevi. Quarto et ultimo requisivit ab omnibus Faventinis fidelitatem pro Romano imperio et ipso domino rege Rodulfo inperatore electo. Post eum surrexit d. Guido de Sugeria legum doctor et exposuit Latinis verbis totum, quod dominus cancellerius dixerat literaliter. Postmodum arengavit d. Giliottus iudex de Favencia pro comuni Favencie. Demum dominus Maghinardus de Sosenana potestas Faventie nomine et vice comunis Faventie iuravit fidelitatem ipsi domino cancellerio recipienti pro domino rege Rodulfo et pro Romano inperio. — *Cf. etiam l. c. pag. 22 (= 247) ea quae de adventu legatorum narrantur.* 2) *Forma iuramenti supra nr. 86 conferenda est.*

(2) 'Videlicet quod predicti potestas et viccarius capitanei et universi et singuli in ipso consilio congregati erunt ab hac hora inantea fideles Romano imperio et domino Rodulfo illustri regi Romanorum semper augusto. Et quod non erunt in facto neque in consilio, ubi predictus dominus rex perdat vitam vel membrum aut capiatur mala captione. Consilium, quod per se aut nuncios suos seu litteras eis crediturus est, ipsis scientibus ad eius dampnum seu preiudicium nulli pandent. Si dampnum eius tractari sciverint, pro posse eorum impedient, ne fiat[a]. Quod si per se impedire non poterint, per nuncium aut per litteras ei significare curabunt, ut ad noticiam eius perducatur. Imperium Romanum et regalia eius, que habet ubicunque et specialiter in Ytalia, manutenebunt totis viribus et deffendent, ad deffendendum et manutenendum vero, que habet seu tenet, adiutores erunt. Officium eis comissum in Ytalia bene et fideliter exercebunt. Iura et iurisditiones et posessiones Romani imperii, que ubicunque consistere scient, revelabunt et conservabunt. Nuncios predicti domini regis Rodulfi recipient et fideliter ac benigne tractabunt. Et hec omnia iuraverunt et promiserunt bona fide sine fraude et dolo attendere et observare tactis sacrosanctis euuangeliis in omnibus et per omnia, ut superius legitur et continetur.'

(3) Nomina vero illorum omnium, qui sunt de dicto consilio, scripta sunt[b] in quibusdam cedulis[1] sigilatis sigillo comunis Placentie.

(S. N.) Ego Iohannes Catarius notarius hanc cartam breviatam per Nicolaum de Caxano notario in hoc registo eius vice et mandato finivi, posui et ita subscripsi.

(S. N.) Ego[c] predictus Nicolaus de Caxanno notarius predictum instrumentum imbreviavi et dicto Iohanni Catario notario ad ponendum et finiendum in dicto registo dedi et conmisi et manu propria ipsum in ipso registo subscripsi et signo meo confirmavi.

603. *IURAMENTUM FIDELITATIS MARCHIONIS ESTENSIS.*
1276. Mart. 30.

Autographon Mutinae in tabulario regio asservatum denuo descripsimus. Quod hic illic corrosum est. Edidit iam olim Muratori 'Delle antichità Estensi' II, 31 sq.

(P. deest.)

In Christi nomine amen.

Anno a nativitate eius millesimo ducentesimo septuaggesimo sexto, indictione quarta, die Lune penultima Marcii, in civitate Fera[rie in prioratu Sancti][a] Romani, presentibus testibus rogatis et vocatis dominis Guidone de Suzaria legum doctore, Manuello de Flesis comite de Lavania, Y[golino de Medicis iudice] Ferarie cive, Oldone de Birago iudice Mediolan(i) cive, Ardizone primicerio Mediolanensi, Ruffino de Zanicalis et Opp[randino de G]affaris Mantue civibus et aliis multis.

C. Regie maiestatis est, illos prosequi favore, proffectu, gratia et honore, quorum opera et studio et potentia imperialle culmen extollitur. Hinc est quod nos Rodulfus imperiallis aule canzellarius et legatus et vicarius generalis Romani imperii in Lumbardia, marchia Tervisina, patriarchatu Aquiliensi et Romaniolla, attendentes merita illustris et magnifici viri domini Opizonis Dei et apostolica gratia Estensis et Anchon. marchionis ipsum dominum marchionem Opizonem pro se et descendentibus ex eo investimus vice et nomine Romani imperii et serenissimi domini Rodulfi Romanorum regis et semper augusti, videlicet de Esto, Calahone, Çerro, Bahono, Soleghino, Villa cum eius curte, Montagnana,

602. a) fiant *R.* b) *in margine eadem manu additum R.* c) *alia manus R.*

603. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *Quae olim vicario traditae deperierunt. In Registris non inveniuntur.*

Miiadino, Urbana, Merlara, villa que vocatur Placenza, Colonio cum eius curte, villa Saleti, Casali, Vighezele, comitatu Radigii cum omnibus adiacenciis et pertinenciis suis in integrum, item de Adrio et Adriano cum omnibus adiacenciis et pertinenciis eorundem eodem iure[1]. Concedentes eidem pro se et descendentibus ex eo vice et nomine ipsius domini regis et sacri imperii loca ipsa et quemlibet ipsorum cum plenaria iurisditione, cum omni honore, districtu et dominatu, cum omnibus publicis functionibus, cum angariis et parangariis, cum iure mercati, pedagiis et tholomeis[a] tam in aqua quam in terra, cum potestate animadvertendi in facinorosos, cum pratis, silvis, pascuis, venationibus, piscationibus, molendinis, teris[a] cultis et incultis, aquis, aquamoliis[a], salecetis aquarumque decursibus, paludibus et cum omnibus, que ad integram et plenariam iurisditionem pertinent et pertinere videntur. Et spetialiter et generaliter de omnibus et singulis, que Azo primus et Azo secundus de domo Estensi et omnes alii et singuli de domo Estensi, quocumque nomine nuncupati fuerint, habuerunt, tenuerunt et posiderunt per se vel per alios et visi fuerunt habere, tenere et possidere seu quasipossidere per se vel per alios in predictis locis et quolibet eorum seu in quocumque alio locorum. Et omnia privilegia, instrumenta et iura a divis imperatoribus et Romanorum regibus marchionibus Estensibus et cuilibet eorum concesa sive de iure sive ex certa scientia sive ex plenitudine potestatis confirmamus auctoritate qua fungimur et ea omnia conferimus in ipsis privilegiis contenta ex certa scientia ad personam et in personam ipsius domini Opizonis et sue posteritatis, ac si a principio eidem domino Opizoni fuissent concesa, nullo iure obstante. Et ipsa privilegia, instrumenta et iura innovamus, transferentes et conferentes ea omnia et singula in ipsum dominum Opizonem marchionem et eius posteros, ut dictum est.

2. Quam investituram et omnia et singula supradicta vice et nomine sacri imperii et serenissimi domini regis iam dicti auctoritate qua fungimur eidem domino Opizoni omni tempore firma et rata habere et tenere et non contravenire ipsum dominum regem nec per se nec per interpossitam personam promittimus et ipsa bona universa et singula in protectione sacri Romani imperii et dicti domini regis et nostra eius nomine suscipimus, dantes eidem domino Opizoni potestatem plenariam, possessionem et quasi possessionem intrandi de omnibus et singulis supradictis per se vel per nuncium suum, quandocumque voluerit, et possessionem quam habet ei confirmamus. Statuentes et sacro imperiali et regio edicto firmiter precipientes, ut de cetero nulla civitas, nullum comune, nullus dux, nullus comes, vicecomes, nulla potestas nullaque persona magna vel parva, ecclesiastica[a] vel secularis huius concessionis et investiture et innovationis paginam et privilegii seu priviligiorum[a] infringere audeat vel aliquo ausu temerario contrahyre. Sed rata firmaque permaneant in eternum. Quicumque autem contra hec aut ipsorum aliquod attemtare presumserit, indignationem sacri imperii et serenissimi domini regis iam dicti ac nostram ipsius nomine se graviter noverit incursurum et pro sue temeritatis pena quingentas libras auri optimi compositurum, medietatem quidem domini regis Roman(orum) camare[a], reliquam marchioni predicto et eius heredibus. Et[b] . . . .

3. Ibique predictus dominus Opizo marchio predicto domino canzellerio recipienti vice et nomine Romani imperii et supradicti domini regis iuravit fidelitatem tacto libro in hunc modum:

'Videlicet quod ab hac hora inantea erit fidelis Romano imperio et predicto domino regi. Ita quod non erit in consilio neque in facto, ubi dictus dominus rex amittat vitam nec menbrum nec suum honorem vel capiatur malla captione.

603. a) *sic or.* b) *sequitur lacuna 15 fere litterarum in fine lineae or.*

1) *Cf. privilegium a. 1281. Aug. 24. datum, Reg. imp. VI, 1377 et 'Neues Archiv' XXIX, 636 sq.*

Credentias eidem comisas a domino rege tenebit, consilium bona fide dabit et si s[c]iverit dampnum sive preiudicium fieri imperio vel ipsi domino, prohybebit et si prohybere non poterit, quamcicius poterit bona fide notum faciet ipsi domino regi. Imperium et regalia bona fide deffendet et ad recuperandum iura imperii adiutor erit. Offitium sibi comissum bona fide exercebit. Nuncios domini regis bona fide manutenebit et deffendet in eundo, stando et reddeundo.'

(S. N.) Ego Odonus de Pandemiliis de Mantua sacri palacii notarius hiis omnibus presens fui et rogatus a partibus una cum domino Ottonello de Corionis notario cive Ferarie infrascripto scripsi et publicavi et ipse ad maiorem cautellam et roborationem se et suum signum scripsit et apposuit.

(S. N.) Ego Ottonellus de Curionis notarius predictis omnibus presens fui et rogatus a partibus inde posse facere publicam scripturam una cum domino Oddone notario predicto me cum signo meo subscripsi.

604—612. ACTA POSTERIORIS LEGATIONIS RUDOLFI CANCELLARII.

1281. Aug. 2. — 1283. Mai. 5.

Constitutione a. 1281. Ian. 5. edita supra nr. 265 Rudolfus rex Iohannem episcopum Gurcensem († a. 1281. Iul. 25) et iterum Rudolfum cancellarium vicarios generales in Tusciae partibus ordinavit. Cf. supra nr. 266—268, Kopp-Busson l. c. II, 3 pag. 190 sq., 243 sq., Redlich l. c. pag. 690 sq. Hic Rudolfi cancellarii acta graviora quaedam nr. 604—612 collegimus. Cf. infra in supplemento huius tomi documenta a. 1281. novissime a nobis e codice Florentino exscripta, epistolam videlicet Rudolfi regis ad civitatem Lucanam missam et responsum civium.

604. *PROTECTIO HOMINUM CASTRI DE COLLE. 1281. Aug. 2.*

Edidit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 481 nr. 476 ex transsumto a. 1282. Ian. 2. Senis in tabulario regio asservato. Neque anno 1903. neque 1904. nobis quamvis quaerentibus membrana reperiri poterat; itaque illam editionem hic repetere oportet. (P. deest.)

Rudolfus imperialis aule cancellarius et pro sancto Romano imperio et serenissimo domino Rodolfo Dei gratia Romanorum rege semper augusto in Tuscia vicarius generalis universis et singulis tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et supradicti domini regis gratiam et bonam voluntatem.

Per presens scriptum publicum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod universitas castri de Colle, fideles imperii et supradicti domini regis, nobis humiliter supplicarunt, ut tam ipsos quam possessiones et bona eorum, que nunc iuste tenent et possident et inantea iusto titulo poterunt adipisci, sub imperii et eiusdem domini regis protectione recipere et confirmare eis omnes bonos usus et approbatas consuetudines, quibus temporibus divorum augustorum Frederici primi, Henrigi eius filii et Frederici secundi memorie recolende usque nunc usi fuisse noscuntur, de prefati serenissimi domini regis gratia dignaremur. Nos itaque attendentes

fidem puram et devotionem sinceram hominum dicti castri, pro gratis quoque servitiis, que Romano imperio exibuerunt hactenus fideliter et devote et que domino nostro serenissimo regi Romanorum exibere poterunt inantea gratiora, ipsorum supplicationibus benignius inclinati, predictam universitatem et homines dicti castri de Colle, fideles imperii et serenissimi domini regis predicti, cum possessionibus et bonis eorum omnibus, que nunc iuste tenent et possident et adipisci iusto titulo poterunt in futurum, sub imperii Romani et predicti domini regis protectione recipimus spetiali, omnes bonos usus et approbatas consuetudines, quibus temporibus predictorum divorum augustorum usque nunc usi fuisse noscuntur, eis de dicti domini gratia confirmantes. Mandantes etiam et imperiali sanctientes edicto, quatinus nullus sit, qui predictam universitatem et homines, fideles imperii et eiusdem domini regis, in fide et devotione imperii et ipsius domini regis persistentes contra presentis protectionis et confirmationis nostre tenorem temere molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem predicti domini regis et Romani imperii se noverit incorsurum. Ad huius itaque protectionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum publicum manu Donati Benci Ricovari de Florentia, notarii et familiaris nostri dilecti, fieri [et] sigillo nostro pendenti iussimus communiri.

Datum Pisis in cappella archiepiscopatus ecclesie Pisane, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo primo, die secundo Augusti, none indictionis. Presentibus domino Guidone de Suzzaria legum excellenti doctore, domino Barone quondam domini Aldobrandini de Mangiatori de Sancto Miniate et domino Iohanne preposito Turicensi de Alamania, testibus ad predicta.

Ego Donatus Benci Ricovari de Florentia, eiusdem domini cancellarii notarius, presens privilegium de mandato ipsius scrissi et publicavi meoque signo signavi.

605. *REVOCATIO MANDATORUM DE FIDELITATE PRAESTANDA.*
1282. Iul. 16.

Denuo nos ipsi descripsimus ex L *'Libro Censuum civitatis Pistoriensis' saec. XIII. fol. 139, quem iam supra ad nr. 265 adhibuimus, ubi sub rubro* Exemplum *transsumta est a. 1282. m. Aug., in quo transsumto immediate sequitur constitutio Rudolfi regis supra nr. 265 (cf. ibidem). Edidit iam olim I. M. Fioravanti 'Memorie storiche della città di Pistoja' (Lucca 1758) Documenti pag. 46. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 141.* *(P. deest.)*

In Christi nomine amen.

Omnibus hanc paginam inspecturis pateat evidenter, quod magnificus et venerabilis vir dominus Rudolfus inperialis aule cancellarius et in Tuscia pro serenissimo domino Rudolfo Romanorum rege senper augusto vicarius generalis ad postulationem Foresi Baldi sindici et anbasciatoris comunis Pistorii cassavit et irritavit et revocavit monitiones, requisitiones, precepta omnes et omnia et omnes processus factos et facta contra commune Pistorii occasione sacramenti fidelitatis inperii petiti per ipsum dominum cancellarium a dicto comuni Pistorii. Et reposuit dictum commune Pistorii in eo statu, in quo erat ante dictas monitiones, requisitiones, precepta et processus. Et de speciali gratia concessit et voluit et promisit atque convenit dicto sindico et ambasciatori pro dicto comuni recipienti, quod non coget dictum comune Pistorii fidelitatem facere vel sacramentum fidelitatis inperii prestare nec propterea contra dictum comune procedet, nisi primo comune Florentie per legittimum sindicum fidelitatem faciat vel concordaverit cum domino inperatore vel cum dicto domino cancellario vel nisi dominus cancellarius[a]

605. [a]) vel — cancellarius *bis scriptum L.*

prius procedat ad condempnationem contra Florentinos vel nisi veniat[b] inperator in Tuscia vel eius potentia.

Actum in arce Sancti Miniatis. Presentibus hiis rogatis testibus, silicet honorabili viro domino Iohanne preposito Turicensi, domino Guidone de Suçaria legum doctore et Egidio notario quondam Donosdei de Pistorio. In anno Domini MCCLXXXII, indict. X, mensis Iulii die Iovis XVI.

Ego Petrus[c] de Casaronibus de Roma apostolice sedis notarius, quia predictis interfui, predicta omnia scripsi et pub(licavi) rogatus.

606. *SUSPENSIO IURAMENTI FIDELITATIS.* *1282. Iul. 22.*

Denuo contulimus tria transsumta Senis in tabulario regio asservata, quae sunt 1) *a. 1286. Oct. 13 factum infra nr. 615;* 2) *a. 1286. Oct. 17 datum infra nr. 616;* 3) *a. 1288. Mai. 5 datum. Editio, quam paravit Ficker 'Forschungen' IV, 482 nr. 477 nititur transsumto 3, quod etiam nos adhibuimus iam supra ad nr. 265 edendum.*
(P. deest.)

Rodulfus imperialis aule cancellarius et pro serenissimo domino Rodulfo Romanorum rege et semper augusto in Tuscia vicarius generalis nobilibus et sapientibus viris domino Guidoni Salvatico Dei gratia in Tuscia comiti palatino et eadem gratia honorabili Sen(ensi) potestati et quindecim gubernatoribus et defensoribus populi et civitatis Sen(ensis) necnon eiusdem terre sapienti consilio et comuni salutem et dilectionem sinceram.

(1) Considerata fide et devotione vestra, quam geritis et habetis circa honores augendos excellentissimi et potentissimi domini Rodulfi Romanorum regis et semper augusti, ac etiam fide et devotione, quam geritis ergo nos, qui ipsius domini regis vice fungimur in provincia Tuscie, proviso etiam nichilhominus[a] deliberato nostro consilio, quod ex indulgentia et gratia infrascripta vestra fides et devotio fortius fervescet circa regiam maiestatem, et ob alias causas infrascriptas et de gratia spetiali ex auctoritate nobis commissa suspendimus vobis et singularibus personis vestre civitatis et comitatus et iurisdiccionis eiusdem sacramentum fidelitatis. Ita quod nobis vel alii pro dicto domino rege[b] non teneamini ad ipsum sacramentum fidelitatis prestandum nec possitis nec teneamini[c] inde gravari vel inquietari, donec iam dictus dominus rex venerit in Tusciam vel ipsius militum Theotonicorum magna potentia, silicet numero quingentorum secundum consuetudinem Tuscie. (2) Concedimus etiam vobis, quod usque ad dictum tempus, silicet usque ad adventum prefati domini regis vel ipsius potentie superius declarate, possitis et sit vobis licitum, iura imperii in civitate et comitatu et iurisdictione Sen(ensi) tenere ac pacifice possidere. Ita quod nobis nec alii, nisi ut dictum est, non teneamini respondere, et pro ipsis iuribus recuperandis a vobis et singulis[d] personis vestre civitatis et comitatus et iurisdiccionis non possimus nec debeamus nos intromictere nec possit alius, qui pro dicto domino rege veniret in Tusciam, nisi prius exstaret una de conditionibus supradictis. Ita tamen, quod per istam indulgentiam et gratiam sive concordiam non intelligatur remissio redditus et proventus preteriti temporis, presentis et pendentis et iurium imperii, set sint in eo statu et iure, in quo essent, si hec gratia et indulgentia sive concordia non fuisset facta existente[e] una de condicionibus supradictis. (3) Concedimus etiam vobis, quod de rebellibus et extrinsecis vestris turbatoribus civitatis vestre, qui mandatorum nostrorum exstiterint contemptores, repo-

605. b) veni *in loco raso L.* c) Ego Petrus *ad modum signi scripta sunt L; cf. infra pag. 572 lin. 41.*

606. a) *deest* 1. 2; de *add.* 1. 2. b) regi 3. c) nec teneamini *deest* 1. 2. d) singularibus 1. 2. e) existentia 1. 2.

nendis et remittendis in civitatem vestram et comitatum seu de eorum concordia facienda vobiscum non possimus nec debeamus nos intromictere nec possit alius, qui[f] pro dicto domino rege veniret, donec exstiterit una de conditionibus[g] antedictis[h], nisi procederet de voluntate vestra et expressa[i] concordia. (4) Nam ex causis supradictis et circumspecta conditione et statu terre vestre omnem indulgentiam et gratiam suprascriptam vobis concedimus et damus, ut superius continetur, et quia pro faciendis expensis in honoribus augendis et recuperandis iuribus imperii nobis dedistis et vos dedisse confitemur per manum Cioli Provençani et Iacobi Iohannis notarii nuntiorum et ambasciatorum[k] vestrorum monete vestre octingentas lib(ras) den(ariorum). Et ad maiorem fidem et ad robur omnium predictorum predicta nostro sigillo fecimus communiri et ea per infrascripti notarii manum iussimus publicari.

Acta sunt hec et celebrata in imperiali arce Sancti Miniatis, in anno Domini millesimo CCLXXXII, indict. X, die XXII. mensis Iulii in festo beate Marie Magdalene. Coram domino Guidone de Suggiara[l] iuris civilis professore et domino Iohanne preposito Turicensi et domino Henrico[m] plebano Haimerting(ensi) cappellano predicti[n] domini cancellarii et domino Hermanno notario predicti[n] domini cancellarii et Petro de Casaronibus[o] de Urbe notario domini cancellarii antedicti presentibus testibus et ad hec rogatis atque vocatis.

Ego Iacobus quondam Iohannis notarius predictis omnibus interfui et ea de rogatu et mandato dicti domini Rodulfi imperialis aule cancellarii et pro serenissimo Rodulfo Romanorum rege et[p] semper augusto in Tuscia vicarii generalis scripsi et publicavi.

607. *MANDATUM DE SALARIO SOLVENDO.*

Subiungimus hic mandatum signo chronologico carens, quod servatur Romae in solo codice 514 (D. 8. 17) saec. XIII. fol. 100 bibliothecae Angelicae[1], *qui inter alia formularium cancellariae regum Siciliae ex stirpe Angevina continet. Iam olim male edidit Ficker, Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 704 nr. 1003. Codicem adhibuimus etiam infra ad nr. 610 edendum. Denuo nobis petentibus accuratissime contulit amicus J. Priesack, tunc Romae degens.*

Hic adnotare liceat, mandatum l. c. nr. 1004 editum, cuius initium est Decet rectorem, *quod eidem codici insertum est fol. 98, alienum esse a legatione Rudolfi cancellarii ac potius ad Karolum regem Siciliae spectare, quod tam reliquis documentis, quae codici circum inserta sunt, quam verbis* regie camere Tuscie *evincitur. (P. deest.)*

Rudolfus etc. vicario Ficech(ii) salutem et o(mne) b(onum).

Magister Petrus de Urbe[2] lator presentium, dilectus notarius et familiaris noster, nuper exposuit coram nobis, quod cum ipse olim in terra Maxe Piscatorie per certum tempus potestarie officium exercuerit ex hominum dicte terre electione legitima, dicti homines salarium sibi debitum ratione dicti officii non solverunt. Cumque nobis humiliter supplicaverit, ut solvi sibi dictum salarium mandaremus, eius supplicationibus benignius annuentes vobis commissa nobis auctoritate mandamus, quatinus si premissis veritas suffragatur, homines dicte terre ad solvendum eidem notario nostro salarium consuetum summarie et sine iudicii strepitu conpellatis per omnem modum, quo utilius videritis

606. f) *deest* 3. g) condictionibus 3. h) supradictis 1. 2. i) ex premissa 1. 2. k) ambaxiatorum 1. 2. l) Sugiara 2; Suggiaria 3. m) Herrigho 3. n) dicti 1. 2. o) Casarōn 1. 2. p) *deest* 1. 2.

1) *V. Narducci 'Catalogus codicum manuscriptorum praeter graecos et orientales in bibliotheca Angelica' I (1893), pag. 228.* 2) *Eundem esse ac* Petrum de Casaronibus de Roma *supra nr. 605. 606 et infra nr. 609 nominatum, opinarem. Obviam est etiam infra pag. 575 lin. 7 dictus* magister Petrus notarius de Urbe.

expedire, ita quod idem iam dictum salarium sine difficultate et diminutione aliqua consequatur, quod non oporteat propterea rescribere iterato.

608. *REVOCATIO PROCESSUUM. 1282. Sept. 21.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXVII, 699 paratam, quae nititur apographo coaevo Florentiae in tabulario regio 'Capitoli' Vol. 41 fol. 73 existente[1], *ubi in margine scribitur:* Exemplum litterarum Rodulfi can[c]ellarii et vicarii generalis in Tuscia pro bono imperii. *(P. deest.)*

Nos Rodulfus imperialis aule cancellarius necnon pro Romano imperio vicarius et procurator in Tuscia generalis ex nostro proprio motu ac pro bono imperii et pro pacifico statu et tranquillo predicte provincie nobis commisse decernimus, concedimus et firmamus, quod ante adventum serenissimi domini nostri Rudolfi Romanorum regis citra montes seu ante adventum in Tuscia sui vicarii in Tuscia generalis lingue Teutonice cum comitiva quingentorum militum eiusdem lingue, computandorum more provincie Tuscie ad stipendia camere prefati domini nostri regis, nulla petitio vel questio vel controversia vel citatio vel admonitio vel preceptum moveatur, movebitur seu fiet seu gravamen aliquod vel molestia inferetur per nos vel prefatum dominum Rudulfum Romanorum regem aut successores nostros vel alios predicti domini regis nomine sive nostro seu successorum nostrorum, quacumque occasione vel causa, civitati et comuni Florentie vel comitatui seu districtui civitatis eiusdem, qui hodie tenetur seu distringitur per eandem, seu contra ipsam civitatem, comitatum seu districtum prefatum. Cessantes et revocantes et annulantes exnunc omnes processus, citationes, precepta, commonitiones, penarum impositiones et omnia alia contra sepedictam civitatem eiusque comitatum[a] seu districtum per nos et nostram curiam usque nunc facta seu etiam actitata[b]. Ad quorum omnium corroborationem et omnimodam firmitatem presentes iussimus sigilli nostri munimine roborari.

Datum in arce Sancti Miniatis, die Lune XXI. Septembris, anno Domini millesimo CCLXXXII, indictione XI, regni vero domini nostri Romanorum regis predicti anno IX.

609. 610. *IURAMENTA EPISCOPORUM VOLTERRANI ET ARETINI.* *1282. Oct. 1. s. d.*

Denuo nos ipsi descripsimus V *autographon tabularii episcopalis Vulterrani 'Sec. XIII. Dec. IX. nr. 15'. Sigillum deest, loris membranaceis relictis. Iam olim publici iuris fecit A. F. Giachi 'Saggio di ricerche sopra lo stato antico e moderno di Volterra' I. II (1786—1796) Appendice p. 117 nr. 77.*

608. a) cōmitatum *c.* b) attitata *c.*

1) *Cf. Ficker 'Forschungen' IV, 481 ad nr. 476. Transsumti tenor talis est:*

In Dei nomine amen. Hoc est exemplum quarundam litterarum, quarum tenor per ordinem inferius annotatur:

'Nos Rodulfus — anno IX.'

Que littere sigillate erant sigillo bislongo pendenti cum pluribus filis de sirico rubeo et albo cere viridis, in quo ex parte anteriori erant sclute ymagines infrascripte, videlicet ymago sedens super schanno ad modum regis cum corona in capite et scettro in manu destra et tres alie ymagines hominum ad pedem prescripti realis ymaginis, cum litteris circum circha, que videbantur sic patere: · † · S · Rudolfi imperialis aule cancellarii.

(S. N.) Ego Iacobus iudex et notarius filius Alberti Amiczini iudex et notarius autenticum huius exempli predictarum litterarum vidi et legi et quicquid in eis scriptum repperi nil addito vel diminuto, quod sensum mutet vel intellectum, hic publice exemplavi ideoque subscripssi.

Cf. etiam ea quae l. c. not. 1 de alius sigilli forma notavimus.

Superest A *in solo codice 514 bibliothecae Angelicae fol. 96, de quo v. supra ad nr. 607. Denuo contulit Priesack. Formam iuramenti prolixiorem praebet. Ex eodem codice editum est apud Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 703 nr. 1002. Cf. etiam supra nr. 269 et ea quae illic notavimus.* *(P. deest.)*

Rudolfus imperialis aule [cancellar]ius[a] et serenissimi domini R. Romanorum[b] regis senper augusti in Tuscia vicarius generalis universis sacri Romani imperii fidelibus amicis suis salutem et sincere dilectionis affectum.

Etsi munificentie imperialis gratiam singulis exibeamus libenter[c], quos fideles[d] ab operum experimento cognoscimus, quadam tamen prerogativa sollicite cogitationis inducimur et assidua meditatione pensamus, qualiter personis ecclesiasticis gratiosius et libentius liberalitatis dexteram extendamus. Eapropter per presens vobis privilegium[e] volumus esse notum, quod nos attendentes fidem puram, devotionem sinceram et grata servitia, que venerabilis pater dominus Rainerius Vulterranus episcopus[f] devotus et fidelis princeps imperii exhibuit hactenus et exibet incessanter ac exibere poterit in futurum ad honores et profectus eiusdem domini[g] regis et imperii ampliandos, volentes quoque ipsum episcopum propterea benignius amplecti[h] gratia et favore,

V.

recepto ab eodem episcopo fidelitatis debite corporeo iuramento, prout tenor ipsius iuramenti in actis nostre curie seriosius explicatur, auctoritate a dicto domino nostro rege nobis commissa, qua fungimur in hac parte,

A.

recepto ab eo corporeo iuramento: 'quod ab hac hora inantea fidelis erit eidem domino nostro regi et imperio Romano, et non erit in consilio, consensu, facto, verbo, opere, ubi ipse dominus rex, eius filii, nuntii vel officiales perdant vitam, membrum vel suum rectum honorem aut mala captione capia[n]tur. Consilium, quod per se aut per nuntios suos seu licteras sibi crediturus erit, se sciente ad eius dampnum seu preiudicium nulli pandet. Si dampnum eius tractari sciverit, pro posse suo impediet, ne fiat. Quod si per se impedire non poterit, per nuntium aut licteras ei significare curabit, ut ad eius notitiam perducatur. Imperium Romanum et regalia eius et specialiter in Italia manutenebit propriis viribus et defendet, que habet ubicunque seu tenet, ad acquirendum vero adiutorio erit. Officium sibi commissum dignitati sue conveniens in Italia bene et fideliter exercebit. Iura et iurisdictiones Romani imperii, ubicunque consistere sciet, revelabit et conservabit et eorum aiutor et actor erit. Nuntios predicti domini regis recipiet et fideliter ac benigne in eundo, stando, redeundo tractabit,' auctoritate nobis commissa

609. 610. a) *uncis inclusa abscissa sunt V.* b) Romor *V*; Romani *A.* c) lib. sing. exhibemus *A.* d) imperio *add. A.* e) privil. vobis *A.* f) *loco* Rain. Vult. ep. *A*: G. episcopus Aretinus. g) nostri *add. A.* h) ampl. benign. *A.*

omnia iura, iurisdictiones et regalia, que habet, tenet et possidet ipse vel alia persona pro eo seu predecessores sui habuerunt, tenuerunt et hactenus possederunt in feudum olim a divis augustis, que tamen ab ipso vel predecessoribus suis alienata non essent, in civitate Vulterrana[i] eiusque[k] districtu[l], castris, oppidis, burgis, villis et locis aliis quibuscumque necnon universitatibus, collegiis, personis, possessionibus, honoribus, usibus, patronatibus ecclesiarum, terris cultis et incultis, montibus[m], planis, vallibus, pascuis[m], aquis aquarumque[n] decursibus, piscariis, molendinis[o], silvis, venationibus, iustitiis, pedagiis et rationibus singulis, ubicumque et in quibuscumque consistant, eidem episcopo vice et nomine Vulterrane[p] ecclesie imperpetuum de speciali gratia et ex certa scientia nostra[q] damus, concedimus et etiam confirmamus, honore et iurisdictione i[mperii Ro]mani in omnibus et per omnia[r] senper salvis. Investientes eundem episcopum sollepniter per librum sacre scripture iure honorifici et recti feudi de omnibus et singulis supradictis. Ita quod ipse episcopus[s] ea omnia habeat, teneat[t], possideat pacifice et quiete sine contradictione domini regis et[u] imperii predictorum et alicuius persone parve vel magne, ecclesiastice vel secularis, comunis, collegii[t], universitatis vel alterius cuiuscumque. Si quis autem predicta vel aliquod predictorum violare, infringere aut contradicere presumpserit, preter indignationem eiusdem domini regis et nostram, quam eum incurrere volumus[v], penam mille marcarum[w] boni argenti conponat, cuius pene medietas fisco, alia vero eidem episcopo applicetur. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem[x] presens privilegium publicari

V.

manu Petri notarii nostri iuximus et pendentis nostri sigilli munimine roborari.

Dat. in arce S. Miniatis. Presentibus nobilibus viris domino Anselmo et domino Guelfo fratribus comitibus de Capraria, domino Nepoleone et domino Guilielmo comitibus de Mangone, domino Allexandro comite de Romena, domino Hugolino de Senno de Ubaldinis, domino Petro Furlana de Bononia tunc potestate Sancti Miniatis, domino Sinibaldo quondam domini Rainaldi de Pulcis, domino Malpilio domini Henrici de Sancto Miniate testibus ad predicta. Sub anno dominice incarnationis MCCLXXXII, indict. X, mens. Octubr. die primo, regni vero eiusdem domini nostri regis anno octavo.

Ego Petrus[a] de Casaronibus de Roma apostolice sedis auctoritate notarius, quia predictis interfui omnibus et singulis, ideo de mandato dicti domini cancellarii predicta scripsi et publicavi rogatus et meum consuetum signum apposui.

A.

manu . . notarii nostri et eidem episcopo tradi fecimus nostri pendentis sigilli [munimine][y] ac subscriptione dicti notarii roboratum.

Dat. in arce Sancti Miniatis. Pres(entibus) etc. In ann(o) Domini a nativitate[z] etc.

609. 610. i) Aretina *A.* k) eius *A.* l) et in *add. A.* m) montibus — pascuis *A post* venationibus. n) et aquarum *A.* o) mol. pisc. *A.* p) Aretine *A.* q) nostra scientia *A.* r) Romani — omnia *desunt A.* s) *deest A.* t) et *add. A.* u) Romani *add. A.* v) volumus incurrisse *A.* w) marcharum *A.* x) certitudinem plenariam *A.* y) *deest A.* z) anat *A.* a) Ego Petrus *ad modum signi scripta sunt or.; cf. supra pag. 568 lin. 7.*

611. *IURAMENTUM FIDELITATIS ABBATIS DE PASSIGNANO.* *1282. Oct. 29.*

Denuo descripsimus autographon Florentiae in tabulario regio 'Prov. Badia di Passignano' asservatum, cuius dorso inscriptum est eadem manu: Instrumentum fidelitatis . . abbatis de Pasignano. *Male edidit iam olim Lami 'Deliciae eruditorum' III, 263 ex eodem fonte, ut opinor.* *(P. deest.)*

In nomine Domini.

Anno eiusdem incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, vigesimo nono Octub., decime ind. In presentia mei notarii et testium subscriptorum. Donnus Benignus monachus ordinis Vall(is)umbrose, procurator religiosi viri donni Rugerii abbatis monasterii Sancti Michaelis de Pasignano ordinis predicti Fesulan. dioc. de consensu fratrum suorum, ut constat manu Monachi filii Iohannis de Pasignano iudicis et notarii publico instrumento confecto, a me subscripto notario viso et lecto, nomine abbatis, capituli et conventus dicti monasterii et in eorum animas iuravit ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta et promisit venerabili viro domino Rudolfo imperialis aule cancellario et in Tuscia vicario generali pro serenissimo domino Rudolfo Roman(orum) rege semper augusto sollenniter stipulanti pro eodem domino rege et Romano imperio, quod abbas et singuli de capitulo monasterii supradicti ab hac hora inantea fideles et obedientes erunt eidem domino regi eiusque vicariis et Romano imperio et non erunt in consilio, consensu vel facto, quod ipsi perdant vitam aut menbrum vel eorum honorem aliqua captione vel causa. Consilium, quod per se, nuntios aut licteras eorum ipsis vel alicui ex eis credituri erunt, ad eorum dampnum vel ipsorum alicuius nulli pandent. Si dampnum eorum tractari sciverint, pro posse ipsorum impedient, ne fiat. Quod si per se impedire non poterint, per nuntios aut licteras eorum significare curabunt, ut ad eorum notitiam perducatur. Imperium Romanum et regalia eius et specialiter in Ytalia manutenebunt propriis viribus et defendent, que habet ubique seu tenet, et ad acquirendum adiutores erunt. Officium conpetens eis vel alicui eorum commissum in Ytalia bene et fideliter exercebunt. Iura et iurisditiones Romani imperii, ubicunque consistere scient, revelabunt et conservabunt et eorum adiutores et auctores erunt. Nuntios predicti domini regis eiusque vicariorum et imperii recipient et fideliter et benigne tractabunt in eundo, stando et redeundo.

Acta sunt hec in arce Sancti Miniatis. Presentibus domino Guidone de Suççaria legum doctore, domino Barone abbate monasterii Montisscalarum, domino Iohanne de Marconibus iudice, domino Corrado iudice condam domini Ciampoli et Daviçço condam domini Michaelis de Podioboniççi testibus ad predicta.

(S. N.) Ego Donatus Benci Ricoveri de Florentia notarius publicus et familiaris dicti domini cancellarii predicta omnia coram me acta de mandato ipsius scripsi et in publicam formam redegi subscripsi.

612. *CONTRACTUS CUM IACOBINO DE ALFANIS.* *1283. Mai. 5.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXVII, 701 paratam, ad exemplar a viro cl. R. Davidsohn[1] *Florentino ex* A *apographo coaevo in tabulario regio 'Prov. Santa Maria Novella' asservato factum. Cf. Reg. imp. VI, 1969.* *(P. deest.)*

1) *Cf. eiusdem 'Forschungen zur Geschichte von Florenz' III, 32 nr. 117.*

In Christi nomine.

(1) Magnificus vir dominus Rudolfus imperialis aule cancellarius et in Tuscia vicarius generalis, nuntius et procurator imperii et serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis senper augusti, confessus et manifestus fuit, se accepisse et habuisse mutuo et ante hunc contractum recepisse a Iacobino quondam Vermilii Alfani cive Florentino tria milia quadringentos florenos aureos pro iustis necessariis et uti[li]bus expensis imperii et ipsius domini regis et ipsius domini cancellarii et pro agendis negotiis imperii et predicti domini regis, dicto Iacobino supradictam pecuniam mutuante non tantum contemplatione imperii et predicti domini regis, verum etiam contemplatione predicti domini cancellarii. Quam pecunie quantitatem predictus dominus cancellarius vice et nomine imperii et predicti domini regis et suo solempni vinculo stipulationis promisit Iacobino predicto pro se et heredibus suis dare, reddere et restituere sine dampnis et expensis ipsius Iacobini et suorum heredum, si qua seu quas fecerint vel habuerint pro predicta pecunia recuperanda in iudicio et extra iudicium, credendo de dampnis et expensis sinplici verbo ipsius Iacobini et suorum heredum sine onere probationis. (2) Pro quibus tribus milibus quadringentis florenis aureis et dampnis et expensis predictis dominus cancellarius, vicarius, procurator, nuntius imperii et dicti domini regis obligavit dicto domino Iacobino pro se et heredibus suis terras et possessiones imperii, scilicet plaggiarum imperii vel culmatarum fluminis Arni curie Sancti Miniatis et Ficecchii, que sunt ex parte meridiei dicti fluminis sive citra ipsum flumen, et omnes et singulos redditus et proventus et obventiones ad imperium et predictum regem pertinentes in ipsis terris plaggiarum seu culmatarum seu de ipsis vel pro ipsis terris et possessionibus. Ita quod ipse Iacobinus et eius heredes dictos redditus, proventus et obventiones possint habere et exigere et eis uti et exercere eosque in sua utilitate convertere, nullo de predictis in sortem computato. (3) De quibus omnibus se predicto Iacobino et suis heredibus constituit possessorem, donec idem Iacobinus corporalem adprehenderit possessionem. Et possessionem, quam iam habet de predictis idem dominus cancellarius, vicarius et procurator et nuntius, Iacobino predicto confirmavit, cedendo ipsi Iacobino pro se et heredibus suis omnia iura omnesque actiones utiles et directas, reales et personales et mixtas, que et quas imperium et predictus dominus rex habent seu habere possent in rebus predictis. Ita quod ipse[a] Iacobinus et sui heredes ita possint agere, causare, requirere et exigere omnia et singula supradicta, sicud ipse dominus rex posset, quousque predicta summa trium milium quadringentorum florenorum aureorum eidem Iacobino seu heredibus eius a predicto domino rege seu domino cancellario vel successoribus suis plene cum dampnis et expensis fuerit restituta. (4) Et ex certa et spontanea voluntate predictus dominus cancellarius et vicarius se subiecit iurisdictioni episcopi Fesulani, ut in eundem[b] dominum cancellarium idem dominus episcopus sententiam excommunicationis possit promulgare, si ea, que in presenti contractu continentur, plene eidem Iacobino et heredibus suis non fuerint observata. (5) Et renuntiavit idem dominus cancellarius exceptioni pecunie non numerate vel non recepte et quod nec ipse dominus cancellarius nec dominus rex nec successores eius compensationem nec retentionem opponent ipsi Iacobino nec heredibus suis occasione usurarum nec aliqua alia ratione vel occasione. Confitendo idem dominus cancellarius, quod dictus Iacobinus de mandato dicti domini cancellarii et vicarii predictam pecunie quantitatem sub usuris accepit, quarum usurarum quantitas adscendit tantum, quantum adscendunt omnes redditus et proventus terrarum et possessionum predictarum. (6) Et renuntiavit idem dominus cancellarius, vicarius, nuntius et procurator actioni et exceptioni doli mali et in factum[c] et conditioni sine causa

612. a) *supra lineam alia manu add. A.* b) eum *A.* c) factu *A.*

vel ex iniusta causa et omni iuri et legum et canonum auxilio generali et speciali et comuni, expresso et non expresso, competenti et competituro, quod imperio et ipsi domino regi et dicto domino cancellario et successoribus suis possit prodesse et dicto Iacobino et heredibus suis obesse, et ius competiturum expresse et per pactum remisit.

Actum in arce Sancti Miniatis. Presentibus domino Iohanne preposito Turicensi, domino Guidone de Suzzaria legum doctore, magistro Burcardo de Rein et magistro Petro notario de Urbe testibus vocatis. Dominice nativitatis anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, quinto die mensis Maii, indict. undecima.

Et nos Rudolfus cancellarius et vicarius predictus in evidens testimonium et plenum robur has fecimus nostri sigilli pendentis munimine roborari.

Simon Crivelli de Buggiano[d] iudex ordinarius et notarius auctoritate imperiali et dicti domini cancellarii et vicarii scriba predictis interfui et rogatus et monitus hec ego publice scripsi.

---

613. MANDATUM DIETHALMI FLORENTINIS DIRECTUM.

1284. Iul. 8.

Diethalmo de Guttingen ipse Rudolfus cancellarius a. 1283. Mai. 28., consentiente die Nov. 5. Rudolfo rege, vicariatus officium commiserat. V. supra nr. 358. 359.

Repetimus editionem, quam paravit Ficker 'Forschungen' IV, 484 nr. 480 ex apographo coaevo tabularii regii Florentini 'Prov. Poggibonsi', partim laeso. Cf. Reg. imp. VI, 1839. 1840 et Ficker l. c. pag. 483 nr. 478. *(P. deest.)*

[Diethalmus de] Guttingen imperii et serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis semper augusti in Tuscia vicarius generalis nobilibus et potentibus viris dominis . . potestati, capitaneo, prioribus [artium, consilio] et comuni honorabilis civitatis Florentie, dilectissimis imperii fidelibus, salutem et omnium incrementa bonorum.

Cum ex parte victoriosissimi domini nostri regis predicti [recepi]mus litteris in mandatis, quod maiestatis sue litteras, quas potestati, consilio et comuni civitatis vestre pro negotio terre de Podiobonizi transmittit[1], preter alia, que predicte littere ad [nos conti]nebant, vobis curaremus per fidelem nuntium presentari, ipsa mandata cum reverentia debita exequentes, ecce quod memoratas superius litteras sigillatas sigillo solito dicti domini nostri regis, quarum suprascripta explicant 'Potestati, consilio et comuni civitatis Florentie fidelibus nostris dilectis', vobis per Bonaccursum fidum et iuratum nuntium nostrum transmictimus presentandas, rogantes affectione qua possumus, quatinus ob dicti domini nostri reverentiam ipsarum litterarum continentiam effectui mancipetis, ut de sincera devotione ac [fidelitate vestra] possitis coram dicto domino nostro commendari. Et quicquid super his facere intenditis, nobis per latorem predictum

612. d) de Buggiano *bis scriptum A.*

1) *Cf. litteras Rudolfi regis Diethalmo directas Reg. imp. VI, 1840, quae Ficker 'Forschungen' IV, 483 nr. 479 editae sunt ex apographo coaevo, in quo adduntur haec:* [Et era]nt scripta in una cedula inclusa predictis litteris domini regis: 'Certim litteras, quas civitati Florentie pro negotio castri Bonizi et fidelium nostrorum ibidem commorantium [transmitti]mus, per fidelem nuntium ad requisitionem nuntiorum eorundem studeas presentare.'

si complacet respondete. Scientes, quod de predictarum domini regis litterarum presentatione, quas in nostro fecimus registrari registro, predicto latori dabimus plenam fidem.

Datum in arce Sancti Miniatis, die VIII. Iulii, indictionis XII.

614—616. ACTA VICARIATUS PERCIVALLI DE LAVANIA.

1286. Iun. 29. — Oct. 17.

Rudolfus rex a. 1285. Nov. 22. Percivallum de Lavania vicarium generalem in terra Tusciae constituerat. Cf. supra nr. 371, Kopp-Busson l. c. II, 3 pag. 280 sq., Redlich l. c. 706 sq. Cuius acta quaedam, quae maioris sunt momenti, hic proponimus.

614. *CONCORDIA CUM SENENSIBUS. Iun. 29.*

Denuo descripsimus autographon Senis in tabulario regio asservatum, quod etiam adhibuit Ficker 'Forschungen' IV, 489 nr. 486. Sigillum deest, foraminibus relictis.

(P. deest.)

In nomine Domini amen.

(1) Appareat omnibus evidenter, quod hec est concordia tracta et habita inter magnificum et reverendum virum dominum Precçivallum subdiaconum domini pape et cappellanum et vicarium illustrissimi domini Rodulfi Romanorum regis et semper augusti in Tuscia vicarium generalem ex una parte et discretos viros et sapientes Cionem olim Benccivennis Bagniesi, Tinerium quondam Altoviti et Gosum olim Bartalommei Galgani de numero quindecim gubernatorum et defensorum comunis et populi Senen(sis) et discretos et sapientes viros consules mercatorum[a] pro ipso comuni et populo Senen(si) et eiusdem comunis et populi nomine et vice ex parte altera. (2) Imprimis quod pro parte comunis Sen(arum) promittatur et conveniatur, eidem domino vicario supradicto dare sibi et concedere talliam militum retinendorum ad servitia et honores eiusdem domini vicarii et comunium societatis Tuscie et pro ipsorum servitiis faciendis, sicut et qualiter et in ea quantitate, que dari consuevit et concedi domino regi Karulo a comunibus Florentie et Senarum et aliis comunitatibus Tuscie vel suis vicariis, et alia servitia et honores facere, qui et que consueverunt fieri ipsi domino regi Karulo vel suis vicariis a comunibus supradictis, dummodo per dictum comune Florentie et alia comunia societatis Tuscie dicta tallia et honores et servitia fiant et concedantur ipsi domino vicario. (3) Et si aliter vel alio modo vel in alia quantitate concordarent comune Florentie et alia comunia dicte societatis cum eodem domino vicario vel alia pacta fierent hinc inde, quod comune Sen(arum) teneatur ad ea servitia et honores et pacta prestanda et facienda eidem domino vicario, ut pro rata tetigerit dictum comune Senen(se). (4) Si vero predicta comunia Florentie et alia societatis supradicte predicta tallia, pacta, servitia et honores non fierent et non concederentur, predictum comune Senarum a predictis omnibus liberum sit et absolutum et ad predicta nullo modo teneatur seu teneri intelligatur. (5) Item quod pacta et honores et gratias et privilegia idem dominus vicarius concedet et dabit comuni Senensi. (6) Interim vero predictus dominus

614. [a]) et — mercatorum *infra post verba* vel forma *(p. 577 lin. 3) in fine lineae add. or.*

vicarius per se vel per alium nullam contra comune Senarum nec in civitate vel comitatu Sen(arum) vel singulares personas dicte civitatis et comitatus faciet vel fieri faciet novitatem vel processum ullo modo vel forma.

Acta sunt hec et celebrata Senis in palatio episcopatus Senensis, in anno Domini MCCLXXXVI, indictione XIIII, die vigesimo nono mensis Iunii, in festo beati Petri apostoli. Coram magnificis viris dominis Nicholao et Frederigho comitibus Lavanie, domino Branchaleone archidiacono Parmensi, magistro Petro de Piperno cancellario et aliis pluribus testibus presentibus et rogatis.

(S. N.) Ego Iohannes Paganelli notarius predictis omnibus interfui et ea de rogatu et mandato predicti magnifici et reverendi viri domini Precçiualli vicarii in Tuscia generalis et domini pape subdiaconi et cappellani subscripsi et publicavi rogatus. In cuius rei testimonium et robur omnium predictorum mandavit idem dominus vicarius supradictus presentes suo sigillo pendenti muniri.

615. *PROMISSIO DE TRACTATIBUS SERVANDIS.* *Oct. 13. 15.*

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii, quod in suos etiam usus vertit Ficker l. c. 490 nr. 487. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indict. XV, die dominico XIII. Octubris. Oct. 13.

(1) Pateat evidenter, quod Iacobus quondam domini Renaldi Gilii sindicus et procurator comunis Sen(ensis) et potestatis et dominorum quindecim et consilii et officialium et hominum civitatis Sen(ensis), constitutus in presentia magnifici et reverendi viri domini Perçivalli de Lavania subdiachoni et cappellani domini pape et sacri Romani imperii vicarii in Tuscia generalis dixit: 'Cum comune Sen(ense) usque hodie et etiam hodie sit in termino et sub termino vero pro omni et de omni precepto et monitione, quod et quam[a] ipsi comuni et alii pro comuni actenus fecissetis vel fecistis vel facere seu fieri facere debuissetis vel debuistis sive mandastis quocunque modo et ex quacunque causa, et precipue de precepto et monitione, quod et que facta fuit in generali parlamento seu colloquio apud Sanctum Miniatum, videlicet quod per comune Sen(ense) et eius sindicum legitime ordinatum vobis pro Romano imperio recipientibus fieret et prestaretur fidelitatis debite iuramentum et darentur et assignarentur et reasignarentur bona et iura imperii, que ipsum comune Sen(ense) habet et tenet, si qua habet vel tenet, ego Iacobus predictus sindicatus et procuratorio nomine pro dicto comuni presento me coram vobis et intendo et volo vobis ostendere et offerre et fidem facere et coram vobis uti iuribus dicti comunis.' (2) Quibus per eundem dominum vicarium auditis et intellectis, dictus dominus vicarius dixit et respondit: 'Comune Sen(ense) nec tu pro eo estis nunc in termino vel sub termino, quod iam est et sunt plures dies, quod terminus fuit elapsus.' Cumque per dictum sindicum iterato replicaretur et diceretur: 'Sic, sumus. Et scitis, quod terminum prorogastis usque in hodiernam diem', finaliter dictus dominus vicarius dixit: 'Eatis in nomine Domini, et in eo statu et termino, in quo nunc comune Sen(ense) vel tu pro eo estis, de mei voluntate concedo et volo, quod sitis, quousque pro vobis misero et vobiscum locutus fuero.'

Acta fuerunt predicta in arce castri Sancti Miniatis, die predicta, coram domino Bonaventura iudice olim Bencivennis et me Iohanne notario subscripto.

615. a) quem *or.*

Oct. 15. Insuper eodem anno et indictione, die Martis XV. mensis Octubris.

(3) Cum dictus sindicus et procurator ad petitionem dicti vicarii coram eodem esset domino vicario, iterato dictus dominus vicarius ad petitionem dicti sindici dixit:
Oct. 13. 'Dico, volo et recognosco atque concedo, quod a die dominica[b] proxime preterita citra usque hodie et etiam hodie per totam diem comune Sen(ense) et tu sindicus pro eo
Oct. 13. in eo statu estis et est dictum comune, in quo erat dicta die dominica[b] proxime preterita.' (4) Deinde sindicus et procurator predictus iuribus infrascriptis comunis Sen(ensis) pro ipso comuni usus est et verbis etiam infrascriptis in hanc formam:

'Ego Iacobus quondam domini Renaldi Gilii civis et ambaxator et sindicus et procurator comunis Sen(ensis) pro ipso comuni et eius nomine significo et notifico vobis egregio et magnifico viro domino Perçivallo de Lavania domini pape subdiachono et cappellano ac etiam in Tuscia sacri Romani imperii vicario generali pro illustri et invictissimo domino Rodulfo Romanorum rege, quod egregius et magnificus vir Rodulfus olim imperialis aule cancellarius et pro eodem domino rege in Tuscia vicarius generalis, utilitate provida et pensata et pro iusta et rationabili causa habuit cum dicto comuni Sen(ensi) seu eius ambaxatoribus et sindicis certam concordiam et tractatum, conventionem et pacta, et concessit eisdem comuni seu ambaxatoribus et sindicis pro comuni beneficium, indulgentiam, privilegium seu imunitatem in hanc formam:

'Rodolfus imperialis aule cancellarius — publicavi.' *supra nr. 606.*

Vobiscum etiam habuit dictum comune certam concordiam et tractatum iusta et rationabili causa in hanc formam:

'In nomine Domini — muniri.' *supra nr. 614.*

De quibus paratus sum vobis facere plenam fidem, et ecce quod in scriptis vobis offero copias predictorum et copiam etiam auctoritatis, potestatis et vicariatus prefati domini Rodulfi olim vicarii supradicti, et offero me paratum de originalibus facere vobis fidem et probare predicta et quodlibet predictorum esse vera, propter que dictum comune Sen(ense) a vobis non debet recipere novitatem, nec debetis procedere contra ipsum comune seu processum vel novitatem aliquam facere, propter quem processum vel novitatem predicta in aliquo recipiant lesionem contra intentionem predictorum vel alicuius eorum de iure vel de facto. Unde pro dicto comuni et nomine dicti comunis cum reverentia et ad dicti comunis Senensis excusationem vos requiro, ne contra dictum comune in aliquo procedatis vel contra predicta vel aliquod predictorum faciatis, set ea per singula servetis comuni predicto et, si contra fecistis in aliquo, revocetis.'

(5) Qui vero dominus vicarius, auditis et diligenter intellectis omnibus et singulis suprascriptis, dixit et respondit: 'Audivi et intellexi omnia et singula supradicta, que pro tuo comuni offerre et dicere voluisti, et dico me paratum attendere, facere et observare predicta, prout et quantum de iure attendi, fieri et servari debent.'

Acta, facta et celebrata sunt predicta omnia anno, die et indictione proxime suprascriptis. In arce castri Sancti Miniatis, coram domino Bonaventura olim Bencivennis iudice, domino Iohanne iudice de Sancto Geminiano et domino Guillielmo de Sancta Flora et pluribus aliis testibus presentibus et rogatis.

(S. N.) Ego Iohannes notarius quondam magistri Ildibrandini predictis omnibus interfui, dum per dictum sindicum coram dicto domino vicario agebantur, et predicta omnia rogatu dicti sindici scripsi et publicavi.

615. b) *sic or.*

616. *PROMULGATIO BANNI ET APPELLATIO BANNITORUM.*
Oct. 16. 17.

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii, quod iam edidit Ficker l. c. pag. 492 nr. 488. Ceterum cf. Ficker l. c. pag. 494 sq. nr. 489—493. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

(1) Cum ego Iacobus olim domini Renaldi Gilii sindicus et procurator comunis Sen(ensis) sindicatus et procuratorio nomine pro dicto comuni significaverim et notificaverim vobis egregio et magnifico viro domino Perçivallo de Lavania domini pape subdiacono et cappellano ac etiam in Tuscia sacri Romani imperii vicario generali pro illustri et magnifico domino Rodulfo Romanorum rege in hanc formam:

'Ego Iacobus quondam domini — revocetis.' *supra nr. 615 c. 4.*

Et vos predicta receperitis et responderitis, quod eratis paratus ea servare et tenere comuni Senensi, prout et quantum de iure servanda et tenenda essent, sicut de hiis apparere potest per publica instrumenta, et vos nichilominus, supradictis spretis et non servatis et cognitione non habita supra ipsis et examinatione et pronuntiatione aliqua non premissis, processeritis salva reverentia et excellentia vestra minus debite contra potestatem, quindecim, officiales et consilium civitatis Senensis et contra comune ipsius civitatis in hanc formam:

'In Cristi nomine amen.

(I) Quum potestas et quindecim et quilibet officiales super gubernatione civitatis Sen(ensis) deputati necnon consilium et comune dicte terre citati et requisiti fuerunt ex parte reverendi viri domini Perçivalli de Lavania domini pape subdiachoni et cappellani ac etiam in Tuscia et eius pertinentiis sacri Romani imperii vicarii generalis per nuntium et licteras domini vicarii supradicti, quatinus per sindicum legitime ordinatum et solempnes ambaxatores die XXI. mensis Iulii proxime Iul. 21. preteriti in castro Sancti Miniatis ad parlamentum coram ipso domino vicario comparere deberent ad obediendum et parendum mandatis ipsius, quod facere contepserunt, cumque etiam in dicto parlamento publice mandatum fuerit, preceptum et requisitum ex parte dicti domini vicarii omnibus episcopis, abatibus, prioribus et aliis prelatis quibuscumque provincie Tuscie et pertinentiarum eiusdem, comunibus civitatum necnon ceteris comunitatibus castrorum, burgorum, villarum eiusdem provincie ac sindicis et procuratoribus et ambaxatoribus et nuntiis earundem ac omnibus et singulis marchionibus, comitibus, capitaneis, valvasoribus, lambardis ceterisque baronibus et nobilibus provincie antedicte ac ipsorum procuratoribus et nuntiis, in quo parlamento inter ceteros alios erant presentes ambaxatores et sindicus civitatis Sen(ensis), quod facerent et prestarent et fieri et prestari facerent dicto domino vicario, recipienti nomine et vice excellentis et magnifici principis domini Rodulfi illustris Romanorum regis et semper augusti et sacri Romani imperii, et sibi tamquam vicario fidelitatis debite iuramentum usque ad Kalendas Augusti proxime tunc venturas, et quod dimicterent, restituerent, Aug. 1. assignarent et reasignarent libere ipsi domino vicario et in ipsius manibus atque potestate, recipienti quo supra, omnia bona, iurisdictiones et iura pertinentia et spectantia quocumque iure vel modo ad sacrum Romanum imperium et memoratum dominum regem usque ad terminum supradictum, et quod obedirent et parerent sibi tamquam vicario prefati domini regis et sacri Romani imperii, que omnia precepit fieri et observari debere sub pena eius arbitrio auferenda usque ad terminum antedictum, ut predicta omnia et singula in actis curie ipsius domini vicarii continentur. (II) Quare cum potestas, quindecim, consilium, comune et

homines civitatis Senarum predictarum predicta omnia facere contepserint in obrobrium predicti domini regis et Romani imperii ac etiam vicarii antedicti, ideo predictus dominus vicarius bannit et banniri facit et in banno ponit potestatem, consiliarios, quindecim gubernatores, consilium, comune et homines Senarum in triginta milibus marcharum boni et puri argenti, et privationis meri et misti imperii et omnis[a] iuris et iurisdictionis, et quod capi et detineri possint et eorum bona occupari per totam provinciam Tuscie et per totum Romanum imperium impune. De quibus captis, detentis et occupatis tam realiter quam personaliter due partes applicentur camere dicti domini vicarii pro Romano imperio et tertia occupanti. Et si qua predictis de Senis per sotietatem vel alio modo debetur pecunia, quod debitores a restitutione et solutione abstinere debeant et ad solutionem vel restitutionem nullatenus teneantur, et instrumenta et testium dicta et contractus quicumque exinde facta suspensa et vana interim censeantur, donec predicti de Senis adimpleverint omnia supradicta. De quo banno exire non possint nec extrahi, nisi dicti potestas, civitas, consilium et comune per eos vel per legitimum sindicum legitime ordinatum venerint et paruerint et fecerint et prestiterint infra quinque dies dicto domino vicario et coram ipso nomine quo supra omnia predicta et singula et quodlibet predictorum.

Datum et factum fuit dictum bannum per eundem dominum vicarium pro tribunali sedentem et gridatum per Benvenutum publicum bannitorem dicti domini vicarii, sono tube premisso, in platea arcis castri Sancti Miniatis, et lectum per me Bonaiutum de Burgo Colline notarium ipsius domini vicarii. Presentibus testibus domino Dončevallo de Goçardinis de Bononia potestate Aretii et Nerio Berardini comite de Sarteano, domino Andrea iudice capitaneo Sancti Miniatis dominis Berto, Rodulfo et Iacobo de Malpiglis dicti loci, domino Bindaccio de Galençano milite capitaneo Sancti Miniatis, domino Orlando de Veçano, domino Alberto marchione Malaspine, domino Branchaleone archidiachono Parmensi, Nese et Totto de Amma-
Oct. 16. natis et pluribus aliis. Die Mercurii XVI. Octubr., sub anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indictione XIIII, pontificatus domini Honorii pape IIII. anno II.

Ideo ego Iacobus sindicus supradictus sindicatus et procuratorio nomine pro dicto comuni, sentiens pro dictis domino potestate, quindecim et officialibus comunis Sen(ensis) et pro ipso comuni Sen(ensi) et hominibus dicti comunis, et predictos potestatem, quindecim et officiales dicti comunis et ipsum comune et homines dicti comunis indebite et contra iustitiam gravari et gravatos esse ex processu supradicto et banno et ex omnibus et singulis, que in predictis processu et banno continentur, ab ipsis processu et banno et omnibus et singulis, que in ipsis processu et banno etcirca ea et eorum occasione continentur, tanquam ab iniquis, iniuste et perperam prolatis et factis ad serenissimum et illustrissimum dominum Rodulfum Dei gratia regem Romanorum et semper augustum et ad ipsius regiam maiestatem et ad summum pontificem et ad quemlibet iudicem competentem et ad quem melius et rationabilius super hoc negotio valeat appellari et ad quemlibet eorum in solidum in hiis scriptis appello et appostolos instanter peto et iterum peto, salvo iure michi [pro] predictis et quolibet predictorum et dicto comuni procedendi, coram quocumque predictorum voluero et voluerunt predicti et predictum comune et potero et poterunt predicti et quilibet predictorum magis rationabilius et de iure. Et de predictis omnibus vobis domino vicario supradicto per manum Iohannis notarii infrascripti scriptam in scriptis copiam relinquo et dimicto. (2) Post que incontinenti pateat evidenter, quod dominus vicarius supradictus dixit: 'Et ego dico tibi dicto sindico sindicatus nomine recipienti,

616. a) oīm *or.*

quod si qua iniuste feci vel ad aliquid iniuste processi contra comune Sen(ense) vel officiales dicte civitatis seu homines civitatis ipsius, paratus sum retractare et revocare.' Et dictus sindicus sindicatus et procuratorio nomine pro dicto comuni Sen(ensi) et hominibus ipsius dixit et respondit: 'Et ego, domine, paratus sum recipere et libenter recipio, si gravamen retractare vultis de predictis, et per me non stat aliquo modo.'

Acta fuerunt predicta omnia in arce de Sancto Miniato. Coram domino Bonaventura iudice olim Bencivennis, Rigaluccio Paganelli, Andrea olim Iohannis de Panchole et Socço Venture testibus presentibus. In anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, indictione XV. secundum usum civitatis Sen(ensis), die Iovis septimo decimo mensis Octubris.[b] Oct. 17.

(S. N.) Ego Iohannes notarius quondam magistri Ildibrandini predictis omnibus interfui et ea rogatu dicti sindici scripsi et publicavi [1].

616. b) Iovis — Octubris *stilo acutiori scripta;* Iovis — deci *in loco raso or.*

1) *Iohannis comitis de Cabilone, quem Adolfus rex encyclica a. 1294. Sept. 10 fidelibus Tusciae directa supra nr. 531 vicarium constituerat, acta nobis servata non sunt. Cf. 'Neues Archiv' XXVII, 716 et XXIX, 571 nr. 1, itemque ea quae de tractatibus cum Florentinis habitis de pecunia solvenda, quam commune* presentialiter transmittere vult ad curiam domini pape pro concordia facienda cum domino Iohanne de Cellona, qui se asserit vicarium in Tuscia Romanorum regis *(1295. Sept. 23), ex Libris Provisionum communis Florentiae vulgavit Davidsohn 'Forschungen zur Geschichte von Florenz' III, pag. 55 sq. nr. 236. 238.*

APPENDIX III.

ACTA QUAE AD PONTIFICES ROMANOS SPECTANT.

---

617. LITTERAE GREGORII X. PAPAE AD ALFONSUM REGEM.

1272. Sept. 16.

Litteras pontificis, quae cum ad Rudolfi regis futuram electionem spectent, hic potius subiungendae sunt, praebet Registrum Gregorii X., iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 37 fol. 57. Repetimus editionem, quam paravit Guiraud 'Les Registres de Grégoire X' pag. 65 nr. 192, in minutiis correctam. De indole cf. Regesta imperii VI, pag. 3 et H. Otto loco supra ad nr. 21 citato pag. 16 sq. Cf. etiam infra nr. 622. — Potthast 20604. Registres de Grégoire X. 192. (P. deest.)

. . Illustri regi Castelle ac Legionis, in Romanorum regem electo.

(1) Dilecti filii, frater Aldermarus de ordine Predicatorum et magister Fernandus canonicus Zamorensis, tui procuratores et nuntii, habentes a te sub tuo sigillo liberum et generale mandatum ad petendum pro te ac tuo nomine a nobis et fratribus nostris sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus inunctionem, consecrationem et imperii coronam ac assignari tibi diem ad recipiendum easdem, et ad petendum favorem ipsius ecclesie tibi medio tempore impendi pro iuribus et honoribus imperii prosequendis et etiam conservandis, ad petendum etiam cum instantia revocari, quicquid in preiudicium tuum vel iuris in imperio tibi debiti post electionem de te factam et consensum a te prestitum per aliquem vel aliquos extitit innovatum circa iura imperii vel aliquam eius partem in tuum preiudicium et gravamen, in nostra et eorundem fratrum presentia constituti tuo nomine petierunt, ut te ad recipiendum inunctionem, consecrationem et coronationem in imperatorem vocaremus et assignaremus tibi certam diem, qua venires, predicta omnia recepturus, quodque tibi debitum et consuetum favorem medio tempore prestaremus et hoc faceremus secundum formam et iustitiam consuetam. Dicebant autem id debere concedi, pro eo quod qualis et a quibus et sicut et ubi debuisti, fueras in Romanorum regem electus in imperatorem postmodum coronandus. Predictis quoque secunde petitionis articulum adiungentes, videlicet ut ea que post electionem tuam et consensum adhibitum circa iura et possessionem imperii vel aliquam eius partem tibi quesitam per aliquem vel aliquos innovata fuerunt, deberent in irritum revocari, cum iure tuo, possessione vel quasi privari non debeas sine causa. Tertio

petierunt, quod inhiberemus imperii electoribus, ut prima petitione durante ad aliquem alium non procederent eligendum de facto, cum de iure non possint. Et demum huiusmodi tertiam petitionem nostro arbitrio committentes, protestati fuerunt, quod predicti electores ad aliquam aliam electionem procedere non deberent in tuum preiudicium et gravamen, et ne contra fieret, [ad] sedem apostolicam appellarunt, asserentes ex causis se legitimis appellare.

(2) Cum autem ad investigationem veritatis super huiusmodi petitionibus in consistorio publico cum ipsis tuis procuratoribus et aliis iurisperitis eisdem in prosecutione tui iuris assistentibus quasi familiariter conferremus, inter cetera tangebatur, quod clare memorie Riccardi in Romanorum regem electi electoribus non vocatis vel saltem denunciatione aliqua non facta eisdem, non erat ad expeditionem petitionum huiusmodi procedendum, cum eorum videatur specialiter interesse, utpote cum ius eligendi regem Romanorum in imperatorem deinde promovendum sibi vindicent, et in pacifica esse dicantur ipsius possessione vel quasi. Ex quo etiam arguebatur, non posse nec debere inhiberi eisdem, quominus huiusmodi sua possessione libere uterentur, alium, si eis videretur expediens, eligendo. Ex hoc insuper manifesta quedam tua ratio videbatur insurgere, per quam dicte petitiones videntur non esse aliquatenus admittende, quia si contingeret easdam petitiones admitti et interim dictos electores in alium consentire, cum non possemus electo taliter audientiam sine iniuria et gravi scandalo denegare, cogeremur habitum pro te recensere et forsan, urgente iustitia, revocare processum, quem petitiones admittendo predictas iustum videremur antea censuisse. Hiis et aliis in collationem deductis huiusmodi receptisque quibusdam allegationibus ab eisdem tuis procuratoribus super illis tandem actis et statu eiusdem negotii sollicite repetitis, invenimus per quondam magistrum R(odulfum) de Podio Bonizi procuratorem tuum[1] articulos diversos oblatos, et ipsum procuratorem se admitti ad probandum eosdem in Alemannia, Francia, Ispania, Italia et nichilominus in curia Romana tuo nomine cum instantia postulasse, ac ipsos et alios, quos dilectus filius magister G. de Corneria procurator memorati R(ichardi) eius nomine obtulit, per felicis recordationis C(lementem) papam predecessorem nostrum de fratrum suorum consilio fuisse, prout facti qualitas suasit, admissos, et tandem, assignato utriusque partis procuratoribus tui et memorati Ricardi nomine ad probandum eosdem articulos termino, propter impedimenta varia circumducto, demum iterato ad multam tuorum specialiter procuratorum instantiam ad idem alium prefixum terminum et in predictis provinciis assignata loca, in quibus testium productio fieret, ac examinatores ipsorum nichilominus deputatos. Et quia inter moras eodem predecessore viam universe carnis ingresso, nullus circa probationem eorumdem articulorum ex premissis habitus est processus, cum nullum de iure sit dubium, iuri tuo nichil ex dicti R(ichardi) obitu accrevisse, quia electio tua vires ex post facto non sumpsit, si nequaquam a principio habuisset, nec ex casu partis alterius fulcimento aliquo indigeret, si rite fuerat celebrata, predictos fratrem et canonicum, tuos procuratores, publice in eodem consistorio interrogavimus, utrum vellent prefatis articulis pro parte tua oblatis insistere ipsosque probare an eisdem renunciare seu ipsis omissis, quasi esset in huiusmodi conclusum negotium, expectare finalem ordinationem ipsius.

(3) Verum ipsi dicentes, quod ad ista respondere non poterant nec debebant, utpote ad petitiones tuas primo propositas deputati et ad instrumenta et chartas, que habebant in curia, ostendenda et ad responsionem super dictis petitionibus audiendam, demum litteras ac instrumenta quam plurium magnatum de Alemania et aliquarum civitatum et singularium personarum de Italia, ut dicebant et earundem litterarum series pretendere videbatur, in nostra et eorundem fratrum presentia exhibere curarunt, protestantes expresse, quod etsi premissa, ut eorum verba sequamur, facerent coram nobis

1) *Cf. supra tom. II, 499 nr. 396. 397.*

tanquam coram iudice, qui petita facere poterat et debebat secundum iustitiam consuetam in aliis promovendis ad coronam imperii a nostris predecessoribus observatam, non tamen hec petebant nec exhibebant nec faciebant coram nobis, ut in figura iudicii, sed de plano ad instructionem et informationem nostram et fratrum nostrorum super iure tuo et exhibitione iustitie consuete. Ac insuper asserentes, quod credebant ex eisdem instrumentis et chartis exhibitis et ex hiis, que per ipsos proposita fuerant coram nobis, et per alios tuos et imperii nuncios coram nostris predecessoribus a quindecim annis citra necnon et ex qualitate facti, quod publicum per famam, immo notorium communiter reputari dicebant, nos et eosdem fratres nostros super iure ac iustitia tua sufficienter instructos petierunt, institerunt et etiam supplicarunt, ut dictas petitiones dignaremur admittere cum effectu et ad eas utiliter et celeriter respondere, salvis protestationibus omnibus, quas in hoc negotio ipsi tam in propositione publica quam privata proposuerunt, in suo robore duraturis, cum tamen frequenter protestati fuissent, quod nequaquam renuntiare probationibus intendebant, sed si opus esset, potius uti eis.

(4) Sane licet nos debitum non urgeret officii, dictos tuos procuratores instruere, sed iuxta qualitatem petitorum respondere sufficeret ad petita, illa tamen, quam ad te gerimus, coegit affectio, ut benigne tecum et cum ipsis agentes, ne votiva nobis instantis expeditionem negotii per ineptas petitiones contra nostrum desiderium contingeret impediri, eis premisse prime petitionis ostenderemus ineptitudinem nec secunde iniustitiam taceremus. Siquidem prima petitio, cum ipsius negotii decisionem exigat cum protestatione, quod adhuc probationibus uti liceat, se non compatitur nec cum ipsa concurrit, sive namque ipsam admitti sive finaliter et decisive repelli contingeret post decisum alterutro modo negotium, nullus profecto locus probationibus superesset nec probationum facultate pendente. Sed demum post renunciationem probationum expressam vel conclusionem saltem explicitam seu interpretativam ex iure sunt negotia finali calculo terminanda. Secunde vero petitionis iniustitia procul dubio late patet. Quomodo enim, dum de iure, quod in imperio tibi asseris acquisitum, pendet examen, procedere iuste potest illa petitio, qua pro parte tua petitur revocari quicquid innovatum est in preiudicium iuris tui, cum illud adhuc incertum sit et ex incerto iudiciorum pendere videatur eventus, maxime cum caveatur in iure petitori, pendente controversia super rei dominio alicuius interim ipsius rei ratione ius aliquod vendicanti, exceptionem obstare, ne maiori questioni fiat preiudicium per minorem.

(5) Porro cum ad vicariam in Tuscia carissimo in Christo filio nostro .. regi Sicilie illustri eiusdem sedis auctoritate commissam et potestarias in quibusdam Tuscie ac Lombardie civitatibus a rege ipso eiusdem sedis tolerantia seu permissione susceptas ipsius petitionis feratur intentio, prout eam proponentium expressio continebat, expresse supplicantium, quicquid circa illas factum fuerit revocari, ex hoc eiusdem petitionis iniustitia evidentius apparebat. Quod auctoritatis commemoratio eidem regi prestite in premissis manifeste docebit. Dudum siquidem dictus predecessor noster prudenter attendens, quod cum ad prelatos omnes et episcopos maxime spectet, in suis diocesibus exhortationibus prius et demum sua iurisdictione ac auctoritate revocare ad concordiam discordantes, ad ipsum singulariter pertinebat in universali ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere ac ipsam facere diligentius observari, et potissime in eisdem Tuscie ac Lombardie partibus, que imperiali destitute regimine in hiis provisionem ipsius et dicte sedis specialiter expectabant, de ipsorum fratrum consilio salubriter ordinavit, ut incole partium dicte provincie Tuscie, ipsi subiectarum imperio, iurarent pacem se inviolabiliter servaturos et eam studerent fideliter observare. Non intendens, quod per hoc aliquis sui iuris prosecutionem omitteret, sed ut illud non viribus, sed iuribus prosequeretur coram iudice competenti, ne si quisquam sine sui magistratus imperio sibi ius dicere propria temeritate presumeret, pacem provincie

non absque gravi aliorum dispendio perturbaret. Pacis autem huiusmodi eundem regem a principio constituens servatorem, deinde ut in commissa sibi provincia singulis suam reddendo iustitiam pacem melius conservaret, cum pax iustitie sit opus et fructus, ipsum ut haberet exhibende omnibus iustitie potestatem, vicarium sub certa forma in eadem provincia Tuscie constituit generalem. Et demum cum post labores innumeros et expensas non modicas, reductis rebellibus per suum ministerium, toti eidem provincie pax saltem publica proveniret, idem predecessor, regiminis regis ipsius utilitate pensata, patienter toleravit seu non indigne permisit, eundem potestarie officium in civitatibus Lombardie, que illud sibi offerrent, licite recipere ac libere, prout suaderet iustitia, exercere, potissime cum secundum conventiones habitas inter ecclesiam et ipsum in concessione regni Sicilie sibi facta, ipsas recipiendi facultas non adimatur eidem, dum tamen in maiori parte ipsius provincie dominium non presumeret usurpare. Iniuste itaque dicebantur innovata et procul dubio petebantur iniustius, maxime tuo nomine, cum de iure tuo nondum constet, ut predicitur, revocari ea, que tanti auctoritate pretoris ex causa tam rationabili sunt concessa.

(6) Ceterum memorati tui procuratores et nuntii super hiis patenter et diligenter admoniti explicite responderunt, quod predictas petitiones nec moderari poterant nec etiam variare, utpote certo a te super illis mandato recepto. Regalis igitur excellentie circumspectio colligat, que de premissis exigente iustitia responsio subsequatur, cum primam earundem petitionum tamquam sibi contrariam et ineptam sua ineptitudo repellat, secundam vero velut evidenter iniustam iustitia manifesta confutet. Et ideo ipsas, quantumcunque tui zelemus honoris augmentum, considerato eiusdem statu negotii, de ipsorum fratrum nostrorum consilio non duximus admittendas.

Dat. apud Urbemveterem, XVI. Kalendas Octobris, anno primo.

---

618. RELATIO NUNTIORUM REGIS FRANCIAE.

(1273. Iul.)

Documentum gravissimum, in quo primum de imperii corona regi Franciae concedenda tractatuum cum pontifice habitorum mentio fit, denuo cum autographo tabularii Parisini 'Carton J. 318' nr. 79 lectu difficili, correctionibus admodum pleno contulit socius noster A. Werminghoff. Edidit Champollion-Figeac 'Documents historiques inédits tirés des collections manuscrites de la Bibliothèque Royale' I (1841) pag. 652 sq. 'd'après une copie ancienne à la Bibliothèque royale, collection Dupuy, vol. 563'.[1] *Cf. Regesta imperii VI, pag. 3, H. Otto loco supra ad nr. 21 citato pag. 18 sq., itemque ea quae iam olim disseruit J. Heller 'Deutschland und Frankreich in ihren politischen Beziehungen vom Ende des Interregnums bis zum Tode Rudolfs von Habsburg' (1874) pag. 23 sqq.*

(P. deest.)

1. Nos trovames a Florence le pape, le roi de Cesile et monsignour Symon[2], monsignor Otobum[3] et nos asseblames tuit an la maisum monsignor Symon, quart il estoit un poi desaities, et la lor deimes, por quoi nos estiens venu, an tel menire, que

1) *Quae videtur esse saec. XVII. Cf. L. Dorez 'Catalogue de la collection Dupuy' II (1899), 72.* 2) *Cardinalis presbyter tit. S. Caeciliae, postea Martinus IV. papa.* 3) *Cardinalis diaconus tit. S. Adriani, postea Adrianus V. papa.*

maistre P(ierres) lor retrait premierement les paroles ainsis com ilcil chardenal[a] li avoient parle de par nostre signor l'apotole, si com il disoient[b], que vous preissies l'ampire, et comment il li avoient[c] montre les grans biens, qui en porroient venir, et les tres grans profieis, qui en porroient naitre, si vous le prenies. Et ansis il[d] vous avoit ceste chose montree de par eus, et coment oïe ceste monstrance de par eus de tres grans biens et de tres grans profieis, que vous porries faire, vos pansates an la chose et nous anvauastes ici ad eus et a nostre signor l'apotole por dire et por monstrer la volente et la pansee[e], que Dieux vous avoit donee an ceste chose. Et dit lor maistre Pierres: 'Maistre Nichole, or lor dites'. Lors nos lor deimes an tel meniere:

2. (I) 'Vers est que acunes gens et grans gens ont aucune fois parle au roi de panre cest ampire, mes il ne li monstroient pas ices grans biens et ces grans profies, qui en porroient venir quant a l'esaucement de la foi crestienne, ansoit sen plus li loeent por les richeces et por les honors terrienes, et por ce li[f] rois an prisoit petit la parole, ne n'avoit pas grant cure de l'oïr. Mais quant il oït, que maistre[g] P(ierres)[h] li monstra de par l'esglise[i] tant de biens, qui en porroient venir, li rois, qui ia avoit certain proposement[k] de faire le servise nostre Signor et tres grant volente[l] de soufrir grans paines et grans travaus por faire le Dieu plaisir, ne ne redouteroit[m] a anpanre et a souffrir grans fais, por quoi il deut torner[n] a l'onnor Deu et a la loenge de son non, et a l'esaucement de sainte esglise et de la foi de crestiente, et an ce ne douteroit-il a metre ne cors ne avoir ne chose que il poit faire, oï et entendi par ce que maistre P(ierres) li raporta de par vous, que ce estoit la voie, par quoi il porroit a ce[o] venir. Si nous avoia ici a nostre signor l'apostole et a vous por avoir consoil[p] de l'esglise, que l'esglise li consileroit de ceste chose de penre l'ampire, se il istoit apeles. Et ce est la premiere chose, que il nos ancharga.

(II) La[q] secunde, de ce que ce l'esglise li consiloit que le prenist, et requiroit que l'esglise li monstrat le raisons, ou fait monstrer, par quoi ele li consileroit ceste chose, por ce que par ces meismes raisons poissent estre atrait li cuer de ses barrons et de ses prelas de son roiaume a voloir et a loer li ce que l'esglise li auroit consile, an tel meniere que chacuns [fust][r] plus ancoragies et plus volenterius de aider a achever ce que il averoit aide a loier et a consilier.

(III) La[q] terce chose ce est de savoir, que laide l'esglise li vouroit faire an porter et an panre si grans fais por faire le servise nostre Signour, et meiment l'esglise de outre mons, qui mout se deveroit esioïr, ce elle estoit governee quant a sa temporalite par tel prince et delivre seroit[s] et a seur de turbations et des aversites que el a soffert longuement au tens de autres princes.'

3. Ices[q] choses oieus, il nos consilarent que a nostre signor l'apostole nos ne parlisiens mes que san plus de la premiere chose: ce est a savoir de dire la bone volente, que Deus avoit dene au roi de faire son servise, et de demender lors le consoil l'apostole, que il consileroit de prande cest ampire, quar demender les roesons ore droit, tant que il eut randu son consoil, ne demendeir aide, n'avoit pas leu. Et bien pooit li rois savoir que se ceste chose se faisoit, que il averoit[t] de le esglise quanque il vouroit.

618. a) ilcil chardenal *eadem manu supra lineam or.* b) de par — disoient *supra lineam or.* c) il — avoient *supra lineam or.* d) ansis at (?) il *super* coment il *deleto or.* e) et la pansee *supra lineam or.* f) et — li *in loco raso or.* g) tre *in loco raso or.* h) P. *supra lineam or.* i) de — eglise *supra lineam or.* k) qui — proposement *in loco raso or.* l) tres — volente *supra lineam or.* m) re *supra lineam or.* n) *sequitur* alescau ? *deletum or.* o) a ce *supra lineam or.* p) *sequuntur* que ce les eglise lapostole et cest li consilerie *omnia deleta or.* q) *praecedit signum paragraphi or.* r) *deest or.* s) *sequitur* de *deletum or.* t) ā samāt *sequitur deletum or.*

4. L' endemain[u] nos alames a l'apostole et li dit maistre P(ierres) la parole, et li deimes li uns et li autre, ce que nous poimes de bien et seumes, et fina sour ce que il nous dit sa volente et son consoil sor ce. Et lors il nous respondi que, quant estoit de sa volonte, il vouroit mout que la chose se feit, et que vos esties li princes de quoi il vouroit plus et son prou et s'annour, et de que il auroit plus grant joie, se Deus voiloit que la chose avenit. Mais son consoil randre sur ce ne oseroit-il mie, tan il i eut[v] panse, quar il i voiet mous de raisons et de ça et de la. Et disoit que sor tous le roiaumes li vostre estoit cil qui amoit, et mout se douroit, ce il changoit l'estat de pais, a quoi il avoit ansis comme tote este. Et meiment por ce que li rois de Casteile il demendee droiture, et ne pevroit estre sans crandre se il, qui doit estre juges de la chose, de quoi l'en li demende droit, consiloit a un autre, que la prenit ançois que li drois fu randus. Mais biens seuses-vous que, se la chose se faisoit, il i meteroit tout le consoil, toute l'aide que il porroit por vos, si que a ore droit, tant que il i eut plus panse, il ne nous poioit autre chose dire.

5. Puis[u] rasanblames a lui tuit, for le roi, a Sainte-Crois, et la il nous respondi, que il n'avoit chose pansee, pas il nous poit autre chose respondre que ce que respondu nous avoit. Et lor nos mit a[n]core an ferme esperance de s'aide, et plus que il n'avoit onques mais fait[w], se la chose faisoit. Puis plusors fois parlames aus cardenaus de ceste besoinge, il[x] lors en escrisrent et an sont mout curious. Et li rois si entredeus nous reme[n]da, que nous revenissions a li. Nous eumes consoil a monsignor[y] Simon, puisque l'apostoles ne nous voloit plus dire, que nous alisiens panre congie de lui. Si feimes nous et li deimes, que nous volions aler au roi: et il nous dit: 'Vous revenres par ci, reparles ancor a moi, et se ge avoie ci antredeus chose panse, qui feit a le besoingne, si la vous diroie'. Lors nous alemes au roi, qui nous ancharga mout de raisons, parce quoi et vous et tout vostre consoil, se li se[m]bloit, se deveroit mout estre meus a consilier vous, que vous preinses l'ampire. Pui ce nos preimes congie de lui et[z] retornes a l'apostole. Et les trovames si forment dehaites, que li fisicians se detoient forment et tote sa mainie an estoient an grant deesperance, ne a lui nus ni parloit. Fume la par III ou IIII jors. Au darrenier il nous menda, que il ne vous veoit a dire autre chose mais que ce que il nous avoit dit, et que nos analisiens et vos saluiciens de par lui. Et ancis nos antornames.

6. Li[u] raisons le roi de Cesile[a] sont icestes:

I.[b] Premierement il doit prendre sun fondement de Deu, et se il funde ses ovres et ses fais sur tel fondement, ce est au servise Deu[c], eles serunt autes et fors et sans dotance de trebuchier, et il la et ne sera pas anemis de Deu ne d'on, qui de tel fundement le deservera.

II. Li roi et li prince ne doient mie desirer les honors terriennes por eles, mais tot por le servise Deu.

III. Se li prent garde au fait de ses ancissor, il ne se puet escuser de servise Deu faire. Vois sun pere, qui fu li predu con seut, qui fu II fois otremer. Li rois Loys mes[d] peres fu an Aubigois et an[d] revenant fu mors croises d'outremer. Li rois Philippes fu avec le roi Richart.

IV. Cil qui est de cissus doit regarder les bons fais de ses anssessour et les porseuire, et s'il i a aucun fait[e] qui ne face pas tant a louer, i doit bien ice laissier.

618. u) *praecedit signum paragraphi or.* v) *sequitur* plai *bis scriptum, sed bis deletum or.* w) et — fait *supra lineam or.* x) *sequitur* enseriu *deletum or.* y) *sequitur* sign *deletum or.* z) preimes — et *supra lineam or.* a) de Cesile *supra lineam or.* b) *numeros capitum Romanos* I — XV *praebet or.* c) ce — Deu *supra lineam or.* d) *supra lineam or.* e) *sequuntur duo verba illegibilia deleta or.*

V. A[f] fil de pruedome l'on demende plus qu'a fil de mauvais home. Dons ie li dis otremer que ansis com ses peres avoit meus valu que li siens, devoit-il mieus valoir de son pere[f].

VI. Dieux a done mout de graces au roi, de que il a tant que il le serve. Il est jones et vertues et possans plus de painne soffrir au servise Deu, que n'estoit li rois se peres de son age, plus riches, larges, debonaires, droituries et corageus.

VII. Apres ces choses affierent tres bien a grant prince et a home[g], qui doie avoir tres aute signorie.

VIII. Il sunt diverses menires de bien faire, et uns hons est plus tenus a l'unne menire que a l'autre[h]. Jeunes porter la haire et teus menire de bien faire ne li affier mie.

IX. Se il est dons ainsis, si comme j'ai dit par devant, que li rois est tenus de faire le servise Deu, et il n'i a voie si delivre, si aperte ne si decombree a le faire come est cete de prendre l'ampire, il ni autre, se il vout faire ce que il doit, que il le pregne, et que il n'i ait autre voie, il le monstroit ansis. Li roiaumes de France ne est que uns roaumes. Li rois, qui unt este ostremer por faire le servise Deu, ont essaie[i] et fait lor poir et si seit-on, combein il li ont porfeitei. Porquoi l'an li porroit dire au roi, que an vain se tormenteroit[k], quar cil meimes sodans[l] est plus fors que lors n'estoient li autre. Mais se il estoit anpereres, il porroit coeillir chevaliere de par tot le monde.

X. Apres il averoit milor marchie de siens meimes. Quar la sorris est tot prinse, qui ne seit que un pertois.

XI. Se uns autres est anpereres et soit bons, se il va an servise Deu et li rois i vet, cil qui seront la crestien ne seront mie d'une signorie, et par ce ne d'un acort. Et ce est ce qui tolli a faire grant fait au roi Ph(ilipp)e et au roi Richart, quant ils furent outremer. Si il est contraires au roi ou a l'esglise, et li rois est otremer, il le porra faire tot corrocier.

XII. Apres se il est rois de France et ampereres de Rome, il n'a garde de nelui, se il n'et que rois, que aucuns cas puet avoir garde de l'amperour. Quart d'autrui n'a-il garde.

XIII. Or diront auqun, ce est legier a dire mais fors a faire, que li roi poisse iusticier et avoir an pais l'ampire. Je monstre, que ce est tropt legier. Il a alience ou linage a VI rois, de Catelle, d'Arragun, de Navarre, d'Angleterre, de Cesile, de Ungrie, por la raison de roi de Ungrie, qui a la file au roi de Secile. Si que il n'i a que faire aliance a un poi d'Alemans, et li rois a bien de quoi, et a l'esglise, qui tout li abendone.

XIV.[m] Apres li rois ne prent mie l'ampire, que por faire le servise Deu, que il plus fort chevalerie puisse assenbler contre les annemis de la foi, ne il ne la prent mie a heritage, si que il ne la prent mie por ce principaument, que il recovre totes les droitures de l'ampire, que il mette pais antre Lombards et Toques[n], se il vuelent estre mavais et divers, san se que il an doit bien faire, tant que il samble que il an face sa patrie saue, ne se met mie sun eritage, si que la chose est plus legiere, que il ne semble.

XV. Apres ce est grans honours a la chevalerie de France et grans preus puet estre que lor sire soit par desus tous le signors dou monde. Je sai ce que ceste raison ne soit pas soffisans, sans les premieres.

618. f) *cap. V supra lineam add. or.* g) *sequitur* qui doie *deletum or.* h) *sequitur* Li rois ne *deletum or.* i) essaia *or.* k) *sequitur* se *deletum or.* l) *supra lineam or.* m) *reliqua in tergo membranae scripta sunt or.* n) Toqs *or.*

619—621. RELATIONES EPISCOPI OLOMUCENSIS PONTIFICI PORRECTAE.

(1273.) Dec. 16.—1274. Iul. 12.

Proponimus collatione adhibita, quam benivolenter nobiscum communicavit vir d. B. Bretholz ex autographis tabularii Vaticani paratam. Editiones priores documentorum nr. 619. 620 apographis tantum nituntur.

619. *LITTERAE AD PAPAM DATAE. (1273.) Dec. 16.*

Servantur Arm. XI c. VII nr. 17. In verso inscribitur: Sanctissimo patri domino suo domino G. sacrosancte Romane sedis summo pontifici. *Sigilli vestigia desunt.* *(P. deest.)*

Sanctissimo patri domino suo domino G(regorio) sacrosancte Romane sedis summo pontifici B. Dei gratia episcopus Olomucensis debitam reverentiam devotaque pedum oscula beatorum.

Sanctitatis vestre litteras et mandatum quod continebant reverenter, ut decuit, suscepimus et devote et si non exacta, ea tamen qua potuimus iuxta condicionem temporis sumus illud diligentia executi. Quia vero in missione litterarum, quas vobis rescripsimus, tardasse videmur, supplicamus humiliter et devote, quatinus sanctitatis vestre clementia nos in hoc excusatos habere dignetur. Receptis enim litteris vestris ad exequendum id quod continebant nulla prius propter diram guerre commotionem inter serenissimum dominum nostrum regem Boemorum illustrem et dominum Ungarie regem nobis obtulit se facultas. In hiis eciam, que sanctitati vestre sub spe fiducie scripsimus, provida et circumspecta discretio vestra nobis quod necessarium arbitramur valde cavere dignetur.

Dat. XVII. Kal. Ianuar.

620. *RELATIO DE STATU ECCLESIAE IN REGNO ALEMANNIAE. (1273. Dec. 16.)*

Servatur ibidem nr. 16. Litteris supra nr. 619 inclusa erat. Cf. Regesta imperii VI, 42 d et ea quae nuper disseruit J. Goll 'Mittheilungen des Instituts' XXIII, 487 sq. *(P. deest.)*

1. Quoniam dies mali sunt, ad instantis temporis maliciam redimendam, immo pocius propulsandam vestre providentia sanctitatis indixit concilium, ut communi consilio malis communibus occurratur. Inter cetera mandans nobis, quatinus ea, que in regno Alemanie et partibus convicinis, prout facultas aderit, sive in clero cuiuscumque religionis aut status vel in reliquo populo christiano utriusque sexus, sive in infidelibus cuiuscumque secte vel ritus conversantibus inter eos, quatenus per illos christiana religio infici potest seu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigere videntur, per nos aut alios viros ad hoc ydoneos, non quidem per testes iuratos seu alias ordinaria inquisitione, set alia investigatione, que per familiares collationes et alios diversos indagandi modos cum religiosis et aliis execrantibus maxime vicia colentibusque virtutes haberi poterit, diligenter exquirentes ea sigillatim, distincte et aperte conscripta, necnon et consilia de remediis adhibendis ad correctionem et reformationem illorum sub sigillo nostro per aliquos fideles nuncios ad presentiam vestram mittamus, in missione huiusmodi tempus ipsius preveniendo concilii per sex menses, ut interim haberi possit conpetens discussio et plena deliberatio ad oportuna exquirenda, ut decet, antidota

circa illa per approbationem eiusdem concilii adhibenda. Volentes nos omni cautela et diligentia providere, ut ad investigationem predictorum taliter procedatur, quod nulli per hoc irrogari possit infamia nec adversus aliquem proinde scandalum suscitari. Quod quidem intelligimus de personis specialibus, non in genere, presertim cum mandaveritis in clero cuiuscumque religionis aut status in regno Alemanie et partibus convicinis sive in reliquo populo christiano utriusque sexus fieri hoc debere.

2. Nos igitur in hiis vestro parentes mandato, non secundum opinionem procedere intendentes in hiis, que per experientiam didicimus, quod scimus loquimur et quod vidimus protestamur: Quoniam secundum apostolum periculosa tempora[1] iam venerunt, in quibus homines se ipsos amantes preponunt commodo reipublice rem privatam, unde non solum in regno Alemanie, set ubique hec pestis in tantum invaluit, quod quantum est in hominibus sive spiritualibus sive secularibus, horrentes iuga superiorum in regum electionibus et eciam prelatorum aut tales eligunt, quos eis subesse oporteat pocius quam preesse, aut in diversos dividunt vota sua, duabus forsan de causis, ut plus emungant a pluribus quam ab uno, aut ideo, ut si voluerit unus procedere per rigorem iusticie contra ipsos[a], per alium defendantur. Ecce, pater et domine reverende, exemplum huiusmodi coram vestris oculis est et nostris, iam preteritum et iam instans: preteritum in electione regis Yspanie et comitis Richardi, et nunc regis Yspanie et comitis Rudolfi. Hoc ideo vobis scribimus, quia in littera prima, quam de concilio scripsistis super uno principali articulo celebrando, qualiter subveniatur Terre Sancte, eadem subventio iam debilitata videatur, cum imperii turbatio penitus turbet eam, cuius reformacionis consilii credimus esse summam, quod talis, si fieri posset, per vestrum consilium haberetur imperator, consilio concilii adiuvante, qui potenter ordinata pace in mundo posset esse huius executor negocii propria in persona.

3. Certe, domine reverende, si audemus dicere, videtur, quod tam spirituales quam seculares imperatoris potentiam iam abhorrent. Volunt quidem per Spiritum sanctum benignitatem imperatorum habere et per unigenitam sapientiam Dei patris imperatorem eligere sapientem. Sed quasi personam terciam abnegantes potentiam ipsam horrent, cum tamen velle et scire nichil valeant sine posse et magis expediens videatur, quod unius potentia, eciamsi aliquantulum malignari vellet, malignitatem aliorum nichilominus compescendo toleraretur, quam si sine compescente insolescerent universi. Illius saltem malignitatem mors deleret unius, plurium insolentiam de facili delere non posset, cum iam in consuetudinem devenisset. Hec de regno Alemanie sufficiant, quamvis in eis exprimendis nos diminutos pocius quam superfluos reputemus.

4. Confinia vero regni circa terminos nostros hec sunt: Ungaria, Ruschia, Lethonia et Pruscia. Hec vero sunt pericula a regno Ungarie christianitati imminentia: primum quod in ipso regno Cumani manutenentur, qui non solum alienigenis, sed eciam ipsius regni incolis atrociter sunt infesti, et modo apud alios minus solito preliandi, infantibus et senibus non parcentes, iuvenes et iuvenculas captivatos in sui ritus malicie deducunt consuetudinem, ita quod potentiam suam taliter iam multiplicaverunt per eosdem, quod ipsi Ungarie certum ex hoc imminet periculum et iactura et terris eciam convicinis. Item in eodem regno manifeste heretici et scismatici confoventur terrarum profugi aliarum. Ecce ipsa regina Ungarie est Cumana, proximi parentes eius gentiles sunt et fuerunt. Due filie regis Ungarie Ruthenis, qui sunt scismatici, desponsate fuerunt. Soror iuvenis huius regis Vathario est tradita ecclesie inimico. Rhuteni sunt scismatici et Tartarorum nichilominus servitores. Lethwani et Prutheni velud gentiles plures episcopatus Polonie iam penitus deleverunt. Isti sunt parietes proximi nobis, in quibus, cum ardeant, rem nostram agi[2] sine dubio iam videmus.

620. a) ipm̄ *or.*

1) *2. Tim. 3, 1.* 2) *Horat. Ep. I, 19, 19.*

5. Ut ergo de principibus Teutonie taceamus, qui adeo inter se sunt divisi, ut superiorem habere non intendant, quod desolationem et destructionem sue terre unus ab altero expectare videtur, unde ad christianitatem in nostris partibus defendendam vel ad dampna transmaritimarum partium propulsanda inhabiles sunt omnino, soli regno Boemie imminere videtur in partibus nostris defensio fidei christiane. Certe per has terras fuit introitus Tartarorum et iterum expectatur. Nisi ergo vestra paterna providentia cavere voluerit periculis iam vicinis, sic studens in acquisitione Terre Sancte, quod non relinquat in periculo terras istas, volentes vitare Karibdim, in Cillam utique incidemus.[1] De clero vero scribimus ita vobis, quod in illis quidem, que sunt de vita et honestate eorum, satis in aliis conciliis est provisum. De quibusdam vero emergentibus in terris nostris et nobis vicinis, nescimus autem, si sint generalia apud omnes, credimus ita esse, quod quoad paucitatem beneficiorum et eorum tenuitatem nimietas est eorum, qui gaudere volunt privilegio clericali, ex quo nobis, qui prelati simus, maxima perplexio consuevit oriri. Cum enim talibus provideri non possit, coguntur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, vel quod deterius est, nolentes fodere, artes mechanicas nescientes, quarum commercio vitam ducant, ad furta, latrocinia et sacrilegia convertuntur et in talibus comprehensi quandoque traduntur episcopis. Quorum tandem carcerem evadentes, perseverantes tamen malicia in consueta, iterum deprehensi suppliciis deputantur manibus iudicantium et consentientium inquinatis adeo, ut multitudinem effrenatam propter hoc accidat aliquando denunciari excommunicacionis vinculum incidisse, propter quod inter prelatos et laicos frequenter scandalum suscitatur.

6. Placeat ergo sanctitati vestre, ex quo tanta est distantia episcoporum in partibus nostris, quod de facili ad degradationem talium convenire non possint in talibus casibus, ubi incorrigibiles inveniuntur clerici, primo, secundo et tercio in factis enormibus deprehensi, valeat episcopus sine convocacione episcoporum eos solus in sua sollempni synodo[b] approbante ipsa synodo degradare, vel aliter propter multitudinem ipsos clericos capientium sine difficili accessu curie Romane ipsis laicis vestra studeat paternitas in absolutionis beneficio providere.

7. Sunt alia vero, in quibus clerum et ecclesias seculares conventuales seu parrochiales adeo contingit offendi, quod sedem apostolicam ab huiusmodi filiabus iam non oporteat expectare quod crescant, cum eas cottidie in rebus et iuribus minui et decrescere videamus. Illa enim ostensio, que per Dominum in ewangelio et per Moysen in veteri testamento leprosorum[c, 2] sacerdotibus debebatur, per quam peccantium confessio intelligitur, de medio est sublata. Predicacionis verbum, quod eis in commisso sibi populo competebat audiri, contempnitur ab eisdem. Ipsas conventuales et parrochiales ecclesias in diebus dominicis et festivis non contingit a populo frequentari et hoc maxime in civitatibus et oppidis, ubi Predicatores et Minores domicilia sua habent. Solent enim dicti fratres primo diluculo dicere missas usque ad horam terciam non cessando, preter unam autem, quam dicunt sollempniter in conventu, legendo breviter continuant plures missas; et quoniam gaudent brevitate moderni, populus querit pocius missas illas, conventualibus et parrochialibus ecclesiis pretermissis. Consueverunt eciam dictis missis fratres detinere populum per sermonem, quare alias ecclesias non visitant, ut deberent. Consueverunt eciam dare indulgentiam duorum, trium, quatuor, decem et plurium annorum in diebus sollempnitatum suarum et per octavas earum de indulgentiis, quas a singulis episcopis colligere consueverunt. Vidimus eciam quasdam litteras papales, quas habent, indulgentiarum cottidie centum dierum eis, qui visitaverint ecclesias eorundem. In quibus omnibus non solum ecclesiis civitatum ipsarum, sed eciam liminibus sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum, que exinde non frequentantur, sicut

620. b) synado *or.* c) *sequitur rasura or.*

1) *Cf. Gualtherum ab Insulis († circ. a. 1200), 'Alexandreis' V, 301.* 2) *Cf. Matth. 10, 8. 11, 5. Levit. 14, 2.*

prius consuetum fuerat, non modicum derogatur. Vobis eciam, pater reverende, et aliis confratribus vestris et coepiscopis, legatis eciam a latere vestro missis non bene sedere videtur, quod cum in cottidianis predicationibus vestris et nostris non plus quam quadraginta dies dare consueverimus, eorum auctoritas excellere nos videtur. Quid ergo restat faciendum, immo nichil aliud fit cottidie, nisi quod nomen fratrum patribus preiudicet, sacerdotibus videlicet episcopis, immo vobis, et pastores ammodo dici non debeamus nec oporteat vultum agnoscere pecoris nostri in confessionibus nec pabulum eis predicacionis afferre nec curare infirmum nec consolidare confractum, cum ipsi de hiis omnibus nobis invitis et irrequisitis se cottidie intromittant, privilegiatos se in eo per sedem apostolicam asserentes. Unde quia non communicamus vivis, nec eciam communicamus defunctis sive in oblationibus sive in canonica portione. Habent enim dicti fratres in civitatibus quasi omnium hominum sepulturas. . Semen clericorum, quod in testamentis quandoque steterat, nunc a testamentis dinoscitur penitus cecidisse et legata sunt ab eis penitus relegata. Hec quidem sunt dampna, que clerus sustinet ab eisdem. Exinde autem plura convenientia subsecuntur. Certe cum Dominus beato Petro apostolo simul commiserit ius ligandi atque solvendi et cum contrariorum esse debeat eadem disciplina, miramur, qualiter ius solvendi habere se dicant, cum non habeant ius ligandi nec etiam habere vellent, cum etsi committatur eis eciam ab episcopis, quod aliquem excommunicent, reddunt se difficiles tamquam exemptos; timent enim ex hoc eis displicere, contra quos hoc esset forsitan faciendum. Volunt quidem bibere calicem vini meri, cum tamen plenus sit mixto, et fex eius non sit exinanita [1], bibendam illam clericis relinquentes. Videntur enim dicti fratres non curando curare, cum curam non habeant animarum. Utilitatem cure percipiunt et eius periculum recusantes habere, presunt sine sollicitudine, honorem cure habentes sine onere et sine discriminis proprii periculo, agnoscentes crimina aliorum. Item auctoritas eorum in confessionibus audiendis penitentiariorum vestrorum videtur excedere potestatem. Illi enim remittunt ad nos absolutos pro penitentia iniungenda. Isti vero absolvunt et iniungunt penitentias sine nobis. Legati a latere vestro missi legationis sue terminos exeuntes, archiepiscopi et episcopi extra suas dioceses de absolvendo et ligando intromittere se non possunt. Fratres vero ad quascumque terras veniunt, iniungunt penitentias et absolvunt, excellentes in hac iurisdictione omnes iurisdictiones ordinarias et etiam delegatas. In hiis omnibus consilium vires nostras excedit, set vestrum est pocius providere, quod et prelatorum et cleri auctoritas conservetur, et nichilominus tam sanctorum ordinum multitudo maxima valeat sustentari, mediam forte viam tenendo inter dominum Innocentium papam IIII. et IIII. Alexandrum, quorum unus pro clero, alter pro fratribus suas constitutiones dinoscitur edidisse. Quoniam autem iniunxistis nobis, aliquid consilii nostri in mare magnum discretionis vestre presumimus instillare, videlicet quod a confessionibus audiendis quoad consulendum non arceantur fratres, sed pro absolutionibus et penitentiis iniungendis remittant nichilominus confitentes ad legitimos sacerdotes. Et quamvis fratres alias sint exempti, tamen quoad confessiones audiendum et eciam predicandum eligantur ab episcopis tantum, qui ad hoc ab ipsis habiles et ydonei iudicentur, habentibus potestatem, eos qui secus presumpserint, per censuram ecclesiasticam compescendi et eciam predicationis silentium imponendi perpetuo eis, qui in predicationibus suis clero detrahere consueverunt. Ne autem, sicut dictum est supra, populus in predicatione fratrum distrahatur a missis in propriis parrochiis audiendis, statuere potestis, ut ab ipsis fratribus tantum in parrochiis predicetur, nisi forsan in fratrum festivitatibus, dedicationis videlicet et patroni, sub cuius titulo speciali eorum ecclesia est fundata. Videtur eciam, quod cum ordines isti super paupertatem et mendicitatem penitus sunt fundati, nichil propriis manibus laborantes, cum hoc sine maximo mundi preiudicio stare

1) *Cf. Ps. 74, 19.*

non possit, quod qui non laborat, manducet, et hoc in multitudine nimium effrenata prohibere merito debeatis, et eciam episcopis, ut prohibeant, potestatem dare, ne conventum accipiant in locis omnibus, ubi placet. Ubi autem hoc fieri possit et debeat, fiat requisita et accepta episcopi voluntate. Item, pater et domine reverende, discretio vestra sciat, quod eciam ab aliis quibusdam religiosis monasteriis parrochiales ecclesie diminuuntur, ex eo quod laici, qui ius patronatus habent in eisdem, religiosis monasteriis illud dare solent, cuius occasione predicta monasteria, parte reddituum ipsius ecclesie sibimet reservata secularibus clericis, quos presentant, vix tantum relinqunt, ut taceamus de hospi[ta]litate servanda, quod sufficere sibi possint. Presentant etiam quandoque religiosos ordinis sui, dicentes ex privilegio sedis apostolice hoc eis licere, et revocant eos, quando volunt, forte alia non de causa, nisi quod cum eis pro velle suo bona ecclesie minime parciuntur, alias fingentes causas contra ipsos, de quibus eos coram episcopo accusare recusant, asserentes quod non debeant fratres sui ordinis infamare, cum illi tamen episcopo presentati coram ipso velint defendere famam suam. Sciat eciam vestra paternitas reverenda, quod excepto rege Boemie, qui solus presentat episcopo ad ecclesias sibi vacantes, in quibus ius obtinet patronatus investiendos clericos, sicut debet, omnes alii in Pragensi diocesi hoc facere contradicunt, et ita ascendunt ad regimen animarum sacerdotes clavibus non acceptis et eos destituunt ipsi laici, quando placet. Et hoc dominus episcopus Pragensis propter consuetudinem nimis inveteratam et propter multitudinem generaliter contradicentium reformare non poterit, nisi ei vestra auctoritas suffragetur.

Hec de clero vobis scripsimus, sicut de veritate omnimoda nobis constat.

8. De populo vero christiano utriusque sexus vobis constare scimus, tamquam ei, qui Leodiensis archidiaconus extitistis, quod in illis et aliis quibusdam partibus christianitatis synodus aliquociens in anno cum laicis servari consuevit, ubi testes sinodales ad hoc electi et iurati deponere consueverunt et dicere, que contra Deum et religionem christianam publice fiunt a laicis illo anno, vel eciam que fama accusat, contra quam vel purgare se contingit accusatos, vel non purgantes se canonicam secundum terre consuetudinem non evadere ultionem. In aliis vero diocesibus hoc fieri non obtinet consuetudo, unde laicorum impuniti manent excessus, si sint eciam manifesti. Si vero sacerdos tales forsitan voluerit in sua parrochia accusare, frequenter ex eo sentit periculum vite sue. Provideat ergo sanctitas vestra, si placet, ut christianitatis synodus servetur utique pro conservanda honestate populi christiani, cum idem deposcat auctoritas ewangelica, in qua dicitur: 'Dic ecclesie[1]', quod talia ecclesie sunt dicenda.

Sunt eciam quidam et quedam apud nos religiosorum sibi habitum et nomina vendicantes, quos et quas, cum eorum non sit religio per sedem apostolicam confirmata, sectarum nomine credimus conprehendi, qui passim ut iugum evadant obediencie, habentes velamen malicie libertatem, quasi liberius Domino servituri, dominos et dominas habere nolentes, fugientes eciam obedienciam sacerdotum seu eciam cohercicionem coniugii maritalis, et per aliquem ordinem se astringi, femine iuvenes in statu viduitatis se ponunt, illecte forsitan ab aliquibus, per quos nubere prohibentur, contra apostolum, qui de talibus ita dicit: 'Vidua non eligatur nisi sexaginta annorum[2].' Item: 'Adolescentiores autem viduas devita. Volo autem huiusmodi nubere. Iste etenim sunt, que solent circuire domos non solum ociose, set et verbose. Unde et post sathanam sepius convertuntur retrorsum[3].' Certe iste sunt religiose ille, que sub nomine honestatis, sicut olim contra Barnaban et Paulum, sediciones contra clericos suscitare sueverunt, a quibus eciam in confessionibus fugiunt nec recipiunt ecclesiastica sacramenta, et innuentes tacite quasi, sacramenta in eorum manibus sint polluta. Consilium autem de huiusmodi aliud

1) *Matth. 18, 17.* 2) *1. Tim. 5, 9.* 3) *1. Tim. 5, 11—15.*

non damus, nisi quod apostolus dedisse dinoscitur sicut supra, quod tales nuberent, suam dixit omnimodam voluntatem, vel in approbatis religionibus retrudantur.

9. De infidelibus vero inter nos conversantibus, Deo teste, de hereticis nichil scimus. De Iudeis vero dicimus, quod christianas habent nutrices, usuras patenter exercent, et eas indigentibus aggravant ultra modum in tantum, ut infra annum excedant eciam ipsam sortem. Publica exercent officia, thelonearii, monetarii fiunt, et cum alias sint infideles, fidem minimam eciam in hiis servant. Furatos calices, vestes sacras necnon et libros recipiunt a furibus et servant. Et cum sic acceptos cogantur restituere christiani, si apud eos fortassis inveniantur, Iudei eos restituere non coguntur.

10. In hiis omnibus, que vestre scripsimus sanctitati, si diminuti forsan vel superflui invenimur, petimus, ut vestra discretio parcat nobis. Voluistis autem, ut vobis cum omni cautela et diligentia scriberemus, quod sine dubio nobis ipsis necessarium arbitramur, quoniam si littera ista de nomine nostro ad aliorum manus quam ad vestras forsitan perveniret, scimus quod persecucionis scandalum evadere non possemus.

621. *RELATIO DE NEGOTIO IMPERII. 1274. Iul. 12.*

Servatur Arm. C fasc. 37 nr. 17. div. IV. Sigillum, quod olim loro membranaceo pendebat, iam deest. Inscriptionem in dorso praebet: Sanctissimo patri domino meo domino G. sacrosancte Romane sedis summo pontifici. *Cf. Reg. imp. VI, 177. (P. deest.)*

Sanctissimo patri domino suo Gregorio sacrosancte Romane sedis summo pontifici B. Dei gratia episcopus Olomucensis debitam reverentiam cum devoto pedum osculo beatorum.

(1) Obedientie filialis debitum, cum ex debito timoris, qui ex filiatione reverentiam amoris accipit, in hiis que sibi committuntur, quantum in ipso est, vacuum non revertitur, sed prosperabitur in hiis, ad que Dominus misit illud. Hinc est, pater et domine reverende, quod in verbo legationis, in quo sanctitas vestra me misit ad illustrem dominum meum regem cucurri et direxi viam meam, Domino dirigente, cuius voluntas fuit, ut michi cito occurreret, quod volebam. Semen enim verbi vestri, postquam cecidit in terram bonam cordis predicti domini mei regis, produxit fructum de preparato ad omne bonum ipsius cordis habitaculo sine dubio ampliorem, quin etiam speraretur. (2) De submissione siquidem terrarum suarum michi commiseratis talentum paternitati vestre unicum referendum. Et ecce cum multiplicato fructu refero vobis illud. Ipse enim ex sincera indoli boni cordis, intellecto per relationem meam vestre mentis affectu, quem geritis ad subsidium Terre Sancte, in propria se persona cum exercitu suo secundum terrarum distantiam et secundum exigentiam expensarum et bonorum mobilium vel immobilium facultatem in omnibus terris suis ultro nec etiam requisitus a me offert post quadriennium ad obsequium Iesu Christi. Nichilominus in instanti vestre gratie se submittens, ut post peregrinationis sue reditum et tunc cognoscendis iurium suorum meritis secundum Deum et honestatem in negocio procedatis eodem. (3) Iniunxerat michi siquidem sanctitatis vestre prudentia, me astringens nichilominus ad hoc virtute prestiti iuramenti, ut ad submissionem plenam faciendam fidelis persuasor essem apud dominum meum regem. Et ut vobis in hac parte clare luceat fides mea, causas, propter quas hoc facere deberet, sibi tunc expressas et in scriptis positas vobis etiam studui annotare. Que tales sunt:

'Domine predilecte, astricti sumus iuramento, sicut scitis, quod persuadeamus vobis, ut submittatis vos ordinationi domini pape, et credimus, quod hoc iuramentum nos nichilominus non astringat, ut hoc irrationabiliter faciamus. Et quia libenter vos credimus hoc audire, causas ponere decrevimus, propter quas hoc facere debeatis. (I) Prima causa est, quia ad submissionem faciendam dominus papa personaliter vos invitat, et propter hoc multum debetis et Deo et hominibus displicere,

si aliquid talium fieri iubetis, in quo ius vestrum offendere videretur. (II) Secunda est, ne reddatis vos suspectum ei et ecclesie, quod velitis aliquid contra Deum et honestatem tenere, cum ipse promittat secundum Deum et honestatem procedere in hoc facto. (III) Tertia causa est, quod cum iam impetamini ab electo super terris vestris et oporteat iudices esse aliquos huius cause, valde periculosum esset vobis, coram principibus litigare. Quorum sententias videtur quod evadere competentius non possitis, nisi per submissionem cause domino pape factam. (IV) Quarta causa est, quia quamdiu submissio ista staret, nec gravare vos posset electus nec aliquis suorum, nec credimus in tanto negocio sine matura discussione iurium utriusque partis gravitatem apostolicam impetuosa acceleratione moveri debere, quia hoc fieri vix posset sine lesione partis alterius vel etiam utriusque.'

(4) Quoniam autem, pater et domine michi pre aliis mortalibus diligende, et merito, quia inter prelatos alios et confratres consideravi benignitatis vestre oculum erga me clariorem, non immerito etiam debeo formidare, ne propter hoc mee presumptionis oculus nequam fiat, quia vestre benignitatis intuitus erga me bonus fuit, supplico sanctitati vestre, ne presumptioni temerarie asscribere hoc velitis, si discretionis vestre solem consilii mei coner facibus adiuvare et in mare magnum hoc et spatiosum non solum vestre discretionis, sed cardinalium vobis influentium experientie ac scientie rivos multos presumam, superflue licet, immittere stillam unam. (5) Videtur namque mee parvitatis ingenio, quod paternitati vestre hec forma submissionis, ex quo alia cum voluntate domini mei stare non potest, non immerito possit aliquantulum complacere, primo quia freno submissionis huiusmodi maxillas duorum regum potentium constrinxistis, et si diu tenueritis frenum istud, medio tempore non poterunt contra se invicem calcitrare et eos maiorem erga vos reverentiam continget habere. Preterea quia dominus meus proponit se personaliter preparare ad obsequium Iesu Christi, qui se ipsum tradit, quoniam non omnia donaret cum ipso, quecunque in terris predictis tam Austria, Stiria et aliis, quam in hominibus et rebus dinoscitur possidere expendenda in subsidio Terre Sancte. Item quia non videtur inutile, quod neutra pars isto tempore offendatur, quo Terra Sancta eget subsidio utriusque, cum vix fieri possit, quod negocium submissionis sine alterius eorum gravamine terminetur, nisi forte non per[b] modum arbitrii, sed per modum amicabilem eos contingeret tempore medio concordare. (6) Et si hoc fieri debetur, vobis sine dubio foret pulcrum, ut aliquis vestrum sollempnis nuncius presens esset, vel magister Gregorius aut frater Humbertus vel alter aliquis, in quo plenam fiduciam gereretis, ut sic per vestre dispositionis auctoritatem ad vestram gloriam et honorem tante discordie negocium in unitatem amicitie reformatum exitu concluderetur optato. Et sic, pater et domine diligende, vos in persona Moysi istorum duorum magnorum regum brachiis quasi Ur et Aaron sustentati ad laudem bonorum et vindictam malorum possetis feliciter proficisci.

Dat. Prage, IIII. Id. Iulii.

---

622. LITTERAE GREGORII X. PRINCIPIBUS MISSAE.

1275. Sept. 13.

Litterae, quae potius Idibus mensis Septembris vindicandae sunt, servantur in sola collectione Berardi Neapolitani. Codicem tabularii Vaticani iam in serie tomorum Registri tom. 29 A saec. XIII. f. 52' nr. 108 denuo contulit H. Pogatscher. Edidit Theiner

621. b) *supra lineam or.*

in 'Codice diplomatico dominii temporalis s. Sedis' I, 193 nr. 344. Cf. iam supra pag. 67 not. 4 et nr. 617. De tempore v. Regesta imperii VI, 413 a et H. Otto loco supra ad nr. 21 citato pag. 87 sq. *(P. deest.)*

Universis archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis regni Romanorum per Alemaniam et Sclavoniam constitutis salutem etc.

(1) Ad statum imperii in personam carissimi in Christo filii nostri . . regis Romanorum illustris, quem ad hoc omnium principum vocem in electione imperatoris habentium, unico, qui sibi ius idem competere asserit, dumtaxat excepto, comunis et concors presentarat electio, favorabiliter reformandum, quanto nos et fratres nostri laboravimus studio, quam studiosos labores impendimus, quam favorabiles quamque propitios nos ad id exhibere curavimus, sic operis evidentia manifestat, quod nullum fere angulum orbis latet. (2) Inter cetera vero amplis huiusmodi negotium favoribus prosequentes, quia carissimus in Christo filius noster . . rex Castelle ac Legionis illustris se ius habere in eodem imperio contendebat, ut reparatio huiusmodi submotis obstaculis tanto efficacius in pace proficeret, quanto minus obicem contradictionis haberet, apud eundem Castelle ac Legionis regem monitionibus frequentibus et curiosis duximus insistendum. Et tandem cum idem Castelle ac Legionis rex, ut super hoc nostre voluntati pareret, se velle nostram adire presentiam, nec id sibi nisi apud Montempesulanum vel circa tutum esse litteris et nunciis affirmaret, in Provinciam sub spe Regis pacifici nos et curiam nostram, quamquam id consuetudo sedis apostolice dissuaderet antiqua, transtulimus nec tediosos labores nec laboriosa vitantes tedia, ut cum exultatione in Domino redeuntes eidem imperio pacis optate manipulos portaremus. (3) Annuit Dominus piis votis. Dictus namque rex Castelle ac Legionis paternis monitis et persuasionibus se coaptans, nostris super eodem imperii negotio beneplacitis acquievit. Propter quod cum iam nostri per Alemaniam transitus nequaquam, sicut prius causa neccessaria superesset, propositum in hoc consulto mutavimus, maxime ut vestra onera vitaremus, presertim ut dictum regem Romanorum secuturi quasi e vestigio ad coronam per nostre aditionem presentie sic multiplicatis gravaremini laboribus et expensis, quod hii, quorum circa subventionem Terre Sancte Dominus corda tetigerit, minus ad id habiles redderentur. Licet autem in hiis mora longa deducta temporis artemur angustiis, ut terminum, quem memorato regi Romanorum ad imperialis coronationis sollempnia peragenda prefiximus, oporteat immutari, non tamen differri propterea idem negotium, sed eo accelerari potius est censendum, quo expeditius quove salubrius auctore Domino absque contradictionis impedimento, facta nobis super hoc promissione servata, procedet. (4) Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus persistentes in ipsius regis Romanorum devotione constantes ac eius honorem et commoda fideliter ac sollicite prosequentes, cunctis, prout tanti et talis negotii qualitas exigit, dispositis et paratis, sic vos accingatis ad iter, ut cum idem rex Romanorum vos ad hoc duxerit requirendos, ad prosecutionem dicte sue coronationis, prout decus decet imperii et antiqua ipsius imperii constitutio de sequela regi Romanorum ad obtinendum diadema imperii exhibenda edita feudatariis et feudis indicit, non solum decentem et honorabilem comitivam, verum etiam alia, que secundum eiusdem constitutionis tenorem exhibenda fuerint, exhibeatis eidem, ut ex hoc plene fidelitatis debitum exolvatis imperio et dignis efferendam laudibus nostris exhortationibus promptitudinem impendatis.

Dat. Valentie, Id. Octobris.[a]

622. [a]) *sic pro* Septembris *c.*

In eundem modum universis principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus et aliis nobilibus regni Romanorum per Alemaniam et Sclavoniam constitutis.

In e. m. dilectis filiis iudicibus, consulibus et universis rectoribus et aliis officialibus ac universitatibus civitatum, castrorum, oppidorum, aliorumque locorum regni Romanorum etc.

In e. m. universis lancraviis regni Romanorum etc.

In e. m. . . archiepiscopo Coloniensi, ver(bis) con(petenter) mu(tatis).

---

623. 624. APPELLATIO ECCLESIAE COLONIENSIS CONTRA LEGATUM APOSTOLICUM.

(1287. Febr.)

623. *FORMA APPELLATIONIS. (ante Febr. 28.)*

Formae appellationis (A) *exemplar ecclesiae Salzburgensi transmissum superest in tabulario Vindobonensi. Documentum grave publici iuris fecit S. Herzberg-Fränkel 'Mittheilungen des Instituts' XII (1891), 647 sq. Denuo contulit socius noster H. Hirsch. De ratione v. Regesta imperii VI, 2059, et ea quae disseruit A. Dopsch 'Festgaben zu Ehren Max Büdingers' (1898) pag. 219 sq.* *(P. deest.)*

Anno Domini MCCLXXXVII. etc.

(1) Lectis et recitatis per sollempnes nuncios de mandato reverendi patris domini nostri N. archiepiscopi in capitulo tali coram nobis prelatis, collegiis ecclesiarum . . ad hoc convocatis litteris venerabilis patris domini Io(hannis) miseracione divina Tusculani episcopi apostolice sedis legati, quarum tenor talis fuit:

'Iohannes miseracione divina etc.'[1]

Nos prelibati capitula et collegia ecclesiarum, abbates, priores et conventus monasteriorum civitatis et dyocesis, quos huiusmodi negocium seu vocacio contingit, super hiis litteris et contentis in eisdem provida deliberacione prehabita, attendentes diligenter manifestum esse et notorium per rei evidentiam et facti experientiam, quod ecclesie, monasteria, clerici et religiosi civitatis et dyocesis Coloniensis predicte necnon universalis[a] ecclesia totius regni Alamanie multis temporibus retroactis in gravi tribulacione et miseria tempora deduxerunt, nec cessat adhuc inimicorum continuata sevicies ipsos et ipsas incendiis, depredacionibus, exactionibus illicitis et rapinis intollerabiliter opprimentium incessanter, ita quod nulla hora, nullum tempus impunitatem repromittit, hiis itaque dantibus angustiis supervenit inopinate a sanctissimo patre et domino nostro quondam domino[b] Gregorio papa decimo in subsidium Terre Sancte, ut prima facie credebatur, licet forte alius eventus sit secutus, dura decime imposicio, pro cuius exsolucione ecclesie et monasteria civitatis et dyocesis Coloniensis predicte, que in suis ex causis predictis fuerant attenuate substantiis, in tantum quod, si fas est dicere et quod etiam miserabile est auditu, ad extreme paupertatis inopiam sunt deducte.

623. a) universis *A.* b) *supra lineam add. A.*

1) *Quae litterae evocationem ad concilium continentes publici iuris adhuc factae non sunt.*

(2) Et licet reverendus dominus et[c] pater legatus nos et alias ecclesias et monasteria regni Alemanie in hiis angustiis invenerit miserabiliter destitutos, ad quorundam tamen suggestionem ut creditur circumventus, gravamen gravamini accumulans, inconsueta et immoderata[d] procuracione nos et alias ecclesias et monasteria multipliciter aggravavit et de die in diem per suos nuncios transeuntes et pecunias a nobis pro sue voluntatis libitu nomine procuracionis exigentes aggravamur; et hiis non contentus idem dominus legatus nunc de novo dominum nostrum Coloniensem archiepiscopum necnon alios reverendos patres, archiepiscopos, episcopos ac ceteros prelatos totius regni Alemanie, quibus derelinquere et deserere ecclesias suas est gravissimum hiis diebus, necnon singulas ecclesias et collegia ac conventus secularium ac religiosorum[e] prefati regni Alemanie et eorum quelibet per duos de gremio ipsorum habentes super hoc plenum mandatum convo- Mart. 9. cari fecit et mandavit, ut apud civitatem Herbipolim ad dominicam Oculi proxime venturam [convenirent][f] audientes monita et mandata ipsius domini legati, que duxerit in concilio ibidem indicto publice promulganda, non sine magno dispendio nostro, monasteriorum et ecclesiarum predictarum, cum terminus[g] ad hoc prefinitus[h] nimium sit artatus et ad expensas et sumptus, que et qui ad hoc veniendo, stando et redeundo et alia que incumberent[i] et requirerentur occasione concilii expedienda, ecclesiarum et monasteriorum proprie non suppetant facultates, locus etiam vocacionis predicte propter multa pericula intermedia utpote inimicorum capitalium domini nostri archiepiscopi et ecclesie Coloniensis in medio circumquaque consistentium[k], timorem manifestum, qui merito cadit in constantes, depredaciones, insidias et mala, que cottidie transeuntibus inferuntur, quos et que est inevitabile posse aliquatenus declinari, non sit conveniens neque tutus.

(3) Insuper attendentes, quod licet dominus predictus legatus asserat [se][l] ad hoc ad partes Alemanie a sede apostolica destinatum, ut alteram mundi lucem, videlicet sacri Romani virtutem imperii, que iam dudum consopita extitit, excitaret, tamen vox[m] est, verbum et fama publica per regnum Alemanie multipliciter divulgata, quod idem dominus legatus regnum ipsum semper imperio inseparabiliter unitum intendit constituendo regem hereditarium, quantum in eo est, ab imperio separare et sic alteram mundi lucem, videlicet honorem culminis imperialis, si fas est dicere, extinguere et excecare ac iuri principum regni Alemanie ecclesiasticorum et secularium, ad quos spectat eleccio regis eiusdem promovendi postmodum in imperatorem, enormiter derogare, et quod[n] de hoc est etiam publica fama et vox ibidem, quod prefatus dominus legatus, non considerans nos et universalem ecclesiam et clerum regni Alemanie per imposicionem decime in concilio Lugdunensi ad Terram Sanctam deputate et per immoderatam ipsius domini legati procuracionem necnon suorum nunciorum continuam infestacionem fore, ut dictum est, multipliciter aggravatos, novam decimam ad plures annos nobis et universali clero regni predicti nobis imponere intendit, accumulando gravamina ut prius gravaminibus antedictis.

(4) Igitur ne compellamur nos et nostra exponere inimicis et maxime capitalibus domini nostri archiepiscopi et ecclesie Coloniensis et subire pericula gravissima rebus nostris et personis inevitabiliter imminentia et ne prefatus dominus noster archiepiscopus, preter quem alium defensorem non habemus in statu, in quo sumus, cum dispendio tocius ecclesie Coloniensis tamquam oves aberrantes nos relinquat ad dictum concilium personaliter veniendo, a processu dicti domini legati et a mandato suo predicto ac a vocacionibus huiusmodi et a cominacionibus, que in litteris antedictis videntur contineri, ex premissis causis gravaminum iam illatarum[o] et qualibet earum[o] superius expressarum[o] et que verisimiliter ex causis et coniecturis probabilibus per

623. c) *supra lineam add. A.* d) *corr. ex* immoderacione *A.* e) *corr. ex* religiosarum *A.* f) *deest A.* g) terminis *A.* h) prefinitis *A.* i) *corr. ex* incumberant *A.* k) *corr. ex* circumsistentium *A.* l) *deest A.* m) *praecedit* vos *deletum A.* n) *praecedit* de *deletum A.* o) *sic A.*

eundem dominum legatum nobis, ecclesiis et monasteriis nostris inferri timemus, ac a cominacionibus in dictis litteris contentis, et quia iam dictus dominus legatus copiam auctoritatis sue, si quam habet, nobis non fecit nec exhibere curavit ipse vel nuncii eiusdem, super hoc humiliter instantissime et sepius requisiti, scientes nos, ecclesias et monasteria nostra pregravatos et pregravatas, et ne idem dominus legatus[p] [ad][q] suspensionis, excommunicacionis in personas nostras et interdicti in ecclesias et monasteria nostra[r, s] sententias vel ad alias penas contra nos, ecclesias vel monasteria, terram domini nostri et nostram procedat, contra ipsum dominum legatum ad sedem apostolicam provocamus [et][q] etiam appellamus in hiis scriptis, nos et ecclesias nostras cum rebus[r] [et][q] personis protectioni sedis apostolice supponendo, et protestamur, quod huiusmodi provocacionem et appellacionem in presentia domini legati predicti parati essemus interponere, si eius copiam haberemus. Et quam cito eius copiam habere poterimus, ipsam coram eo interponemus et faciemus et eandem innovabimus per nos seu procuratores nostros in omni sui forma, prout superius est expressum. Dantes Got(frido) hoc nomine clerico Coloniensi exhibitori presentium, quem quoad hoc omnium nostrum et singulorum procuratorem nostrum constituimus, facimus et ordinamus, potestatem et plenum mandatum, ut huiusmodi provocacionem et appellacionem coram predicto domino legato, si et cum eius copiam habere potuerit, et coram prelatis et collegiis quibuscumque in omnibus locis, ubi expedire viderit, innovet et pro nobis omnibus et singulis a vocacione seu citacione, processu et mandato et cominacione predictis [ad][q] sedem apostolicam in scriptis provocet et appellet. Ratum et gratum habituri, quidquid idem procurator pro nobis et nomine nostro fecerit in premissis.

In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo ecclesie Coloniensis ad causas fecimus communiri.

Et nos N. Dei gracia Coloniensis archiepiscopus protestantes, quod dicti prelati et ecclesie huiusmodi appellacionem et provocacionem coram nobis et in presentia nostra in omni sui forma, prout superius est expressum, per se et procuratorem suum predictum interposuerint et innovaverint protestando ut est premissum et alia faciendo que superius continentur, sigillum nostrum et secretum apponi fecimus huic scripto.

Nos etiam prelati, capitula seu collegia ecclesiarum, abbates, priores et conventus monasteriorum predicti sigilla nostra, ecclesiarum et monasteriorum nostrorum, quorum sigilla comode haberi poterant, quibus nos alii, quorum sigilla presentibus non sunt appensa, contenti sumus in hac parte, in testimonium omnium premissorum duximus presentibus apponenda.

Actum et appellatum etc.

624. *PROTESTATIO ECCLESIAE MINDENSIS. Febr. 28.*

Ecclesiae suffraganeae protestationis, quae item magni momenti est, autographon olim bibliothecae gymnasii Coloniensis dicti 'an Marzellen', nunc in tabulario civitatis asservatur[1]. *Sigillum deest, loro membranaceo relicto. Publici iuris fecit iam anno 1882. Cardauns 'Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein' XXXVIII, 34 nr. 48*[2]. *Sed viros doctos de hac re disserentes omnes adhuc latebat. Nobis petentibus denuo contulit vir d. H. Keussen. In linea chronologica stilus paschalis adhibitus esse videtur.*

(P. deest.)

Honorabilibus dominis prelatis, prioribus, capitulis, collegiis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum civitatis et dyocesis Coloniensis prepositi, decani, prelati,

623. p) *sequitur lacuna decem litterarum A.* q) *deest A.* r) *supra lineam A.* s) *sequuntur* terram — provocamus, *sed deleta A.*

1) *Cf. 'Mittheilungen aus dem Stadtarchiv von Köln' IX, 125.* 2) *Ubi datum male indicatur.*

capitula, collegia, conventus ecclesiarum et monasteriorum Mindensis civitatis et dyocesis cum sincero affectu reverentiam et honorem.

(1) Requisivit a nobis vestra honoranda universitas litteris destinatis, quod vobis vellemus assistere pro communi defensione libertatis cleri et ecclesie tocius Alemannie, quam facere decrevistis per appellationem sive provocationem, quam iustis de causis a processu, mandato et a vocatione domini . . legati sedis apostolice interposuistis ad summum pontificem, prout in litteris vestris nobis transmissis plenius continetur[1]. (2) Nos itaque habito consilio deliberavimus, quod vobis astare volumus secundum nostram possibilitatem in omnibus et per omnia, prout vestra sinceritas requisivit. Dominus etiam noster . . episcopus Mindensis una nobiscum provocavit seu appellavit secundum omnem modum et formam et ex consimilibus gravaminibus et causis, que in forma provocationis vestre fuerunt expressa, et iam . . nuncium nostrum seu procuratorem nostrum emisimus ad innovandam provocationem eandem coram domino . . legato, si eius copia haberi valeat, et coram prelatis et capitulis, quandocunque et ubicunque eidem procuratori nostro visum fuerit expedire. (3) Quare rogamus sinceritatem vestram nobis dilectam, quatinus negocium ecclesie nostre super premissa provocatione una cum vestro, sive componendo amicabiliter cum ipso . . legato sive appellationem prosequendo contra ipsum, velitis assumere, quia nos contribuemus voluntarie secundum facultates nostras ad expensas, quas propter hoc contigerit suboriri, et super eo vestram nobis rescribi petimus voluntatem. Sigillo ad causas maioris ecclesie Mindensis omnes contenti sumus.

Datum Minde, feria sexta post dominicam Invocavit, anno Domini MCCLXXX sexto.

---

625. LITTERAE BONIFACII VIII. DE FINIBUS IMPERII.

1298. Iun. 27.

Ex Registri Bonifacii VIII. tom. III, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 49 fol. 103. Denuo contulit Pogatscher. — Potthast 24707. Registres de Boniface VIII. 2812. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päpste 291. *(P. deest.)*

Universis presentes licteras inspecturis.

Quietem et pacem ex nostris provenire studiis ubilibet affectantes et cupientes pericula in hac parte potissime cautius evitari, denumptiamus et dicimus, quod nostre intentionis existit, ut carissimus in Christo filius noster A(dolfus) rex Romanorum illustris ultra fines et limites regni sui, se de iuribus, finibus et limitibus carissimi in Christo filii nostri Phylippi regis Frantie illustris ac regni eius, ipseque rex Frantie extra fines et limites regni sui se de iuribus, finibus et limitibus imperii seu predicti Alamanie regis nullatenus intromictant. Set uterque ipsorum suis iuribus, finibus et limitibus sit contentus. Et si aliquid sit ab alterutra partium indebite attemptatum, illud in statum debitum revocetur, prout iustum et equum fuerit vel concordatum extiterit inter eos aut modo vel modis, quo vel quibus pro quiete mundi vel alias exigente iustitia, salvo honore cuiuslibet, fuerit ordinandum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V. Kal. Iulii, anno quarto.

1) *Supra nr. 623.*

APPENDIX IV.

SCRIPTA PACIS.

626. PAX PER PROVINCIAM SILESIAE CONSTITUTA.

1277. ex. — 1278. in.

Exstat in formularum collectione quae Henrici Italici dicitur. De codicibus v. supra ad nr. 112. Superest in codicibus 1) *capituli maioris ecclesiae Pragensis K. 33 saec. XIV. fol. 5, quem nos ipsi contulimus; inscriptionem praebet* Statuta Slesie terre; 2) *tabularii regii Regiomontani nr. 281a saec. XIV. fol. 4, e quo edidit Voigt 'Das urkundliche Formelbuch des königl. Notars Heinricus Italicus' (Archiv für österreichische Geschichte XXIX) p. 63 nr. 55. In codicibus Klagenfurtano, Colmariensi, Monacensi desideratur. Invenitur autem in* C *codice Cheltenham. 303 saec. XIV. in. fol. 5, de quo v. supra ad nr. 131; contulit socius noster Karolus Hampe. Ubi rubricam:* Incipiunt statuta sive instituta regni Boemie et baronum nobiliumque eiusdem terre, *itemque nomina propria atque dati indicationem collector suo Marte addidit vel variavit. Contulimus etiam* B *editionem, quam paravit Bodmann 'Codex epistolaris Rudolfi I.' pag. 285 nr. 20 e 'chartulario' quodam Moguntino 'a monachis turpiter dilacerato', ut ait*[1], *nunc deperdito. Sed ubique lectiones varias, quae minoris pretii sunt, omnino negleximus.*

Huius pacis constitutionem duci Silesiae Henrico domino Breslaviae vindicandam esse, iam olim opinatus est Voigt l. c. et post evicit Grünhagen 'Codex diplomaticus Silesiae' VII, 2 (1875) pag. 234; ubi tempus circa finem a. 1277. vel initium anni sequentis statuitur. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

1. Tranquillitatem reipuplice, que pacis observacione perficitur, terrarum principes[a] ita defendere[b] convenit et tueri, ut pacatis[c] provinciis pacifice presidentes et felicibus digne gratulentur[d] imperiis et famose laudis preconio redimite ius[e] suum tribuere

626. a) princeps 1. b) *loco* ita defendere 2: defensare. c) pacis *C.* d) gratulemur *B; loco* felicibus — gratulentur 2: et quiete nostris subiciantur. e) *deest C. B.*

1) *V. l. c. praef. pag. XIV.*

valeant unicuique[f]. Cum itaque per[g] provinciam Slesye[h], quam hereditarie laudis integritas et[i] preteritorum principum iuste serviens disciplina[k] pacis cultricem fomitemque iusticie preteritis efficit temporibus et Deo auctore in eternum efficiet, tantus noviter viciorum vigor accreverit[l], ut[g] quod fari[m] horrescimus, virtus reputetur improbitas, furtum estimetur audacia, violencia fortitudo, nos itaque . .[n] dux[o] una cum baronibus terre nostre novis moribus nova preparare volentes[p] antidota et[g] premisso diligenti[q] sollicitoque tractatu dignum duximus subditorum taliter excessibus obviare, ut quos virtutis[r] amor a delinquendi proposito non refrenat, corporalis saltim pene metus prohibeat a peccato, quo magis deformatus[s] per scelera status terre in cultum iusticie valeat reformari. Verum cum succrescente olim[t] inter nos[u] nostrosque barones sedicionis materia, quidam nobilium terre nostre ad exteros[v] se transtulerunt[w] principatus sibique spontaneum assumentes exilium[x] tam nobis quam natali patrie se ostenderunt[y] inimicos, quibus tandem per H.[z] principem nostre gracie reformatis, abolita penitus et cessante rancoris[a] materia preconcepti, ut[b] via de cetero talibus tamque perniciosis odiis clauderetur et precipue ne ulla posset[b*] inter nostros barones oriri sedicio seu cissura[c], de consensu ac unanimi voluntate congregati in . .[d] castro concorditer statuerunt:

2. Ut nullus in aliquem hominem aut personam in nostro dominio constitutam vel alium qualemcumque nostrum subditum seu[e] fidelem, cuiuscunque condicionis existat, vim vel iniuriosam audaciam exerceret[f], set singulorum nostro[g] subditorum dominio res pariter et persone ab iniuriis tute subsisterent et secure. Quin immo si quis adversus aliquem habere se diceret ius agendi, coram nobis nostroque iudicio[h] teneatur in causa qualibet experiri nec sibi fore credat audaciam ulciscendi.

3. Si quis vero contra tenorem huiusmodi seviret[i] in alterum violenter, seu realis[k] foret iniuria seu verbalis, suarum rerum[l] et bonorum dispendium transgressor huiusmodi paciatur. Sin autem irrogata foret[m] iniuria corporalis, animadversionis nostre sentencia[n] puniatur[o] in corpore, cuiuscunque[p] generis aut dignitatis malefactor huiusmodi videatur.

4. Hoc itaque tam[n] salubre statutum non[q] volentes ullis[q] temporum motibus aboleri, sicut racionabiliter editum fuerat et edictum[r], sic[s] ipsum legittime duximus confirmandum ordinatoque colloquio, cunctis ad ipsum terre nostre baronibus convocatis, anno Domini tali[t], die tali[u], in civitate tali[v], presidentes colloquio constitucionis predicte memoriam cunctorum[w] detulimus nocioni, quam universi et singuli milites et barones laudaverunt, ratificaverunt et eciam elegerunt eidem statuto se concorditer submittentes, nosque ipsorum ratificacionem gratam habentes et ratam, inscriptam ad eternam memoriam presentem constitucionem nostris litteris et nostro sigillo cunctorumque baronum astancium sigillis fecimus atque mandavimus[w*] roborari.

5. Statuimus insuper tam nos quam barones ac milites universi, nos quidem[x] promisimus ipsique barones tacta sacrosancta cruce universi ac singuli iuraverunt, nec per se nec per alium fovere nec manutenere nec receptare[y] latrones, fures, spoliatores,

626. f) et accipere iterato *add.* 2; sublevamen *hic add. C.* g) *deest C. B.* h) Zlesie 2; Melnicensem *C; loco* per — Zlesie *B:* provincia. i) *deest* 1. k) *loco* iuste — disciplina 2: nobilitas terre perplurima. l) accrevit 1. m) sibi *C.* n) . . *supra lineam* 1; Rudolphus *C;* dux N. *B.* o) Austrie *add. C.* p) voluntates 1; volentes preparare *C. B.* q) diligentius 1. r) virtus propria *C. B.* s) deformitatem 1. *C.* t) tempore *add.* 2. u) . . *add.* 1. v) extremos *C.* w) transtulerint *B.* x) exitium 2. y) ostenderent *C;* ostendunt *B.* z) N. 2; Boemorum *C;* talem *B.* a) r̄onis 1. b) *deest* 2. b*) *deest C. B.* c) posset *hic add. C. B.* d) tali 2; N. *B; loco* . . castro *C:* castro Valkensteyn. e) *corr. ex* vel 1. f) exerceat 2. g) nostrorum *C.* h) terminetur vel *add. C.* i) severit 1. k) realiter 1. l) rer. suar. *C. B.* m) fuerit 2. n) *deest C. B.* o) plectatur 2. *C. B.* p) autem *add.* 1. q) *deest* 2; nullis 2. r) editum 1. s) sicut 1. t) . . *B.* u) *deest* 1; . . *B.* v) *deest B; loco* tali — tali *C:* millesimo ducentesimo octoagesimo septimo, quatuor temporum mensis Septembris, in Wienna. w) tunc bonorum *C.* w*) mandamus 1. x) nos quidem *deest* 1. *C. B.* y) acceptare 2.

incendarios aut maleficos qualescunque, set omnes, quos huiusmodi sceleribus noverint irretitos, eorumque fautores et conplices[z] nostro[a] denuncient examini, nec ullius pretextu favoris aut gracie fures furumve[b] socios aut homines sceleratos audeant[c] occultari, sed ipsos ubilibet[d] latitantes nostris inquisicionibus denunciare quam cicius teneantur.

6. Super quibus diligencius inquirendis per singularum civitatum territoria seu districtus bini ac bini deputati sunt milites, qui coniunctis sibi duobus civibus civitatis[e] de causis huiusmodi[f] diligenter inquirant inventosque fures, incendarios, latrones aliosque malefactores[g], quos aut vite vilitas aut clamosa denunciaverit infamia, auctoritate nostra dignis percellant suppliciis, nisi[h] forte famosus aut insignis genere fuerit accusatus. Tales enim teneantur nostro iudicio destinare.

7. Nosque ipsorum relacioni fidem omnimodam adhibentes per hos duos delatos habere debemus omnimode pro convictis in tantum, ut nec ad excusacionem aliquam admittantur. Nos vero exibitos nobis reos[i] pro vite meritis et qualitate[k] facinoris penis debitis exigente iusticia submittemus.

8. Quod si forte quempiam militum ac nobilium terre nostre[l] aut[m] nostre curie[n] servitorem, qui eo, quod nostris familiaribus[o] sit ascriptus[p], fore sibi credat licenciam delinquendi, incidere contigerit in delictum[q], nos in hoc dignitati deferentes et generi, si alias bone conversacionis exstiterit nec unquam de crimine fuerit accusatus, non[r] faciemus eum ulcionis puniri[s] supplicio, set carceralibus vinculis mancipatum[t] ad morum correxcionem misericorditer deferemus, ita[u] tamen, ut a carcere liberari non valeat ullo modo, quousque tam nobis quam leso convenienter ex integro de illatis iniuriis satisfiat[v], data insuper fideiussoria caucione, ut de cetero talia aut similia non committat.

9. Qui si, nostre captivitatis dispendium evitare desiderans[w], tanquam profugus ad exteras[x] terras se duxerit transferendum, habeatur in tota nostra provincia pro proscripto, quousque nostram graciam meruerit invenire. Quod si[y] alias fuerit male[z] fame aut accusatus de crimine, tunc nec eciam generi parcere teneamur nec eciam parentele, quin[a] de ipso iustum iudicium atque iusticiam faciamus[a] secundum formam prehabiti iam[b] statuti.

10. Prohibemus insuper cunctis militibus atque baronibus terre nostre, ne pro deprehensis furibus vel aliis sceleratis hominibus intercedant. Si quis contra hoc nostre prohibicionis edictum intercesserit pro quocunque malefico, indignacionem nostram se noverit incurrisse.

11. Statuimus eciam, ut in tribus temporibus cuiuslibet anni fore debeat provinciale iudicium, ad quod venire teneantur universi terre nostre milites et barones ac prodere[c] terre nostre nocivos homines et infames secundum formam prestiti sacramenti[d]. Tempora vero sunt hec, sicut in ordinacione videntur. Quibus[e] temporibus nos nostrive[f] iudices delata[g] nobis scelera singulorum mucrone iusticie feriemus.

12. Barones vero, quos ad inquisicionis officium super premissis per singulas civitates unanimiter statuimus, qui vulgo consules appellantur, ad memoriam futurorum fecimus hic[h] subscribi. Territoria ponentur, sicut debent per milites ordinari. Qui milites ad territoria ordinati omnes et singuli tactis reliquiis sancte crucis spontanee iuraverunt

626. z) et conpl. *deest* 2. a) nostroque 1. b) furumque 1. c) desinant 1. *B*; desinent *C*. d) ubique 1. e) huius *add. C*. f) *supra lineam* 1; *deest C*. g) maleficos 2. *C*. h) si *C*. i) *bis scriptum* 1. k) quantitate 1. l) *deest C*. m) ac 1. n) curie nostre *C. B*. o) familiaritatibus 1. p) astrictus 1. q) debitum *C*. r) inde *C*; tamen *B*. s) eum *add.* 2; *loco* eum — puniri 2: ultimo puniri; *C. B.*: ut ultimo puniatur. t) castigatum *C. B*. u) *reliqua desunt* 1 *usque ad lin. 36* quibus; *quorum loco* 1 *exhibet verba* et facere per quosque subditos nostros inviolabiliter observari. v) satisfaciet *B*. w) desideratis *C*. x) extremas *C*. y) aliquis *add. C*. z) malefactor *C*. a) quia . . . faciemus *C*; faciens *B*. b) prehabiti iam *deest B*. c) producere *B*. d) iuramenti *B*. e) *hoc verbo denuo incipit* 1. f) nostrique *C*. g) declarata *C*. h) hec 1.

omnia suprascripta rata[i] habere et inviolabiliter observare. Nosque similiter tacta[k] sancta cruce iuravimus[l] omnia predicta attendere et servare[m] et[n] facere per quoslibet nostros[o] subditos inviolabiliter observari[n].

13. Si quis autem[p] ex predictis consulibus morte vel quocunque casu fortuitu prepreditus commissum sibi presentis inquisicionis officium nequiverit exercere, in locum ipsius[q] alter sine dilacione qualibet subrogetur.

14. Ad hec autem[p], cum inquisicio iuris iniuriam non pretendat[r], districcius inhibemus cunctis baronibus, militibus ceterisque nostro subditis[s] dominio, ne quis deputatos a nobis cunctisque baronibus consules supradictos ab iniuncto sibi negocio minis[t] arceat aut aliquam ipsis violenciam inferat aut eosdem propter ipsorum[u] fidem atque iusticiam prosequatur.

15. Si quis autem eisdem se exhibuerit propter ipsorum officium inimicum, periurus permaneat et infamis nostrique detractor[v] honoris et hostis[w] reipuplice cum ceteris sceleratis hominibus paris pene recipiat porcionem.

16. Precipimus insuper[x] atque mandamus, ut universi terre nostre milites et barones ceterique in officiis puplicis constituti infra octavas tales proxime nunc instantes iurare debeant fidem et[x] pacem. Quod quicunque non fecerit aut[y] facere rennuerit, elapso termino[z] iam[a] prefixo pro[b] reo[c] et condempnato[d] tam a[x] nobis quam a terre incolis habeatur.

17. Ut autem[x] omnia suprascripta rata permaneant et firma perpetuis subsistant temporibus, presentes litteras conscribi fecimus nostrique sigilli munimine ac predictorum consulum signaculo communiri.

Dat. etc[e].

---

627. PAX RHENI INFERIORIS.

1279. Aug. 28.

Autographon, quod asservatur in tabulario regio Dusseldorpiensi 'Churcöln' 273, denuo contulimus nos ipsi. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 427 nr. 728. *(P. deest.)*

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius et Iohannes eadem gratia dux Lotharingie et Brabantie universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino et rei geste cognoscere veritatem.

1. Quoniam sicut ex turbatione pacis regna quassantur, iuris et legis leditur observantia et omnis tranquillitas naufragatur, sic eadem reformata et roborata, sub eius umbraculo quasi in quietis gremio quodam omnia conquiescunt. Talis igitur ac tanti boni, quod ex observantia pacis provenire dinoscitur, instinctu allecti, ad reformationem et conservationem pacis tam in terris quam in aquis firmiter observande nostrum animum

626. i) *deest C.* k) tacta similiter *C.* l) iuramus 1. m) *loco* attendere et servare 1: attente observare; *C:* attendere, observare; nosque — servare *deest B.* n) et — observari *deest* 1. o) milites *add. C.* p) *deest C. B.* q) eiusdem 2. r) precedat 1. *C. B.* s) subiectis 2; dominio subiectis *C. B.* t) minus *C.* u) eorum 2. v) ob 2; velud *C; loco* nostrique — honoris *B:* postque ult. honoris. w) et proditor *add. C. B.* x) *deest* 1. y) ac *C. B.* z) tempore 1. a) pro eo *C. B.* b) *loco* pro — condempnato *C. B:* contemptor nostri mandati et hostis. c) pena 1. d) condempnacione 1. e) *eschatocollon in* 2. *B:* Actum et datum etc.; *C:* Actum et datum Wienne, anno Domini etc.

inclinantes, una cum nobilibus viris Reynaldo Gelrensi et Theoderico Clevensi comitibus nostris fidelibus karissimis fedus pacis ineundum duximus sub hac forma:

2. Quod quicumque hominum, cuiuscumque status aut dignitatis seu preminentie fuerit, clericos, ecclesiasticas personas, milites, mercatores, peregrinos ac alios viatores necnon et alios quoscunque inter Renum et Denram et in ipsis aquis sive in terris sive in aquis spoliaverit aut captivaverit seu iniuste ab eis aliquid extorserit, seu quicunque monetam falsaverit vel in loco non debito vel sub signo alterius domini monetam cudi fecerit aut permiserit, in cuiuscunque nostrum districtu aut in conterminis, finibus seu iurisdictionibus, cuiuscumque existant, tale facinus fuerit perpetratum, ille primum contra predictos, si moniti non emendaverint, potenter et patenter consurget, aliis minime expectatis. Et nos ad monitionem eius, qui hoc interceperit, sibi ad prosequendum huiusmodi negotium communiter auxilium prestabimus pro posse nostro et nosse infra tres septimanas, postquam fuerimus requisiti, et ad vindictam talis facinoris potenter et patenter unanimiter procedemus nec aliquatenus a prosecutione desistemus huiusmodi, donec passo iniuriam ea que perdidit sint sine dampno suo integraliter restituta et captivi fuerint absoluti, et nobis quatuor congrua prestita sit emenda vel iudicium factum fuerit de ipsis spoliatore vel spoliatoribus seu captivatoribus, sicut dictaverit rigor iuris.

3. Si quis vero dominus terre nobilis vel alius aliquis spoliatores vel captivatores sive falsarios monetarum receperit et receptos defenderit, quominus ipsi restituant spoliata, vel solutos dimiserint captivos aut congruam nobis quatuor predictis prestent emendam aut prohibuerint iudicium de ipsis fieri, contra talem omnes unanimiter consurgemus nec ab incepta prosecutione cessabimus, donec talis temeritas pena congrua puniatur. Nec ipsos spoliatores seu captivatores aut eorum receptores seu defensores aliquis nostrum sigillatim admittet ad gratiam vel compositionem faciet cum eisdem, sed sicut communis est nostra obligatio ad pacis conservationem, sic etiam inter nos communis erit communio et communicatio ad compositionis et emende receptionem nec aliquis nostrum supportabit alterum in premissis.

4. Volumus etiam, quod mercatores et alii, quicunque mercimonia quecunque, videlicet in vino, sale, calibe et aliis que selaist vulgariter appellantur, Reno et Mosa transeant, et stratas suas et vias observent, sicut consuetum est ab antiquo.

5. Ad maiorem etiam ipsius pacis observantiam et mercatorum favorem nos archiepiscopus Coloniensis predictus denarium conductus, quem recipere consuevimus apud Worinc, Urdinegen et Berke, deponimus, volentes ut merces et alia per alveum Reni descendentia et ascendentia ibidem libere transeant et ducantur. Et Th. comes Clevensis denarium conductus, quem recepit apud Orsoy, similiter deponit et deponet. Comes etiam Gelrensis suo iusto thelonio contentus erit, sicut est consuetum.

6. Volumus insuper nos archiepiscopus, dux Brabantie, comes Gelrie et comes Clevensis predicti, quod dux Limburgensis thelonium, quod minus iuste apud Dusburg recepit et recipit, omnino deponat. Et Henricus de Lecka, si quod iuris habet in thelonio Smithusen, eo contentus erit et ultra non recipiet aliquid ibidem.

7. Et quia ad conservationem pacis eiusdem speramus plerosque nobiscum aspirare debere favorabiliter, unanimiter duximus admittendum, ut si quis dominus terre, sive spiritualis sive secularis existat, aut nobilis aliquis sive etiam aliqua civitas aut bona villa inter Renum et Denram commorantes aut iacentes huiusmodi fedus nobiscum inire decreverint et ad observationem pacis huiusmodi se nobiscum duxeri[n]t obligare, talis vel tales ad communionem huiusmodi federis recipientur. Non tamen sine unanimi consensu omnium nostrum quatuor predictorum ad fedus pacis huiusmodi admittentur.

8. Nos vero archiepiscopus Coloniensis et dux Brabantie predicti ad observationem omnium premissorum fide prestita corporali, coram positis ewangeliis et tactis sacris

relliquiis nos firmiter obligamus, salvis fide et iuramento, quibus tenemur civibus Coloniensibus et Aquensibus, que inviolabiliter volumus observare, quos etiam in hac pace quoad nos volumus includi. Nos vero Renaldus Gelrie et Theodericus Clevensis comites ad observantiam omnium premissorum fide prius prestita corporali, coram positis ewangeliis, tactis sacris relliquiis et iuramento prestito nos obligamus, hoc salvo quod cives Colonienses et Aquenses quoad nos in hac assumptione pacis generalis nolumus includi, ita tamen quod si cives Colonienses et Aquenses nobiscum concordaverint, extunc quoad nos predicte paci generali sint inclusi.

9. Hoc quidem fedus pacis observare promittimus exnunc usque ad festum beati
1280. Iun. 24. Iohannis baptiste proximo futurum et ab ipso festo Iohannis per continuum succedens triennium, nisi de communi consilio et consensu omnium nostrum ipsum terminum duxerimus prorogandum.

10. Hec omnia et singula premissa promisimus et promittimus, salvo per omnia iure imperii, quod speramus per huiusmodi ordinationem debere recipere incrementum, commodum et honorem.

In cuius rei testimonium robur et notitiam nos Sifridus archiepiscopus, Iohannes dux Brabantie, R. Gelrensis et Th. Clevensis comites predicti sigilla nostra appendi fecimus huic scripto.

Actum et datum apud Wancheim, presentibus multis probis viris et honestis, anno Domini millesimo CCLXX nono, quinto Kal. Septembris.

---

628. PAX TERRARUM MARIS BALTICI.

1283. Iun. 13.

Exemplar coaevum A, *quod exstat in tabulario civitatis Lubecensis 'Trese Saxo-Lauenb.' nr. 11, nobis petentibus denuo descripsit vir d. Fridericus Bruns. Sigilla non pendent. Quo omnes redeunt editiones.*

Superest etiam in eodem tabulario M *minuta huius Pacis, cuius varias lectiones praecipuas, collatis inter se editionibus, quae tum in 'Codice diplomatico Lubecensi' I, 401 nr. 445 cum 'Hansisches Urkundenbuch' I, 313 nr. 917 in varia lectione paratae sunt, nos in adnotationibus posuimus. De indole huius Pacis cf. ea quae monuit Höhlbaum 'Hansisches Urkundenbuch' I, 313 not. 2.* *(P. deest.)*

In[a] nomine Domini amen.

Iohannes Dei gracia dux Saxonie, Bugezlaus Dei gracia dux Zlavorum, Wizlaus Dei gracia princeps Ruianorum, Henricus et Iohannes Dei gracia domini de Werle, Helmoldus et Nicolaus Dei gracia comites Szwerinenses, Bernardus Dei gracia comes de Dannenberg, Iohannes, Hinricus et Iohannes Dei gracia domini Magnopolenses, Iohannes, Nicolaus et Borwinus Dei gracia domicelli de Rozstok universique fideles et vasalli intra terras et terminos dictorum dominorum constituti, consules et universitas civitatum Lubeke, Wismarie, Rozstok, Stralessund(e), Gripeswald(e), Stetin, Demin et Tanclim necnon omnes civitates earundem terrarum universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in eo, qui est salus omnium.

628. a) *protocollon et arenga desunt M, ubi loco* In nomine — quilibet *(pag. 607 lin. 9) scripta sunt:* Notum sit, quod dominus Io. Saxonie dux, domini Slavie tales et taliter et eorum vasalli et civitates tales et taliter se federaverunt iuramentis et fidei promissis, quod quivis eorum.

1. Quantum sit emolumentum pacis et hominibus et terris, in quibus pax vigere disnoscitur, et quod ex adverso detrimentum sit eis intus, quos hominum pestilencium et perversorum malignitas nullo pacis aut iusticie timore refrenatur, omnium prudencia non ignorat. Et si princeps ac terrarum domini suscipiunt pacem populo, tunc in fidelibus, vasallis, civitatibus atque subditis valebit iusticia reperiri, nisi enim iusticia et pax se mutuis recipiant osculis, necesse est secundum prophetam, ut et longe stet iusticia et veritas corruet in plateis[1]. Cum igitur pax bonusque status nobis cordi sint, sicut debent, notum esse volumus tam posteris quam presentibus, quod nos fide data iuramentisque prestitis confederati sumus, ita quod quilibet[a] alii debet assistere in omnibus iustis causis.

2. Unde si cuiquam de premissis principibus, dominis vel eorum vasallis aut civitatibus vel civitatum incolis sive eciam quibuscunque rurensibus vel villanis terras istorum principum et dominorum vel eciam bona vasallorum inhabitantibus quitquam iniurie vel indebiti gravaminis illatum fuerit, super talis gravaminis iniuria omnes ad hanc confederacionem pertinentes peticionibus et procuracionibus, quibus poterunt, ordinare studebunt, quod talis iniuria retractetur. Si vero tali via infra mensem finis debitus non fuerit consecutus et si gravaminis[b] iniurie contra iusticiam illate sunt dominis aut vasallis, tunc dicte civitates coniuncttim cum ducentis dextrariis eciam in hoc presenti bello et gwerra[c] servient dominis et vasallis suis propriis sub expensis, de quibus ipse civitates quinquaginta dextrarios iam quitaverunt cum domino Iohanne duce Saxonie, ex eo quod mille marce Lubicencium denariorum sibi ac civitatibus sunt collate, que[d] mille marce, si civitatibus restistute fuerint, tunc ipse servient iterum dextrariis cum ducentis[d].

3. Si vero civitatibus et earum inhabitatoribus iniuriam gravaminis inferri contigerit, super tali gravamine modis prehabitis omnes ad istam confederacionem pertinentes peticionibus et promocionibus aliis infra mensem facient, quidquid poterunt, quod illud in statum debitum reducatur. Et si talis iniuria via huiusmodi retractari non valebit, principes, domini et vasalli iam dicti sub suis expensis[e] propriis civitates iuvabunt et earum incolas cum quadringentis dextrariis, preter[f] dominum Iohannem ducem Saxonie et Helmoldum et Nicolaum comites de Zwerin necnon dominum Iohannem Magnopolensem atque dominum Bernardum comitem de Dannenberg, qui dominos ceteros et civitates pro suo posse iuvabunt, et aliis principibus et dominis se nulla racione adiungent nec in civitates eorum et municiones quempiam in dampnum dominorum et civitatum sub confederacione predicta conclusorum intromittent nec ipsas debent cuiquam aperire[f].

4. Ceterum si predictis principibus, dominis et vasallis atque civitatibus visum fuerit expedire, quod ad aquas navigio de premissis quitquam contractari debeat, tunc pro quolibet centenario dextrariorum principes[g] et domini una cum civitatibus[g] cum ducentis armatis viris bene expeditis navigio servient, quantum possunt.

5. Preterea si dicti principes et domini cum civitatibus equites bellum sive gwerram aggressi fuerint, tunc rurenses et villani terras dictorum principum et dominorum inhabitantes de quibuslibet sex mansis cum uno equo servient[h] et uno viro armis sibi decentibus expedito.

6. Item si prefati domini [cum][i] civitatibus inimicorum terras intraverint et ibi per exactiones, que vordinginghe[k] dicuntur, pecuniam aliquam vel bona acquisierint

628. b) gravamine *or.* c) contra dominos marchiones *add. M, sed deleta.* d) que — ducentis *desunt M.* e) sub suis expensis *desunt M.* f) *loco* preter — aperire *M:* et in omnibus terris, *sed deleta.* g) *loco* principes — civitatibus *M:* civitates. h) *sequitur* pelfredo, *sed deletum M.* i) *deest or.* k) vordinghe *A;* vordinginghe *M.*

1) *Is. 59, 14.*

vel eciam per captivos[l] tam[m] intra terras quam extra ter[m]inos suos eorundem dominorum ab ipsis bona conquiri contigerit, ubicunque locorum vel qualitercunque conquisita fuerint, hec sicuti captivi secundum numerum armatorum in hoc pro utraque parte existencium equaliter dividentur[m]. Si[n] vero de civitatibus captivari contigerit et domini captivos aliquos superstites habuerint super eos, cum quibus suos homines, si qui de suis forsan captivati fuerint, bene possunt redimere, illos inquam captivos superstites dabunt in concambium pro eis, qui sunt de civitatibus captivati, et econverso facient civitates. Si autem dominorum quempiam captivari contingerit, ille se ipsum redimet. Sed si a vasallis et civitatibus princeps aliquis sive dominus fuerit captivatus, ille debet dominis ad usus eorum tantummodo in subsidium presentari.

7. Et si domini municionem aliquam perdiderint, dampnum subportabunt. Si autem aliquam ceperint et expugnaverint, profectum habebunt, sed pro recuperacione municionis perdite omnes unanimiter, quantumcunque poterunt, laborabunt[n].

8. Item omnes strate dictarum terrarum pacifice debent esse transeuntibus tali modo, ut si cuiquam rebus aut corpore fuerit illatum quitquam gravaminis et iniurie, omnes, ad quos clamor sive scruchte taliter pregravati pervenerit, insequi debent eum vel eos, qui iniuriam intulerunt, valide toto posse. Et qui tales maleficos audito scruchte[o] non insecuntur et[p] eos post hec de hoc incusari contigerit, quod, sicut tenebantur, secuti[q] non fuerint, ac se super eo, quod clamor ad ipsos non pervenerit, excusare voluerint, si miles est, armiger sive famulus, quinque pociores et meliores de tota parantela sua et amicis assumet et sic ipse sextus existens se ab obiectis huiusmodi expurgabit, villanus vero sive rurensis ipse decimus novem melioribus sue condicionis et fidedignioribus coassumptis. Quicunque vero, sicut prehabitum est, se expurgare recusaverint[p], illi solvent et emendabunt, quidquid passo vel passis iniuriam est illatum.

9. Eodem modo fiet ad aquas eadem pace, securitate et insecucione, sicut est ad terras superius ordinatum.

10. Ceterum[r] si predonem aliquem, incendiarium, homicidam vel latronem sive maleficum talem deprehendi contigerit ita, quod crimen publicum sit et notorium, neque princeps neque dominus neque vasallus neque advocatus neque civitates neque iudices, qualescunque fuerint, pecuniam ullam sive donum accipient, sed idem pene et sentencie iuris, quam meruit, modis omnibus subiacebit.

11. Item nullus omnino, qualiscunque sit, maleficum quemquam manutenebit vel fovebit, sed si forsan esset aliquis, qui maleficum aliquem fovere vel manutenere presumeret, cuiuscunque condicionis hic exstiterit, pro hoste per omnia sicut maleficus est tenendus. Verum si maleficus quisquam evaserit, ille per omnes terras supradictorum dominorum et civitates quaslibet habebitur[s] pro proscripto[r].

12. Si autem quisquam prelibatorum principum, dominorum, vasallorum vel civitatum[t] premissa violaverit aut, ut est prehabitum, cooperari noluerit, illum monebunt sui proprii vasalli et civitates cum ceteris dominis, vasallis et civitatibus, quod memor sue fidei et iuramenti infra mensem faciat in hiis omnibus, que promisit. Et si tam pertinax fuerit, quod in hiis facere noluerit, quod tenetur, ille pro hoste tenebitur et ipse per[u] predictos omnes et per eius proprios vasallos et civitates gwerris invadetur per omnia sicut hostis, et tandem, eo convicto, ipse solvet omnes expensas in talibus erogatas[v]. Eodem modo erit de civitatibus et vasallis, si rebelles fuerint et non tenuerint omnia, quemadmodum in presenti pagina sunt expressa.

628. l) aut per res ab inimicis optentas *add. M.* m) *loco* tam — dividentur *M:* bona vel pecunia fuerit conquisita, de illis due partes cedent dominis et tercia pars debet civitatibus exhiberi *M.* n) Si — laborabunt *desunt M.* o) schrichte *M.* p) et — recusaverint *desunt M.* q) sicuti *or.* r) Ceterum — proscripto *desunt M.* s) habebit *or.* t) paucorum aut plurium *add. M.* u) *supra lineam add. or.* v) erogatis *or.*

13. Preterea[w] si vasallos inter se discordare contigerit, rectores, iudices et iurati, qui pro tempore statuentur, sibi causam illorum assument et ipsam diligencius discucientes iniustam partem conpescent, iustam vero in omnibus tuebuntur.

14. Insuper nullus omnino hostes in cibariis nec in uno nec in alio confortabit, sed si forsan quisquam esset, qui[x] hostes in cibariis vel in aliquibus aliis confortare presumeret, qualiscunque talis esset, pro hoste deberet per omnia reputari.

15. Item universi supradicti principes et domini conscensum ad hoc adhibuerunt plenarium, quod civitates eorum tam magne quam parve civitatibus ceteris in omnibus secundum suam possibilitatem assistant[w].

16. Item omnes civitates in hac confederacione conprehense perfruentur tam in theloniis, pedagiis et exaxcionibus dictis unghelt, quam in omnibus aliis iuribus, libertatibus et graciis, quas privilegiis vel aliis ostensionibus demonstrare poterunt se habere et hactenus habuisse, que singula debent cuilibet civitati secundum quod demonstraverint innovari; sed specialiter libertates et gracie et omnia iura[1], que Lubicenses habuerunt in omnibus terris et terminis, que fuerant sublimium dominorum Barnim et Warzlai ducum Slavorum, debent ipsis Lubicensibus innovari et per auctentica privilegia de novo conferri. Civitatibus universis in confederacionibus huiusmodi conprehensis.

17. Similiter[y] et vasallis debent omnia iura, libertates et gracie, quas a primis et antiquis unquam habuerunt temporibus, inviolabiliter observari.

18. Ceterum sepedicti principes et domini cum marchionibus vel hostibus suis aliis conposicionem prorsus nullam inibunt, nisi sit cum voluntate civitatum communium et consensu.

19. Omnia vero[z] placita memorata et statuta atque pax per decem annorum durabunt circulum, et si extunc vasallis et civitatibus utile et expediens visum fuerit, ut perdurent diucius, per quantum temporis ipsis placuerit, perdurabunt ulterius, quod tamen nequaquam in dominis, sed in vasallis et civitatibus tantum stabunt.

20. Si autem quemquam dominorum antedictorum medio tempore ab hoc seculo emigrare contigerit, et si filii sui seu heredes prelibata servare renuerint, vasalli, fideles et civitates ipsis homagium sive vasallagium nequaquam facient nec ipsos debent habere pro dominis, nisi prius servent omnia, que sunt superius memorata. Si vero vasallus quisquam mortuus fuerit, filii sui seu heredes idem, quod pater promisit, facient. Alioquin principes et domini bona sua feodalia nequaquam porrigere sibi debent.

21. Ad omnia antedicta statuenda et ordinanda necnon errata corrigenda tam de vasallis quam discrecioribus civitatum singulorum dominorum et terrarum rectores, indices et iurati singulis suis debent eligi, qui quater in anno quolibet, videlicet in octava pasche, in octava beati Iohannis baptiste, in octava beati Michahelis et in circumcisione Domini secundum quod apud se decreverint debent ad statuendum, ordinandum et corrigendum singula convenire; et quitquit ab ipsis extricari et enodari nequiverit, ad evocandum et iudicandum ad dominum Iohannem ducem Saxonie deferetur, qui ab universis dominis et vasallis et civitatibus super hiis omnibus iudex et capitaneus est electus. Et si per aliquam absenciam extra terras forsan existens presens esse non poterit, cum consilio et voluntate prehabitorum dominorum vasallorum et civitatum iudicem debet ponere loco sui.

Iun. 30. Oct. 6. Ian. 1.

628. w) Preterea — assistant *desunt M.* x) que *or.* y) *Ab hoc verbo reliqua omnia desunt M, ubi potius haec sequuntur:* Preterea domini, vasalli et civitates ac omnes in hac confederacione conprehensi non aggredientur aliquam gwerram racione gravaminis cuiuscunque nisi de communi consilio eorum, qui pertinent ad confederacionem presentem *omnia hucusque deleta. Post haec:* De rectore seu iudice et iuratis assessoribus eius quolibet anno innovandis. De domino, vasallo vel civitatense iurato decedente et alio loco sui iurare volenti. De pandatione facienda super adversarios. z) vero *supra lineam add. or.*

1) *De hiis cf. ea quae notata sunt 'Hansisches Urkundenbuch' l. c.*

22. Super hec omnia, si qui vasalli essent vel civitates intra sepedictorum dominorum terras et terminos, qui se ab huiusmodi pactis et confederacionibus vellent abstragere[a], illi iuribus, libertatibus et graciis prehabitis minime perfruentur.

23. Quod autem tam racionabile factum et salubre inmutari non valeat vel infringi, prelibati principes et domini, videlicet Iohannes dux Saxonie, Bugez(laus) dux Slavorum, Wiz(laus) princeps Ruianorum, H(enricus) et Iohannes domini de Werle, Hel(moldus) et Ni(colaus) comites Zwerinenses, Iohannes, Hinricus et Iohannes domini Magnopolenses, Ber(nardus) comes de Dannenberg, Iohannes, Ni(colaus) et Bor(winus) domicelli de Rozstok fide, pactis et iuramentis prestitis conpromittentes coniuraverunt una cum vasallis et civitatibus universis intra suas terras et terminos suos constitutis necnon civitate Lubicensi, ita quod quilibet[b] alii in omnibus superius fideliter expressis debet asistere et insuper in cunctis aliis iustis causis.

24. Sunt autem hii milites et vasalli, qui una cum dictis principibus, dominis et vasallis in manus civitatum et econverso civitates in manus eorum fide data et iuramentis prestitis promiserunt. Cum domino Iohanne duce Saxonie spoponderunt et iuraverunt hii: Volcmarus et Volcmarus filius eius, David de Carlowe, Ditlevus de Parkentin, Emeke Hake, Heyno Schacke de Lunenborch, Hartwicus de Retzekow, Iohannes de Balch, Borchardus Degezow milites, Iohannes de Crumesse famulus; cum domino Wiz(lao) principe Ruianorum Matheus et Everardus fratres dicti Molteken, Nicolaus de Diviz, Henricus Pape, Wernerus de Tribeses milites; cum comitibus de Zwerin: Ludolfus Molsan et Fredericus filius suus, Ludolfus Hasenkop, Iohannes de Dambeke, Ericus, Anthonius, Voz de Retberg, Gherrardus de Eczen, Stochvisch milites; cum domino Bernardo comite de Dannenberg: Eghardus Ribo, Bertoldus de Stortelebocle milites; cum domino Iohanne Magnopolensi Fredericus Smekere, Eggehardus de Gutow, Hinricus de Bulow milites, Nicolaus de Bulow famulus; cum H(enrico) et Iohanne dominis de Werle: Godeko Luch, Volradus Dargez, Iohannes Koz, Nicolaus Gallus, H(enricus) de Vlotow, Tidericus de Buren, Iordanus et Gherrardus fratres de Cropelin, Iohannes Cabolt, Iohannes et Bernardus fratres de Belin, Sifridus de Kuthdorp, Radolfus de Hunwardestorp, Grub. Duding, Volzeke Tunneke, Mathias Galerus, Hermannus de Langhevorde, Heydenricus de Lu, Bernardus de Lesten, Iohannes de Goldenbog, Iohannes de Dutten, Iohannes de Lipe, Hen(ricus) Storm milites; cum H(enrico) et Iohanne domicellis Magnopolensibus: Bertoldus Pren, Otto de Reventlo, Hinricus de Barnekow, Ludolfus de Travenemunde, Benedictus de Rodenbeke, Heningus de Stralendorp, Marquardus de Le, Gherrardus et Hartwicus fratres dicti Metzike, Heningus dictus de Cremon, Iohannes de Sernin, Otto Wackerbart, Gotdescalcus Pren, Tetwicus de Ordz, Godeko Dotenberch milites; cum Iohanne et N(icolao) et Bor(wino) domicellis de Rozstok: Gerardus de Rozstok, Iohannes Babbe, Reddagus, Iohannes, Fredericus et Conradus fratres dicti Molteke, Goscalcus Polene, Henricus Lupus, Georgius Molteke, Gerrardus de Oldendorp, Henricus de Tune, Godeke de Tribow, Hen(ricus) Kat, Lambertus de Manegoldeshaghen, Volradus Smeker, Bordeko et Tidericus de Kalant, Bertoldus de Iork, Wernerus de Axekow, Bertoldus Latekop, Fredericus Keredorp, Wernerus Gesevitz, Marquardus de Dragun milites et alii quam plurimi milites et armigeri fidedigni.

25. Ad evidenciam autem pleniorem prehabitorum et firmitudinem cerciorem[c] omnium memoratorum principum et dominorum atque civitatum sigilla anexa sunt presenti cartule ad cautelam.

Actum et datum in civitate Rozstok, anno Domini MCCLXXXIII, dominica proxima ante festum beati Viti.

628. a) *sic or.* b) *corr. ex* cuilibet *or.* c) serciorem or.

629—632. ACTA AD PACEM THURINGIAE SPECTANTIA.

1287. Febr. 25. — 1291. Mai. 8.

629. *SCRIPTUM PACIS. 1287. Febr. 25.*

Denuo exemplavimus autographon, quod asservatur Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Mainz Stift St. Alban' fasc. 7 nr. 44. Sigilla iam desunt, foraminibus relictis. Scriptum est a scriba cancellariae Moguntinae. In verso leguntur manu coaeva: lr̄e quibus se Nuenburgen. et Merseburgen. ep̄i et march. Fridericus de Landesberch se obligant ad subsidium pacis. *Edidit iam olim Schunck 'Codex diplomaticus' pag. 134, eodem usus autographo. Cf. Reg. imp. VI, 2058. (P. deest.)*

1. Nos Dei gracia Bruno Nuemburgensis, Heinricus Mersemburgensis ecclesiarum episcopi et Fridericus marchio de Landesberg recognoscimus et constare cupimus universis, quod nos de mandato serenissimi domini nostri regis Romanorum illustris, apponente suam sollicitudinem reverendo in Christo patre domino H(einrico) sancte Maguntine sedis archiepiscopo sacri imperii per Germaniam archicancellario, in partibus Thuringie et Orientalibus ipsius domini regis capitaneo et vicario[1], pacem generalem iuxta formam, condiciones et modos, secundum quod in ipsis partibus Thuringie per eundem dominum archiepiscopum eciam pax ordinata[2] existit, per nostras terras et districtus exnunc et a festo beate Walpurgis proximo affuturo ad sex annos continuos fide data Mai 1.
et corporali sacramento prestitis super eo promisimus observare.

2. Et ut optatus pacis effectus proveniat[a] quodque efficacius dirigi valeat pax eadem et foveri, ad instar subsidii inpositi in partibus Thuringie per nostras terras et districtus conmune tam nobis quam omnibus earundem terrarum et districtuum incolis, clericis et laicis, subsidium duximus imponendum, ita sane quod de cuiuslibet marce annuo redditu usualis argenti ferto dimidius persolvatur, exceptis tamen bonis, que quicumque milites, religiosi vel clerici seculares colunt propriis laboribus et expensis. De quibus inquam bonis pro quolibet marce unius redditu loto est tantummodo persolvendus. Si autem alicuius bona ad unius marce redditum annuum minime se extendunt, pro rata eorum que consuevit percipere reddituum tantum solvet. Huiusmodi tamen subsidium de redditibus et bonis sitis extra muros et fossata civitatum et oppidorum est solummodo exhibendum.

3. Quia vero prefatus dominus archiepiscopus Maguntinus graves pro instauranda pace huiusmodi labores impendisse dinoscitur et expensas, ut eidem reconpensam aliqualis gratitudinis rependamus, in eo voluntate concordi convenimus et consensu, ut prefati subsidii medietas cedat domino archiepiscopo supradicto, eidem vel strennuo viro Henrico advocato de Plawe, quem suum in predictis nostris terris et districtibus capitaneum quociens fuerit absens constituit, assignanda. Reliqua vero medietas in conservationem pacis huiusmodi de ipsius domini archiepiscopi consensu et consilio convertetur.

4. Ad hec itaque omnia et singula fideliter observanda nos pro nobis prefatis terris et districtibus nostris ac incolis eorundem firmiter obligamus et debitores constituimus principales. Litterarum presencium testimonio sigillorum nostrorum munimine munitarum.

Dat. Erfordie, anno Domini MCCLXXXVII, V. Kal. Marcii.

629. a) at *in loco raso or.*

1) *Cf. supra nr. 398.* 2) *Litterae pacis, quarum mentio fit in confirmatione regis a. 1287. Mart. 29. data supra nr. 399, nobis servatae non sunt.*

630. *LITTERAE RUDOLFO REGI DIRECTAE. 1287. Aug. 14.*

Descripsimus autographon eiusdem tabularii 'Mainz Erzstift Nachträge' fasc. 7. Quatuordecim sigilla olim pendebant, quorum adhuc secundum, tertium parum laesa, primum, quartum, quintum, sextum, penultimum admodum laesa sunt, cetera omnino desiderantur. Loro sigilli quinti inscripta sunt: Dietrici lantgra., *penultimi:* S. Meinheri burgravii Misnen. *Scriptum est item ac nr. 629 a scriba cancellariae Moguntinae. Ad idem autographon omnes redeunt editiones. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2117.*

(P. deest.)

Invictissimo domino suo domino Rud(olfo) regi Romanorum semper augusto Witicho Misnensis, Heinricus Merseburgensis et Bruno Nuwemburgensis ecclesiarum episcopi, Fridericus comes Saxonie palatinus, Theodricus iunior lantgravius Thuringie, Fridericus filius Heinrici marchionis Misnensis et Orientalis, Otto de Marnshovge, Fridericus et Bertoldus de Rabenswalt, Albertus de Glichen et Heinricus de Stalberg comites, . . burcgravius Misnensis cum ceteris baronibus in Cice coram venerabili patre domino Heinrico sancte Maguntine sedis archiepiscopo sacri imperii per Germaniam archicancellario vice et loco vestre maiestatis presidente iudicio[a] congregatis cum omni subieccione obsequiosam semper ad eius beneplacita voluntatem.

Pacem illam communem per eundem reverendum in Christo patrem dominum Heinricum archiepiscopum Maguntinum auctoritate et mandato vestro secundum datam sibi desuper prudenciam cooperante pacis auctore non minus mirifice quam salubriter ordinatam ac solidissimis firmitatibus roboratam mente stabili et invariabili proposito disponentes et incommutabiliter promittentes inviolabiliter observare, serenitatem vestram omnes et singuli rogamus plenissimo cum affectu, quatinus contra turbatores pacis eiusdem severitate regia procedatis ad rebellionis sue pertinaciam comprimendam[b], prout excessus eorum exegerint, quocienscumque et quandocumque per predictum dominum H. archiepiscopum fueritis requisiti, ne eorum impunitas blandiatur aliis ad offensam. Nam iustum, dignum et equm nobis videtur omnium nostrum in hoc sentencia concordante, quod contra eosdem pacis turbatores et violatores per proscripcionis sentencias possitis procedere et alias penas, quas iidem in se voluntarie elegerunt, exequi auctoritate regia ad edomandum et refrenandum ipsorum maliciam contra eos, ubicumque locorum fueritis constituti.

Nos[c] eciam predicti Witecho Misnensis, H. Merseburgensis et Bruno Nuwemburgensis ecclesiarum episcopi, Fridericus comes Saxonie palatinus et Dietricus iunior lantgravius Thuringie promittimus et obligamus nos presencium serie litterarum sub omnibus penis, que in litteris pacis Thuringie[1] continentur, necnon sub debito iuramenti, quo pacem iuravimus, quibus videlicet penis nos submittimus et ipsas in nos voluntarie recepimus, si contra promissum nostrum veniremus, quod subsidium pacis, videlicet de qualibet marca dimidium fertonem aut lotonem, si propriis sumptibus agri a quoquam coluntur, cuius subsidii medietatem sub eisdem penis et per sacramenta nostra obligavimus venerabili domino nostro H. archiepiscopo Maguntino et liberaliter nos daturos, non impediemus per nos seu per alios, sed per omnes districtus nostros idem subsidium promovebimus diligenter et procurabimus diligenter et fideliter et integraliter ab omnibus persolvi et castra nostra, que pro observancia pacis pignora obligavimus sine predicti domini archiepiscopi licencia numquam, quamdiu pax ista duraverit, de manibus illorum, qui ea auctoritate regia et sua possident, extrahemus.

Dat. apud Cice, XVIIII. Kal. Septembr., anno Domini MCCLXXXVII.

a) *corr. ex* iudicco *or.* b) cōprimendam *or.* c) *abhic atramento fusciori, litteris minoribus, ductu artiori eadem manu scripta, ultimis duabus lineis sub plica exaratis or.*

1) *Quae servatae non sunt. Cf. supra pag. 611 not. 2.*

631. *PROTESTATIO DUCIS SAXONIAE DE PACE IURATA. 1290. (Iun. 12.)*

Repetimus editionem 'Urkundenbuch der Stadt Goslar' II (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XXX) pag. 420 nr. 416 ex autographo tabularii civitatis Goslariensis paratam. Sigillum pendet loro membranaceo ex ipsa membrana exsecto. Diei 12. mensis Iunii vindicanda est; cf. mandatum regis supra nr. 431. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 2324 et supra nr. 425. 426. (P. deest.)

Albertus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino.

Recognoscimus et tenore presentium publice profitemur, quod discreti viri consules civitatis Goslarie ac universitas civium in presentia domini nostri serenissimi Ro(dolfi) regis Romanorum instituta pacis iuramento prestito affirmantes[a], volentes observare omnia, secundum quod a maiestate regia sunt definita. Unde omnes huius nostre protestationis inspectores exoratos esse volumus, ut predictos consules ac universitatem in omnibus, que ad predictam pacis institutionem pertinent, promoveant observanda.

Datum Erfordie, anno gratie MCCLXXXX.

632. *MANDATUM DE CASTRIS DESTRUCTIS NON REEDIFICANDIS. 1291. Mai. 8.*

Repetimus editionem, quae parata est 'Urkundenbuch der Stadt Erfurt' I (= Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XXIII) p. 286 nr. 421 ex autographo tabularii regii Magdeburgensis. Pendet sigillum laesum. (P. deest.)

(1) Nos Albertus Dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus recognoscimus et ad singulorum notitiam cupimus pervenire, quod omne castrum seu munitio qualiscunque, que ex parte pacis iam direpta sunt vel fuerint adhuc destructa, nunquam alicuius auctoritate eadem reedificari possint vel debeant, licentia, gratia vel indultu. Inportunum enim et pacis sanctionibus probaretur esse contrarium, ut hoc alicuius licentia speciali restauraretur in opidum, quod per generalis pacis observantiam est destructum. (2) Quicunque autem ausu temerario sic destructa recastellare presumpserit aut firmare, anathema sive excommunicationem domini pape patris nostri sanctissimi[1] proscriptionemque domini nostri Romanorum regis serenissimi, nostram quoque et totius terre proscriptionem se noverit incidisse. Et ipso facto omnia ipsorum bona vacant et vacare debent libere suis dominis et solute. (3) Prohibentes etiam tales reedificationes nullis exinde afficiantur[a] iniuriis aut aliquorum suspicionibus sive ingratitudinis formula innodentur, cum talis eorum prohibitio non indirecta sit, immo iusta verius sit et salva. Et ut hec robur debitum sorciantur ac nullius calumpnia in posterum infirmentur, presentem litteram inde conscribi et nostri sigilli impressionis munimine volumus et iussimus contestari.

Acta sunt hec in tentoriis obsidionis castri Bilstein, anno Domini MCCnonagesimo primo, VIII. Idus Maii.

631. a) *sic pro* affirmarunt *or.*

632. a) afficientur *ed.*

1) *Cf. etiam supra constitutionem Pacis generalis nr. 390 c. 17.*

633. PAX BAWARICA.

1293. Sept. 3.

Autographon, quod Monaci asservatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae, denuo contulit H. Herre. Pendent tria sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. Ediderunt a. 1861. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 22 nr. 193 et a. 1891. Rockinger 'Denkmäler des baierischen Landesrechts vom 13. bis in das 16. Jahrhundert' II, 55 sqq.

Synopsin capitum huius pacis et Pacis Rudolfinae a. 1281. Iul. 6. promulgatae supra nr. 278 cum Pace anni 1300. infra in tomo IV. edenda confecit Rockinger loco supra ad nr. 278 citato pag. 35 (= 'Denkmäler' pag. 15).

Numeros capitum tam editionis Wittmannianae quam secundo loco Rockingerianae uncis inclusos et typis minoribus expressos nostris adiecimus. Pacis Rudolfinae capita, quae cum nostro textu conveniunt, margini ascripsimus. (P. deest.)

1. [W]ir Heinrich von Gotes genaden bischof ze Regenspurch tun allen den chunt, die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz wir mit dem gwalt, der uns von den edeln herren hertzog Ludwigen und hertzog Otten von Baiern mitsampt ir beider ratgeben von in gegeben ist, dise sætze gesetzet haben, als si hernach geschriben sint mit æchten ir gesworns rates, dem lande ze frûm und ze fride.

c. 3. 2. (1. 1.) Wir setzen des ersten, daz die bischôf und alle pfafhait ir alt freiheit und ir alt reht haben und daz nieman diu gotzhaus und ir læut und ir gut fûr den vogt oder ieman ze laide noch fûr ieman anders pfende oder raub oder prenne. Swer daz daruber tut, wirt er des uberzeuget vor dem rihter als reht ist, den sol man in die æht tûn und sol in dar uz niht lazzen, er gelt danne den schaden dristund als tiwer er ist. Und suln diu zwai tail dem gotshaus werden und daz drittail dem vogt. Und darumb sol er dem rihter ze wandel geben fûmf pfunt an ander pen, die hernach geschriben stent.

c. 4. 3. (1. 2.) Ez ensol nieman rihten uber die widme dann der bischof, in des bistûmb si sint.

4. (2. 3.) Dazu setzen wir, daz die gevangen ietwederthalben, umb sweu si gevangen sint, untz auf den heutigen tag ledich sin an schaden. Geschæh des niht von hiut in vierzehen tagen, so suln wir bischof Heinrich den herren, der daz ubervaren hat, manen. Und ist daz, daz man daz in vierzehen tagen niht widertût und die gevangen niht geledigt an schaden nach der manung in vierzehen tagen, wirt daz ubervarn von hertzog Ludwiges wegen, so suln sin zwein sûn her Rudolf und her Ludwich hintz Dachawe varen und da laisten und ir gesworns rates vier mit in, als lang untz die gevangen, ir sei ainer oder mer, an schaden ledich werden. Und suln auch die selben zwen herren noch die vier, di mit in in dem laisten sint, dehein naht von dann sin. Wirt aber ez von hertzog Otten wegen ubervaren, so sol man in darumb manen, als hie vor geschrieben stet. Und werdent si dar nach niht ledich in vierzehen tagen, so suln sin zwein bruder hertzog Ludwich und hertzog Stephan datz Mosburch laisten und ir gesworn rates vier mit in, als die vodern, also daz si ouch in dem laisten dehein naht von danne sin. Ist aber daz die vorgenanten herren mit haus sint in den vorgenanten steten, so suln die hertzog Ludwiges sûn beide laisten datz Wolfrathausen, und hertzog Otten bruder beid datz Wolfstein. Und suln hertzog Ludwiges sûn, die-

weil daz laisten werde, hintz Munchen niht chomen, noch hertzog Otten brůder hintz Landeshůt.

5. (3. 4.) Dazu setzen wir, ob ein raub in eines herren lande in des andern gefůrt oder getriben werde, fůr daz der selbe raup in desselben herren lant oder in sin gebiet chumt, so sol er in selbe gelten oder er sol schaffen, daz er gæntzlich wider werde. Wær daz des niht geschæh, so suln die hertzogen beide schaffen mit dem rihter, in des gebiet der raub gefůrt oder getriben wirt, daz er laist mit zwain rittern oder mit zwain rittermæzzigen chnechten, swenn er gemanet wirt. Und sol daz geschehen, fůr daz der raup geschiht, und darnach in vierzehen tagen also: ob ez in den obern vitztumampten geschiht, so suln die hertzog Ludwiges rihter mit ir geverten datz Landeshůt laisten, und die hertzog Otten datz Munchen. Geschæh aber ez in den nidern vitztůmampten, so suln die hertzog Ludwiges laisten datz Cham, und die hertzog Otten datz Nappurch. Geschæh des also niht in vierzehen tagen, so sol man die jungen herren, swederthalben der gebrest ist, darumb manen, und suln si laisten an den steten, als oben uf geschriben ist, alslang untz si, die rihter und ir geverten, dazu bringen. daz si laisten, als hie vor geschriben ist, untz daz der schade gæntzlich widertan werde.

6. (4. 5.) Wir setzen ouch, swer in aintweders hertzogen hof, dieweil si bi einander sint, einen man ze tod sleht mit mutwillen, den sol entweder herre fůrbaz nimmer mer in daz lant chomen lazzen. Und sol siniu lehen leihen, der si ze reht leihen sol, und sines aigens sol sich der lantherre underwinden. Und sol er ewichliche von dem lande vertriben sin und siniu chint und sin hausfrawe allez gutes enterbet sin. Ist aber daz er in an dem weg sleht, da er zu den herren oder von den herren reitet, ez si umb todvintschaft oder umb ander sache, so sol ez darumb sten, als hie vor geschriben stet. Er bewer dann mit drin siner genozzen, daz er ez niht enwest, daz er hintz hof oder von hof rit. Und beredet er sich also, so suln siniu chint und sin hausfrowe niht enterbet sin, er sol aber von dem lande ewichlich vertriben sin. Wirt aber er gevangen, so sol man uber in rihten als reht ist. Umb ander wunden, die zu dem tod oder ze der lem geziehent, sol daz selbe geschehen. Aber umb chlainer wunden sol im der herre haizze prennen swaz er hat, und sol ein jar auz dem lande sin, und fůrbaz stet ez an des herren genaden. Swer aber einen man sleht in aintweders herren hof, den sol der ander niht behalten noch behausen, er chom danne beflohen zu im, so mag er in behalten vierzehen tag, untz er sich der sache ervar, und ob er in gehuldigen mug. Ist aber daz er in lenger behalt oder in ze beholten geit in deheinær siner gebiet, so sol man die jungen herren manen und suln si laisten an den steten als vor geschriben ist, als lang untz er den selben man lazze varen und daz lant raum. Wær aber daz er ein purch hit und sich wolt setzen gein dem lantherren oder daz in anders ieman behielt, so sol in der herre besitzen, in des lande er gesezzen ist, und sol im der ander beholfen sin, ob er sin bedarf, untz si in von dem land vertriben. Swelher auch under den herren daz uberfůr, so sol man aber die jungen herren darumb manen und suln si laisten, als ê geschriben ist.

7. (5. 6.) Wir setzen ouch, ob dehein graf, dehein frey, dehein dienstman, dehein hofpfaf oder dehein vitztům gevangen werde, daz in die herren beid ledigen suln in vierzehen tagen. Geschæh aber des niht, so suln die jungen herren darumb laisten, als vor geschriben ist. Wær aber, daz der herre, in des gebiet er gevangen wær, in mit ernst besæzze, so suln die herren dieweil des laistens uberich werden und suln ouch die herren des an einander beholfen sin, ob sin der ander bedarf. Geschæh aber daz ein ander edelman, ein purger, ein chaufman oder ein ander arm man gevangen wurde, so sol der rihter, in des gebiet er gefůret oder gebandet wirt, schaffen, daz er in vierzehen tagen ledich werde an schaden. Tæt er des niht, so sol er laisten, als vor von den rihtern geschriben ist.

8. (5. 7.) Ist aber daz der herren ainer oder ir dienær ainer flûr ein purch, ein stat oder ein ander vest, so suln die jungen herren als lang laisten, swenn si gemanet werdent, als vor geschriben ist, untz ez widertan werde an schaden.

9. (6. 8.) Alle strazze suln geoffent und gefreiet sin uber al Baiern ouf dem lande, ouf den wazzern, und swer durch daz lande varen wil. Wær aber, daz der herren aintwederm auf des andern strazze dehein schad geschæh von raub oder von pfantung, daz gein hundert pfunden Regenspurger gezûg oder mer, da suln die jungen herren umb laisten, als vor geschriben ist, untz ez widertan werde. Ist aber der schade hinder hundert pfunden, so suln ir gesworn rates vier darumb laisten, swenn wir die herrn darumb manen, und schaffent ez die herren niht, daz ez geschæh in vierzehen tagen, so suln die jungen herren darumb invaren als vor geschriben ist, swenne si gemanet werdent.

10. (7. 9.) Geschæh aber daz ein herre dem andern, er oder sin dienær sin gelaitt bræch, so sol der herre, in des land ez geschehen ist, schaffen, daz ez in vierzehen tagen widertan werde. Geschæh des niht, so suln die jungen herren darumb laisten, swenn si gemanet werdent, als vor geschriben ist, und swenn daz laisten geschiht, so sol man den schaden, der dannoch ouz ist, mit der zwigult gelten. Ist aber daz der herre in besitzzet oder sinen schaden gæntzlich wirbet, so suln die jungen herren darumb die weil niht laisten. Und suln die herren des an einander beholfen sin.

c. 24. 11. (8. 10.) Wir setzen ouch, daz nieman in dem lande dehein gelaitt geben sul, danne die herren selbe oder dem si ez besunderlich enpfelhent.

12. (8. 11.) Uber swiû emalen gesprochen ist, swer des geinnern mach mit zwain zu im selben, daz ez niht behalten oder widertan si, so sol der rihter, in des gebiet ez geschehen ist, schaffen, daz ez widertan werde in vierzehen tagen. Geschæh des niht, so sol der rihter laisten, als vor geschriben stet, in den obern vitztumampten und in den nidern. Und schaffent di herren niht, daz daz gescheh, so suln die jungen herren darumb laisten, als vor geschriben ist.

13. (9. 12.) Ez ensol auch nieman ouf deheiner vogtay niht nemen oder pfenden. Swer daz ubervert, so sol der herre, in des land er ist, den selben zwier als tiwer haizzen pfenden und diu selben pfande als lang inne haben, untz daz den læuten ir schade gæntzlichen werde abgetan. Ist ez aber ein vogtay, diu gotshauser und pfaffen angehôret, so sul wir in zu der pen, diu hie vor geschriben ist, in den pan chunden, wan er vor darumb in des pabstes pan gevallen ist. Und suln uns die herren dazu beschîrmen.

14. (10. 13.) Ez suln ouch die marchlæut, die noch niht gesworn habent, den satze ze behalten, nu ze diser zeit hie ze Regenspurch swern. Die aber hie niht sint, sint si
Sept. 22. hertzog Ludwiges, so suln si biz sand Haimeranes tach datz Munchen vor dem hertzogen swern, und sol dabi sin einer auz des hertzog Otten rat. Sint aber si hertzog Otten, so suln si datz Landeshût auf demselben tag swern, und sol einer auz hertzog Ludwiges rat auch dabi sin. Gescheh des niht, swelher herre daran schuldich wær, des selben ratgeben suln vier laisten an den steten, als vor geschriben stet von den rihtern, swenn si gemanet werdent, untz ez geschehe. Schûffen aber die herren des niht, so suln die jungen herren darumb laisten als ê.

cf. c. 5. 15. (11. 14.) Diu wandel von fumf pfunden und sechzich pfenning suln ab sin. Aber diu wandel von fûmf pfunden diu suln sten, sam umb diu hant und umb ougen. Umb haimsuchung datz siner purg, datz sinem haus oder datz sinem hof suln dem chlager, der daz behabt, gevallen zehen pfûnt und dem rihter fûmf pfunt; umb diu lem dem
cf. c. 5. rihter ein pfûnt, dem chlager zwelf schilling; umb sachhaft wunden ein pfunt. Umb ubereren und nachtetzen dem rihter zwen und sibentzk pfenning und den schaden bezzern

als reht si. Umb zaunbrechen dem rihter zwelf pfenning und den schaden bezzern als reht si.*

16. (12. 15.) Wir setzen und wellen ouch, daz dehein rihter iht mer hab dann sehs pfærht und der scherig eins, und als oft der rihter daz ubervert, als oft sol er sinem herrn geben zehen pfůnt und der scherig fůmf pfunt.

17. (13. 16.) Umb schedlich læut setzen wir also, daz nieman in dem lant, er si graf, frey, dienstman, vitztum oder rihter oder swi er geheizen si, deheinen schedelichen man behalten sol lenger dann vierzehen tag. Ist aber daz er in lenger danne vierzehen tag behaltet nach disem satze, so sol der in da behaltet dem herren und dem lande allen den schaden abtun, der fůrbaz von im geschiht. Aber umb den schaden, den er vor disem satze getan hat oder des er beschuldigt wirt, sol er in hinfůr ouf daz reht stellen driu taidinch, und sol er sich davon nemen nach der herre sætze. Mag er des niht tůn, so sol sin herre, der in da behaltet, den schaden fůr in bezzern, den er getan hat, und sol er des landes vertriben sin, und suln beide herren daran beholfen sin. Und swer sin fůrbaz [sich][a] underwindet, der sol den schaden alln fůr in gelten, den er getan hat oder noch tut, und sol dazu in der æht sin, und sol ouch in fůrbaz entweder herre innemen. Ist aber daz die herren daz ubervarent nach der manung, so suln ouz ir gesworn rat zwein vierzehen tag laisten an den steten, als vor geschriben ist. Laistent die vierzehen tag, so suln aber zwein invaren des herren, der da schuldich wirt, und suln mitsampt enen aber vierzehen tag laisten. Und wirt ez denn in dem vor genanten fristen niht gebezzert, so sol man die jungen herren darumb manen und suln si darumb laisten, als vor geschriben ist, als lang untz ez gebezzert wirt.

18. (14. 16.) Man sol ouch ein stille vrag haben, ieder herre in sinem lande, als im aller best fůg, biz sand Gallen tag, der nu næhst chumt. Oct. 16.

19. (15. 17.) Umb die prenner, die nahtes oder tages verholn prennen, setzen cf. c. 27. wir also: Swer diu sint, di si behaltent oder di in pfenning dingen, di in botschaft werbent, di in ze ezzen gebent oder bringent unbedwungen, oder di in chauf gebent mit willen, daz di all der pen schuldich sin, die di prenner sulden, ob si begriffen wurden. Wær aber daz ein pawman oder ein ander arm man von in bedwungen wurde bi der naht, daz er in ze ezzen geben můst, ist er in einem dorf, so sol er růffen. Ist aber er ein ainsezzen man, so sol er des morgens sinen nahtpawern und besunderlich sinem rihter chunt tůn und sol damit unschuldich sin. Ist aber daz ein geschray an in wirt oder daz man sin anders inn wirt, wo er si, so suln alle die nachzogen, die daz geschray hőrent, und swer des niht tůt, der sol dem rihter sechzich pfenning schuldich sin, als dick als er des schuldich wirt. Ez si dann daz er sich davon genemen mug, daz er sin niht gehőret hab, oder daz in chaft not geirret hab. Swer aber des uberwunden wurt, daz er einen schachprant getan hat, in swelhes herre lant er begriffen wirt, da sol man uber rihten als reht ist, und sol er des landes immer mer vertriben sin, ob er hin chumt.

20. (16. 18.) Wir nemen ouch ab chirchgeriht und setzen, daz man rihten sol auf c. 6. den alten schrannen und dingsteten. Doch sulen den gotshausen, graven, freyen und dinstmannen iriu reht beleiben an ir dorfgerihten, und swer diu ze reht hat von alter gewonhait.*

21. (17. 19.) Ez sol ouch dehein herre des ander dienær innemen. Wær aber daz [daz][a] geschæhe, so sol der herre, der ez ubervaren hat, in vierzehen tagen denselben widerantwurten unbeheiraten. Tæt er des niht, so suln die jungen herren darumb laisten, als vor geschriben stet. Ist aber daz in der herre beheirat darnach und er in innimppt, so sol er in aber wider antwurten, und sol diu hausfrowe nach dem wirt gehőren, und sol si dem herren florn sin, des si ê was, an alle ansprache.

633. [a]) *deest or.*

c. 10. 22. (18. 20.) Swem sin aigenman, sin lehenman oder sin vogtman in ein panstat enpfert, volget er im in einem jar nach, man sol im in lazzen varn. Versaumt er sich ein jar, so beleibt er der stat, er mug danne bereden, daz er sin niht gewest hab. Vert aber er auz der stat in ein ander, allez daz reht, daz der herre in der vodern stat hintz im het, daz hat er auch in dirre stat.

c. 15. 23. (19. 21.) Ez sol nieman auf den andern invaren oder laisten umb dehein gut, daz hinder zehen pfunden ist, noch ros noch hengest setzen umb dehein gut hinder drin pfunden.* Swer aber daruber pfenning auf ros leiht oder auf den vorgenanten schaden, der sol die floren haben, und sol ener, der der pfenning schuldich was, ledich sin vor aller chlag.

c. 29. 24. (20. 22.) Ez sol auch nieman deheinen schutzen füren, er hab danne drizzich pfunt geltes in disem land oder er si ein rihter. Swer aber anders sogeton schutzen begriffet, der sol in die hengest und diu armbrust nemen und sol den schutzen an daz geriht antwurten für einen schedlichen man.

25. (21. 23.) Pekkenhauben, gespitztiu swert, purdaun und allez verborgens harnasch sol allen læuten verboten sin; ez mag aber ein man einen purdaun in sinem haus haben durch ein geschray. Swer aber daz ubervert in der herre hof in vierzehen tagen darnach und der satz geoffent wirt, dem sol der herre urlaub geben und sol im daz lant verbieten, alslang der satz wert. Chom er daruber wider in daz lant in dem satze, swem er dann widerfür, der sol im haben allez, daz er fürt, und sol in an daz geriht antwurten, und sol man im diu hant abslahen. Ist aber er der herren hofgesind niht, so sol im daz selbe widervaren, als ez vor geschriben ist.

26. (22. 23.) Ez sol ouch dehein purger in der herren stete oder in ir mærchten dehein gespitztes swert oder dehein pekenhauben oder purdaun oder dehein verporgen harnasch tragen. Tut er ez daruber, so sol er dem rihter fumf pfunt [geben][b] oder man sol im ab diu hant slahen. Ist aber daz er ez ze dem andern mal tut, so sol man im diu hant abslahen und niht anders wandels von im nemen. Ubersicht aber der rihter, daz si sogetan harnasch tragent haimlich oder offenlich, so sol er sinem herren drizzich pfunt geben ze wandel.

27. (23. 24.) Wir setzen ouch, daz die herren den graven gebieten, daz si ir lantgeriht haben, und suln si die herren dazu füdern.

28. (24. 25.) Wir wellen auch, daz der brief, der in der vasten zwischen den herren geschriben ward[1], an allen sinen artikeln behalten werde und ouch stet si, an als vil ob ir etlicher an disem brief verchert si.

29. (25. 26.) Wir setzen ouch, daz entweders herren man oder dienstman vor deheinem anderm geriht ze reht ste, man chlag des ersten uber in vor dem geriht, da er inn haus und hof hat und selbe da sitzte. Wær aber daz man im des rehtes da verzig, so sol er anderswa nindert daz reht süchen, wan von uns und vor den æhten. Geschæh aber daz daz im daz wurd ubervaren, daz sol im unschedlich sin, und suln die herren schaffen, daz in der rihter in sin gewer setze. Tæt er des niht, so suln die herren schaffen, daz der rihter selbedritt laist, untz daz man in in die gewer setze.

30. (26. 27.) Swen man umb raup an spricht, der sol niht alain gelten, daz im ze tail worden ist, er sol halt umb den schaden allen antwurten.

31. (27. 28.) Wir setzen auch, daz entweder herre in des andern lant purg noch ander[c] vest gewinne noch pawen sol, dieweil diser satz wert. Und swer daz uberfür, so suln die jungen herren darumb laisten als ê.

cf. c. 36. 32. (28. 29.) Swelich rihter der sætze ainen ubergriffet, der gelt mit der drigult also, daz dem chlager werd ein tail und dem herren diu zwai tail. Und der rihter si

633. b) *deest or.* c) *supra lineam add. or.*

1) *'Monumenta Wittelsbacensia' II, 3 nr. 188.*

des gerihtes entsetzet und werd nimmer mer rihter, dieweil dise sætze weren. Swelich herre daz dem rihter ubersiht, des selben herren gesworn rates suln zwein laisten, als hie vor geschriben ist. Tunt si des niht in vierzehen tagen, so suln die jungen herren laisten, als hie vor geschriben ist.

33. (29. 30.) Alle die sætze, die gesetzet sint, als si an disem brief geschriben sint, suln stæt beleiben untz an sand Marteins tag, der nu schirst chumt, und danach ein gantzes jar. Nov. 11.

34. (29. 30.) Wir hertzog Ludwich und hertzog Ott von Baiern verjehen ouch an disem brief, daz wir alle die sætze, die unser herre der vorgenant bischof Heinrich von Regenspurch und unser beider rat gesetzet habent, als si vor geschriben stent, mit allen ir bůnten und artikeln stæt behalten wellen, und geloben si ze behalten in aides geweis. Und nemen ouch den vorgenanten bischof in dieselben sætze, in und alle sin dinstman, dienær und læut, der er gewaltich ist, und allez sin gut, swie ez genant ist, also ob im oder deheinem dem sinen dehein brest widerfůr, darumb heizzen [wir][d] laisten umb iegelich sache unser sůn und unser brůder, dinstman, ratgeben, ritter und rihter als uns selben in aller der weis, als vor geschriben ist. Und bint ouch sich der bischof dazu, daz er, sin dinstman, rihter, diener und læut, der er gewaltich ist, die selben sætze uns und den unsern behalten auf die vorgenanten zit.

35. (29. 30.) Und daz dise sætze alle also stæt, gantz und unzebrochen beleiben, darumb haben wir disen brief ze einem urchůnd gegeben und haben ouch in versigelt wir bischof Heinrich, hertzog Ludwich und hertzog Ott mit unsern insigeln.

Und ist daz geschehen datz Regenspurch, do von Christes gebůrtt warn tausent zwai hundert und in dem dritten und neunzgistem jar, des næhsten pfintztags nach sand Gylin tag.

---

634. OBLIGATIO DE PROSECUTIONE PACIS GENERALIS.

1296. Ian. 29.

Autographon, quod superest in tabulario civitatis Coloniensis nr. 611, denuo contulit vir d. Hermannus Keussen. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 568 nr. 960.

(P. deest.)

In nomine Domini amen.

(1) Nos Gerardus de Iuliaco dominus de Kastre vir nobilis notum esse volumus universis presentes litteras visuris et audituris, quod cum viri honorabiles et prudentes iudices, scabini, consilium ceterique cives Colonienses cum quinquaginta viris armatis teneantur ad prosecutionem pacis generalis, quotienscunque necesse fuerit et domini et coadiutores ipsius pacis requisierint, de consilio et consensu illustris viri domini ducis Brabantie nobiliumque virorum de Monte, de Marka comitum et aliorum adherentium et prosequentium pacem eandem, concordavimus cum civibus predictis, quod per dimidium annum pro eis et eorum nomine veniemus ad prosecutionem eiusdem pacis cum quinquaginta viris armatis, quorum viginti et quinque erunt cum dextrariis coopertis, alii viginti et quinque armati cum equis competenter, et per eos supplebimus vices civium eorundem, et pro eo dabunt et dare promiserunt nobis sexcentas marcas

633. d) *deest or.*

pagamenti Coloniensis infra quindenam, qua nos requisierint, per patentes litteras suas, ut nos at expeditionem eiusdem pacis preparemus; qui dimidius annus currere incipiet a die, quo nobis eorum littere requisitionis fuerint assignate, nec nobis ad ipsas sexcentas marcas erunt aliquatenus obligati, nisi postquam nos per suas litteras, ut predictum est, duxerint requirendos. Preter quas nichilominus ultima die quindene predicte a tempore receptionis litterarum suarum computanda dabunt nobis decem marcas ad expensas nostras et hominum nostrorum, et deinceps quolibet die tantum, quamdiu fuerimus nomine eorundem civium in prosecutione pacis eiusdem. Et pro eisdem sexcentis marcis et sub expensis predictis infra dimidium annum usque ad terminum dimidii anni parati erimus cum hominibus predictis venire ad prosecutionem ipsius pacis, quotienscunque et quandocunque nos duxerint requirendos. (2) Elapso vero anno dimidio, si nostri indiguerint, pro anno dimidio sequenti quingentas marcas nobis dabunt et solvent infra quindenam a die, qua nos requisierint per patentes litteras suas, et parati erimus, ut in precedenti articulo, pro eis et nomine ipsorum prosequi pacem predictam, nobisque respondebunt de expensis, ut superius est expressum, quibus contenti erimus etiam, si plus expendere nos contingit. (3) In expeditionibus vero a nobis faciendis nomine ipsorum civium, ut predictum est, si dampnum nos incurrere contingat ex occisione, vulneratione, captivatione sive dextrariorum et equorum perditione sive quocunque alio modo in prosecutione pacis predicte, hoc nobis incumbet, nec ipsi cives nobis aut hominibus nostris, qui nobiscum in eisdem expeditionibus fuerint, aut aliis quibuscunque refundere vel resarcire in toto vel in parte tenebuntur. (4) Si etiam aliquos nos captivare contingeret in eisdem expeditionibus, emolumentum quod prosequeremur ex eo, permanebit ad nos solum, sed in ipsorum captivorum dimissione sive liberatione cavebimus ipsis civibus tanquam nobis in urveda. Vice versa si nos vel aliquem ex nostris, quod absit, captivari contigeret ab adversariis pacis generalis in expeditione eiusdem nomine ipsorum civium, ipsi cives nequaquam compositionem inient cum eo vel eis, apud quem vel apud quos nos et nostri captivi detinentur, nisi per eandem compositionem nos et ipsos captivos nostros obtineant liberari. Sed si nos nosmet ipsos vel aliquis ex ipsis captivis nostris se ipsum exactionari promittit sive se per exactionem liberet, de eo nichil ad cives memoratos[a]. (5) Omnibus precedentibus sic condictis, si contigeret per compositionem generalem, quod per gratiam Dei omnia sopirentur, ita quod prosecutio pacis generalis cessaret omnino, nec necesse esset nos requiri preparatione expeditionis pro prosecutione pacis generalis, et ita ipsi cives de aliqua summa ex aliquo pacto nobis non tenerentur respondere, quia tamen liberaliter nos exhibuimus ad portandum onera expeditionis quinquaginta armatorum, que ipsi cives facere tenerentur, compromittimus in honestos viros Constantinum dictum de Lysolskirgen, Emundum dictum Birklin, Hermannum dictum de Stesza milites et Everardum dictum Gyr concives eorum, quod quidquid super tali exhibitione et curialitate dixerint et ordinaverint, id gratanter acceptabimus et de eo contenti erimus gratiose. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, feria secunda ante festum purificationis b. Marie virginis.

634. a) *sic or.*

APPENDIX V.

SCRIPTA VARIA.

635. 636. SENTENTIA DE HOMINIBUS ECCLESIARUM.

1274. Mart. 14.

635. *SENTENTIA GENERALIS.*

Repetimus editionem, quae ex autographo Stuttgardiae in tabulario regio asservato parata est 'Wirtembergisches Urkundenbuch' VII, 283 nr. 2399. Sigillum iam deest, filis sericis flavi coloris relictis. In verso leguntur: Littera comitis Hugonis langravii nostri super confirmatione sententie pro hominibus monasterii nostri. *(P. deest.)*

Omnibus presentium inspectoribus Hugo comes de Werdenberc salutem et notitiam subscriptorum.

Auctoritate regie celsitudinis nobis conmissa feria quarta secundo Idus Martii apud Sulze provinciali presidentes iudicio, conmunis perquisita fuit sententia: si homines ecclesiarum vel alterius cuiuslibet se ad aliena possent obligare vel astringere servitia per alicuius pecunie dationem, et per generalem ac universalem sententiam omnium pronunctiatum exstitit: quod nullus hominum absque domini vel advocati sui permissionem aut consensum se posset ad aliquid obligare nisi ad solidos tantum quinque. Huic sententie interfuerunt: Ůlricus nobilis de Aychain, Wol(kmarus) de Kemenata, S(wiggerus) senior de Mindelberc, Ber(toldus) de Kiselegge, dapifer de Diescinhofin, dominus de Scîl, dominus Hatto de Scîl, Bruno minister de Ravensburc, Her(mannus) Heller, F(ridericus) Zůcil, H. Můsor, F(ridericus) Heller et alii quam plures, pronunctiantes huiusmodi obligationes frivolas et inanes et fore nullatenus persolvendas. Pro cuius facti testimonio presens scriptum venerabilibus abbati et conventui de Winegartin in signum date ac pronuntiate sententie duximus concedendum sigilli nostri munimine roboratum.

Actum anno Domini MCCLXXIIII, secundo Idus Martii, indictione secunda.

636. *SCRIPTUM ABBATI WINGARTENSI TRADITUM.*

Editum est ex autographo eiusdem tabularii l. c. pag. 284 nr. 2400. Pendet sigilli equestris fragmentum parvum loro ex ipsa membrana exsecto.

Hugo Dei gratia comes de Werdenberg iudex provincialis a domino rege in Ravenspurc et suis terminis deputatus omnibus hoc scriptum lecturis obsequium et amorem.

Ad notitiam universitatis vestre duximus perferendum, quod coram nobis apud quercum Sulz per vocationem ad tractanda regni negotia baronibus, militibus, burgensibus generaliter constitutis, procedens venerabilis vir Her(mannus) abbas Wingartensis in nostra presentia proposuit, quod nonnulli essent, qui eum homines suo monasterio pertinentes locare in bonis suis non sinerent et penitus inpedirent, eo quod eis cavissent per aliquam summam, ne ad predicti monasterii culturam vel alterius ipsis relictis se transferrent. Nos vero servato iuris ordine consulentes assessorum maturiores, concordanter ab eis fuit sententiatum: quod nulli homini servilis condicionis liceat omnino ad aliqua vota se obligare vel ad extranea servitia per cautionem astringere nisi ad summam quinque solidorum et infra sine veri domini speciali licentia et permissione, si non fuerit sinodalis persona. Unde per promulgatam diffinitivam sententiam ipsi abbati libera auctoritas ordinandi de hominibus ecclesie Wingartensis, quod sibi expediat, est adiudicata, huiusmodi obligatione infirma et prorsus irrita contestata. Interfuerunt: Ulricus nobilis de Aychain, Wol(kmarus) de Chamenate, S(wiggerus) senior de Mindelberc, Ber(toldus) de Chiselech, quam alii plures. Ad huius rei memoriam presentes conscribi iussimus et nostro sigillo communiri.

Datum apud Ravenspurc, II. Idus Martii, indictione[a] secunda, anno Domini millesimo CC septuagesimo IIII.

---

637. IURAMENTUM MINISTERIALIUM.

1276. Sept. 19.

Autographon, quod asservatur in tabulario Vindobonensi, denuo contulit socius noster H. Hirsch. Pendent sigilla 1. 3—6. parum laesa loris membranaceis; cetera desunt. — Böhmer, Reg. imp. VI, 597 a. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Multis incomodis prudenter occurritur, cum etatis cuiusque negotia litterarum memorie commendantur. Nos igitur Ulricus de Heunburch, Hainricus de Phannenberk comites, Fridericus de Bettowe, Wulfingus de Stubenberch, Herrandus de Wildonia, Hertnidus de Stadekke, Otto de Liehtenstain, Gotschalcus de Nytperch, Hertnidus et Ulricus pincerne de Rammstain, Offo de Teuffenpach, Cholo de Saeldenhoven, Willehalmus et Hainricus de Scharfenberk, Gotfridus de Truhsen, Cholo de Marchpurch, Hertnidus de Leibenz ceterique ministeriales Stirie ac Karinthie meliores tenore presentium profitemur, quod innotescere volumus universis, quod convenientes in unum maturo consilio diffinito ius, quo sacro imperio astricti existimus, utpote vassalli ipsius imperii et fideles ex merito intuentes voluntarie et omni dolositatis scrupulo procul moto serenissimo principi domino nostro Rudolfo serenissimo regi Romanorum semper augusto iurati spopondimus unanimiter famulari, nichilominus hoc adiecto, quod in omnem eventum rebus pariter et personis, immo si quod absit ex nobis alicui obsidionis vel alias quomodolibet periculum inmineret, non separabimur ab invicem nisi morte, sed liberationi eiusdem afflicti concorditer intendemus. Si vero conspirationis huiusmodi motu proprio per nos facte aliquis ex nobis transgressor repertus exstiterit, feuda, que ab imperio

636. a) *sequitur* indictione *deletum or.*

dinoscitur possidere, sint abiudicata eidem medio quolibet resarcito, conferenda per prefatum dominum nostrum regem Romanorum vel alios, qui ipsius imperii gubernatores pro tempore fuerint, absolute aliis, prout eis videbitur expedire, et insuper idem transgressor periurus, exlex necnon a Deo maledictus et hominibus perpetuo censeatur. Ut autem prefata omnia per nos inmutabiliter observentur, presentem scribi litteram et sigillorum nostrorum muniminibus fecimus roborari.

Actum et datum in monasterio beate Marie virginis apud Růnam, anno Domini millesimo CCLXXVI, XIII. Kalendas Octobris.

---

638. QUERIMONIA DE STATU TERRAE THURINGIAE.

(circiter 1277.)

Superest in solo codice Ottoboniano 2115, de quo v. supra ad nr. 14—19, fol. 37' nr. 76, ubi rubrum Comes comiti. *Cuius editionem 'Wiener Briefsammlung' p. 113 nr. 104 paratam hic repetimus. De tempore v. Regesta imperii et Redlich l. c. 115. — Böhmer, Reg. imp. VI, 909.* *(P. deest.)*

Nobili viro sororio suo karissimo domino F(riderico) burchgravio de Nurnberch Ot(to) Dei gracia comes Orlamund cum sincera dilectione honoris et obsequii quitquid potest.

Quoniam excellentissimo domino nostro inclito R(udolfo) Romanorum regi[a] semper augusto nos una cum universis nobilibus ac ministerialibus Thuringie, civitatibus quoque quibusdam ad imperium pertinentibus aliisque civitatibus eiusdem terre, cenobiis universis, immo eciam communi populo terre ipsius litteras nostras direximus, querulose significantes eidem domino nostro angustias terre nostre atque malicias, quas principes ipsius terre lantgravius, videlicet Thuringie, et marchio frater eius non solum in nos, qui pociores videmur aliis, immo in universos tam seculares quam religiosos, divites et pauperes non desinunt exercere, quam maliciose quamque fraudulenter ad disturbacionem pacis frequencius elaborant, quibusque dolis universos nos et singulos sua nituntur hereditate privare, trahentes nos frequencius ad coniuracionem pacis, et sic aliquem semper e nobis, aliis sibi adiunctis, nituntur destruere et laborant. Quantas vero malicias in claustra et personas religiosas Deo cottidie famulantes exerceant, per litteras non posset faciliter explicari. Super hac igitur querimonia gloriosus dominus noster rex Romanorum predictus, prout regiam decuit maiestatem, iam pridem sinum compassionis sue et misericordie, quem[b] nulli claudere videtur, aperiens, sue maiestatis apices nobis destinare dignatus est, pie nos et favorabiliter consolando ac exhortando diligenter, ut pacem iuratam in terra nostra firmiter observemus ac strennue exequamur, ad quod sue pietatis contra eos, qui ipsam disturbare nituntur, pollicitus est se nobis auxilium inpertiri. Cum itaque prenotati principes in nos insurgant specialiter vehemencius quam in alios nostrasque municiones capere, si possent, nos nostrosque liberos exheredítare et exterminare fervencius elaborent, ideirco cum vos aput serenissimum dominum nostrum regem sciamus omnia posse tamquam eum, cuius arbitrio idem dominus noster rex regitur atque nutu, de vestra dilectione singularem gerentes confidenciam, nobilitatem vestram

638. a) i *in rasura c.* b) quod *c.*

rogamus omni studio quo possumus et amore, quatinus memores nostri, quos exterminare predicti principes specialiter elaborant, dominum regem sepedictum deprecari et informare studeatis ac diligencius exhortari, ut propter Deum principaliter omneque nostrorum perenne obsequium ac pro nobis, sui gloria pariter et profectu super casibus pretactis nobis atque terre nostre prenotate sue magnitudinis dignetur subsidium inpertiri, aliquem nobis virum strennuum cum vexillo imperii capitaneum deputando, cuius auxilio mediante pacem terre possimus unanimiter reformare et zizaniam extirpare radicitus, que tritico et bono semini adversatur. Informantes nichilominus dominum nostrum regem inclitum supradictum, quod merum ius habet ad terram Thuringie, et videlicet quod cum inclitus dominus H(einricus) quondam Thuringie lantgravius felicis memorie absque herede decesserit, ipsa terra est ad imperium racionabiliter devoluta. Nos itaque de communi consensu universorum nobilium ac ministerialium terre et favore communis populi potestatem habemus domino nostro nominato sepius regi sepe dictam terram libere presentare, si ipsam duxerit attemptandam, si manum nobis ac toti terre, prout pretactum est, regie maiestatis porrexerit adiutricem.

Datum etc.

---

639. SENTENTIA DE FORO ECCLESIASTICO.

(circiter 1280.)

Denuo descripsimus autographon in tabulario generali regni Bawarici 'Kloster Waltsassen' fasc. 5 asservatum. Pendent quinque sigillorum primum, secundum, quartum laesa loris membranaceis. Male edidit Gradl 'Monumenta Egrana' I, 125 nr. 341. De tempore v. ea quae notavit Gradl l. c. Quibuscum concordant, quae ex scriptura concludi possunt. (P. deest.)

Notum sit universis presentes literas inspecturis, quod venerabiles viri dominus prior et conventus in Waltsashen per requisitionem generalis sententie coram ministerialibus et civibus Egrensibus factam iuste et rationabiliter obtinuerunt: quod nulla religiosa persona[a], cuiuscunque ordinis fuerit, iuste habitum et regulam suam observans coram nullo iudice pro aliqua causa inpeti debeat aliquomodo vel conveniri, nisi coram suo magisterio, cui tenetur ad obedientiam et professionem. Huius vero rei testes sunt: dominus de Wirstberc, dominus Granselinus, Engelhardus frater suus et alii quam plures qui dicuntur Noithaft, dominus Henricus de Herttenberc et Albertus frater suus et alii quam plures ipsorum amici, Cunr(adus) de Rore existens iudex in Egra, Henricus de Ratispona, Cristanus, Erwinus, Cunr(adus) de Curia et alii quam plures cives Egrenses, in quorum presentia huiusmodi sententia requisita extitit et obtenta. Insuper premisse[b] actioni in testimonium presens cedula sigilli domini langravii de Luckenberc et sigilli eorum qui dicuntur Noithaft et illorum de Herttenberc necnon omnium Egrensium munimine est roborata.

---

639. a) *supra lineam or.* b) *secunda* e *ex* a ? *or.*

640. SENTENTIA DE PORTORIO FLUMINIS RHENI.

1291. Iul. 12.

Autographon, quod invenimus Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Lindau Reichsstadt' fasc. 5, iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 37 nr. IX. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. *(P. deest.)*

In Gottes namen amen.

Wir herre Rŭdolf von Guttingen ain lantrichter in Rintal an kunc Rŭdolf von den gnaden Gottes ain voet ze Rome an des stat tŭgent chunt an disem brief allen den, die in lesent alde horent lesen, daz Waltehr der anman von Sant Gallen an der burger stat und an alles dez landez stat claget hin zun burgern von Rinegge, daz si næmen vershaz, der dem lande niht gewonliche wære noch reht, und claget mit namen hin ze den Helden Rŭd(olf) und H. und Eber. und ze Burcart von Rin an dem lantage ze Visherhusen. Do wart dem vor genanten Walt. dirtailet, man solt ez ziehen in die chuntshaft umbe ain warhait zervarenne, und an fuinf man gesezet. Daz was herre C. der alte von Grunenstain, herre H. und herre Bur. die voete von Wartense und Johannes der anman von Rinegge und Ůl. von Hosten, und irfurent sich dez und saiton daz uf ir ait: sit der Rin wær des riches rehtu frigu strase, daz da uf nieman vershaz gen solti von allem lande, wan swaz ûber die berge dar chæme alt da hin solti, druehens gutes alde gebundes ie von dem sôme ainen phenninc, swaz den Rin uf alde nyder vert. Disu urtail geviel ze Visherhusen an den næhsten dunrstage vor sant Margaretun tac an den lantage. Daz dis wær si, so gebent herre Rŭd(olf) von Guttingen lantrichter in Rintal unsern brief und insigel ze ainer rehter wærhait und ze ainer vestenunge ze behabenne.

Acta sunt anno Domini MCCLXXXXI.

---

641. PETITIO REGI PORRECTA CONTRA TURBATORES PACIS.

1294. Oct. 26.

Cum autographon deperditum sit, repetere necesse est editionem, quam ex autographo tabularii civitatis Argentinensis, ut opinari licet, paravit iam olim Wencker 'Apparatus et instructus archivorum' (1713) p. 180. *(P. deest.)*

Serenissimo domino suo domino . .[a] Romanorum regi semper augusto P(etrus) Dei gratia[b] episcopus Basiliensis subiectionem debitam et devotam.

Rulemannus civis Argent(inensis) conquerens dudum undecim conservatoribus pacis generalis de quadam enormi iniuria sibi illata a civibus de Selse, obtinuit dudum a dictis undecim concorditer firmam eorundem licentiam et indultum occupandi cives de Selse predictos pro emenda sue iniurie et dampnorum, prout ex dictis et litteris dictorum

641. a) *deest ed.* b) . . *add. ed.*

undecim didici et percepi. Dicto ergo Rulemanno ex hoc[c] quendam civem de Selse occupante, advocatus de Rinberg et dictus Rintfleiss vices eius gerens et cives de Selse absque iudicio qualicumque temeritate propria[d] duos cives Argent(inenses) capere presumpserunt, quos adhuc non solum in vinculis detinent, sed etiam novum theolonium vinis civium Argent(inensium), singulis carratis scilicet ducendis per aquas octo solidos Argent(inenses), imposuerunt et illos non desinunt extorquere. De qua iniuria cives Argent(inenses) in mei presentia coram dictis undecim pacis iudicibus gravem querimoniam deposuerunt, petentes ab illis subsidium et iuvamen in aliquo petere[e] aut obtinere, propter quod institutio dicte pacis vilipenditur et penitus evanescit. Ad preces igitur et instantiam magistri et civium Argent(inensium) maiestati regie supplico quantum possum, quatinus prefatos advocatos et cives vestros de Selse a premissis iniuriis dignemini cohibere, cum ipsi in terra nostra singulares et precipui sunt auctores, ne inter ipsos cives Argent(inenses) et cives de Selse horribilis discensionis et guerre flagitium ventiletur et pacis predicte destructio, que toti terre nostre dispendium faciat, oriatur.

Actum et datum feria tertia ante festum Omnium sanctorum, anno Domini millesimo CC nonagesimo quarto.

---

642. FOEDUS NUPTIALE INTER ALBERTUM DUCEM AUSTRIAE ET PHILIPPUM REGEM FRANCIAE.

1295. Mart. 6.

Denuo descripsimus procuratorii autographon, quod asservatur in tabulario Parisino 'Carton J. 408' nr. 7 (Musée AE III 127). Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. In verso scripta sunt: . . lrā[a] regis Alemanie super[b] matrimonio contrahendo. — *Böhmer, Reg. 1264—1313 Addit. II pag. 491.* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia dux Austrie et Stirie, dominus Carniole Marchie et Portus Naonis universis presencium inspectoribus declaramus, quod nos de viri nobilis Ottonis de Ohsenstein avunculi nostri dilecti, fratris Heinrici commendatoris provincialis per Austriam et Stiriam et Karinthiam domorum sancte Marie Theutunicorum, Marquardi de Lyela militis et Franconis clerici nostri fide et prudencia gerentes fiduciam inconcussam, damus et concedimus eisdem auctoritatem plenariam nostro nomine inter domum excellentis domini . . regis Francie et domum nostram cum ipso rege vel nunciis suis, quos ad hoc duxerit deputandos, matrimonium ordinandi, tractandi, componendi, statuendi, consumandi et in animam nostram iurandi faciendique universa et singula, que eidem negocio noverint expedire. Ratum habituri et gratum, quicquid iidem in premissis fecerint et consequentibus ad premissa. Quod si omnes hiis exequendis non potuerint interesse, tres vel duo ex ipsis, qui presentes fuerint, ea nichilominus exequantur. Harum testimonio litterarum.

Dat. Wienne, in dominica Oculi, anno Domini millesimo CC nonagesimo quinto.

---

641. c) hec *ed.* d) propterea *ed.* e) *locus corruptus ut videtur; an legendum* percipere ?

642. a) *praecedit* due *deletum;* a *corr. ex* e *or.* b) *sequitur* dc̄o *deletum or.*

643. CONSENSUS PRINCIPUM ELECTORUM DE TRANSLATIONE BONORUM IMPERII.

1297. Iun. 4.

Autographon, quod asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Kloster Waltsassen' fasc. 20, hucusque ineditum descripsimus. Quatuor sigillorum primum, secundum desiderantur; tertii, quarti fragmenta pendent loris membranaceis. Num postea privilegium regis Adolfi unquam editum sit, dubitari licet. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 211. (P. deest.)

Nos Gerhardus sancte Moguntine sedis archyepiscopus, Wencezlaus Bohemorum rex, Ottho marchio Brandeburgensis necnon Albertus dux Saxonie Dei gracia principes et electores sacri imperii presentibus publice protestamur, quod quia illic tute beneficia collocantur, ubi a datore omnium graciarum Altissimo expectatur eterni boni infallibilis recompensa, nos in Christo dilectos religiosos viros . . abbatem et conventum de Waltsassen Cysterciensis ordinis Ratisponensis dyocesis, qui celestia contemplantes assidue divinis laudibus inhiare non desinunt, specialis favoris et gracie prerogativa prosequi cupientes, ut iuvemur eorum piis intercessionibus apud Deum, ad hoc quod serenissimus dominus noster Adolfus Romanorum rex inclitus villas Hohentan, Grizbach, Pernowe cum omnibus earum pertinenciis, cultis et incultis, pleno iure transferat et libere, si sibi placuerit, largiatur eisdem, favorem nostrum apponimus benignum et consensum benivolum adhibemus. Presencium testimonio litterarum.

Datum Prage, pridie Nonas Iunii, anno Domini M ducentesimo nonogesimo septimo.

---

644. NOTITIA DE BONIS IMPERII IN BURCGRAVIATU NORIMBERGENSI.

(1281.—1297.) (1298.—1308.)

Denuo contulimus tabularii regii Norimbergensis codicem, qui 'Nürnberger Salbüchlein' vulgo dicitur, Ms. 15a membranaceum saec. XIV. in., octo foliis formae octavae constantem. Cf. ea quae de hoc codice itemque de notitiae indole ac tempore fusius disseruit W. Küster 'Das Reichsgut in den Jahren 1273—1313' (Leipzig 1883) pag. 98 sqq., nova editione simul parata. Qui partem principalem notitiae, i. e. cap. 1—4, post a. 1281. et ante a. 1297. conscriptam, postea a. 1298. sqq. variis additamentis temporibus diversis auctam esse, l. c. pag. 105—119 optime evicit. Ad cuius commentarium nostrae editionis lectores semel volumus delegatos. Ubi etiam probatur, singula capita codicis post capita 1—4 nullo ordine vel chronologico vel geographico servato a librario exarata, additamentorum textum hic illic valde corruptum esse. Numeros arabicos nos ipsi adiecimus. Cf. etiam Redlich 'Rudolf von Habsburg' (1903) pag. 480. (P. deest.)

*Daz sint deu guet deu zue dem reich gehorent auf die purk ze Nuremberch. *f. 1.

1.

Altorf daz ampte gehört ze Nuremberch. Daz giltet alle jar uf den kasten ze Nuremberg anderthalb hundert sumer kornes, von dem gerihte vierzig pfunt, ahtzig pfunt zue zwain steuwern, ahtzehen swein, der iglichez giltet ein halbez pfunt ze fronkost,

vier kuffen mit kraute und heu und stro und holtz, swenne des daz reich bedarf, und hûner und kes.

2. Swobach.

Swabach daz ampte giltet fûmf und ahtzig summer kornes, fûmfzehen summer habern, steuwer hundert pfunt. Daz rehte gelt des ist dreu und dreizig pfunt und ie von dem gebrauwe zwen schillinge, daz ist geraittet auf fûmfzehen pfunt, von dem gerihte zwaintzig pfunt. Der summe wirt zwai hundert pfunt und fûmfzehen pfunt, daz het inne der von Grindlach.

3. Heroltsperk[1].

Heroltsperge daz ampt giltet vierdhalb und sibentzig summer korns und habern und zwelf pfunt pfenninge rehtes geltes, ze steuwer vier und dreizig pfunt, von dem valde fûmfthalb pfunt und zwaintzig pfunt, und stro und heuwe und holtz und dienst, * fol. 1'. swenne sein daz reich bedarf. Und daz ampte sol setzen dem reich *einen pingartten hintz dem Eyech, da zwen und sibentzig ymmen inne sein, die untôtlich sein und die sol schaiden hintz der Pillenreut, der hof ist do zue belehent.

4. Berngauwe.

Berngauwe daz ampt giltet einez und fûmfzig summer kornes und drittehalb und zwaintzig summer habern, und deu braite bauwet ein amman, hundert pfunt und zwelf pfunt von der rehten gûlte ze Berngauwe und zue[a] dem Neuwenmarkt und von allez dem daz do ist, ane so man breuwet, so sol ie der breuwe geben elleu jar sehzig pfenninge. Ze steuwer von dem Neuwenmarckt elleu jar dreuhundert pfunt, halbe zue Sept. 29. Mai 1. sand Michels messe und halbe zue sand Walpurg messe; von Berngauwe ze steuwer Sept. 29. elleu jar anderthalbe hundert pfunt, fûmf und sibentzig pfunt ze sand Michels messe, Mai 1. fûmf und sibentzig pfunt ze Walpurg messe und ein wise und ein heuwezehent.

5. Herspruk[2].

Deu vogtay ze Herspracke da gibt der marckt elleu jar ze steuwer ahtzig pfunt, zwir in dem jar ie vierzig pfunt; deu vogtay auf dem lande elleu jar sehtzig pfunt, * fol. 2. zwir in dem jar ie dreizig pfunt. Der *hat sich der hertzog underwunden seit den malen und si sich ergaben an daz reich. Deu aptessinne von Pergen gibt elleu jar aht mutte rokken und zwo und dreizig mutte habern und zwelf swein, ie daz swein eines halben pfundes wert. Der bischof von Balbenberg sol als vil geben als deu aptessinne von Pergen alle jar.

6. Velden.

Der marckt ze Velden gibt elleu jar ze steuwer vier und zwaintzig pfunt, zwir in dem jar ie ze der zit zwelf pfunt. Da gehorent ein zwelf dorfer, der habent die von Sluzzelberch fûmfeu inne, so hat der Schencke von Reichenecke und der Praittensteiner zwai dorfer inne. Dannoch sint der dorfer fumfe und zwaintzig hôfe und hube und mule, deu hat elleu der hertzog und die seinen inne, den ez der alte hertzog versetzet het. Daz allez hintze Velden gehoret. Es het auch der hertzog inne deu[b] purck zue dem Hohenstaine und zwaz dor zue gehort, daz des reiches reht eygen ist.

7. Walde.

Der Stromayer sol geben elleu jar von seinem ampt fûmfthalb pfunt und zwaintzig pfunt von dem walde, des er pfligt. So ist daz daz honick von dem selben walde, do

644. a) *bis scriptum in fine lineae c..* b) *corr. ex* dem *c.*

1) *Cf. infra c. 17.* 2) *Cf. infra c. 18.*

gehoret von[c] *hundert geschok und vier und zwaintzig geschok. Der ist niht mer ledick danne ane zwei vierzig geschok, deu auf deu purk dienent. * fol. 2'.

8. Walde.

Von dem Walde, der zue dem Heroltsperge gehoret, dinet auf deu purck ze Nuremberg sehs und virezig geschok. Der ist niht mer ledig danne vierzehen geschok.

9. Prukke.

Ez gehôrt auch in daz ampte ze dem Heroltsperge Prukk und zwaî vischlehen und ein wise heizzet der Pruel, da kriget umb der alte purgrafe mit dem amman von dem Heroltsperge, und fûmf lehen zue dem Prante, deu hat der Hetzelsdorfer, und Fullensackes muel, deu hat der Tentzel, und vier lehen zue den zwain Schellenbach, deu sint burckhuet, deu hat inne Ulrich der amman und sein tohter, und ze dem Prant zwo hueb, der hat eineu der Hetzelsdorfer, die andern der Eberlein, der hofman von Schellenbach, deu sint auch burckhuet, und da zue dem kleinen geschait ein halbez lehen, daz hat der Hetzelsdorfer. Kalchreut daz dorf ist burckhuet, daz hat der junge burgrafe. Perbach daz dorfe habent inne die Teutschen herren und der Bukke, daz ist auch *burckhuet und Sweinfurtte gehôrt auch ze Nuremberch. * fol. 3.

10. Vlozze.

Ez gehort auch in die herschaft ze Nuremberch Vlozze und Parkstein und deu weide und Lûge und Mantel und Vohendrezze und Bernauwe und Griezbach und Hohentanne und allez daz, daz do zue gehoret. Deu Weide und Parkstein giltet anderthalbe hundert mutte und zwue mutte kornes und ein halbe mutte und sehzig mutte habern und drizig swein und zwaintzig pfunt Regenspurger ze rehter gulte, und sehtzig pfunt Regenspurger ze steuwer in der stat und ouf dem lande. Und drei zôlle ane zwai dreizig pfunt Regenspurger und siben eimer honiges. So hat der Paulstorfer einen zehenten der ist ze reht ledik da ze Eschenbach, der giltet sehs und dreizig mutte kornes und sehs und dreizig habern und vier mutte waitzes und ist der Weiden noch ze Parkstein dehein purkhuet geraittet. So giltet Vlozze und daz dor zue gehoret mer danne da vor geschriben stat. Dannoch ist ungeraittet die purckhuet ze Vlozze und ze Parckstein, deu uf sehtzig pfunt Regenspurger geahtet ist.

11. *Egerlant. * fol. 3'.

Ez gehoret auch ze Nuremberg daz Egerlant. Daz hat der kûnich von Beheim.

Ez gehort auch ze Nuremberch deu stat ze Weizzenburch, daz der ampt einez ist, und der walt und Nordlingem und Dinkelspuhel und Poppfingen und Ufkirchen und Horburk die stet alle. Daz hat inne der von Oetingen.

12. Ammberg.

Ez gehôrt auch ze Nuremberg deu vogtay ze Ammberch, der geneuzet der hertzog alle jar dreu hundert pfunt Regenspurger und mer. In die vogtay ze Vilseck gehorent vier hueb und sibenhundert hueb. Swaz die geltent daz nimpt der hertzog ein und ze steuwer gebent si im alleu jar mer danne hundert pfunt Regenspurger.

13. Fronberch.

Ez gehoret auch ze Nûremberg der Fronberch und Hannbach und zwai Valze und Helmerichsperge und swaz dor zue gehôrt. Des geneuzet der hertzog alleu jar mer danne fûmfzig pfunt Regenspurger. Er hat auch Awerbach und swaz do zue ge-

644. c) *locus corruptus in fine paginae.*

hort. Des geneuzzet er alleu jar anderthalb hundert pfunt haller. Er hat auch inne * fol. 4. deu guten stat ze *Swebischem Werde und swaz do zue gehort.

14. Gredingen.

Ez gehôrt auch ze Nuremberg Gredingen, daz der ampt eines ist, und swaz do zue gehôrt und der walt ze Puechech. Daz hat inne der graf von Hirzberch, der hat auch denselben walt gebosert, daz man daz ahtet wol umb tausent pfunt. Er hat auch deu vogtay inne ze Kastel, deu des reiches ist, der er auch schone guet geneuzzet. So hat der truchsez von Sultzbach inne[e] deu burck ze Lichteneckke, deu ligt auf des reiches aigen, und lehs im der hertzog von Bayren.

15. Adelnburch.

Ez gehort auch ze Nuremberch deu Adelnburch [und][f] swaz do zue gehort. Deu hat inne der burgrave. Er hat auch inne ze Pettenhofen zwo hube, er hat auch innen Singlingen und Sneppfenreut, daz purchlehen ist auf die puerk ze Nuremberch. Ez gehort auch dor zue Lenkersheim deu hofmark und Erelbach deu stat und swaz do zue gehoret, daz hat auch der burgrave inne. Ez gehôrt auch do zue Ermdorf der marck und swaz do zue gehoret, daz hat auch der purgrafe innen.

16[g].

* fol. 4'. *Ez gehôrt auch ze Nuremberg Wentelstein[h], daz giltet elleu jar vier und zwaintzig summer kornes und ane vierzig sehsthalb pfunt pfenninge. Daz hat der burgrafe Chunrat. Er hat auch inne Wotzelndorf und Herbrechtsdorf, deu gelten vierzig summer habern und aht swein und daz swein ist eines halben pfundes wert ze fronkost und drei schillinge pfennige der langen.

17. Heroltsperge[1].

Es stet auz dem ampt auch ze dem Heroltsperge dem von Sluzzelberch fûmf dorfer und ein muel, deu geltent elleu jar aht summer kornes und aht summer habern und dreuzen pfunt haller ze rechter gulte und ze stewer zwaintzig pfunt. Ez stet auch auz dem ampte ze dem Heroltsperge dem Pranther daz dorfe ze Ekkenheide, daz giltet alleu jar ahtzehen pfunt.

18. Vogtay Herspruck[2].

Ez hat auch inne der Schenke von Reichenekke uz der vogttay ze Herspruke daz dorf Liernungshofen, Fuchsreut daz dorf, Seiboltshoven, den hof ze Kotzmansreut, * fol. 5. *Gotzenberch, Se, Stalboum, Wotzenwelt[i], Aychech den mairhof, Furhenbach, ze Happurch siben guet, ze Schoppfe zwai guet, ze Mosenhof zwai guet. Der hueb und der hôfe sint sehs und sehtzig.

19. Gunthersreut.

Der Schencke von Reichenekke hat auch inne[k] daz dorf ze Gunthersreut, zwen mairhof ze Eschenbach.

20. Honunges.

Der von Praittenstaine hat dreizehen hueb zu dem Honunges, zue dem lehen und zue dem purgetor.

644. e) ime *c.* f) *deest c.* g) *rubrica iam abrasa c.* h) ente *in rasura c.* i) n *corr. c.* k) inme *c.*

1) *Cf. iam supra c. 3.* 2) *Cf. supra c. 5.*

21. Schuppfe.

Der Herttensteiner hat da ze Schuppfe vier lehen, ze dem Hôfleins ein hueb und ein lehen, ze dem Kolbenhof ein hueb, daz gehort auch zue der vogtey ze Herspruke.

22. Ruprechtstegen.

Ez gehôrt auch in die selben vogtay ein hueb ze Ruprehtstegen, zwue hueb ze dem Sigoltshofe, zwai lehen ze Triuffe, ein lehen ze Auzindorf, vier lehen ze Babenhof, zwue hueb ze Hedrischdorf, dreu lehen ze Sighartsdorf, zwai lehen ze Chunnhofen. Von Sickkenbach dienent neuwer siben gůt *ze Herspruck. Daz ander teil hat der Sickenbecher und der Vorcheimer. Swaz aber anders guetes da vor genant ist, daz hat allez inne der Wildenstainer und der Forcheimer[1]. * fol. 5'.

23. Leutenbach.

So hat der Forcheimer einen hof ze Leutenbach und ein hueb und ze Praitenbrunne ein hueb und ze Offenhausen ein muel und ein lehen. Daz gehoret allez ze Hersbrucke[m].

24.

*Daz[n] hat daz reich zů Nurenberg in der stat: * fol. 8'.
Der purger stewer zwei tausent pfůnt.
Von den Juden zwei tausent pfunt.
Vom zolle zwey hundert pfunt.
Vom schultzenampt hundert pfůnt.
Von der můnz fůnfhundert pfůnt.

---

645. NOTULA SUPER GUERRA CONTRA REGEM ANGLIAE MOVENDA.

(circiter 1298.)

Notulae insignis ab anonymo quodam consiliario[1] *regis Franciae scriptae autographon asservatur in tabulario Parisino 'Carton J. 654' nr. 16. Primum publici iuris fecit Boutaric 'Notices et extraits des manuscrits' XX, 2 (1862) pag. 123—129. Novam editionem multo correctiorem paravit Funck-Brentano 'Revue historique' XXXIX (1889) pag. 326 sqq., commentario fuso sagacique adiecto. De documenti authenticitate conferenda sunt ea, quae contra viros doctos nostros Scheffer-Boichorst b. m., Brosien, Bergengrün l. c. pag. 339 sq. potius Funck-Brentano nullo dubio relicto evicit. Nos editionem novam repetimus ad autographum denuo a nobis inspectum hic illic correctam. Numeros arabicos parvos, qui in capitibus 8—11 intra lineas textui additi sunt, ad documenta ex archivo regis Franciae sumpta et relationi adiecta respicere, coniecit editor l. c. 338. Sed hos numeros, quos denuo accuratissime contulimus, nonnullis additis, quae apud Funck-Brentano desiderantur, potius pecuniae summas, milia libr. Turon. ut videtur, significare nobis persuasum est. Cf. pag. 633 not.* b. h. i. *Ceterum v. etiam acta supra nr. 572—579 edita.* *(P. deest.)*

644. [l]) *sequitur alia manu atramento rubro* amen Amen, *sed deletum c.* [m]) *fol. 5 pars inferior, item folia 6. 7. 8 recto vacua relicta sunt c.* [n]) *reliqua alia manu exarata sunt c.*

1) *Memoriale Musciatti dici solet. Cf. c. 11. 13 et Funck-Brentano l. c. 336.*

(I)

(1) L'an mil II^{c} IIII^{xx} XIII comenca le descort entre mes(seigneurs) le roy de France et le roy d'Engleterre, et environ la Touz-sains l'an dessus dit alerent le conestable et mons(eigneur) Symon de Melleum mareschal de France et mons(eigneur) Jehan de Brulas mastre des arbalestriers aguernir les frontieres de Gascoigne de gens d'armes.

(2) En ce meisme temps envoia le roy ses messages a Genes, le visiteur du Temple et mastre Clement de Sain et autres, pour tratier du fait de la mer, et firent venir monseigneur Henry Marquis, monseigneur Guet et monseigneur Aubertin Espinole, monseigneur Lanfranc Tartar et monseigneur Nicole de Paraz et plusieurs autres soffisanz hommes de Genes, les quiex firent venir plusieurs charpentiers et mastres pour faire les galies, que se firent en Normandie, et XX en ot l'en des faites du roy de Sesile.

(3) L'an IIII^{xx} XIIII ala le premier ost en Gascoigne, c'est a savoir les dessus diz conestable et mareschal et autres barons de par deça et de la Lenguedoc.

(4) L'an IIII^{xx} XV ala le secont et grant ost en Gascoigne, c'est a savoir monseigneur Challes, li conestable, li conte de la Marche et plusieurs autres barons par deça et touz les barons de Lenguedoc.

(5) Et pour ce que le roi d'Engleterre avoit arme grant quantite de nes et fasoit semblant de passer par deça, avant que les galies et les nes le roy fussent aprestees, et fasoit alliances par deça, pour ce fasoit nostre s(eigneur) le roy garder la marine tout du lonc a grant quantite de gent d'armes, des quiez estoient les chiefz: li conte d'Artois vers Boloignois et a Cales, li conte d'Aubemale vers Aubeville, li sire d'Aricourt et monseigneur Jehan de Rouvray en Normandie, monseigneur Fouque du Mel et monseigneur Hugue de Thouarz vers la Rochelle. Et li dessus dit conte d'Aubemale et li sire du Montmoranci estoient mastres ordeneeurs de faire armer toutes les nes en Flandres et les nes et les galies en Normandie et fasoient paier les gens d'armes pour toute cele grant armee de cele annee, qui cousta avec le coust des galies et la garde de la marine plus de VI^{c}M livres Tournois.

La terre devers Champaigne gardoit li sire de Chastillon et grant quantite de gent d'armes.

(6) En cele meisme annee de l'an IIII^{xx} XV li roy d'Engleterre par force de grant quantite d'estellins, qu'il envoia par deça la mer, si come l'en disoit, fist alliances a touz les princes et barons, qu'il pot trouver, qui y vousissent entendre, tant entour le royame, les quiez devoient touz en un jour assaillir le royame de toutes pars, et il devoit ce jour passer par deça sus le royaume devers la mer.

(7) Les dessus diz alliez furent li roy d'Alamaigne et son frere et plusieurs barons d'entour lui de cele Alamaigne, li duc de Brabant, a qui il donna sa fille pour son filz, li conte de Juliers, li conte de Bar, qui ot aussi sa fille, li conte de Savoie son cousin, li conte de Ferret, mons(eigneur) Jehan de Chalon et plusieurs autres devers l'empire. Et tratoit de l'autre partie au roy d'Espaigne et au roy d'Aragon et autres par dela.

(II)

(8) Nostre seigneur le roy et son consoil, qui tantost sot des diz alliances, si repara a l'ancontre de soi fortifier aussi tout entour son royame et s'allia par certaines convenances a touz les autres princes et barons, qui ne weudrent estre de l'acort aus

Englois. Et leur presta a chascun certaine somme de deniers pour retenir gent d'armes, pour estre touz guerniz et prez pour contraster aus alliez, quant mestier seroit. Les quiez furent devers l'empire: monseigneur Robert daufin de Vienne et monseigneur Jehan son filz[a], li evesque de Valence[b], li conte Otte de Bourgoigne[c] et monseigneur Hugue son frere[d], monseigneur Philippe de Vienne[d] et autres Bourgoignons. Et lors se promist la damoiselle de Bourgoigne fille au dit conte pour monseigneur Loys filz le roy. Et vint elle et la contesse sa mere en la court de France par devers la royne, et l'ala querre monseigneur Jaques de Saint-Pol son oncle en joignet l'an IIII[xx] XV. Item monseigneur Thibaut de lo Reigne[d], li conte de Lucenbourc[e], li evesque de Cambray, monseigneur Goudefroy de Brabant frere li duc[f] et monseigneur Jehan son filz, li conte de Heinaut, li conte de Holande[g].

(9) Item aus Escoz[b] et a monseigneur Jehan de Bailleul, qui se disoit roy d'Escoce. Et au roy de Nervee envoia l'en messages et il renvoia le siens par deça et firent certaines convenences et orent une certaine somme de deniers pour comencement[b]. Et de l'autre partie du royame se garni l'en par devers Navarre de gent d'armes, et y envoia l'en grant somme de deniers[h] pour donner a don Fortin et aus autres barons pour retenir gent d'armes, se mestier fust. Item l'en fist certaines convenences au roy de Maillogles et ot grant somme de deniers[i] pour soi garnir de gent d'armes par devers la contee de Rossillon.

(10) Et ancore nostre seigneur le roys et son consoil pourchaça de despecier et metre a noient toutes les alliances, que li roy d'Engleterre avoit faites et pourchaçoit de faire, car si tost com il le sot, il envoia l'arcediacre de Brabant et monseigneur Hue de Bouville et autres messages par plusieurs foiz au roy d'Espaigne, et se fist tant qu'il ne s'allia aus Englois. Et au roy d'Aragon aussi par le pourchaz et aide du roy de Maillogles son oncle.

(11) Item nostre seigneur le roy envoi au roy d'Alamaigne, qui ja estoit allie, et aus autres d'entour lui ses messages, c'est a savoir li evesque de Belehem et le priour des freres Precheours de Paris. Les quiez orent petite odience, pour ce qu'il n'alerent pas bien fondez. Mes apres euls ala monseigneur Mouche, qui ala si bien fonde et garni[k], qu'il ot bonne odience, et fist tant que le frere le roy vint secreement a Lille en Flandres, ou monseigneur Mouche ala a li et parfist le tratie, qu'il avoit pourparle et accorde a li en Alamaigne[l], si qu'il s'en ala apaie. Et retourna ledit monseigneur Mouche en Alamaigne au roi et aus autres d'entour et mist a fin touz les tratiez[k], si qu'il promistrent, qu'il ne se meuvroient contre le roy. Ne ne se murent, et fu l'en aseur de cele partie. Item ala monseigneur Mouche tout avant au duc de Brabant, qui estoit de ses robes et si come sa criature, et fist tant a l'aide de monseigneur Goudefroi son frere et d'autres, que comant que le mariage d'Engleterre se parfaist, il promist, qu'il ne seroit ne se meuvroit contre le roy. Ne ne se mut. Et d'autre part les amis du roy pourchacierent tant, que li conte de Savoie et plusieurs autres s'escuserent ne ne weudrent estre contre la corone de France. Forz solament li conte de Bar et monseigneur Jehan de Chalon, qui se tindrent tout jours en leur propos avec le roy d'Engleterre et puis comencierent la guerre au royame a sa requeste, comme il avoient promis.

645. a) *intra lineas additus est numerus* 10 *or.* b) *add.* 2 *or.* c) *add.* 52 *or.* d) *add.* 5 *or.* e) *add.* 7 *or.* f) *add.* 6 *or.* g) *add.* 9 *or.* h) *add.* 35 *or.* i) *add.* 40 *or.* k) *add.* 30 *or.* l) *add.* 20 *or.*

(12) Quant li roys d'Engleterre vit, que ses alliez li failloient touz les plus gros, si n'osa passer et atendi jusques a tant, qu'il vit que nostre seigneur le roy ot tout desarmee la mer, et lors, c'est a savoir l'an IIII^{xx} XVI, se pourvit-il et pourchaça de novelles alliances et de coronpre par force de deniers et pour mariages de ceus du royaume, et dist l'en lors qu'il weut tratier a trois des plus gros, des quiex l'en ne trouva onques par verite, que les deus y vousissent entendre. Mes li conte de Flandres s'i acorda. Et li promist li roy d'Engleterre a prendre sa fille pour monseigneur Eduart son filz et de venir en propre persone en Flandres a grant efforz de navie et de gent d'armes. Mes pour ce que la damoiselle estoit en la court de France avec la royne, il ne la peurent avoir ne parfaire le mariage, ne pour ce ne demeura-il mie, que li conte de Flandres ne se descouvrist du tout, que tant estoient avant les choses, que couvrir ne s'en povoit. Et li roy d'Engleterre vint en Flandres a grant gent d'armes, si com il avoit promis, en joignet l'an IIII^{xx} XVII. Et lors ala monseigneur le roy sus les Flamens ou premier ost de Lille. Et[a] li roy d'Engleterre, qui cuida faire merveilles, ne pot, Diex merci, rienz forfaire ne domagier le royame, ne ne fist forz que son dommage et de sa gent, car ses Englois orent a Bruges grant riotte aus Flamens, et s'en partirent et vindrent a Gant et la l'orent-il greigneur et se conbattirent et furent en peril d'estre tres touz mors et en furent morz grant partie. Et s'en parti li roy a tout son demeurant d'Englois et s'en retourna en Engleterre, et puiz fist sa pais et laissa li conte de Flandres et les Flamens en la guerre. Si y doivent les autres prendre axemple.

(III)

(13) La[a] chevance des deniers pour la dite guerre de Gascoigne et de la mer et des autres choses dessus dites se fist en ceste maniere.

Premierement l'en treuva au tresor au Louvre, si com il peut aparoir par les escriz du tresor, environ CC^{m} livres Tournois bone monoie, dont le florin d'or valoit X sous Tournois.

Item monseigneur Biche et monseigneur Mouche presterent de leurs deniers et qu'il enpreunterent sus euls aus foires de Chanpaigne et a Paris, si com il apert par les escriz, environ CC^{m} livres Tournois.

Item pour ce que Thomas Brichart mastre de la monoie et aucuns du consoil conseilloient et voloient, que pour avoir chevance se faist la foible monoie, qui puis se fist, monseigneur Mouche et aucuns autres, qui sostenoient le contraire, ne ne voloient, que la bone monoie se gastast pour le destourber et pour ce que la feble ne se fasist, par leur consoil se leva le prest, qui fu mis et leve sur les riches bourgois de toutes les bonnes villes et des baillies, l'an IIII^{xx} XIIII. Duquel prest se leva des bourgois environ VI^{c} XXX^{m} livres Tournois et des prelaz et des autres du consoil le roy et mastres des comptes et du parlement, environ L^{m} livres Tournois, ne pour ce ne peurent les dessus diz destourber, que la feble monoie ne se faist, comant qu'elle s'en delaiast demi an, et puis se fist mau gre euls, l'an IIII^{xx} XV.

Item apres le dit prest se leva un subside des bourgois en lieu de prest, l'an IIII^{xx} XV, duquel se leva environ de . [b]

Item de la finance en lieu de don et du denier de la livre des villes de Paris, de Chaalons, de Reins, de Laon et de Tournay environ LX^{m} livres Tournois.

Item du centieme, qui se leva pour subside du royaume[c], environ CCC XV^{m} livres Tournois. Item du cinquantieme de Champaigne XXV^{m} livres Tournois.

Item du subside en lieu de disieme, que les prelaz et les clers paierent entre deus foiz pour cause de la guerre, C IIII^{xx} IX^{m} livres. Item de l'ordre des Chestiaux LX^{m}

645. a) *mutato ductu or.* b) *loco numeri punctum exaratum est or.* c) pour — royaume *supra lineam or.*

livres Tournois. Item pour la dite cause des prelaz et des clers de Lenguedoc, c'est a savoir de senechaucees de Tholose, de Carcassonne et de Biaucaire, environ . [d]

Item des gens laies des dites senechaucees de subside et de prest environ . [d]

Item de la taille des Juis et de leur finance environ CCXV^{m} livres Tournois.

Item du tresor de li evesque de Vincestre, qui fut treuve a Saint-Denis, a Saint-Vitteur et a Sainte-Geneviefe, environ XXVI^{m} livres Tournois.

Item des biens des Baionois, qui furent pris a la Rochelle, XIIII^{m} CC livres Tournois.

Item du monoiage de la feble monoie, qui se comença a faire en avril l'an IIII^{xx} XV, la quelle ne rendit mie mout grant profit en cele premiere annee durant la guerre de Gascoigne, environ LX^{m} livres Tournois.

Item de la taille des Lombars singuliers et de la finance de la compaignie des Richars de Luques environ LXV^{m} livres Tournois.

Item du denier de la livre, que les compaignies et les autres marcheans Ytaliens comencierent a paier cele annee de l'an IIII^{xx} XV environ XVI^{m} livres Tournois.

645. [d]) *loco numeri punctum exaratum est or.*

SUPPLEMENTUM AD RUDOLFI REGIS CONSTITUTIONES.

Sententias nonnullas Rudolfi regis aliaque scripta in fine tomi III. adiungere liceat, quae partim supra omissa monente v. cl. Zeumer recepimus (sunt nr. 647. 648. 650—652. 656—663. 665. 666. 669), partim a nobis noviter inventa (nr. 653. 654) vel alia de causa (nr. 646. 649. 655. 664. 667. 668) in supplemento ponenda esse nos ipsi interim censuimus.

646. (25a.) SENTENTIA PROSCRIPTIONIS.

1274. Ian. 25.

Denuo descripsimus autographon, quod asservatur in tabulario regni Bawarici 'Mainz Erzstift, Nachtrag II' fasc. 1. Pendet sigillum valde laesum loro ex ipsa membrana exsecto. In cancellaria regis scriptum non esse, scriptura docetur. Inscriptionem et salutationem omnino deesse sane miramur. In verso leguntur manu cuiusdam Moguntinensis scripta: sentencia contra Heinr. lantgravium terre Hassie dominum *aliaeque recentioris aetatis notitiae. — Böhmer, Reg. imp. VI, 94. (P. deest.)*

Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus.

Cum venerabilis princeps noster Wer(nherus) archiepiscopus Mogunt(inus) in nobilem virum Henricum dominum Hassie pro notoria et manifesta iniuria, quam idem nobilis sibi et ecclesie Mogunt(ine) temere irrogavit, excommunicacionis sentenciam protulerit iuris ordine observato, nosque petente eodem archiepiscopo ipsum ob hoc ad nostram mandaverimus presenciam evocari, certum sibi terminum, prout . . principum nostrorum et . . nobilium Wormacie existencium dictabat sentencia, prefigentes. quia idem nobilis die sibi prefixa non curavit nostro conspectui se offerre et dictus archiepiscopus iuramento proprio et per testes fidedignos probavit legitime coram nobis, se rite et racionabiliter contra dictum nobilem processisse, in ipsum nobilem nostre proscripcionis sentenciam proferimus iusticia exigente. Testes huius sententie sunt: dilecti principes nostri Eberhardus Constanciensis episcopus, Vlricus abbas monasterii Sancti Galli. Rudolphus gubernator monasterii Campidanensis, fideles nostri Hartmannus comes de Vroburc. Henricus marchio de Hachsberg, Rudolphus advocatus de Wolehusen, Waltherus de Vaciz. Eberhardus de Luffen. Lutoldus de Regensberg, Otto de Cramburc. Rudolphus de Wedenswile. Volcmarus de Caminata, Henricus de Werbenwac, Gozwinus de Hoinvels. Johannes de Blumenberg et alii quam plures fidedigni.

Actum apud Turegum. VIII. Kal. Febr., regni nostri anno primo. indictione secunda.

647. (25b.) INFEUDATIO ABBATISSAE.

1274. Ian. 25.

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii Turicensis 'Abtei nr. 46' parata est 'Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich' IV, 251 nr. 1540. Pendet sigillum laesum loro ex ipsa membrana exsecto. — Böhmer, Reg. imp. VI, 95. (P. deest.)

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Universitatis vestre notitie declaramus simpliciter et publice protestantes, quod nos obtentu meritorum, quibus honorabilis Elizabeth abbatissa monasterii Turicensis dinoscitur prepollere, volentes abbatissam eandem prerogativa favoris et gratie prosequi specialis, feoda sua regalia et amministrationem temporalium principatus monasterii sui sibi concessimus liberaliter et libenter, ipsaque abbatissa princeps nostra dilecta officialibus curie nostre, predicta amministratione de manu nostra sceptroque regali recepta, de regalibus iuribus prenotatis officialibus debitis plenarie satisfecit. In cuius rei testimonium presens scriptum sibi tradidimus nostri sigilli munimine roboratum.

Datum VIII. Kal. Febr., anno Domini MCCLXXIIII, indictione secunda, regni vero nostri anno primo.

---

648. (25c.) RECEPTIO ABBATIS IN COLLEGIUM PRINCIPUM.

1274. Ian. 26.

Autographon tabularii abbatiae Einsiedeln denuo nobis petentibus benivolenter contulit rev. P. Odilo Ringholz O. S. B., tabulario illi praefectus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 96. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, graciam suam et omne bonum.

Stipari caterva multiplici inclitorum principum sacri exornat imperii principatum. In multitudine etenim splendescentis cohortis refulget princeps principum titulis glorie coruscantis. Cum itaque venerabile monasterium Heremitarum ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyocesis per devocionem puritatis et sinceritatem fidei presidencium tante gracie tantique honoris a divis imperatoribus et regibus nostris predecessoribus promeruerit incrementum, ut quicumque predicti cenobii debeat abbas existere, idem imperiali ceptro[a] a Romanorum rege de amministracione temporalium investitus in principum consorcio debeat refulgere, nos speculo circumspectionis regie speculantes honorificenciam venerabilis abbatis Ulrici memorato monasterio abbacie titulo presidentis, eumdem collegio nostrorum principum aggregantes sceptro regio principatus apicibus fecimus insignitum. Mandantes universis predicte abbatie ministerialibus, militibus, subditis et subiectis, quatinus eidem tamquam suo principi in omnibus ad amministracionem temporalium pertinentibus devote ac fideliter pareant et intendant.

Datum Thurigii, VII. Kalend. Februar., indict. secunda, regni nostri anno primo.

648. a) *sic or.*

649. (47a.) DECLARATIO DE PACE CIVIBUS COLONIENSIBUS TENENDA.

1274. Mart. 1.

Autographon tabularii civitatis Coloniensis nr. 387 denuo contulit vir d. Hermannus Keussen. Pendet sigillum loro membranaceo. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 385 nr. 655. Innovationem regis Adolfi a. 1292. Oct. 11 factam v. supra nr. 489. — Böhmer, Reg. imp. VI, 118. *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Incumbit ex debito celsitudini regie maiestatis, ut subditis suis, quos importuna adversariorum pulsat iniuria, pacem instituat et quiescere faciat in tranquillitate subiectos. Eapropter tenore presentium declaramus, quod dilectis nobis civibus Coloniensibus nostris et imperii Romani fidelibus, qui pacem generalem servare iuraverunt et quibuslibet ipsis questionem movere volentibus paratos se offerunt stare iuri coram nobis, pacem indicimus eamque servari regia auctoritate precipimus inviolabiliter circa ipsos, volentes ut tam ipsorum civium adversarii quam omnes alii in Romani imperii finibus constituti deinceps cessent a violentiis et iustitie limitibus sint contenti.

Dat. Hagenowe, Kalen. Marcii, indict. secunda, regni nostri anno primo.

---

650. (61a.) PRIVILEGIUM CIVITATI ROTENBURG CONCESSUM.

1274. Mai. 15.

Denuo descripsimus autographon, quod asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' 63½, benivolenter nobis transmissum. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei coloris. — Böhmer, Reg. imp. VI, 160. *(P. deest.)*

¦Ru¦dolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis ¦ imperpetuum ¦.

1. In excellenti specula regie maiestatis ordinatione divina feliciter constituti ad prospiciendum utilitati fidelium nostrorum inposterum, perspicacitatem oculorum longe lateque diffundimus, ut eorum frequenter hucusque turbata tranquillitas pulsa preterite calamitatis umbrosa caligine sub nostri dominii novitate refloreat claritatis perpetue iubare serenanda. Noverit igitur presens etas et successiva posteritas, quod nos pure fidei zelum fideque puritatis affectum, quem dilecti fideles nostri cives in Rodenburg ad nos et imperium Romanum habere noscuntur benignius intuentes, pensantes quoque tam fructuosa quam placida que per eos[a] hactenus nobis et eidem imperio sunt inpensa servicia et adhuc inpendi poterunt gratiora, eisdem ex regia liberalitate concedimus hoc

650. a) o *in loco raso or.*

presenti sanctientes edicto, quod omnes, quos dicte civitatis inhabitatores esse contingerit, nostra et imperii tuicione perpetua gaudeant et patrocinio speciali.

2. Si quis autem adversus aliquem civem civitatis eiusdem aliquam questionem aut actionem habuerit, eum conveniat coram iudice civitatis, quod sibi per sentenciam adiudicatum extiterit accepturus, ita quod ad alieni[b] fori iudicium non trahatur.

3. Insuper de iudicio terre, quod centa vulgariter nuncupatur, mandamus et volumus, quod secundum antiquam et approbatam consuetudinem hactenus observatam in iuris sui robore et rigore de cetero teneatur.

4. Adicimus eciam hiis premissis, quod si quem de civitate predicta proscribi contigerit, sua debeat regie vel imperatorie curie denunciari proscripcio[c], ut registri memorialibus inscribatur, non restituendus regalis aut imperatorie beneficio largitatis, nisi absolvatur in loco, ubi primitus est proscriptus[1].

5. Volumus[d] etiam, quod universi et singuli dicte civitatis cives et incole, qui exactiones sive precarias imperatoribus et regibus inclitis nostris predecessoribus consueverunt exsolvere, iuxta morem antiquum et solitum hactenus eas ammodo solvere teneantur.

6. Preterea domus lapidea scultheti de Rodenburg, sicut hactenus fuit expers contribucionis precarie, sic deinceps eadem gaudeat libertate.

7. Nullus etiam extraneus aliquem de predicti loci civibus quacunque de causa provocare valeat vel audeat ad duellum.

8. Predictis insuper adicimus, ut omnes ad nundinas predicti opidi suis distinctas temporibus ter in anno venire volentes in eundo et redeundo ad unum miliare sub pleno sint securitatis et pacis nostre et imperii sacri conductu.

9. Volumus nichilominus, ut pascua et vie eorum secundum antiquos terminos sine contradictione qualibet protendantur.

10. Nulli ergo omnino hominum hanc nostre concessionis paginam liceat infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostre indignacionis offensam se noverit incursurum.

In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmamentum presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Hagen(owe), Idus Maii, indictione secunda, anno Domini MCC septuagesimo quarto, regni vero nostri anno primo.

---

651. 652. (180 a. b.) INFEUDATIO BONORUM ECCLESIAE PATAVIENSIS.

1277. Nov. 24.

651. (180 a.) *SCRIPTUM REGIS.*

Supersunt duo autographa A *tabularii generalis regni Bawarici, olim ecclesiae Pataviensis, nunc 'Kaiserselekt Nachtrag' 78½a asservatum, quod nos ipsi denuo descripsimus; in verso leguntur manu fere coaeva:* lrā regis Rud., qua quedam bona specificavit ecclesie, videlicet iudicium in Sc̄o Ypol. et aliis. Item Trebense et Gaizrukk, antequam r[e]cuperet feuda pro filiis ab ecclesia Pat. *Pendet sigillum fere illaesum filis sericis*

650. b) alienieni *or.* c) *prima* c *corr. ex* p *or.* d) o *super* l *eraso or.*

1) *Cf. supra nr. 447.*

rubei flavique coloris; B *tabularii Vindobonensis, quod nobis petentibus contulit socius noster H. Hirsch; cui appendet sigillum parum laesum. — Böhmer, Reg. imp. VI, 892. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum.

(1) Regie maiestati convenit, ut memoriter recolamus ac favorabiliter attendamus, quanta fidei puritate quanteque devotionis studio et affectu karissimus princeps noster venerabilis Petrus Pattaviensis episcopus reipublice veneretur honorem nostraque privata commoda diligat et sequatur, ut dum grata servicia, que imperio Romano et nobis impendit, advertimus, ad hoc eciam nostre consideracionis intuitum convertamus, quas grates et gracias referamus eidem. (2) Dictus siquidem princeps noster, post diversa pericula et labores plurimum sumptuosos, quibus se suamque ecclesiam pro salvanda republica infatigabiliter oneravit, non contentus obsequio, quod Romano imperio in persona nostra devotus exhibuit, nos eciam in karissimis liberis nostris honorare decrevit. Nam feuda illa omnia et singula, que sibi et ecclesie sue per mortem clare memorie principum Austrie in eadem terra vacare ceperunt, karissimis filiis nostris Alberto, Hartmanno et Rudolfo ac eorum liberis et heredibus masculis contulit ipsosque ad instar et formam dictorum principum infeudavit hiis dumtaxat exceptis, que de feudis predictis dicto principi et ecclesie sue Pattaviensi inferius assignamus, necnon iure patronatus parrochialis ecclesie in Holabrunne, quam ecclesiam cum pertinenciis suis bone memorie Bertoldus[a] quondam Pattaviensis episcopus ad mensam Pattaviensis capituli iure perpetuo contulit et concessit, eo tempore quo sibi et Pattaviensi ecclesie predicte feuda premissa per mortem bone memorie quondam Friderici ducis Austrie vacaverunt. [C]ui[b] collacioni nomine nostro et Romani imperii ad instanciam predicti Petri episcopi Pattaviensis, quantum nostra interesse potest et poterit, consentimus et quantum ad nos respicit, auctoritate regia approbamus. (3) Propter hoc filiis nostris hanc [liberalitatem faciens][b] dictus episcopus, ut et ipsi et[c] eorum posteri accepti beneficii memores, dictum principem et ipsius ecclesiam foveant, diligant et honorent, quodque graciam, quam eidem principi et ipsius ecclesie facimus, que inferius exprimetur, gratam et ratam teneant, nec subvertere studeant, sed advertant pocius, quod a Deo[d] recipient pociora, si ecclesiis se devotos exhibeant et paratos prebeant in earum iuribus et honoribus conservandis, illis tamen principue, quarum beneficiis ad obsequia obligantur. (4) Verum cum honori nostro conveniat et saluti, ut dampna que pertulit, labores quos sustulit, graves sumptus quos fecit pro honore imperii dictus princeps, eamque fidei claritatem, quam in liberis nostris nobis exhibuit, digna retributionis vicissitudine cognoscamus, nos de feudis predictis, antequam nostris filiis eadem conferrentur, redditus ducentarum librarum usualis monete Wienn(ensis) deduximus et deduci mandavimus, quos predicto episcopo principi nostro et ecclesie Pattaviensi dedimus, tradidimus, reliquimus et concessimus pleno iure et iusto dominii titulo perpetuo possidendos ac in utilitatem et usum ipsius episcopi et Pattaviensis ecclesie convertendos.

(5) Sunt autem hec nomina illorum bonorum, que de feudis predictis sepedicto Pattaviensi episcopo et Pattaviensi ecclesie remanebunt: forum Trebense cum omnibus suis pertinenciis, agris, pascuis, silvis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, iudicio videlicet causarum civilium et criminalium seu sanguinis, naulo vel iure passagii, theloneo quod datur ibidem de omni grano, cum omnibus et singulis redditibus, proventibus et utilitatibus et iudiciis quibuscumque, que ad principem terre Austrie pertinebant ibidem, cum insula adiacente, quam illustris Otakarus rex Boem(orum) pro usu et commodo civium quondam annexuit dicto foro. Que omnia pro redditibus annuis octoginta librarum predicto episcopo et Pattaviensi ecclesie assignamus

651. a) Bertholdus *B.* b) *uncis inclusa iam abscissa sunt A.* c) ac *B.* d) adeo *A. B.*

perpetuo possidenda. Item villam in Gaizruk cum agris, silvis, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus et omni utilitate ac iure et iudicio civili ac criminali ac aliis quibuscumque, que ibidem ad terre principem pertinebant, quam villam cum suis pertinenciis supradictis pro redditibus annuis viginti novem librarum, predicto episcopo et ecclesie Pattaviensi assignamus perpetuo possidendam. Item in villa Holern sex mansos et dimidium mansum, qui lehen vulgariter nominantur, quatuordecim libras solventes, quos ibidem nunc habuimus liberos et solutos, cum omni iure, sicut in superioribus est expressum, donamus et concedimus episcopo et Pattaviensi ecclesie supradicte. Item ius advocacie in bonis et prediis Pattaviensis capituli in villis Pischolfsdorf et Obern-Neusidel ac aliis ad eandem advocaciam pertinentibus cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis principi terre pro iure, quod margfûter dicitur, pro triginta quatuor librarum redditibus minus sexaginta denariis predicto episcopo et sue ecclesie assignamus perpetuo possidendum. Item iudicium criminale vel sanguinis in Sancto Ypolito, in Mautarn, in Zaizeimur, in Chunigsteten et alias in bonis et possessionibus ac hominibus ecclesie Pattaviensis sitis in Tulnen(si) iudicio, quocumque nomine censeantur, non obstante quod idem iudicium ad dominium terre Austrie pertinebat, damus et tradimus perpetuo Pattaviensi episcopo et ecclesie sue cum iure pleno et mero imperio iudicandi. Hiis adicimus septem librarum redditus in Zaizeimur[e] et unius libre in Mautarn, que iudici Tulnen(si) racione advocacie dari hactenus annis singulis consueverunt, sic quod amodo nostri iudices Tulnen(ses) et alii qualescumque nullum ius nullumque iudicium seu exactionem advocacie nomine ibidem sibi audeant vendicare. Huius autem iudicii, advocacie et reddituum proventus et fructus damus et tradimus predicto episcopo et ecclesie sue pro redditibus annuis quadraginta trium librarum et sexaginta denariorum Wienn(ensium) estimatos, hoc adiecto quod nos, si voluerimus, assignabimus eidem et ecclesie predicte usque ad festum purificationis beate Marie virginis proximum et abinde per annum tot librarum redditus de feudis ad Pattaviensem ecclesiam pertinentibus, de quibus supradictum est, in locis congruis adiacentibus hofmarchiis episcopi supradicti. Qua assignacione completa infra predictum terminum constitutum, quicquid predicto episcopo et ecclesie Pattaviensi assignavimus pro redditibus quadraginta trium librarum et sexaginta denariorum, ad nos libere revertetur. Quod si assignationem non fecerimus infra terminum supradictum, extunc assignatio omnium predictorum tam libera quam perpetua ex donatione regia Pattaviensi ecclesie remanebit.

(6) Exnunc autem dedimus et concessimus officialibus[f] predicti episcopi, quos ad hoc presens vel futuri episcopi Pattavienses duxerint ordinandos, plenam et liberam potestatem iudicandi de crimine et iudicium sanguinis exercendi ac in tribus locis, videlicet in Sancto Ypolito, Mautarn et Zaizeimur furcas seu patibula, truncos et tormenta alia, quibus reorum crimina puniuntur, publice erigendi, concesso ipsis eo iure, quod bannum vulgariter appellatur. (7) Feudorum tamen predictis nostris filiis concessorum ordinatio et conservatio in nostris manibus remanebit tantum pro tempore vite nostre. Quod si filii nostri decederent sine heredibus masculis, dicta feuda ad predictum Pattaviensem episcopum et suam ecclesiam revertentur. Ceterum si qua feuda predicte ecclesie alias quam per mortem dictorum principum vacare ceperunt vel incipient in futurum, de illis dictus episcopus vel successores ipsius utilitatem et comodum sue ecclesie ordinabit. Ad quod utiliter exequendum [nos et nostros liberos adiut]ores[g] habebit et senciet promotores.

Testes presentis ordinationis sunt: venerabiles principes nostri Bertholdus Babenbergensis, Iohannes Chimensis et Wernhardus Seccoviensis ecclesiarum episcopi, [Albertus][g]

651. e) Zaizemůr *B.* f) officialib⁊ *A.* g) *uncis inclusa iam abscissa sunt A.*

dux Saxonie gener noster, Albertus et Hartmannus filii nostri comites de Habspurch, Fridericus burgravius de Nůrinberg, Eberhardus comes de Catzinellinbogen, . . marchio de Hahperch, Philippus[h] de Bo[landia, Ůl]ricus[i] de Tauuers, magister Gotfridus prepositus Soliensis prothonotarius noster, Otto de Bertolsdorf[k] camerarius Austrie, Ůlricus de Pilihdorf dapifer Austric, Iohannes de Merswanch, Ůlricus de Vihoven, Wichard[us de][i] Slet, Bertholdus de Haidendorf milites, magister Chunradus scriba Austrie ac[l] alii quam plures. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

D[at. a]pud[i] Novam civitatem, VIII. Kalen. Decembr., indictione VI, anno Domini millesimo ducentesimo LXXVII., regni vero nostri anno quinto.

652. (180b.) *CHARTA EPISCOPI.*

Duo autographa 1 *et* 2 *tabularii Vindobonensis contulit H. Hirsch. Pendent autographi* 1 *duo sigilla filis sericis; autographi* 2 *sigillum (cf. pag. 644 not.* k) *item filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. VI, 893.* *(P. deest.)*

Petrus Dei gracia ecclesie Pataviensis episcopus omnibus inperpetuum[a].

(1) Ad memoriam revocantes quantis et quam periculosis laborum angustiis serenissimus dominus noster Rudolfus Romanorum rex semper augustus se ipsum exposuit et tocius rei publice vires viriliter excitavit ad hoc, ut nobis et aliis ecclesiarum prelatis, quos vexabat afflictio multiplex et multorum tyrannides impetebant, de iugo eriperet pessime servitutis et ad culmen reduceret pristine libertatis, dignum et debitum estimamus, ut predictum dominum, qui benignum se nobis exhibuit, in se ipso et suis liberis, quantum secundum Deum et iuris permissionem possumus, honoremus. Sane cum post remotionem illustris principis Ottakari[b] Boemorum regis et ipsius voluntariam cessionem de terris Austrie, Styrie, Karinthie[c], Carniole et[d] Marchie fuerit declaratum, quod feuda, que principes predictarum terrarum a nobis et Pataviensi ecclesia possidebant, vacarent nobis et ecclesie Pataviensi, simpliciter et precise predictus dominus noster partem feudorum predictorum cum quibusdam aliis libertatibus et donationibus, que inferius exprimentur, de feudis eisdem deduxit et in Pataviensem ecclesiam iure pleno et collatione perpetua transtulit, volens et statuens, ut eadem bona feudalia esse desinant et de cetero dominicalibus Pataviensis ecclesie cum omnibus suis utilitatibus et usibus, iuribus et pertinentiis sint coniuncta. (2) Nos vero sana deliberatione prehabita cum capitulo nostro et aliis, quorum requirere in hac parte consilia tenebamur, omnia et singula feuda, que nobis et Pataviensi ecclesie per mortem principum predictarum terrarum in eisdem terris et alias ubicumque vacare ceperunt, illustribus filiis predicti domini nostri, videlicet Alberto, Hartmanno et Rudolfo, et eorum heredibus[e] masculis iure feudi contulimus ipsosque ad instar et formam predictarum terrarum principum infeudavimus de eisdem, hiis dumtaxat bonis exceptis, que ante infeudationem nostram nobis et ecclesie nostre predictus dominus noster servavit et contulit, de quibus supra meminimus et inferius certis nominibus exprimemus. Propter hoc autem predictis filiis domini nostri hanc liberalitatem facimus, ut et ipsi et eorum posteri accepti beneficii memores nos et Pataviensem ecclesiam foveant, diligant et honorent quodque graciam nobis et ecclesie nostre factam a patre ipsorum domino nostro superius nominato, que inferius exprimetur, gratam et ratam teneant nec subvertere studeant, sed advertant potius, quod a Deo recipient potiora, si ecclesiis se devotos exhibeant

651. h) Philippus *B.* i) *uncis inclusa iam abscissa sunt A.* k) Bertolstorf *B.* l) et *B.*

652. a) imperpetuum 2. b) Otakari 2. c) et *add.* 2. d) ac 2. e) her. eor. 2.

et paratos prebeant in earum iuribus et honoribus conservandis, illis tamen precipue, quarum beneficiis ad obsequia obligantur.

(3) Sunt autem hec nomina bonorum, possessionum, iudiciorum, iurisdicionum et iurium, que dictus dominus noster tam de feudis predictis quam de aliis bonis in nos et Pataviensem[f] ecclesiam donatione, largitione et concessione regali iure pleno et perpetuo transtulit et dominicalibus Pataviensis episcopi adunavit: forum Trebense cum omnibus suis pertinentiis, agris, pascuis, silvis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, iudicio videlicet causarum civilium et criminalium seu sanguinis, naulo vel iure passagii, theloneo quod datur ibidem de omni grano, cum omnibus et singulis redditibus, proventibus et utilitatibus et iudiciis quibuscumque, que ad principem terre Austrie pertinebant ibidem, cum insula adiacente, quam illustris[g] rex Boem(orum) pro usu et commodo civium quondam annexuit dicto foro, que omnia pro redditibus annuis octoginta librarum nobis et nostre[h] ecclesie assignavit perpetuo possidenda. Item villam in Gaizruk cum agris, silvis, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus et omni utilitate ac iure et iudicio civili et criminali ac aliis quibuscumque, que ibidem ad terre principem pertinebant, quam villam cum suis pertinentiis supradictis pro redditibus annuis viginti novem librarum nobis et ecclesie nostre idem dominus noster assignavit perpetuo possidendam. Item in villa Holern sex mansos et dimidium mansum, qui lehen vulgariter nominantur, quatuordecim libras solventes, quos ibidem dominus noster[i] nunc habuit liberos et solutos cum omni iure, sicut in superioribus est expressum, donavit et concessit nobis et Pataviensi ecclesie supradicte. Item ius advocatie in bonis et prediis Pataviensis capituli in villis Pischolfstorf[k] et Obern-Neusidel et aliis ad eandem advocatiam pertinentibus cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis principi terre pro iure quod marchfuter[l], dicitur pro triginta quatuor librarum redditibus minus sexaginta denariis nobis et ecclesie nostre contulit perpetuo possidendum. Item iudicium criminale vel sanguinis in Sancto Ypolito, in Mautarn, in Zayzemur[m], in Chunigsteten et alias in bonis et possessionibus ac hominibus ecclesie nostre sitis in Tulnensi iudicio, quocumque nomine censeantur, non obstante quod idem iudicium ad dominium terre Austrie pertinebat, dedit et tradidit dictus dominus noster nobis et ecclesie nostre perpetuo cum iure pleno et mero imperio iudicandi. Hiis adiecit septem librarum redditus in Zayzenmour[m] et unius libre in Mautarn, que iudici Tulnensi nomine advocatie dari hactenus consueverunt annuatim, sic ut ammodo[n] iudices Tulnenses vel alii qualescumque nullum ius nullumque iudicium seu exactionem advocatie nomine ibidem sibi audeant vendicare. Huius autem iudicii, advocatie et redditum proventus et fructus dedit et tradidit nobis et ecclesie nostre pro redditibus annuis quadraginta trium librarum et sexaginta denariorum Wiennensium estimatos, hoc adiecto quod memoratus dominus noster, si voluerit, assignabit nobis et ecclesie nostre usque ad festum purificationis beate Virginis proximum et ab inde per annum tot librarum redditus de feudis ad ecclesiam nostram pertinentibus, de quibus supradictum est, in locis congruis adiacentibus hofmarchiis nostre ecclesie sepedicte. Qua assignatione completa infra predictum[o] terminum constitutum, quicquid nobis et ecclesie nostre dictus dominus noster[p] assignavit pro redditibus quadraginta trium librarum et sexaginta[q] denariorum, ad iam dictum dominum nostrum libere revertetur. Quod si assignationem non fecerit infra terminum supradictum, extunc assignatio omnium predictorum tam libera quam perpetua ex donatione regia nobis et Pataviensi nostre[r] ecclesie remanebit.

(4) Exnunc autem idem dominus noster dedit et concessit nostris et ecclesie nostre officialibus, quos nos vel successores nostri Patavienses episcopi ad hoc duxerimus ordi-

652. f) nostram *add.* 2. g) dominus Otakarus 2. h) Pataviensi *add.* 2. i) predictus *add.* 2. k) Pischolsdorf 2. l) marichfûter 2. m) Zaizzenmower 2. n) amodo 2. o) *deest* 2. p) noster dom. 2. q) LX 2. r) nostre Pat. 2.

nandos, plenam et liberam potestatem iudicandi de crimine et iudicium sanguinis exercendi ac in tribus locis, videlicet in Sancto Ypolito, Mutarn[s] et Zayzenmour[t], furcas seu patibula, truncos et tormenta alia, quibus reorum crimina puniuntur, publice erigendi, concesso ipsis eo iure, quod bannum vulgariter appellatur. (5) Feodorum[u] tamen predictis domini nostri filiis concessorum ordinatio et conservatio in ipsius domini nostri manibus remanebit tantum pro tempore vite sue. Quod si filii sui[v] decederent sine heredibus masculis, dicta feuda ad nos et nostram Pataviensem ecclesiam revertentur. Ceterum si qua feuda predicte ecclesie nostre alias quam per mortem dictorum principum vacare ceperunt vel incipient in futurum, de illis nos[w] vel successores nostri utilitatem et commodum eiusdem ecclesie nostre tenebimur ordinare. Ad quod utiliter exequendum nos et ecclesia nostra prefatum dominum nostrum et liberos suos adiutores habebimus et utiles promotores.

Testes presentis ordinationis sunt: venerabiles in[x] Christo patres et domini[x] Bertoldus Babenbergensis, Iohannes Chymensis et Wernhardus Secoviensis[y] ecclesiarum episcopi, illustres Albertus dux Saxonie, Albertus et Hartmannus filii domini nostri comites de Habsburg[z], Fridericus burcgravius de Nůrnberg[a], Eberhardus comes de Cazzenellenbogen[b], . . marchio de Hachperg, Philippus de Bolandia, Ulricus de Tuvers[c], magister Gotfridus domini nostri Romanorum regis prothonotarius prepositus Soliensis, Otto de Bertoltsdorf[d] camerarius Austrye[e], Ulricus de Pilichdorf[f] dapifer Austrie, Iohannes de Merswanch, Ulricus de Vichoven[g], Wichardus de Slet[h], Bertoldus de Haidendorf milites, magister[w] Cunradus[i] scriba Austrie et alii quam plures. Et[k] ut omnia supradicta robur optineant firmitatis, litteras presentes nostro et venerabilis capituli nostri Pataviensis sigillis iussimus communiri[k].

Datum apud Novam Civitatem, VIII. Kalendas Decembris, indictione VI, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo[1].

653—655. (286a—c.) SCRIPTA DE DESTRUCTIONE CASTRI PESCIAE.

1281. Sept.

653. (286a.) *LITTERAE REGIS LUCANIS DIRECTAE.*

Noviter inventas descripsimus e codice[1] *bibliothecae nationalis Florentinae II, IV, 312, olim Magliabech. XXV, 341 (Gaddi) fol. 67, quo continetur 'Rosa novella super arte dictaminis composita per dominum Petrum de Boacteriis'. Ubi rubrum:* de rege Rudolfo ad cōe Lucanum. *Quoad tempus diffiniendum cf. Redlich 'Rudolf von Habsburg' (1903) pag. 691.* *(P. deest.)*

Rodulfus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus potestati, anz(ianis), consilio et comuni Lucano gratiam suam et bonam voluntatem.

652. s) Mautarn 2. t) Zaizzenmower 2. u) Feudorum 2. v) ipsius 2. w) *deest* 2. x) in — domini *desunt* 2. y) Sekowensis 2. z) Habsburch 2. a) Nurnberch 2. b) Catzinellenbogen 2. c) Tauvers 2. d) Berhtoltsdorf 2. e) Austr. 2. f) Pilihdorf 2. g) Vihoven 2. h) Slaet 2. i) Chunradus 2. k) Et — communiri *desunt* 2. l) LXXVII 2.

1) *Cf. 'Archiv' XII, 733; Mazzatinti 'Inventario' II, 213; 'Neues Archiv' XXX, 420.*

Ad rei[n]tegrationem imperii nobis divina potentia et appostolice sedis auctoritate concessi in nostro corde firma dispositione providimus, patrias et provincias, que ad imperium nostrum spectant[a] dominio[b] nostro submictere, ut fidelium debita fidelitate letemur et nostri gubernatione salubri letari possint subditorum pro debito tota coors. Requirimus igitur devotionem vestram, sub pena et banno mille margcarum argenti vobis precipiendo mandantes, quod restituto dispendio castri de Pescia per vos nequiter et dolose destructi, quod non solum possessio, set camera reputabatur imperii, et insuper universa castra et terras comitatus vestri, que ad ius imperialis aule spectare noscuntur, Rodulfo dilecto vicario et cancellario nostro in Tuscia co[n]stituto debeatis integraliter resingnare. Mandatis nostris taliter prebe[n]tes auditum, quod in vos irasci asperius virtus nostri culminis non[c] cogatur.

654. (286b.) *RESPONSUM LUCANORUM.*

Ex eodem codice fol. 67' cum rubro ℞. *(P. deest.)*

Invictissimo viro domino Rodulfo Dei gratia Romanorum regi et semper augusto talis potestas, talis caput anz(ianorum), consilium et comune Lucanum se ipsos reconmendatos ad pedes.

Ex fideli devotione et devota fidelitate, que subgerit, ut imperialis edixit autoritas, nostri resingnata sunt oppida comitatus. Datur propterea de castri Pescie reintegratione responsum, quod licet indebite nobis noxa imponatur innoxiis, ut excellentie vestre oratorum nostrorum clara poterit expositione doceri[a], ecce submictimus ad pedes vestre celsitudinis nos subiectos.

655. (286c.) *LITTERAE MARTINI IV. LUCANIS MISSAE.*

Supersunt[1] *in solo codice 514 (D. 8. 17) saec. XIII. fol. 99 bibliothecae Angelicae, de quo v. iam supra ad nr. 607. Denuo accuratissime contulit J. Priesack. Iam olim edidit Ficker, Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 702 nr. 1001. Cf. supra nr. 265—269. (P. deest.)*

Martinus episcopus servus servorum Dei potestati, consilio et communi Lucanensi spiritum consilii sanioris.

Orrende feritatis immanitas, quam nuper non sine presumptuose temeritatis audatia in castrum Piscie in valle Nebule constructum ac eius incolas dampnabiliter perpetrastis, nostri pectoris intima quasi gladius sautiavit acutus, instanter excitans animum ad preferendum in vos et civitatem vestram condigne iudicium ultionis. Audivimus siquidem et obstupuere quam plurimum sensus nostri, quod cum dilectus filius Rudolfus cancellarius et nunctius karissimi in Christo filii nostri Rudolfi Romanorum regis semper augusti, qui de nostra licentia spetiali pridem cum nostris sub certa forma confectis licteris[2] ad Tuscie partes se contulit, a civitatibus, castris et terris imperii recepturus eiusdem regis nomine fidelitatis solitum iuramentum, ab hominibus predicti castri Piscie ad imperium sicud nullo[a] medio pertinentis sacramentum huiusmodi recepisset, vos occasione huiusmodi contra predictos homines minus debite indignatione concepta, cum[b], sicud dicitur, iura quedam in castro vobis vendicetis eodem, post appellationem ad nos a vobis, prout

653. a) *corr. ex* expectant *c.* b) dn̄o *c.* c) nos *c.*

654. a) nocere *c.*

655. a) *sic c.* b) c̄a *c.*

1) *Documenta nostra nr. 607. 610. 655 edidit etiam Gamurrini 'Documenti dal Cod. dell' Angelica D, 8, 17' (= 'Archivio della Società Romana di Storia patria' X (1887) pag. 173—202.)* 2) *Supra nr. 267.*

proponitur, interiectam, ad predictum castrum congregatis undique viribus hostiliter accedentes ac tandem illud per violentiam capientes ipsum ignis incendio consumpsistis, dilectorum filiorum fratrum ordinis Minorum aliasque dicti castri ecclesias ad honorem divini nominis dedicatas sacrilegis manibus diruendo, bonis omnibus inventis ibidem non sine multe cupiditatis vitio nequiter asportatis. Nec hiis extitit vestra satiata crudelitas, sed peiora malis addentes et nephandis actibus nephandiora cumulantes opera in eiusdem castri habitatores absque sexus et etatis electu, effectu pietatis eminus relegato et humanitatis debito prorsus excluso, furentibus gladiis desevistis, innocentem sanguinem inhumaniter effundentes, nichilominus adversus alia predicte vallis castra et terras ad imperium predictum spectantia procedere intendendo, in multam divine magestatis offensam, apostolice sedis et nostrum gravamen, iniuriam et contemptum ac regis et fratrum ipsorum necnon et clericorum ac hominum dicti castri grande[c], immo permaximum preiudicium et gravamen. Licet igitur tam enormis huiusmodi temeritatis excessus vindicte acerbitatem exigeret gravioris et acrioris percellendus existeret verbere discipline, quia tamen magne devotionis et fidei, quibus erga Romanam ecclesiam retroactis temporibus civitas vestra resplenduit, fore immemores non valemus et propter hoc iustum animi nostri motum volentes ad tempus apostolice benignitatis clementia[d] temperare, universitati vestre per apostolica scripta et nichilominus sub spiritualibus et temporalibus penis, quas vobis et eidem civitati iuxta beneplacitum nostrum duxerimus inflingendas, districte precipiendo mandamus, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverentia deinceps a talibus desistentes omnino, contra castra et terras alias supradictas nullatenus procedatis, et si contra illa forsitan exivistis, ad civitatem prefatam sublato difficultatis et dilationis obstaculo redeatis, illo vos in hac parte consilio dirigendo, quod possitis exinde non immerito comendari. Nos enim auctore Domino taliter super hiis in brevi curabimus efficaciter providere, quod iura, si qua vobis in castris et terris debentur eisdem, vobis et civitati predicte illesa et integra servabuntur eique ac vobis et etiam circumposite regioni pacifici status et prosperi duratura tranquilitas producetur. Scire autem vos volumus et pro certo tenere, quod si contra huiusmodi mandatum nostrum venire, quod non credimus, presumpseritis, nos et ad penas inflingendas easdem et alias etiam contra vos et civitatem predictam, prout expedire viderimus, procedemus.

Datum etc[1].

656—663. (368c—k.)
DONATIO ECCLESIAE BASILIENSI FACTA.
1285. Oct. 18. 1282. Dec. 21.—1298. Nov. 20.

656. (368c.) *PRIVILEGIUM REGIS. 1285. Oct. 18.*

Denuo descripsimus autographon, quod Karlsruhae in tabulario generali asservatur. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. In cancellaria scriptum non esse

655. c) grandem c. d) clementiam c.

1) *Sequitur forma transsumti hiis verbis:* Ego . . notarius predicti domini cancellarii et vicarii autenticum huius exempli munitum plumbea bulla domini pape predicti, in qua erant ex una parte ymagines capitum beatorum apostolorum Petri et Pauli circumcirca punctis circumdata cruce mediante et supra ipsa capita hec littere: S. pa. S. pe. et ex altera parte erant littere explicantes: Martinus papa IIII. vidi et legi et hic exemplavi mandato dicti domini cancellarii et vicarii fideliter nil addito vel minuto.

videtur. In verso leguntur manu fere coaeva: Littera donacionis ecclesiarum in Ovgst et in Zeiningun. — *Böhmer, Reg. imp. VI, 1943.* *(P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Opus pium et nobile Deoque placidum et acceptum pie perficimus, dum hiis, quos communis fatalitatis lex segregat ab hac vita, pro suis abluendis reatibus et eterna beatitudine obtinenda elemosinarum nostrarum largicionibus subsidium inpertimur. Hinc est quod nos hac pia consideracione commoniti pro inclite quondam Anne Romanorum regine coniugis nostre karissime necnon pro illustris quondam Hartmanni filii nostri karissimi animarum remedio ac pro salutis nostre memoria sempiterna de consensu maioris partis principum, quorum consensus in hoc fuerat requirendus, iura patronatus ecclesiarum in Ougest et in Zeiningen Basiliensis dyocesis libenter et liberaliter ipsi Basiliensi ecclesie duximus conferenda. Volentes, ordinantes ac provide statuentes, quod per venerabilem H. Basiliensem episcopum, principem et secretarium nostrum karissimum vel successores suos due prebende in eadem ecclesia ordinentur. In quibus duo sacerdotes debent institui, qui erunt prebendarii et non canonici, et omnibus horis canonicis debeant interesse et in duobus altaribus construendis ibidem singulis diebus divinum officium celebrabunt. Et si legitimo et racionabili inpedimento detenti fuerint, tunc procurabunt ibidem per alios celebrari, et debent de predictarum ecclesiarum fructibus dictis sacerdotibus prebende congrue assignari. Et quandocumque unus vel ambo de predictis sacerdotibus morte preventi fuerint, tunc alii in loco ipsorum debent per episcopum subrogari, qui residenciam faciant personalem, chorum frequentent et altaria predicta officient, ut est dictum. Si vero alii quam sacerdotes in dictis prebendis vel altaribus fuerint instituti, qui premissa rennuerent adimplere vel si premissa per omnia observata non fuerint, sicut superius sunt expressa, volumus, quod iura patronatus dictarum ecclesiarum ipso facto ad Romanum imperium revertantur et quod predicta collacio nullum robur habeat firmitatis. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Lucerne, XV. Kal. Novembris, ind. XIIII, anno Domini MCCLXXX quinto, regni vero nostri anno terciodecimo.

657. (368d.) *CONSENSUS ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. 1282. Dec. 21.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1943. *(P. deest.)*

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius omnibus in perpetuum.

Ad presentium et posterorum publicam noticiam volumus pervenire, quod nos dedimus ac presentium litterarum serie damus et concedimus nostrum spontaneum consensum ad hoc, quod serenissimus dominus noster Rud(olfus) Dei gratia Romanorum rex pro remedio animarum recolende memorie quondam domine Anne Romanorum regine contectalis sue inclite et quondam filii sui Hartmanni illustris donet et conferat iura patronatus ecclesiarum in Ogest et in Ceyningen Basiliensis dyocesis venerabili domino Heinrico Basiliensi episcopo ac sue ecclesie Basiliensi ab ipsa ecclesia in perpetuum possidenda. In cuius consensus nostri evidens testimonium et cautelam sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. Colonie, anno Domini millesimo CC octogesimo secundo, XII. Kal. Ianuarii.

658. (368e.) *CONSENSUS ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI. 1283. Ian. 1.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Eadem manu scriptum est ac nr. 657. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1943. *(P. deest.)*

Wernherus Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis Christi fidelibus presentes visuris vel audituris eternam in Domino karitatem.

Ad universitatis vestre publicam noticiam volumus pervenire, quod nos ad honorem domini nostri Iesu Christi ac genitricis ipsius Virginis gloriose nostrum donamus, impertimur et adhibemus consensum spontaneum ad hoc, quod serenissimus dominus noster Rudolfus Romanorum rex in remedium animarum recolende memorie quondam domine Anne contectalis sue Romanorum regine inclite et quondam domini Hartmanni filii sui illustris, quorum corpora in Basiliensi requiescunt basilica, donet et conferat iura patronatus ecclesiarum in Oegest et in Ceyningen Basiliensis dyocesis venerabili domino Heinrico Basiliensi episcopo ac sue ecclesie Basiliensi ab ipsa ecclesia in perpetuum possidenda. In cuius consensus nostri testimonium evidens et cautelam presentes litteras sigillo nostro iussimus roborari.

Datum Aschaffenburch, anno Domini millesimo CC octogesimo tercio, Kalendas Ianuarii.

659. 660. (368f. g.) *CONSENSUS COMITIS PALATINI ET DUCIS SAXONIAE. 1285. Febr. 19. Mart. 30.*

Autographa P *et* S *eiusdem tabularii descripsimus vel contulimus. Sigilla plus minusve laesa pendent loris membranaceis. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1943.* *(P. deest.)*

Nos[a] Lodwicus Dei gratia comes palatinus Reni dux Bawarie notum facimus presentium inspectoribus universis[a], quod cum ea, que cultum divini numinis et divini ampliationem[b] servicii respexerint, non impediri conveniat, set potius expediri, et in hiis precipue, que alias fore iuris ecclesiastici dinoscuntur, ad hec auctoritate presentium nostrum adhibemus consensum voluntarium et expressum, quod serenissimus dominus noster Růdolfus inclitus Romanorum rex et semper augustus iura patronatus ecclesiarum in Agest[c] et in Ceningen[d] Basiliensis dyocesis pro remedio animarum felicis recordationis domine Anne quondam inclite Romanorum regine consortis sue et Hartmanni filii sui in reverendum in Christo patrem et compatrem[e] nostrum predilectum[e] dominum Heinricum venerabilem Basiliensem episcopum et ecclesiam suam pro ordinandis in eadem Basiliensi ecclesia duobus presbiteris transferat perpetuo possidenda. Sicut et reverendi in Christo patres et domini Sifridus Coloniensis et Wernherus quondam Mogunt(ine) ecclesiarum archiepiscopi in translationem huiusmodi consenserunt. In cuius rei testimonium[f] presentes damus[g] sigilli nostri robore communitas.

Dat. in Nůrinberch[h], anno Domini MCC octogesimo[i] quinto, XI. Kalen. Marcii[k].

661. (368h.) *CONSENSUS REGIS BOHEMIAE. 1285. Apr. 16.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Sigillum deest filis sericis relictis. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1943. *(P. deest.)*

Nos Wencezlaus Dei gratia rex Boemie et marchio Moravie sacri Romani imperii princeps notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum ea, que cultum

659. 660. a) *protocollon in S:* Nos Albertus Dei gratia dux Saxonie princeps sacri Romani imperii n. f. pr. insp. un. b) amplificacionem *S.* c) Ovgest *S.* d) Ceiningen *S.* e) compatrem — predilectum *desunt S.* f) et consensum *add. S.* g) litteras *add. S.* h) Nůrenberc *S.* i) LXXX. *S.* k) *loco* XI. Kalen. Marcii *S:* III. Kalend. Aprilis.

divini nominis et divini amplificationem servitii respexerint, non inpediri conveniat, set potius expediri et in hiis precipue, que alias fore iuris ecclesiastici dinoscuntur, ad hoc auctoritate presentium nostrum adhibemus consensum voluntarium et expressum, quod serenissimus dominus et pater noster Rudolphus Romanorum rex semper augustus iura patronatus ecclesiarum in Ougest et in Ceiningen Basiliensis dyocesis pro remedio animarum felicis recordationis domine Anne quondam inclite Romanorum regine consortis sue et Hartmanni filii sui in reverendum in Christo patrem dominum Henricum venerabilem Basiliensem episcopum et ecclesiam suam pro ordinandis in eadem ecclesia duobus presbiteris transferat perpetuo possidenda, sicut et reverendi in Christo patres et domini Syfridus Coloniensis et Wernherus quondam Maguntinensis ecclesiarum archiepiscopi in translationem huiusmodi consenserunt. In cuius rei testimonium firmiter valiturum presentes damus litteras sigilli nostri robore communitas.

Datum Prag(e), per manus magistri Welizlai Pragensis Olomucensis et Wissegradensis canonici prothonotarii regni nostri, anno Domini millesimo ducentesimo octoagesimo quinto, XVI. Kal. Maii, tertiedecime indiccionis.

662. (368i.) *CONSENSUS MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS.* *1297. Aug. 17.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. Cf. litteras consensus supra nr. 357 et Böhmer, Reg. imp. VI, 1943. *(P. deest.)*

Nos Otto Dei gratia marchio Brandenburgensis princeps sacri Romani imperii notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum olim preclare memorie serenissimus dominus Růdolfus Romanorum rex transtulerit iura patronatus ecclesiarum[a] in Ougest et in Zeiningen Basiliensis dyocesis ad ipsum pleno iure pertinentia in bone memorie dominum Heinricum venerabilem Basiliensem episcopum et ecclesiam suam pro ordinandis in eadem Basiliensi ecclesia duobus presbiteris in remedium animarum felicis recordationis domine Anne quondam inclite Romane regine conthoralis sue et illustris domini quondam Hartmanni filii sui de consensu principum, quorum super hoc patentes littere sunt conscripte, nos dicte translationi seu donationi consentimus et ratam haberi volumus et habemus eandem. Presentium testimonio litterarum.

Dat. in Cadano, anno Domini millesimo CC nonagesimo septimo, in octava sancti Laurentii martiris, indictione decima.

663. (368k.) *CONSENSUS ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS. 1298. Nov. 20.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Sigillum laesum pendet linis sericis rubei coloris. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 1943. *(P. deest.)*

Boemundus[a] Dei gratia Treverorum archiepiscopus universis pre[sentium inspec]toribus[b] noticiam subscriptorum.

Cum alienationes seu gratie a quocunque Ro[manorum reg]e[b] facte nullius sint momenti, nisi auctoritate et consensu principum fuerint confirma[te, nos i]gitur[b] attendentes principum donationis affectum, quo serenissimus dominus R. Dei gratia Rom(anorum) rex felicis recordationis Basiliense capitulum noscitur prosecutus, eidem capitulo ius patronatus ecclesiarum in Ougest et in Zeiningen ob remedium animarum serenissime domine Anne Rom(anorum) regine collateralis sue necnon comitis Hartmanni filii sui

662. a) *az corr. ex e or.*

663. a) Boe *in loco raso or.* b) *uncis inclusa iam abscissa sunt or.*

felicium recordationum Basil(ee) requiescentium de auctoritate et consensu benivolo nostrorum conprincipum conferendo, dictam collationem ratam et gratam habemus et eidem presentibus consentimus, prout in littera serenissimi domini R. Romanor(um) regis predicti et aliorum nostrorum conprincipum plenius continetur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus communiri.

Dat. in Nurenberg, anno Domini MCC nonagesimo octavo, XX. die Novembris, regnante serenissimo domino Al. Rom(anorum) rege anno primo.

---

664. (382a.) ABIUDICATIO FEUDORUM.

1286. Febr. 7.

Denuo descripsimus autographon hucusque ineditum, quod Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawaricae asservatur. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Cf. Conventionem eiusdem diei supra nr. 382. — Böhmer, Reg. imp. VI, 1999. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus notum facimus presentium inspectoribus universis, quod cum Dietherus dictus Nezel cum quibusdam aliis suis fautoribus sive complicibus in personam nostram machinamenta quesierit, ob hoc sibi et filiis suis sive heredibus propter immanitatem tanti criminis et lese maiestatis omnibus, que a nobis et imperio ac quibuscumque aliis in feudum tenuit, et hiis etiam, que ipsos iure proprietatis respicere noscebantur, abiudicatis per sententiam, Lodewico principi et filio nostro karissimo illustri comiti palatino Reni duci Bawarie domum unam et quedam bona alia cum pertinentiis suis, que idem Nezelo a nobis et ipso imperio Gamundie iuxta fluvium Nekarum in feudum tenuit et que ipsum inibi respiciebant proprietatis titulo, in feudum contulimus et conferimus per eum et heredes suos iure feudi perpetuo possidenda, ita tamen quod nec ipse nec heredes sui eidem Nezeloni vel suis heredibus aliquando bona eadem restituat vel bonis aliis recompenset aut etiam in pecunia numerata. In cuius rei testimonium presentes sibi dedimus sigillo nostre celsitudinis communitas.

Dat. Auguste, VII. Idus Februar., anno Domini MCC octogesimo sexto, regni vero nostri anno terciodecimo, indict. XIIII.

---

665. (389a.)
STATUTUM CIVITATIS OPPENHEIM.

1287. Mart. 11.

Copiarium castri Oppenheimensis in tabulario Darmstadiensi 'Copialbuch nr. 22[b]' asservatum fol. 5 benivolenter nobis transmissum denuo contulimus. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2062. *(P. deest.)*

1. Nos Rudolfus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod super huiusmodi dissensione, que verte-

665. a) Rudolffus *c.*

batur inter castrenses, milites et filios militum ex una et cives Oppenheimenses nostros dilectos ex parte altera, qua eciam de causa cives ibidem destituimus ab officiis scabinatus et consulatus, ita quod nec consules vel scabini esse debebant, mediante sano et maturo consilio principum et aliorum fidelium nostrorum et imperii decernimus propter commodum generale et communem utilitatem tam castrensium, militum et aliorum nobilium quam civium predictorum, ne ammodo vel inantea inter eos aliqua dissensionis vel discordie materia valeat suboriri, regali edicto seu mandato statuentes, quod ulterius inperpetuum sedecim cives cum sedecim militibus, qui nunc sunt in consilio, sicut quandoque sive retroactis temporibus fuerunt, debent fungi officio consulatus. Statuimus nichilominus, quod inter cives predictos in consules electos et deputatos septem debent esse scabini, ita quod quandocunque inter milites, qui scabini sunt, unus decedat seu moriatur, quod unus civium subintret locum illius decedentis in officio scabinatus, et hoc tam diu fiat, quousque numerus septem civium qui debent esse scabini compleatur, sic quod septem de civibus eque efficiantur scabini et permaneant, sicut et septem de militibus stabunt et permanebunt in sede et officio scabinatus.

2. Propterea autem, quia[b] dictos cives Oppenheimenses restituimus ad[c] consulatus et scabinatus officia supradicta, obligaverunt se cives de Oppenheim universi tam presentes quam posteri seu futuri, quod ipsi nec eorum successores ad destructionem seu devastationem nostri castri et imperii in Oppenheim nunquam intendere debeant consilio, studio vel labore.

3. Promiserunt et obligaverunt se[d] insuper ad hoc cives prenotati, si post mortem nostram contigerit vacare Romanum imperium a gubernatione alterius regis et sic ipso vacante principes electores imperii inter se in electione regis discordantes forte elegerint duos reges, quod ipsi ad neutram partem declinare debeant auxilio vel favore nec aliquem dictorum regum vel aliquem aliorum dominorum in suam intromittere presumant aut debeant civitatem, nisi de communi consilio, scitu et voluntate castrensium ibidem et consulum qui sunt milites predictorum. Si autem secus fierit, videlicet quod dicti cives aliquo casu infringerent premissa, in quacunque parte ipsi ea infringerent et violarent, tales violatores predictorum et alii eis assistentes in tali facto, favore vel consilio debent iudicari seu nominari, fidem et honorem non habentes, periuri et innodati excommunicatione papali et proscriptione imperii que achte dicitur, et ex tali facto presumptuoso possessiones eorum in bonis immobilibus seu mobilibus in quibuscunque locis vel terminis site erunt ad imperium devolute. Tales autem, qui ipsis in tali facto non assistunt nec astiterunt, ad penam premissam non tenentur nec debent ei aliquatenus subiacere.

4. Preterea promiserunt et obligaverunt se scabini et consules milites existentes, castrenses et universi nobiles ac milites de Oppenheim prenotati vice versa, quod si post mortem nostram contigerit vacare Romanum imperium a gubernatione alterius regis, ut supradictum est, et sic ipso vacante principes electores imperii inter se in electione regis discordantes forte elegerint duos reges, quod ipsi ad neutram partem declinare debeant auxilio vel favore nec aliquem dictorum regum vel aliquem dominorum aliorum in castrum vel in civitatem Oppenheim intromittere debeant aut presumant, nisi de communi consilio, scitu et voluntate universorum civium de Oppenheim predictorum. Quod si secus fieret, videlicet si infringeretur quod predictum est ab aliquibus vel ab aliquo de scabinis, consulibus, castrensibus aut nobilibus vel militibus antedictis, illi vel ille premissa violantes et omnes eis consencientes penam superius impositam civibus sustinebunt, aliis eis non consencientibus exclusis a pena prehabita et exemptis.

665. b) *quod c.* c) *corr. super* in *deleto c.* d) *sequuntur deleta* cives de Oppenheim universi tam presentes quam posteri seu futuri *c.*

5. Similiter promiserunt vice versa sub eisdem penis cives Oppenheimenses, quod nullum intromittent sine scitu et voluntate militum, nobilium et castrensium in civitatem, qui ipsis militibus, nobilibus et castrensibus predictis dampnum in personis vel rebus possit inferre. Adicientes, si post mortem nostram principes electores imperii concorditer unum elegerint regem, illum scabini et[e] consules tam milites quam cives existentes, castrenses et alii nobiles ac milites cum ceteris civibus de Oppenheim universis in castrum et in civitatem Oppenheim intromittere et sibi parere ac obedire tanquam suo domino verbis et operibus, prout requirit iuris debitum, tenebuntur. Promissum est eciam a supradictis scabinis et consulibus, scilicet militibus, castrensibus et universis nobilibus ac militibus de Oppenheim, quod nemo vel nulli eorum aliquem vel aliquos milites seu dominos intromittere debeant per portam posteriorem castri nostri et imperii in Oppenheim, qui in rebus vel personis possint esse civitati ibidem obnoxii vel nocivi. Quincunque autem hoc fecerint, illi et omnes eis consencientes aut assistentes ex merito eorum predicta pena punientur, que iniuncta est civibus Oppenheimensibus, ut est dictum. Alii vero eis resistentes et non consencientes dicte pene immunes erunt nec ei aliquatenus subiacebunt.

6. Preterea si inter milites et nobiles de Oppenheim et cives ibidem aliquam discordiam contigerit suscitari, ita quod unus nobilis alium nobilem vel civem aut civis nobilem vel alium civem vulneraverit, occiderit aut leserit alia lesione seu gravaverit verbo vel facto, tale forefactum debet iudicari et expediri secundum iura et consuetudinem civitatis Oppenheim ab antiquo habitam et servatam. Reservatis nobis et imperio universis iuribus et dominio ac potestate, que ad nos et imperium in castro et civitate predictis spectare dinoscuntur, que statutis predictis nostris involuta sunt nullatenus vel inclusa.

7. Volumus etiam, quam diu Eberhardus comes de Katzenelnbogen noster ibidem officialis existit una cum militibus, qui pro tempore sunt consules et scabini, simul cum predictis elegat cives in Oppenheim in officium scabinatus et eciam consulatus, de quo cives ibidem se nullatenus intromittent nec eligendi potestatem habebunt. Si vero aliquis ex eisdem civibus electis ad predicta officia decesserit vel cesserit quoquo modo, predictus Eberhardus una cum predictis militibus, consulibus et scabinis alium civem substituent loco sui. Si autem predictum Eberhardum decedere vel ab officio recedere contigerit, milites, qui pro tempore fuerint consules et scabini, eligendi alium civem ad predicta officia habebunt liberam facultatem.

8. Ad hec volumus, quodsi aliquem militem existentem in predictis officiis, scabinatus videlicet et consulatus, decedere vel cedere contigerit, milites, qui pro tempore[f] fuerint consules et scabini, alium militem, qui ibidem noster castrensis existat, substituendi habeant potestatem nec alium, qui noster castrensis non existat ibidem, substituant quoquo modo. Decernentes testimonio presentium universa et singula, que[g] supradicta sunt, debere valere inperpetuum et durare.

Datum Herbipoli, quinto Ydus Martii, indictione XV, anno Domini MCCLXXXVII, regni vero nostri anno XIIII.

Et nos castrenses, nobiles ac cives de Oppenheim universi promisimus fide data, singula et universa predicta inviolabiliter observare, nostre civitatis sigillum hiis scriptis in testimonium appendentes.

665. e) *supra lineam eadem manu add. c.* f) p tempus *c.* g) *in margine add. c.*

666—668. (413a—c.) INFEUDATIO TELONEI.

1288. Sept. 13. 17. 1291. Mai. 30.

666. (413a.) *SCRIPTUM REGIS PRIUS. 1288. Sept. 13.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXVII, 703 nr. IV paratam, quae nititur autographo in tabulario Bisuntino 'Archives départementales du Doubs. Série B. 455' asservato[1]. *Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI. deest. (P. deest.)*

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Sedentes in solio regie dignitatis frequenter ad hoc aciem nostre mentis dirigimus, ut honorem et decus sacri Romani imperii, quemadmodum nostrum requirit officium, dilatemus. Est enim hec nostra salubris intencio, ut personas generoso sanguine ac potencia prepollentes, per quas Romanum decoratur imperium, nobis et eidem fidei ac devocionis constancia et funiculis indissolubilibus indissolubiliter astringamus, quodque eisdem tam affluenter favoris nostri plenitudinem prebeamus, quod alios ad devocionem nostram ac dicti imperii Romani facilius inclinemus. Sane cum nobilis vir Iohannes de Cabilone dominus de Arlaco, fidelis et frater noster karissimus, erga nos et sacrum Romanum imperium prenotatum singularis fidei et devocionis claritate choruscet, sicut variis nobis claret indiciis et patet notoriis argumentis, nos propter hoc eundem singularis benivolencie gracia graciosius prosequi disponentes, sibi de regia liberalitate concedimus, ut in castro de Ioigne de qualibet balla lane a mercatoribus ibidem transeuntibus decem solidos Lausanensium denariorum nomine pedagii vel conductus recipiat, ut ipse dictos mercatores in personis et rebus suis pro possibilitate suarum virium viriliter manuteneat et defendat ac eisdem bona fide provideat de securo conductu, cum ipse de pedagio, quod prius in ipso castro recepit, non possit ipsum conductum commode exercere. De aliis autem mercibus et rebus, que per idem castrum ducuntur, idem Iohannes recipiet pedagia sive conductus, secundum quod in castro Clecis[1] tempore confectionis presentium colliguntur et in eodem castro retroactis temporibus recipi consueverunt. Insuper in signum amplioris favoris et gracie memorato Iohanni concedimus, ut ab omnibus mercatoribus lanam ducentibus per archiepiscopatus Bisuntinum, Lugdunensem et Vienensem ac episcopatum Valentinum decem solidos Lausanensium denariorum nomine pedagii vel conductus recipiat in locis, que sibi magis noverit expedire. Que quidem pedagia vel conductus sepedicto Iohanni nostro et imperii Romani nomine liberaliter in feodum concedimus et concessimus per ipsum et suos heredes legittimos a nobis et dicto imperio perpetuo possidenda. Salvo tamen homagio et fidelitate, que ipse illustribus . . comiti et duci Burgundie fecisse dinoscitur seu eciam impendisse. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Bernam, Id. Septembr., ind. prima, anno Domini MCCLXXX octavo, regni vero nostri anno quintodecimo.

667. (413b.) *SCRIPTUM REGIS POSTERIUS. 1288. Sept. 17.*

Denuo a. 1905. in. nobis sollicitantibus vir d. W. Wiederhold, tunc Bisuntiae commorans, duo autographa 1. 2 *eiusdem tabularii benivolenter contulit, quae in cancellaria regis scripta non sunt. Pendent sigilla plus minusve laesa filis sericis. Casu quodam*

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 487.*

infausto autographa duo cancellariae regis, quae nos ipsi a. 1901. inspeximus[1], *inveniri non poterant. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2190.* *(P. deest.)*

Rodulphus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam presentis scripti serie cupimus pervenire, quod nos attendentes multiforma meritorum insignia necnon gratuita servicia quibus erga nos et sacrum Romanum imperium nobilis vir Iohannes de Cabilone dominus de Allato enituit et enitere poterit in futurum, ex hoc ipsum in nostrum et Romani imperii vassallum volentes conquirere, ex liberalitate regia eidem Iohanni et heredibus suis concedimus et donamus irrevocabiliter, quod imperpetuum de qualibet baula[b] seu sacco vel saccis[c] continentibus quantitatem unius baule[d] vel circiter lanarum, pannorum, telarum, piperis, pellium necnon ceterarum mercium, quocumque nomine censeantur vel vocentur, transeuncium per castrum suum de Iogne recipiat et habeat nostra et imperii auctoritate decem solidos Lausannensium denariorum nomine pedagii vel conductus. De ceteris vero mercibus per dictum castrum transeuntibus eodem nomine recipiat et habeat ad modum et consuetudinem castri de Cletis, que servabatur tempore confectionis presencium litterarum, maxime ut dictus Iohannes transeuntibus merchatoribus securitatem iuxta posse prestare valeat in conductu, cum pedagium hactenus in dicto castro de Iogne recipi consuetum honera conductus non valeat supportare. Item damus et concedimus eidem Iohanni et heredibus suis, quod imperpetuum recipiant et habeant de qualibet baula[b] seu sacco vel saccis, prout superius dictum est, tam lanarum quam pannorum quam telarum, piperis, pellium necnon ceterarum mercium, prout superius est expressum, transeuncium per archiepiscopatus Bisuntinum, Lugdunensem, Viennensem ac episcopatum Valentinum decem solidos Lausannensium denariorum nomine pedagii vel conductus. Et hec omnia damus et concedimus dicto Iohanni et heredibus suis irrevocabiliter in feodum ligium a nobis et sacro Romano imperio in perpetuum possidendum et tenendum, salva fidelitate[e] comitis et ducis Burgundie. Presencium testimonio litterarum. In cuius rei memoriam perpetuam nostre maiestatis sigillo presencia duximus roboranda.

Actum et datum in castris ante Bernam, quinto decimo Kalendas Octobris, indictione prima, anno Domini MCC octogesimo octavo, regni vero nostri anno quintodecimo.

668. (413c.) *CONSENSUS ARCHIEPISCOPORUM MOGUNTINI ET TREVIRENSIS. 1291. Mai. 30.*

Duo autographa Moguntina M 1. 2 *itemque duo Trevirensia* T 1. 2 *eiusdem tabularii nos ipsi contulimus. Omnia eadem manu scribae cuiusdam Burgundi scripta sunt; in verso omnium legitur* Registrata. *Pendent sigilla plus minusve laesa filis sericis. Vide etiam ea quae de litteris consensus vel confirmationis episcopi Lausannensis, comitis palatini Burgundiae, Nicolai IV. papae, Dalphini et Dalphinae 'Neues Archiv' XXVIII, 488 notavimus. Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 2190.* *(P. deest.)*

Nos Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius ad universorum notitiam[a] tenore presentium volumus pervenire, quod nos considerantes multiformia meritorum insignia et servicia gratuita, quibus nobilis vir[b] dominus Iohannes de Cabilone miles[c] dominus de Arlato erga

667. a) Rodulfus 2. b) bala 2. c) sacis 1. d) bale 2. e) fidelitatē 1.

668. a) *protocollon in T* 1. 2: Nos . . Boemondus miseratione divina Trevirorum archiepiscopus ad universorum notitiam. b) vir nobilis *T* 2. c) *deest T* 2; miles de Cabilone *M* 2.

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 487.*

Romanum imperium enituit et in futurum poterit enitere, gratias, indulgentias seu concessiones sibi et heredibus suis factas per illustrem dominum nostrum Rudolfum[d] Dei gratia Romanorum regem semper augustum, videlicet super eo quod dominus rex predictus sua et imperii auctoritate pedagium castri de Ioigne augmentavit, ut idem dominus Iohannes mercatoribus et aliis transeuntibus per dictum castrum de Ioigne, per quod publica strata dirigitur, iuxta posse provideat de securo conductu, quia ex antiquo pedagio in dicto castro recipi consueto dictus dominus Iohannes onera[e] non poterat comode[f] supportare, et quod predictus[g] Romanorum rex sua et imperii auctoritate predicto domino Iohanni et heredibus suis dedit et concessit, quod ipsi de qualibet balla, sacco vel saccis, trossello[h] vel trossellis, fardello vel fardellis continentibus quantitatem unius balle vel circiter[i] pannorum, lanorum[k], piperis, pellium necnon et ceterarum mercium transeuntibus per archiepiscopatus Bisuntinensem, Lugdunensem, Viennensem et[l] episcopatum Valentinum perpetuo recipiant et habeant nomine pedagii vel conductus, undecunque fuerint, decem solidos Lausannensium denariorum, predicta omnia eidem[m] Iohanni et heredibus suis in feodum[n] assignando, prout hec omnia in litteris regiis inde confectis sigillo regio sigillatis plenius continetur, approbamus, consentimus et presentium testimonio confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras inde conscribi et sigilli nostri munimine iussimus roborari.

Actum et datum apud Frankenvort[o], III. Kal. Iunii, anno Domini millesimo ducentesimo[p] nonagesimo primo.

---

669. (415a.) COMPOSITIO QUAESTIONIS SUPER MUNITIONUM CONSTRUCTIONE.

1289. (Mart. 17.)

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIII, 35 nr. VIII paratam, quae nititur autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachträge' 117 $\frac{1}{3}$. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. imp. VI, 2218.

(P. deest.)

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ut promissa et facta hominum in suo robore perseverent et a via non devient veritatis, expedit, ut scripturarum et testium fulcimentis memorie commendentur. Cum itaque dilectus ac fidelis princeps noster Reinboto episcopus Eistetensis contra nobilem virum Ludewicum comitem de Otingen iuniorem super quadam municionis structura apud Arenbûr in ipsius ecclesie fundo de novo erecta aliisque iniuriarum articulis gravem apud nos deposuerit questionem, nos ad tollendam tocius dissensionis et controversie materiam occasione premissorum inter eos exortam de consilio fidelium nostrorum Friderici burkravii senioris, Ludewici comitis de Otingen senioris, Gebehardi comitis de Hirzberg et Cunradi burkravii iunioris ac utriusque partis expresso consensu diffiniendo statuimus et auctoritate regia ordinamus, ut usque ad festum sancte Walpurgis proxime affuturum ipse Ludewicus de Otingen iunior universorum edificiorum structuram per

668. d) Rudolphum *T* 1. 2. e) honera conductus *T* 1. 2. f) commode *T* 1. 2. g) dominus *add.* *T* 2. h) trosello *M* 1. i) cisciter *T* 1. 2. k) o *ex* a *corr.* *M* 1. 2; lanarum *T* 1. 2. l) ac *T* 2. m) domino *add.* *M* 2. *T* 2. n) feudum *T* 1. 2. o) Franquenvort *T* 1. p) CC *T* 1. 2.

eum vel suos in predicto loco racione municionis factam, videlicet portas, sepes, propugnacula que vulgariter bercfrit dicuntur et thuguria que erker vulgariter nominantur prope ipsam sepem et supra fossatum sita omnino deponi et cum effectu faciat removeri. Aree vero ipsius episcopi ibidem et ecclesie sue dominio pertinentes vieque et strate priores, per quas coloni loci ab antiquis temporibus retroactis intrare et exire consueverant, racione premisse municionis obstructe vel quomodolibet impedite[a] ad anteriorem statum reducte restituantur pristine libertati. Preterea quicquid alias inter eos controversie accionis seu questionis remanserit aut de novo emerserit, prefatus L. de Otingen senior, quem ad hoc partes concorditer elegerunt, assumpto sibi Cunrado de Teke duce seu Lupoldo de Wiltingen seniore vel magistro coquine aut Lupoldo iuniore de Wiltingen, si copia predicti ducis haberi non posset, per viam iuris seu amicabilis composicionis expediet et finaliter nostro nomine terminabit, eorumque decisioni stare, obtemperare et cum effectu parere promiserunt fideliter in nostra presencia dicte partes. Ut autem prefato episcopo ac ecclesie sue circa destruccionem premissorum edificiorum maioris securitatis efficacia caveatur[b], iuxta ordinacionis nostre decretum Ludewicus de Otingen senior, Cunradus dapifer, Henricus de Richenbach, Ekehardus de Lare, Meinwardus de Stainheim, Ulricus patruus suus et Cunradus de Lencersheim pro ipso L. iuniore fideiussoria caucione intercesserunt in solidum, ut dicto episcopo et ecclesie sue omnia et singula suprascripta circa remocionem structure rata, inconcussa[c] et inviolata sine fraude qualibet observentur, prout in superioribus est expressum. Alioquin dicti fideiussores ab ipso episcopo moniti apud civitatem Otingen in obstagio iuxta communem terre consuetudinem se recipient nequaquam inde recessuri, donec omnia debitum consequantur effectum. Ipse vero L. comes pro se ponet duos milites, si ei visum fuerit expedire. In testimonium[d] predictorum sigillum regie maiestatis presentibus est appensum.

Datum apud Rotenburg, indiccione secunda, anno Domini MCCLXXX nono, anno vero regni nostri XVI.

669. a) impedire *or.* b) avea *in rasura or.* c) cussa *in rasura or.* d) In testimo *in rasura or.*

SUPPLEMENTUM AD APPENDICEM ACTORUM VICARIORUM GENERALIUM.

670. (604a.) IURAMENTUM FIDELITATIS S. GEMINIANI. 1281. Iul. 23.

Hucusque ineditum servatur in Libro blanco fol. 83' bibliothecae municipalis S. Geminiani[1]. *Nos ipsi interim descripsimus.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, ind. nona, die XXIII. Iulii. Appareat manifeste, quod nos Guelfus filius Iacobi domini Guelfi et Amadore olim domini Bonaccursi milites, sindici, procuratores et numptii universitatis et comunis castri Sancti Geminiani ad infrascripta spetialiter ordinati, ut continetur publico instrumento[2] facto manu Iunte notarii filii Berardini, vice[a] et nomine dicte universitatis et comunis hominum et personarum Sancti Geminiani eiusque curie et districtus et pro ipso comuni, universitate, hominibus et personis et etiam pro nobis ipsis constituti in presentia venerabilis patris domini Rodulfi imperialis aule cancellarii et nunc vicarii serenissimi domini nostri Rodulfi Romanorum regis semper augusti in Tuscia generalis, prestamus et facimus iuramentum pure fidelitatis eidem reverendo patri et cancellario, recipienti vice et nomine suprascripti serenissimi domini regis imperatoris et semper augusti et pro ipso Romano imperio, sub infrascriptis modo et forma:

'Iuramus[b] ad sancta Dei evangelia nos predicti Guelfus et Amadore pro nobis ipsis et predicto comuni, universitate, hominibus et personis, quod ab hac ora inantea nos et ipsi universitas, comune, homines et persone fideles erimus Romano imperio et domino nostro Rodulfo Romanorum regi semper augusto et non erimus in facto, consilio aut consensu, quod vitam perdat aut membrum seu capiatur mala captione. Consilium, quod per se aut numptios suos seu litteras nobis vel eis crediturus est, nobis vel eis scientibus ad eius dampnum seu preiudicium nulli pandemus. Si dampnum eius tracturi sciverimus, pro posse nostro et eorum inpediemus, ne fiat. Quod si per nos vel eos[c] impedire non poterimus, per numptium aut litteras ei significare curabimus, ut ad eius notitiam perducatur. Imperium Romanum et regalia eius et spetialiter in Ytalia manutenebimus propriis viribus et defendemus, que habet ubicunque[d] seu tenet, ad acquirendum vero adiutores erimus. Offitium nobis vel eis commissum bene et fideliter exercebimus. Iura [et][e] iurisdictiones Romani imperii, ubicunque[d] consistere sciemus, revelabimus et conservabimus et eorum adiutores

670. a) vicē *c.* b) *sequitur* hedem *(!) c.* c) eis *c.* d) ubiqn̄q̄ *c.* e) *deest c.*

1) *Cf. R. Davidsohn 'Forschungen zur Geschichte von Florenz' II, 220 nr. 1631.* 2) *Servatur in eodem codice fol. 83, a. 1281. Iul. 22. datum. Cf. Davidsohn l. c. nr. 1630. Verba sindicatus nonnulla hic ponere liceat:* ad conparendum et se presentandum coram venerabili patre domino Rodulfo imperialis aule cancellario et vicario generali in Tuscia serenissimi domini Rudolfi Romanorum regis semper augusti et ad iurandum pure, libere et absolute in animas et super animas communis et hominum Sancti Geminiani fidelitatem Romano imperio et ipsi domino Rudolfo regi Romanorum semper augusto et ipso domino cancellario et vicario domini regis predicti, recipienti pro Romano imperio et domino rege predicto, secundum modum et formam consuetum et consuetam in prestatione iuramenti fidelitatis predicte.

erimus. Numptios predicti domini regis in eundo, stando et redeundo recipiemus et fideliter ac benigne tractabimus. Et hec omnia iuramus bona fide sine dolo attendere et observare. Sic Deus nos et eos adiuvet ad sacrosancta Dei evangelia.'

Actum in arce domini imperatoris de Sancto Miniate. Presentibus dominis Guidone de Suzaria doctore legum, domini Petro Furlani de Bononia potestate comunis Sancti Miniatis, domino Malpiglio domini Arrighi de Sancto Miniate, domino Iacobo et domino Barone de Mangiadoribus, domino Rosso quondam domini Gherardi et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis testibus.

Ego Guicciardus filius Adalardi auctoritate imperiali notarius predictis omnibus interfui et de mandato dicti domini cancellarii in publicam formam redegi.

SUPPLEMENTUM AD APPENDICEM SCRIPTORUM VARIORUM.

671. (639a.) PROMISSIO COMITIS DE HEUNBURG PRO ALBERTO DUCE AUSTRIAE.

1286. Iul. 26.

Autographon tabularii Vindobonensis denuo contulit socius noster H. Hirsch. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Primum publici iuris fecit A. Dopsch 'Festgaben zu Ehren Max Büdinger's' (Innsbruck 1898) pag. 223. De ratione atque indole v. commentarium l. c. pag. 213 sqq. *(P. deest.)*

(1) Nos Ulricus comes de Heunburch tenore presencium profitemur ad noticiam universorum publice deferentes, quod inter dominum nostrum serenissimum ducem Austrie et Styrie ex parte una et nos ex altera super castro in Sybenekke est taliter diffinitum, quod quandocumque per eum a nobis dictum castrum fuerit repetitum, sibi ipsum restituere debeamus, sicut muri ambitu est conclusum. Possessiones vero ad ipsum castrum pertinentes cum aliis bonis per eundem nobis obligatis aput nos titulo pignoris remanebunt, servatis tamen condicionibus, que in litteris patentibus antedicti domini nostri nobis super hoc concessis[1] plenius continentur. (2) Si vero memoratus dominus noster dux per dominum nostrum serenissimum regem Romanorum ad honores alios fuerit sublimatus, ita quod contingat eum cedere regimini terrarum Austrie et Stirie, castrum dictum, videlicet Sybnekke cum bonis aliis tam diu pro pignore tenebimus, quousque nobis per eum vel successores eius per solutionem[a] debitam de duobus milibus marcarum argenti puri[b] Wiennensis ponderis, quas super dicta castrum et possessiones memorato domino nostro mutuavimus, que possessiones in suis litteris, ut prediximus, sunt expresse, integre fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium sibi presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam.

Datum in Obdako, anno Domini millesimo CC octuagesimo sexto, in crastino sancti Iacobi apostoli.

671. a) io *corr. ex* a *or.* b) *sequitur* p *deletum or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

INDEX NOMINUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

B.

C.

Chunradus, Conradus

F. V germanicum.

Hugo, Hues, Huon

I.

Iacobus, Iaques

N.

U.

V latinum.

W. Gu.

INDEX RERUM.

SCRIPSIT EDMUNDUS STENGEL.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Levissimos quosdam typographi errores adnotare supersedimus. Haec vero addere vel emendare liceat: Pag. IX lin. 7 lege 1273. — *p. 14 l. 21 pro* 4a *lege* 4b. — *p. 17 ad nr. 14 cf. nunc Wilhelm Meyer 'Gesammelte Abhandlungen zur mittellateinischen Rythmik' II (1905) pag. 402 sq.* — *p. 24 l. 30* interesse *adde notam:* Cf. c. 42 De electione X (I, 6). — *p. 29 l. 23 lege* augustus omnibus. — *p. 33 l. 34 lege* VI, 127. — *p. 34 l. 3 lege* preferenda. — *p. 39 l. 14 lege* nostri, honorabilis. — *p. 45 l. 48 adde* nr. 29. — *p. 47 l. 45 adde* nr. 30. — *p. 50 l. 23 potius legendum* P. 440. — *p. 56 l. 35 lege* Kaiserselekt Nachtrag. — *p. 57 l. 19 teste viro cl. Herre legendum est* inperii. — *p. 66 l. 13 teste viro cl. Doebner legendum est* suffragiis. — *p. 69 nr. 81 teste viro cl. Herre unum tantum autographon exstat; itaque potius legendum est:* imitationem, innovationis, approbationis, confirmationis, controire, indignationis, millesimo CCLXXV. — *p. 70 l. 39 et 44 delenda est nota* b. — *p. 77 l. 39 pro* — *lege* Cf. . — *p. 78 not. 1 adde* Cf. infra nr. 610. — *p. 81 l. 36 lege* papa. — *p. 82 l. 49 lege* addendum. — *p. 84 l. 4 lege* ordine, inserta sunt. — *p. 86 l. 12 lege* presit. — *p. 90 l. 22 lege* vigili; *l. 38 pro: nonne lege* nonne. — *p. 97 l. 30 post* concordiam *adde* [gerentes]; *not. 1 add.* Ps. 84, 19. — *p. 103 l. 17 post* saec. XIV. *adde* fol. 156—175. — *p. 107 l. 49 lege* omissis or. — *p. 120 l. 16 lege* Commemorialium [1]. — *p. 147 l. 20 ad verbum* principum *adde notam:* Ps. 75, 12. — *p. 151 l. 37 pro* 178 *lege* 179. — *p. 167 nr. 182. Autographon notat Kehr 'Neues Archiv' XIV, 357 nr. 34; sed illius collationem in apparatu nostro non invenimus.* — *p. 186 l. 12 lege* ponantur. — *Ad nr. 254 codice a nobis denuo inspecto potius legendum est p. 247 l. 26* domino suo domino; *l. 31* set; *p. 248 l. 6 loco* capitula *lege* cetera; *l. 37 loco* argumento *lege* arg^{to}; *nota* d *omnino deleatur.* — *p. 253 ad nr. 258 cf. etiam 'Neues Archiv' XXX, 436.* — *p. 262 l. 24 lege* libenter. — *p. 305 l. 18 in margine adde* Apr. 26. — *p. 321 l. 17 lege* 1687. — *p. 333 l. 9 loco* civitatis Wormatiensis *lege* Darmstadiensis. — *p. 335 l. 43 potius legendum est* arengas nr. 376—379. — *p. 340 l. 10 lege* Guillelmus. — *p. 352 l. 9 lege* Christo. — *p. 366 l. 30 lege* 'Churcöln' nr. 310. — *p. 372 l. 40 not. o adde* denne 6; *l. 41 not. u, l. 42 not. x, p. 374 l. 43 not. m adde* 6. — *p. 381 l. 26 lege* gladius. — *p. 390 l. 26 adde:* Cf. Böhmer, Reg. imp. VI, 2136; *l. 40 et 391 l. 46 loco* 412 *lege* 410. — *p. 428 l. 34 lege* palatini. — *p. 473 l. 6 lege* Addit. I. — *p. 523 l. 11 post* 229 *adde: Inscriptionem praebet:* Prudentibus viris magistro, consulibus et universis civibus Bisontinis, fidelibus nostris dilectis. — *p. 536 l. 10 lege* Moranay. — *p. 537 l. 11 delenda sunt verba:* Böhmer *usque* (Addit. II) *et potius p. 536 l. 3 ponenda.* — *p. 541 l. 47 lege* Corcondray. — *p. 544 l. 5 loco* B(aldewino) *lege* B(oemundo). — *p. 566 l. 16 loco* Aug. 12 *potius lege* Iul. 23. *Cf. infra nr. 670.* — *p. 621 l. 30 adde* P. deest. — *p. 653 l. 45 lege* XXVII, 704.

Monente viro cl. Wilhelmo Meyer Spirensi cursus rythmici ratione habita haec potius legenda sunt: p. 65 l. 10 attenta consideratio *(= p. 66 l. 30); l. 26* sollempnia tanti negotii *(= p. 67 l. 4); p. 66 l. 23* subtrahant *(= p. 65 l. 3); p. 97 l. 7* dextra; *p. 120 l. 37* prosequemur; *p. 148 l. 40* optima defecerunt; *p. 27 l. 18* desideraris (= desideraveris) *potius in textu ponatur; p. 64 l. 40—41 corrigendae sunt ad p. 66 l. 14—15.*